Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

388
J 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

XV.d.4102

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

KW 388 J41

JULII PACII
A. BERIGA J.C.CL.

ANALYSIS
Inſtitutionum Imperialium.

BERNARDI SCHOTANI, J.C.
& in Academia Lugdunenſi Juris Profeſſoris Primarii,
Scholiis Illuſtrata:

Et nunc demum perpetuis Notis & brevibus additamentis, tam theoricis quam practicis, ex optimis quibusque Auctoribus, ipſiisque legibus paſſim aucta, correcta, & diſtincte edita,

Studio & Opera

GERARDI à WASSENAER, J. C
ULTRAJECTINI.

Accedunt ejuſdem PACII *Selecta.*
&
Titt. Dig. & Decret. de Verb. Signiſ. & Reg. Jur. & alia;
Cum Indicibus exquiſitiſſimis.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

TRAJECTI ad RHENUM,
Ex Officinâ RUDOLPHI à ZYLL, Bibliopolæ,
Anno CIƆ IƆC LXXXVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

SERIES.
TITULORUM, ORDINE LIBRORUM & MATERIARUM,
Adjecta collatione locorum ſimilium ex Selectis.

LIBER PRIMUS:

1	*De juſtitia & jure.*	pag. 20.	pag. 817. cap. i.
2	*De jure naturali, gentium & civili.*	24.	p. 818. cap. ii.
3	*De jure perſonarum.*	36	
4	*De ingenuis.*	41	
5	*De Libertinis.*	42	
6	*Qui ex quib. cauſ. manumitti non poſſunt.*	46.	
7	*De lege fuſia Caninia tollenda.*	53.	
8	*De his qui ſunt ſui vel alieni juris.*	54.	
9	*De patria poteſtate.*	58.	p. 820. cap. iii.
10	*De nuptiis.*	61.	p. ibid. cap. iv.
11	*De adoptionibus.*	72.	p. 824. cap. v.
12	*Quibus modis jus poteſtatis ſolvitur.*	79.	p. 826. cap. vi.
13	*De tutelis.*	87.	p. 827. cap. vii.
14	*Qui teſtamento tutores dari poſſunt.*	91.	p. 828. cap. viii.
15	*De legitima adgnatorum tutela.*	95.	p. 829. cap. ix.
16	*De capitis deminutione.*	97.	ibid. cap. x.
17	*De legitima patronorum tutela.*	102.	
18	*De legitima parentum tutela.*	104.	p. 830. cap. xi.
19	*De fiduciaria tutela.*	105.	ibid. cap. xii.
20	*De Atiliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.*	107.	ibid. cap. xiii.
21	*De auctoritate tutorum.*	111.	p. 831. cap. xiv.
22	*Quibus modis tutela finitur.*	114.	ibid. cap. xv.
23	*De curatoribus.*	118.	p. 832. cap. xvi.
24	*De ſatisdatione tutorum, vel curatorum.*	122.	p. 833. cap. vii.
25	*De excuſatione tutorum, vel curatorum.*	127.	ibid. ca. xviii.
26	*De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.*	137.	p. 837. cap. xix.

LIBER SECUNDUS.

1	*De rerum diviſione [& acquirendo ipſarum dominio.]*	145	pag. 840. cap. i.
2	*De rebus corporalibus & incorporalibus.*	181	p. 847. cap. ii.
3	*De ſervitutibus prædiorum.*	185	ibid. cap. iii.
4	*De uſufructu.*	191	p. 849. cap. iv.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

p. 851. cap. v. 5 De uſu, & habitatione. 197
p. 852. cap. vj. 6 De uſucapionibus, & longi temporis poſſeſſionibus. 198
p. 854. cap. vij. 7 De donationibus. 211
p. 855. cap. viij. 8 Quibus alienare licet, vel non. 224
p. 856. cap. ix. 9 Per quas perſonas nobis acquiritur. 228
p. 657. cap. x. 10 De teſtamentis ordinandis. 232
p. 859. cap. xj. 11 De militari teſtamento. 241
p. 860. cap. xij. 12 Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. 249
p. 861. cap. xiij. 13 De exheredatione liberorum. 255
p. 863. cap. xiv. 14 De heredibus inſtituendis. 265
p. 866. cap. xv. 15 De vulgari ſubſtitutione. 279
ibid cap. xvj 16 De pupillari ſubſtitutione. 289
p. 868. ca. xvij. 17 Quibus modis teſtamenta infirmantur. 294
p. 870. c. xviij. 18 De inofficioſo teſtamento. 301
p. 871. ca. xix. 19 De heredum qualitate & differentia. 309
p. 872. cap. xx. 20 De legatis. 317
p. 879. ca. xxj. 21 De ademptione legatorum & tranſlatione. 354
ibid ca. xij. 22 De lege Falcidia. 356
p. 880. c. xxiij. 23 De fideicommiſſariis hereditatibus. 361
p. 881. c. xxiv. 24 De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. 374
p. 882. c. xxv. 25 De codicillis. 378

LIBER TERTIVS.

pag. 884. cap. j. 1 De hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. 384
2 De legitima adgnatorum ſucceſſione. 398.
3 De SC. Tertulliano. 407
4 De SC. Orphitiano. 412
5 De ſucceſſione cognator. 415
p. 885. cap. ij. 6 De gradibus cognationis. 418
De ſervili cognatione. 424
7 De ſucceſſione libertor. 427
8 De aſſignatione libertor. 431
p. 886. cap. iij. 9 De bonor poſſeſſionibus. 433
p. 887. cap. iv. 10 De acquiſitione per arrogationem. 441
11 De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur. 444
12 De ſucceſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex SC. Claudiano. 448
p. 888. cap. v. 13 De obligationibus. 449
p. 889. cap. vj. 14 Quibus modis re contrahitur obligatio. 453
p. 891. cap. vij. 15 De verbor. obligotionibus. 463
p. 893. cap. viij. 16 De duobus reis ſtipulandi & promittendi. 472
17. De ſtipulatione ſervorum. 474

18 De *diviſione ſtipulationum.* 477 p. ibid cap. ix.
19 De *inutilibus ſtipulationibus.* 480 p. 895 cap. x.
20 De *fidejuſſoribus.* 409 p. 899 cap. xj.
21 De *literarum obligationibus.* 506 p. 900 cap. xij.
22 De *obligationibus ex conſenſu.* 509 p. 901 cap. xiij.
23 De *emptione & vendit.* 510 p. ibid cap. xiv.
24 De *locatione & conductione.* 520 p. 903 cap. xv.
25 De *ſocietate.* 528 p. 905 cap. xvj.
26 De *mandato.* 535 p. 606 cap. xvij.
27 De *obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur.* 543 p. 908 cap. xviij.
28 *Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.* 549 p. 909 cap. xix.
29 *Quibus modis tollitur obligatio.* 552 p. ibid cap. xx.

LIBRE QVARTVS.

1 De *obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.* 562 pag. 913 cap. j.
2 De *vi bonorum raptorum.* 580 p. 916 cap. ij.
3 De *lege Aquilia.* 585 p. 917. cap. iij.
4 De *injuriis.* 595 p. 919 cap. iv.
5 De *obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur.* 605 p. 920 cap. v.
6 De *actionibus.* 610 p. 922 cap. vj.
7 *Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt negotiam geſtum eſſe dicetur.* 676 p. 933. cap. vij.
8 De *noxalibus actionibus.* 687
9 *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.* 691 p. 936 cap. viij.
10 De *his per quos agere poſſumus.* 695 p. 937. cap. ix.
11 De *ſatiſdationibus.* 697 p. 938 cap. x.
12 De *perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt.* 703 p. 939 cap. xj.
13 De *exceptionibus.* 707 p. 940 cap. xij.
14 De *replicationibus.* 715 p. 942 cap. xiij.
15 De *interdictis.* 718 p. ibid cap. xiv.
16 De *pœna temere litigantium.* 722 p. 945. cap. xv.
17 De *officio judicis.* 734 p. 946 cap. xvj.
18 De *publicis judiciis.* 745 p. 948 cap. xvij.

EORUN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

EORUNDEM TITVLORVM SYLLABVS

Juxta ordinem primarum literarum.

A

De Acquiſitione per arrogationem. pag. 441
Actionibus. 610
Ademptione legatorum, & tranſlatione. 354
Adoptionibus. 72
Aſſignationem libertorum. 431
Atiliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur. 107
Auctoritate tutorum. 111

B

Bonorum poſſeſſionibus. 433

C

Capitis deminutione. 97
Codicillis. 378
Curatoribus. 118

D

Diviſione ſtipulationum. 477
Donationibus. 211
Duobus reis ſtipulandi & promittendi. 472

E

Emptione & venditione. 510
Eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur. 444
Exceptionibus. 707
Excuſationibus tutorum, & curatorum. 127
Exheredatione liberorum. 255

F

Fideicommiſſariis hereditabus. 358
Fidejuſſoribus. 499
Fiduciaria tutela. 105

G

Gradibus cognationis. 418

H

Heredibus inſtituendis. 265
Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. 384
Heredum qualitate & differentia. 309
His qui ſui, vel alieni juris ſunt. 54
His per quos agere poſſumus. 695

I

Ingenuis. 41
Injuriis. 595
Inofficioſo teſtamento. 301
Interdictis. 718
Inutilibus ſtipulationibus. 480

Iis per quos agere poſſumus. 693
Iis qui ſui vel alieni juris ſunt. 54
Jure naturali, gentium & civili. 24
Jure perſonarum. 36
Juſtitia & jure. 20

L

Legatis. 317
Lege Aquilia. 585
Lege Falcidia. 356
Lega Fuſia Caninia tollenda. 53
Legitima adgnatorum ſucceſſione. 398
Legitima agnatorum tutela. 95
Legitima parentum tutela. 104
Legitima patronorum tutela. 102
Libertinis. 42
Literarum obligatione. 506
Locatione & conductione. 520

M

Mandato. 535
Militari teſtamento. 243

N

Noxalibus actionibus. 687
Nuptiis. 61

O

Obligationibus. 449
Obligationibus ex conſenſu. 509
Obligationibus [quæ] ex quaſi contractu [naſcuntur.] 543
Obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. 562
Obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur. 605
Officio judicis. 734

P

Patria poteſtate. 58
Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt. 704
Per quas perſonas nobis acquiritur. 224
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. 550
Pœna temere litigantium. 732
Publicis judiciis. 746
Pupillari ſubſtitutione. 286

Q

Qui & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt. 46
Qui teſtamento tutores dari poſſunt, 91
Quibus alienare licet, vel non. 218
Quibus ex cauſis manumittere non licet. 46
Quibus modis jus [patriæ] poteſtatis ſolvitur. 79

Quibus modis re contrahitur obligatio. 45
Quibus modis teſtamenta infirmantur. 29
Quibus modis tollitur obligatio. 55
Quibus modis tutela finitur. 11
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. 245
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur. 676

R

Rebus corporalibus & incorporalibus. 18
Replicationibus. 71
Rerum diviſione. 145

S

Satiſdatione tutorum & curatorum. 122
Satiſdationibus. 697
SC. Orphitiano. 412
SC. Tertulliano. 407
Servili [illegible]gnatione. 424
Servi[illegible] prædi[illegible]um. 185
Singul[illegible]s per [illegible]deicommiſſum relictis. 374
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 691
Societate. 528
Stipulatione ſervorum. 474
Succeſſione cognatorum. 415
Succeſſione libertorum. 427
Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex SC. Claudiano. 448
Suſpectis tutoribus, vel curatoribus. 137

T

Teſtamentis ordinandis. 232
Teſtamento militari. 243
Tutelis. 87

V

Verborum obligationibus: 463
Vi bonorum raptorum. 580
Uſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus. 201
Uſu & habitatione. 197
Uſufructu. 191
Vulgari ſubſtitutione. 279

NOTA,

Quod Additamenta & Notæ hujus novæ editionis textibus Analyſis inſerta & hiſce Notis [ ] incluſa ſint.

JULI

JULII PACII A BERIGA J.C.

IN ANALYSIN *Inſtitutionum Imperialium* PROLEGOMENA

De libris utriuſque Juris.

PROLEGOMENA COMPREHENDUNT tredecim articulos.

Primus eſt, de diſtinctione Juris in Civile & Canonicum.
II. *De ordine ac compoſitione librorum Juris Civilis.*
III. *De Feudis & Extravagantibus Principum Conſtitutionibus.*
IV. *De ordine librorum Juris Canonici.*
V. *De Baſilicis, Eclogis, Novellis Variorum poſt Juſtinian. & Reſponſis Patriarcharum.*
VI. *De libris & materia Inſtitutionum.*
VII. *De partibus ac materia Digeſtorum.*
VIII. *De libris ac materia Codicis.*
IX. *De libris Decreti ac Decretalium & harum materia.*
X. *De collatione librorum Juris Civilis cum Univerſo.*
XI. *De collat. juris Canonici cum Univerſo.*
XII. *De titulis, legibus, capitibus, paragraphis in Jure Civili & Canonico.*
XIII. *De modo allegandi juris Canonici.*

JUs Romanum, 1 quo univerſa fere utitur Europa, dividitur in Civile, ſeu Cęſareum, & Canonicum, ſeu Pontificium; illud auctores habet Cęſares, id eſt, Imperatores: hoc autem Romanos Pontifices; & illud quidem dicitur *Civile.* 2 κατ' ἐξοχὴν, cum cujuſcumque populi jus civile dici poſſit *infr. de jur. natur.* § *ſed ejus quidem, 2. vers. ſed quoties Cæſar.* vero appellatur quoniam (ut dixi) auctoritatem à Cæſaribus accipit. Hoc dicitur *Pontificium,* 3 quia conditum eſt à Romanis Pontificibus :

1 Jus dividitur in Civile & Canonicum.
2 Civile.
3 Canonicum.

& *Canonicum*, quia Patrum decreta & conſtitutiones Eccleſiaſticæ appellantur Canones. *diſt.3.in pr.vel part.1.& c.reg.§.porro* Jus civile partem conditum eſt ante Romanum Imperium diviſum, partim 4 poſt diviſionem Imperii in Orientale, & Occidentale & hoc partim conditum eſt in Occidente, quod ad nos Occidentales pertinet: partim in Oriente, cui nos ſubjecti non ſumus quia nec Orientale Imperium agnoſcimus, nec conſuetudo, vel noſtri Principes hoc jus admiſerunt. Tantùm igitur utimur jure civili ante Imperii diviſionem condito, & jure civili Occidentali & jure Pontificio, 5 quod & ipſum eſt Occidentale, utpote quod à Romanis Pontificibus auctoritatem accipit.

4 Quo Civili jure utamur.

5 Quo Canonico.

2 His generaliter expoſitis, deinceps de ſingulis juribus diſtinctius dicamus. Apud [1] Romanos diverſis temporibus diverſæ leges ac diverſa jura condita ſunt. Quidam vero Jureconſulti jura diſperſa collegerunt, & propriis voluminibus concluſerunt, certoque ordine digeſſerunt, teſte Pomponio *in l. 2. ff de orig. jur.* Præter illas juris compoſitiones, quarum ibi mentio fit à Pomponio, celeberrima eſt Edicti Perpetui compoſitio, quæ juſſu Imp. Hadriani a Juliano Juriſconſulto facta eſt. Sed harum compoſitionum hodie nulla extat, præter pauca in ipſis legibus & à Cujacio, Rauchino, & aliis notata. Poſtea editus eſt Codex [2] Theodoſianus, in quo juſſu Imperatoris Theodoſii, collectæ ſunt conſtitutiones Romanorum Principum. Fuerunt etiam alii duo Codices, [3] Hermogenianus, & Gregorianus, qui à privatis auctoribus compoſiti alias Imperatorum conſtitutiones continebant, Theodoſiano Codice non comprehenſas: quorum Codicum tantum habemus fragmenta quædam in unum volumen cum Theodoſiano Codice, & aliis fragmentis juris antiqui congeſta. Poſt hæc, 4 Juſtinianus Imperator univerſum jus Romanum digeſſit in certos libros, quibus nunc in ſcholis & foro utimur. Hi vero libri quatuor ſunt: Codex, Digeſta ſeu Pandectæ, Inſtitutiones ſive Elementa & Novellæ ſive Authenticæ. Ac primo edidit Codicem, 5 qui conſtitutiones imperiales complectitur, partim ex tribus illis Codicibus, Theodoſiano, Hermogeniano, & Gregoriano, collectas, partim aliunde ſumptas, partim ab ipſo Juſtiniano adjectas. Vocatur autem 6 *Codex κατ' ἐξοχὴν*: cum alias hoc vocabulo quivis liber ſignificetur, eo quod veteres in codicibus, id eſt, corticibus arborum ſcribebant. Secundo loco Juſtinianus edidit 7 Digeſta ſeu Pandectas, ex veterum Jureconſultorum commentariis, reſponſis aliiſque ſcriptis collectas. Quare, cum Jureconſulti Leges, Senatus conſulta, Conſtitutiones Principum, Edicta Prætorum ſint interpretati, hæc jura diverſis locis in Pandectas relata reperiuntur, prout à Juriſconſultis propoſita & explicata ſunt, *Pandectæ* 8 dicun-

1 Ordo librorum juris civilis apud veteres ante Theodoſium.

2 Codex Theodoſ. ejusque materia.

3 Hermogen. Gregor. Codic. & eorum mat.

4 Libri juris, quib. utimur. à Juſt. Compoſiti.

1. 5 Codex Theodoſianus & ejus mat.

6 Explic. nominis.

2. 7 Digeſtæ ſeu Pandectæ eorumque materia.

8 Explic. nominis.

cuntur ἀπὸ τȣ̃ πᾶν ϗ δέχομαι: quia omnes juris materias pleniſſime tractatas continent. *Digeſta* vero dicuntur, quia Juſtinianus hæc jura non confuſe propoſuit, ſed certo ordine digeſſit. Tertio loco ſunt compoſitæ *Inſtitutiones*, 1 ex eo ſic appellatæ, quod ſunt Iſagogæ quædam, nos introducens ad latiorem & perfectiorem Digeſtorum doctrinam. Inſcribuntur etiam *Juris Elementa*; quia continent principia juris. Poſt hæc Juſtinianus Codicem recognovit, multaſque Conſtitutiones à ſe promulgatas adjecit: ideoque vocavit *Codicem repetitæ prælectionis*, 2 id eſt, recognitum & auctum. Unde notandum eſt, quaſdam conſtitutiones Codicis eſſe poſteriores Inſtitutionibus; pleraſque tamen eſſe priores: ſunt enim eæ ſolæ poſteriores, quæ à Juſtiniano in poſterioris Codicis editione ſunt adjectæ. His confectis, Juſtinianus, rebus exigentibus, varias Novellas 3 condidit, quæ poſtea non ſecundum doctrinæ ordinem, ſed temporum 4 plerumque ratione habita (nam hic ordo interdum turbatus fuit) in unum volumen (à neſcio quo) adjectis titulis, qui varii ſunt in variis editionibus, ſunt conjectæ. Cum autem omnes fere Græce 5 conſcriptæ eſſent Aſiatico ſtilo, in linguam latinam, 6 ſive à Bulgaro, ſive ab alio quopiam ignoto interprete, ſive (quod verius puto) à diverſis interpretibus ad verbum barbarè ſunt converſæ. Julianus autem Anteceſſor eas eleganter eſt interpretatus, ſed præfationibus, & epilogis amputatis, atque ipſis deciſionibus in compendioſam brevitatem contractis. Hoc Juliani opus 7 ab Accurſio & Doctoribus vocatur *Liber Novellarum*: quia conſtitutiones poſt Codicem editæ vocantur à Græcis Νεαραὶ, à Latinis *Novellæ*. Alterum verò opus, quod verſionem ad verbum & (ut Juſtinianus loquitur) κατὰ πόδα, continet, quia ne latum quidem unguem recedit à verbis contextus, appellatum eſt *Authenticum*. Atque hoc in ſcholis & foro receptum eſt, 8 exploſo Juliani libro Novellarum qui ſeorſum à corpore juris excuſus extat. Jam vero quia conſtitutiones illæ 9 in Authentico poſitę, ſunt prolixæ, & ſine ordine congeſtæ; idcirco Irnerius plerasque in epitomen redegit, & Codici ſub convenientibus titulis inſeruit. quæ ut à legibus Codicis facilius dignoſcerentur, primus curavi, ut aliis characteribus excuderentur. Hæ epitomæ in Codicem relatæ, 10 quia ex Authentico ſumtæ ſunt, *Authenticæ* nominantur. Hæc dicta ſint de compoſitione Juris Juſtinianei, quod ante Romani Imperii diviſionem conditum fuit.

> 3. 1 Inſtitutiones earundemq; materiæ.
> 4. 2 Codex repetitæ prælectionis.
> 5. 3 Novellæ. 4 Earum ordo.
> 5 Qua lingua conſcriptę.
> 6 Quæ translatio earundem.
> 7 Opus Juliani circa Novellas utile.
> 8 Poſt exploſum.
> 9 Authenticæ in Cod. opera Irnerii.
> 10 Nomen Authenticorum.

3. Jus autem Occidentale dividitur in conſuetudines feudales, & conſtitutiones Germanorum Imperatorum. 1 *Conſuetudines feudales* dicuntur: quia moribus receptæ ſunt: nec publica authoritate, ſed privata quorundam doctorum virorum induſtria in

> 1 Sequuntur.
> I. Feuda.

3 Conſtit Princip. German. ſcriptis ſunt redactæ. Conſtitutiones Germanorum Principum 2 partim ſunt inſertæ in libris Feudorum; partim per ſe poſitæ (hæ vocantur *Extravagantes*: 3 quia vagantur extra libros juris, quas enim Græci Νεαρὰς, Latini *Novellas*, Barbari eodem ſenſu *Extravagantes* appellant,) una auctoris, id eſt, Frederici Imperatoris juſſu in Codice poſita eſt ſub tit. *ne filius pro patre*. Sed & inter Codicis Authenticas quædam ſunt ex illis Extravagantibus ſumptæ.

3. 3 Extravagantes.

1 Libri jur. Canon. 2 Decreta ex quib. libris compilata.

4. Sequitur ut dicamus de Jure Pontificio, quod Decretis, [1] & Decretalibus continetur. Decreta ſunt [2] collectanea ex Conciliis & veterum Patrum dictis, quin etiam ex civilibus conſtitutionibus à Gratiano Monacho excerpta, & uno volumine comprehenſa, quod vulgò appellatur *Decretum*. Atque hoc eſt primum Juris Pontificii opus quod proportione quadam Digeſtis reſpondet. quam enim rationem ſcripta Juriſconſultorum, ex quibus Digeſta ſunt compoſita, obtinent in jure civili, eandem ſcripta Patrum, ex quibus potiſſimum ſuum opus collegit Gratianus, habent in jure Canonico. Poſtea juſſu Gregorii 3 ſummi Pontificis collectę ſunt conſtitutiones Romanorum Pontificum, & redactæ in volumen, quod inſcribitur *Decretales*; quia continet 4 epiſtolas Pontificum decretales, id eſt, quibus Pontifices aliquid decernunt atque conſtituunt. Hoc opus quinque libris diſtinctum eſt, & proportione reſpondet Codici Juſtinianeo. Poſt quod, 5 cum alię multæ decretales poſteriorum Pontificum epiſtolæ extarent, hæ juſſu Bonifacii Papæ collectæ ſunt. voluit autem Bonifacius eas inſeri in libris Decretalium Gregorii, ne libri illi antea ſcripti, redderentur imperfecti & inutiles, ita ut homines duplici impenſa onerarentur, ſi poſſidentes librum Gregorianarum Decretalium, non poſſent Decretales à Bonifacio collectas ſeorſum emere, ſed cogerentur iterum totum opus ſibi comparare, juſſit igitur Bonifacius has novas Decretales ſeparato volumine deſcribi, quod libris Gregorianarum Decretalium adjungeretur. Hoc Bonifacii opus vocatur 6 *Sextus decretalium*: quia ſubjungitur 7 quinq; libris Decretalium Gregorii. Eſt autem hic Sextus conſcriptus eodem ordine quo Gregorianum volumen & ſimiliter dividitur in V. libros, nec alios titulos continet, præter eos qui, ſunt in volumine Gregoriano: hoſque eodem ordine digeſtos habet, non tamen omnes habet, ſed nonnulli ex Gregorianis titulis in ſexto Decretalium ſunt omiſſi. Poſt hæc Clemens V. [8] varias conſtitutiones condidit, præſertim in concilio Viennenſi: quas cum in unum volumen colligere, & in publicum emittere decreviſſet, ac morte præventus id efficere non potuiſſet, Johannes vigeſimus ſecundus id præſtitit, opuſque,

3 Decretalium libri. 3. Gregor. 4 Ratio cur Decretales dicantur. 4. 5 Bonifacii liber.

6 Nomen Sexti. 7 & quare.

3. 8 Clementinarum.

Cle-

Clementinas 9 ab auctore Clemente appellavit: quod non alio ordine conſcriptum eſt, quam ſuperiores Decretalium libri: ſed pauciores titulos habet. Poſtea idem Johannes vigeſimus ſecundus quasdam Decretales edidit, quæ vocantur 10 *Extravagantes Johannis vigeſimi ſecundi*. Cur autem vocentur Extravagantes, 11 ex dictis facile eſt intelligere, quia vagantur extra volumina juris pontificii: eadem ratione, qua diximus Extravagantes appellari Germanorum Principum conſtitutiones, excepta authent. *habita. C. ne filius pro patre*. quæ dici non poteſt extravagans, cum auctoris juſſu inſerta ſit in Codice Juſtinianeo. Tandem in unum volumen 12 collectæ ſunt conſtitutiones poſteriorum Pontificum, quæ inſcribuntur *Extravagantes communes*, 13 eo quod non ſunt propriæ unius Pontificis, ut Extravagantes Johannis vigeſimi ſecundi, ſed diverſos Pontifices auctores habent. Extravagantes Johannis vigeſimi ſecundi, quia ſunt tantum quatuordecim, eodem quidem ordine ſunt diſpoſitæ, quo aliæ Decretales, ſed uno indiviſo volumine continentur. Extravagantes verò communes dividuntur quidem aliquo modo in quinque libros, ut Decretales Gregorianæ, Sextus, & Clementinæ: ſed quartus liber vacat, quia nullæ Decretales repertæ ſunt in eum librum referendæ: in Clementinis autem unus eſt titulus, & una conſtitutio libri quarti. Ergo Decretales 14 Romanorum Pontificum Epiſtolæ continentur his quinque voluminibus. Gregorianis Decretalibus, Sexto decretalium, Clementinis, Extravagantibus Johannis vigeſimi ſecundi, & Extravagantibus communibus.

9 Ratio cur Clementinæ appellentur.

4.

10 Extravag. Joh. 22

11 Nominis ratio.

5.

12 Extravag. commun.

13 Ratio nomin.

14 Synopſis præcedentium.

5. In jure Orientali 1 habentur I. Baſilica II. Ecloga, ſeu ſynopſis Baſilicorum. III. Novellæ diverſorum Imperatorum conſtitutiones. IV. Reſponſa Patriarcharum. *Baſilica* 2 ſunt opus compoſitum ex Juſtiniani Digeſtis. Codice, Inſtitutionibus, & Novellis; ita ut ad eundem titulum pertinentia, quæ in jure Juſtinianeo ſunt diſperſa, in Baſilicis in unum, & eundem relata reperiantur, idem enim titulus continet, primò leges Digeſtorum ad ipſum titulum ſpectantes: deinde leges Codicis ex eodem tit. ſumptas: tandem Novellas, & inſtitutiones, ſi quid in his occurrit, ad eundem titulum pertinens. *Ecloga*, ſeu 3 *ſynopſis Baſilicorum*, eſt epitome, ſeu breviarum, in quo tituli diſponuntur ordine alphabetico, & multę leges prætermittuntur, multæ ex diverſis titulis ſub uno titulo colliguntur. De Novellis 4 nihil habeo, quod ſupra dictis addam. Dicuntur enim *Novellæ* ob rationem ſuperius expoſitam, id eſt, quia ſunt Baſilicis poſteriores. *Reſponſa Patriarcharum* 5 proportione reſpondent juri Canonico.

1 Libri juris ex Orient.

I.

2 Baſilica.

2.

3 Ecloga.

3.

4 Novellæ Imperatorum.

4.

5 Reſponſa Patriarch.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Jam de Juſtinianei juris ordine ac ſerie quædam delibemus. Inſtitutiones dividuntur in quatuor libros [1]: in quorum primo agitur de jure & de perſonis: in ſecundo, & parte tertii usque ad tit. *de Obligationibus* tractatur de rerum dominio, in altera libri terti parte, & quinque primis titulis libri quarti diſſeritur de obligationibus, deinde à titulo ſexto quarti libri uſque ad tit. 16. agitur de actionibus; tandem in tribus poſtremis titulis agitur de judiciis, id eſt, tit. 16. & 17. *de judiciis privatis*, ac tit. ult. *de judiciis publicis*.

1 Diviſ. materiæ librorum Inſtitutionis.

7. Digeſtorum diviſio [a] duplex eſt à Juſtiniano inſtituta: una in ſeptem partes: altera in quinquaginta libros.

a Diviſio Digeſtor.

Prima pars [b] inſcribitur τὰ πρῶτα, quo vocabulo ſignificantur juris primordia. Id hac enim parte agitur. I. De jure & legibus. II. De perſonis. III. De rebus. IV. De Senatu. V. De Magiſtratibus, uſq; ad finem primi libri. VI. De jurisdictione, & vocatione in jus, & editione actionis: cui tractatui adnectuntur tituli de feriis & dilationibus, de pactis, & de tranſactionibus: ubi eſt finis ſecundi libri. VII De perſonis litigantibus, ut Advocatis, Procuratoribus, Syndicis, negotiorum Geſtoribus, de quibus omnibus tituli proponuntur libro tertio. VIII. De reſtitutionibus in integrum, quæ per Magiſtratus fiunt. IX. De arbitris: cui ſimiles ſunt nautæ caupones & ſtabularii, quatenus hi omnes de recepto tenentur, & ſub communi titulo de receptis continentur. Hic eſt finis quarti libri, & primæ partis.

b Dig. pars 1, ejusque materia,

Sequitur deinde ſecunda [c] pars, quæ inſcribitur *de judiciis*. Nam libro 5. agitur de judiciis in genere, & de judiciis realibus univerſalibus. Lib. 6. 7. 8. de judiciis realibus particularibus. Lib. 9. de judiciis perſonalibus. Lib. 10. & ſequentibus, uſque ad lib. 12. de judiciis mixtis.

c Pars 2. Dig. & materia ejus.

Tertia pars inſcribitur [d] *de rebus creditis*: in qua declarantur. I. contractus nominati, qui re perficiuntur, ut mutuum, commodatum, depoſitum, pignus. Obiter autem inſeruntur multi tituli ad eos contractus aliquo modo pertinentes, ut de jurejurando, de conditione cauſa data, de condictione indebiti, de condictione furtiva, de conſtituta pecunia, de lege Rhodia, de peculio, de S C. Velleiano, de S. C. Macedoniano; de compenſationibus. Hæc omnia habentur à lib. 12. uſque ad librum 17. Contractus nominati, qui ſolo conſenſu perficiuntur, ut mandatum, ſocietas, emptio & venditio, locatio & conductio, de quibus tractatur lib. 17. 18. & duobus primis titlis lib. 18. III. Contractus innominati, qui omnes re perficiuntur, ac declarantur tribus poſterioribus titulis ejusdem lib. 19. ubi eſt finis tertiæ partis.

d Pars Dig. 3. ejusque materia.

Quarta

Quarta pars inſcribitur [c] *Umbilicus*; quia medium in Pandectis locum tenet. Varia autem jura continet. I. De pignoribus & hypothecis, lib. 20. II. De remediis ædilitiis, lib. 21. III. De Uſuris. IV. De probationibus. V. de juris & facti ignorantia, lib. 22. Quæ omnia ſunt appendices quædam reſpicientes ad contractus in tertia parte expoſitos. Poſt hæc libro 23. 24. & duobus primis titulis lib. 25. exponuntur jura inter virum & uxorem, ut de ſponſalibus, nuptiis, dotibus, donationibus inter virum & uxorem. Accedunt quatuor ſequentes tituli pertinentes ad fructum matrimonii, id eſt, ad liberos: & ultimus ejusdem libri vigeſimi quinti titulus de concubinis, quia concubinæ ſunt uxoribus ſimiles, tantum dignitate ab iis diſtant. Poſt hæc, lib. 26. & 27. agitur de tutelis & curationibus: ubi eſt finis quartæ partis.

c Dig. 4. pars, ejusque materia.

5.

Quinta pars, [a] quæ inſcribitur *de teſtamentis*, continet explicationem ultimarum voluntatum, à lib. 28. uſque ad lib. 37.

a Pars ejusque materia.

6.

In ſexta [b] parte I. Exponuntur Bonorum Poſſeſſiones, lib. 37. & lib. 38. usque ad tit. penultimum. II. Succeſſiones legitimæ tit. pen. & ult. ejusdem libri. III. Agitur de damno infecto. IV. De publicanis, & vectigalibus. V. De donationibus. Hæc tria lib. 39, concluduntur. VI. De manumiſſionibus, & liberali cauſa, lib. 40. VII. De dominio, & poſſeſſione, lib. 41. VIII. De miſſione in poſſeſſionem. lib. 42. IX. De interdictis, lib 43. X. De exceptionibus. XI. De obligationibus & actionibus, lib. 44, ubi eſt finis ſextæ partis.

b Pars ejusque materia.

7.

In ſeptima parte [c] tractatur I. De ſtipulationibus & earum novationibus, ac diſſolutionibus, libro 45. & 46. II. De privatis delictis. III. de extraordinariis criminibus. IV. De popularibus actionibus, lib. 47. V. de publicis judiciis, lib. 48. VI. De appellationibus. VII. De jure fiſci. VIII. De re militari, lib. 49. IX. De jure municipali. X. De verborum ſignificatione, & de regulis juris, lib. 50.

c Pars ejusque materia.

8. Codex dividitur [d] in duodecim libros. In *primo* agitur de jure ſacro, de legibus, de reſcriptis, & de magiſtratibus. Atque hic liber proportione reſpondet primo libro Digeſtorum. *Secundus liber* proportione reſpondet ſecundo, tertio & quarto libris Digeſtorum: tractat enim easdem materias eodem ordine diſpoſitas: tantum in calce adjiciuntur tres tituli, de ſatisdando, de formulis, & de jurejurando calumniæ. *Tertius liber* reſpondet ſecundæ parti Digeſtorum. *Quartus liber* tertiæ parti; ſed inſeruit tractatum de probationibus, quem Digeſta receperunt in quarta parte. *Quintus liber* eſt de ſponſalibus, nuptiis, dotibus, & aliis juribus inter virum & uxorem nec non de tutelis & cura-

d Diviſio & materia Codicis.

tionibus. *Sexto* agitur de bonorum poſſeſſionibus, de ultimis voluntatibus, & de ſucceſſionibus legitimis. *Septimo* tractatur de manumiſſionibus, & liberali cauſa; de dominio, poſſeſſione, præſcriptionibus, & miſſione in poſſeſſionem. *Octavo* explicantur interdicta, pignora, exceptiones, ſtipulationes, liberationes, evictiones, patria poteſtas, & donationes. *Nonus liber* eſt de criminibus. *Decimus* de jure fiſci, & de jure municipali. *Undecimus* de univerſitatibus & de cenſibus. *Duodecimus* de dignitatibus, & de apparitoribus. Hæc dicta ſint de libris Juris civilis: conſequenter dicendum de libris Juris Canonici.

a Diviſio librorum Decreti.

9. Decretum dividitur [c] in tres partes. Prima continet diſtinctiones centum & unam. Secunda continet cauſas ſex & triginta. Quælibet autem cauſa dividitur in varias quæſtiones. Non eſt ignorandum, quæſtionem tertiam cauſæ trigeſimæ tertiæ, quia paulo prolixior eſt, dividi in ſeptem diſtinctiones, quæ generaliter inſcribuntur, *De pœnitentia*. Tertia pars eſt, *De conſecratione*: quæ dividitur in quinque diſtinctiones. Decretales [a] continentur quinque libris. Primus eſt de religione, de jure, de officiis perſonarum Eccleſiaſticarum, de pactis, & transfactionibus, de litigantibus, de reſtitutionibus, & de arbitris, in ſumma continet juris primordia, & proportione reſpondet primæ parti Pandectarum, & primo ac ſecundo libris Codicis. Secundus liber eſt de judiciis. Tertius de variis cauſis, quæ potiſſimum ſpectantur, quatenus ad Clericos, Monachos, & Regulares pertinent. Quartus de cauſis matrimonialibus. Quintus de criminibus.

a Decretal. diviſio & materia.

a Collat. lib. juris cum univerſo.

1\.

b Juris Civil

c Libri 4. Inſtitut. repreſentant Elementa. 4

2\.

d Septem partes Dig. 7. Planetas.

3\.

e Duodecim lib. Cod. 12. ſig. zod.

4\.

f Novell. primum mobile.

g Decret. collatio cum univerſo.

h Liber 1 Reſpond. Cœlo.

10. Libet hoc loco libros juris conferre [a] cum univerſo, & oſtendere utrumque jus eſſe microcoſmum quendam. Ut igitur incipiam à jure [b] civili, quatuor libri inſtitutionum [c] proportione reſpondent quatuor elementis, & hoc Imperator voluit, ſiquidem in hujus operis prooemio ſcribit, ſe juſſiſſe, ut divideretur in quatuor libros ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa. Septem partes Pandectarum [d] proportione reſpondent ſeptem planetis. Duodecim verò Codicis [e] libri cœleſtibus duodecim ſignis octavæ ſphæræ. Ut autem primum mobile ſtellis caret, ita Novellarum [f] liber caret titulis, nam qui ſunt editi, ſunt omnes nothi, ac delendi, nec habent certum auctorem, ſed alii ſunt in editione vulgata, alii apud Scrimgerum, alii apud Holoandrum, alios ex Reginæ bibliotheca Cujacius edidit. Ergo omnes Mundi partes libri Juſtinianei nobis repræſentant.

11. Alia ratione idem in Decretalibus [g] apparet. Nam primus liber, [h] tanquam cœlum quoddam, cœleſtia & divina jura continet de fide ac religione, de ſacro jure, & de perſonis ſacris. Et

ut

ut cœlo ſubjicitur ſphæra ignis. ita primo Decretalium ſubjicitur
ſecundus liber de judiciis, quæ inter omnes actiones humanas,[i] 2 Igni.
quaſi ignis inrer elementa, perſpicue dominantur, & rempubli-
cam vitiis purgant, ut ignis aurum. Deinde in Mundo ſubjicitur
alterum elementum, quod modo vocamus cœlum, modo aë-[k] 3 Aeri.
rem:[k] in Decretalibus autem ſubjicitur tertius liber de variis a-
ctibus Clericorum, Regularium, & Monachorum, qui vitam
quandam cœleſtem vivere debent, non tamen talem qualem de-
gunt qui ſunt in cœlis cum Domino, ſed mediam inter cœle-
ſtem illam, & terreſtrem vulgi. ut enim aër, etſi vocatur cœlum
tamen longè inferior & imperfectior eſt cœlo proprie dicto,
nulli mutationi obnoxia: ita Clericorum & Monachorum vita
eſt imperfectior, quam vita Sanctorum, Dei aſpectu fruentium
in Paradiſo: nam ſicut in hoc aëre, in quo vivimus, multæ ſunt
mutationes, & alias bonæ, alias malæ tempeſtates, ita etiam in
perſonis eccleſiaſticis non tantum virtutes, ſed etiam vitia quæ-
dam interdum cernuntur: nec plus ab eis exigimus, quàm ut
ſupra vulgarem & quaſi terreſtrem vivendi rationem attollantur,
quatenus homini in hac vita licet. Quartus Decretalium liber 4.
elemento[a] aquæ reſpondet. Agit enim de matrimonio, quod[a] Aquæ.
eſt cauſa generationis: veteres autem humori hanc cauſam ad-
ſcribunt ideoque finxerunt Venerem è maris ſpuma ortam eſſe,
quia ſemen ſpumæ ſimile eſt. Poſtremum locum in Mundo 5.
tenet[b] terra in qua eſt infernus, ubi damnati cuſtodiuntur ac[b] Terræ.
torquentur: & in Decretalibus quintus liber de criminibus, &
eorum pœnis. Si quis etiam Purgatorium in hoc loco quærat,
facilè inveniet, nimirum titulos *de purgatione Canonica*, *& de
purgatione vulgari*. An & limbum tibi oſtendi cupis? Accipe i-
gitur titulos *de verborum ſignificatione*, *& de regulis juris*: quo-
rum ille limbi parvulorum, hic limbi veterum Patrum figura
dici poteſt: rationem adderem, niſi manifeſtam eſſe putarem.

12. His expoſitis, notandum eſt[c], titulos Codicis & Pandecta-
rum ſub ſe plerumque multas leges, interdum unam continere,
Leges autem & Inſtitutionum, Feudorumque titulos[d], ac No-
vellas, & Extravagantes dividi in paragraphos, quamquam No-
vellæ[e] dividuntur etiam in capita. quidam etiam multos Feudo-
rum titulos in capita diſtribuunt: ac ſunt Feudorum libri vulgo
duo, Cujacio quinque. Libri quoque Decretalium dividuntur in[f]
titulos: tituli ſubdividuntur in capitula, quod enim in Dige-
ſtis & Codice vocatur *Lex*, id in Decretalibus appellatur *Capitu-
lum*, in Decreto[g] *Canon*. Nam decreti diſtinctiones, & quæſtio-
nes dividuntur in Canones. ac tam capitula, quàm Canones, ubi
prolixiora ſunt in paragraphos ſubdividuntur. Notandum tamen

c Libri D. & C. continent ſuis titulis leges, paragraphos.
d Inſtit. Feudal. Nov Extrav. paragraphos, tantum.
e Etiam Nov. & Feud. capita.
f Libri Decretalium habent capita.
g Decr. canones.

b Paragraphorum collocatio.

i Ratio collocationis eorum.

eſt, b nunquam paragraphos initio legis, vel canonis, vel capituli conſtitui: ſed principium ſemper diſtingui à paragraphis. Ratio i eſt. quia paragraphi appellatio ſumitur ab hac nota q́, quæ non apponitur principiis legum, vel canonum, vel capitum, quorum prima litera major cęteris pingi ſolet, adeo ut facilè in oculos incurrat, neque commode notam paragraphi admittat.

k Modus allegandi loca ex jure canonico.

l In decretalib. 1. Gregorii.

a 2 Bonifacii

b 3 Clementin.

c 4 Extravag.

d In decreti parte prima.

e ſecunda.

f tertia.

13. Tandem explicandum eſt, quo modo k allegentur loca juris Canonici, notius enim eſt, quomodo citentur ex jure civili. Id exemplis declarare ſufficiet. Loca Decretalium l ſic allegantur: *ext. de ſumma Trin. & fide Cathol. cap.* 1. §. *una ext. de jurejurand. cap. ult.* §. *ſane, ext. de teſtam c. Rainutius*. Eodem modo citantur loca a Sexti Decretalium: ſed additur *in ſexto*, vel *libro ſexto: ut ext. de cenſib. c.* I. §. *poſtquam. lib.* 6. *& ext. de hæreticis c.* 2. §. *hæretici in* 6. In Clementinis b vero pro capitulis vocamus Clementinas. Et ſimiliter in Extravagantibus c, omiſſo nomine capituli, appellamus Extravagantes: veluti, *Clem.* I. *de ſent & re judic. extravag. un. Joh.* XXII. *de major. & obedient. extravag. comm. ſalvator. de præben.* d Ex prima parte Decreti hoc modo canones citantur: *diſt.* I. *can. lex. & diſt.* 10. *can. certum.* Ex ſecunda e parte ſic, *tertia* (ſubaudi cauſa) *quæſtione nona, can. caveant. item.* 5. *q.* 5. *can. illi de pœnitent. diſt.* 1. *can.* I. *item de pœn. diſt.* 4. *cult.* Ex tertia f parte hoc modo, *de conſecrat. diſt.* 4. *can. quæris.* §, *difficillimam.* Hæc de libris juris in gratiam juris tyronum adnotaſſe ſufficiat.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

INSTITUTIONUM PROOEMIUM.

¹ *De confirmatione Inſtitutionum.*

2 **IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI) 3** ***Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, Alemanicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor ac Triumphator ſemper Auguſtus, cupidæ legum juventuti.*** **[S. D.]**

1 SCopus hujus Procemii eſt, Inſtitutiones confirmare. i.e. eis vim legum tribuere, & juvenes juris ſtudioſos ad earum lectionem adhortari. Formam habet epiſtolę, ac partes quatuor continet invocationem Divini Nominis, ſalutationem, epiſtolam & ſubſcriptionem.

2 Ex prima parte nota Chriſti nomen, operum & actionum noſtrarum initio rectè à nobis invocari, exemplo Juſtiniani tam hoc, quam multis aliis locis, religioſiſſimus enim Imperator in legibus condendis, ab invocatione Divini Numinis, quam principium & medium & finem legum eſſe debere cenſet, auſpicari ſolitus eſt *Novella* 85. *in princip. & Novella* 109. *in princip.*

3 Ex ſecunda parte nota primò varia noſtri auctoris nomina. I. A dignitate vocatur *Imperator*, non tanquam dux exercitus, ut in §. *ſervi autem ex eo, infr. de jure perſon.* ſed ut Imperii Romani moderator. [Proprie tamen id nomen tribui ſolebat iis qui re bene geſta, hoc honoris titulo, acclamatione militum, vel Decreto Senatus decorati eſſent. *Vinn.*] II. Ratione ſucceſſionis appellatur *Cæſar, Flavius*: quia Cæſaribus & Flaviis in imperio ſucceſſit. Nam Cæſaris appellatio à [Julio] Cæſare imperii conditore ad eos, qui in imperio ſucceſſerint, transmiſſa eſt. *Nov.* 30 *in princip.* [etiam ad eos qui vivo Imp. hæredes deſignati erant Auguſtæ majeſtatis. *l.* 7. *C. de maleſ. & Mathem.* Hodie Reges Romanorum vocantur. *Vinn.*] Ex Flaviorum autem familia fuerunt Veſpaſianus, Titus, Domitianus: & hoc cognomen ſibi aſſumpſe-

ſumpſerunt Græci Imperatores, qui ante Juſtinianum noſtrum regnarunt. Alciat. *lib*. 5. *Parer*. *c*. 3. III. Proprio nomine, vel (ut Anton. Auguſtino videtur *lib*. 3. *emend. cap*. 8.) à Juſtino avunculo & patre adoptivo, cui ſucceſſit in Imperio, vocatur *Juſtinianus*. Idcirco Juſtinum patrem ſuum appellat. *infr. de donat. §. eſt & aliud. & ff. qui teſtam. fac non poſſ. §. cæcus*. IV. A gentibus devictis ſumpſit hæc cognomina, *Alemanicus*, *Gotticus*, *Francicus*, *Germanicus*, *Anticus*, *Alanicus*, *Vandalicus*, *Africanus*. V. Ab acclamatione, quæ inaugurationis tempore, boni ominis cauſa fiebat, dicitur *pius*, *felix*, *inclytus*, *victor*, *ac triumphator ſemper Auguſtus*. Quanquam etiam ab Antonino dici poteſt ſumpſiſſe Pii cognomen: quia primus Antoninus eo decoratus fuit, & ad ſequentes Imperatores transmiſit. *Nov*. 78. *in fin*. Nota ſecundo duas conditiones in iis requiri, qui hiſce Inſtitutionibus operam daturi ſint. I. Debent eſſe legum cupidi, ut velint fieri juris periti ἐὰν γὰρ ᾖς φιλομαθὴς, (ut inquit Iſocrates ad Dæmonicum) ἔσῃ πολυμαθής, *Si eris diſcendi cupidus, multa diſces*. II. Debent eſſe juvenes ut poſſint progreſſu temporis, & poſt Inſtitutiones aliis libris juris perlectis evadere perfecti Jureconſulti. nam & dociliores ſunt juvenes, quàm ſenes. *ff. de ædil. edict. l. præcipiunt*. 37. Quanquam Accurſius quadragenarius animum ad jurisprudentiam appuliſſe dicitur, teſte Cumano *in l. cùm quid. ff. de reb. cred*.

Officium Imperatoris ejusque ratio.

* Quod eſt officium boni Imperatoris.
** Quæ ratio ejus officii?

*IMperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam: ** ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, rectè poſſit gubernari: & Princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus prælìis victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat: & fiat tam juris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triumphator [magnificus.]

In tertia parte Juſtinianus expoſiturus, cur has Inſtitutiones conſcribi juſſerit, rem altiùs repetit. PRIMÒ igitur in princ. docet, Imperatorem non minus egere legibus, quam armis: quia ut vita humana, ſecundum Lucianum *in Paraſio*, & Theonem ſophiſtam *in I. Chria*, ita etiam reip. adminiſtratio in duo tempora dividitur, belli, & pacis, ut Ariſt. ſcribit. *Polit. lib*. 1. *cap*. 3. & *l*. 7. *c*. 14. & utriusque temporis gubernatio ad Principem ſpectat. Strabo *lib*. 17. de Auguſto loquens, καὶ πολέμου, inquit, καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου. *Et belli & pacis dominus ad vitam conſtitutus eſt*. Quare tam arma, quam leges Principi ſunt commiſſa.

Nov.

Nov. 105. *in princip.* [Parvi enim ſunt foris arma, niſi ſit conſilium Domi. *Cic.* 1, *offic.*] Armis enim hoſtes in prælio ſuperantur, ac de eis triumphus comparatur; legibus verò cives in officio continentur, & per legitimos tramites, id eſt, per judicia recte conſtituta. *C. de petit. hæred. l. ult. in princip.* calumniantes, hoc eſt, qui mala fide ligitant, coërcentur. Sic enim calumniantium vocabulum hoc loco accipitur, cùm alibi aliter ſumatur, ut *ff. de calumn. tot. tit. ad S, C. Turpil. l.* 1.. §. 1. [*Cic.* 2. *de Rep.* ut Carneadi reſpondeatis, ſæpe optimas cauſas ingenti calumnia ludificari ſolet.] Ac licet proprie arma rempub. tueantur, leges eam exornent; tamen Juſtinianus, ut oſtendat hæc mutuam opem ſibi invicem præbere. C. *de nov. Cod. conf. in princ.* id, quod eſt armorum, tribuit legibus; & quod eſt legum tribuit armis, inquiens Imperatorem armis decorari, legibus armari.

Quid in bellis, quid in jure & legibus Juſtinianus præſtiterit.

1. §. * Quorum utramque viam cum ſummis vigiliis, ſummaque providentia, annuente Deo, perfecimus. ** Et bellicos quidem ſudores noſtros Barbaricæ gentes ſub juga noſtra redactæ cognoſcunt: & tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ poſt tanta temporum ſpatia, noſtris victoriis â cœleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtroq; additæ imperio, proteſtantur. *⁎ Omnes vero pobuli legibus tam à nobis promulgatis, quam compoſitis, reguntur.

*Quomodo Juſtinianus, ſe bene functum eſſe officio Imp. teſtatur in genere? ** Quomodo teſtatur de bellis ſuis? *⁎ Quomodo de leg.

SECVNDÒ in §. *i. h. n.* oſtendit ſe utrique Imperatorio muneri ſatisfeciſſe, & armis adverſus hoſtes, legibus erga ſubditos uſum eſſe. Illud probat teſtimonio Barbarorum, quos bello vicit, & provinciarum, quas ab hoſtibus recuperavit. Hoc ex eo probat, quod populos legibus partim promulgatis, partim compoſitis regit. Promulgantur leges, cum publicantur: componuntur autem, cum in unum volumen rediguntur. ſuas leges Juſtinianus promulgavit: ſuas & alienas compoſuit,

Juſtinianai Codicis & Pandectarum compoſitio.

2. § [a] Et cum ſacratiſſimas conſtitutiones, antea confuſas, in luculentam ereximus conſonantiam [b] tunc noſtram extendimus curam ad immenſa veteris prudentiæ volumina, & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cœleſti favore jam adimplevimus.

a Quibus teſtatur ſe compoſuiſſe Codicem Juſtinianeum. b Quibus teſtatur ſe Pandectas feciſſe.

TERTIÒ docet, quæ ſunt leges à ſe, ſeu ſuo juſſu compoſitæ;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Hæ ſunt redactæ in tria volumina. primum volumen eſt Codex, quo continentur conſtitutiones Romanorum Principum. Juſtinianus enim has conſtitutiones antea confuſas (quia partim erant in Codice Theodoſiano, partim in Codice Gregoriano, partim in Codice Hermogeniano, partim extra illos tres Codices vagabantur) in luculentam erexit conſonantiam, id eſt, in unum Codicem, quem de ſuo nomine Juſtinianeum appellavit, apte redegit: libris enim & titulis pulchro ordine diſpoſitis diſtinxit, & nullam antinomiam (multæ autem in veteribus Codicibus erant) reliquit. ordo igitur ſplendorem huic operi affert, & quia ſunt antinomiæ ſublatæ, mira eſt inter has omnes conſtitutiones conſonantia, §. 2. *h.p.* Nota Codicem bis fuiſſe editum, ſemel ante alios libros juris, & iterum poſt Digeſta & Inſtitutiones, ut in prolegomenis expoſui: ſed hic tantûm fit mentio primæ editionis. Secundum opus ſunt Digeſta, ſeu Pandectæ, collectum ex veteris prudentiæ voluminibus, id eſt, ex Juriſconſultorum libris *d. hoc noſtro* §. 2. *verſ. tunc noſtram.* Nam vetus prudentia & vetus ſive antiquum jus dicitur hic, quod libris Juriſconſultorum continetur, ut infra *hoc proœm.* §. *igitur & de libert.* §. *ult. & de nupt.* §· *ſunt & aliæ. & ff. de div. reg. jur. in rubr. & C. d. vet. jur. enucl.* Cur Digeſta, cur item Pandectæ appellentur, cùm docuerim in prolegomenis, non debeo hic fruſtra repetere. Hoc opus Juſtinianus vocat deſperatum: quia ſuper fidem humanam videbatur ex immenſis veterum voluminibus (erant enim duo ferè millia librorum, & plusquam tricies centena millia verſus à veteribus effuſa. *ff. initio.* §. I. *& C. de vet. jur. enucl. l.* 2. §. *omnia igitur* I. *verſ. Sed cum omnia.*) unum mediocre opus conficere: quod tamen Juſtiniani noſtri auctoritate perfectum eſt.

Tempus compoſitionis, authores eorumque virtutes, fines, uſus Inſtitutionum, honor, commodum ſtudioſorum.

a Quibus verbis teſtatur, ſe poſt Cod. & Pandect. compoſuiſſe per eximios viros Inſtitutiones.

3. †. [a] Cumque hoc, Deo propitio, peractum eſt: Triboniano viro magnifico, magiſtro, & exquæſtore ſacri palatii noſtri, [& exconſule] nec non Theophilo & Dorotheo, viris illuſtribus, antecesſoribus, (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras juſſiones fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis mandavimus ſpecialiter, ut ipſi noſtra auctoritate, noſtrisque ſuaſionibus Inſtitutiones componerent: [b] ut liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperalii ſplendore appetere: & tam aures: quam animi

b In quem finem ſunt ſcriptæ inſtitutiones?

animi veſtri, nihil inutile, nihilque perperam poſitum, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis, accipiant & quod priore tempore vix poſt quadriennium [prioribus] contingebat, [ut tunc conſtitutiones Imperatorias legerent :] hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, ut & initium vobis & finis legum eruditionis à voce principali procedat.

Tertium opus ſunt Inſtitutiones, quas nunc præ manibus habemus: de quibus plura traduntur. I. Tempus, quo compoſitæ ſunt, nimirum poſt compoſita Digeſta. § 3. *hoc p. in princ.* II. Miniſtri, quorum opera in his conficiendis Juſtinianus eſt uſus. hi vero ſunt tres; Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus. Tribonianus fuit vir magnificus, magiſter officiorum, exquæſtor ſacri palatii, & exconſul: Quamquam verbum *exconſul* hic abeſt à libris ſcriptis, & à Theophilo, extat tamen *in l. 2. in pr. verſ. nos itaque. C. de vet. jur enucl.* Magiſter officiorum ſcholiis palatinis præerat. *C. d. loc. l. ult. & de privil. ſchol. l. 2.* Quæſtor ſacri palatii orationes Principum in Senatu legebat. *ff. de offic. quæſtor. l. unic. §. ex quæſtoribus. 2. & §. ult.* eorum reſcripta dictabat. C. *de diverſ. reſcr. l. ult.* hisque ſubſcribebat *Nov.* 114. *c.* 1. [& hodie Cancellarius dicitur. *Vinn.*] Apud eum ſervabatur minus laterculũ *C. de off. quæſt. l.* 1. ut majus laterculũ ſervabatur apud primicerium notariorum, ut ſcriptum eſt *in Notitia Romani Imperii.* Laterculum erat Codex, in quo dignitates & officia deſcripta erant, majora quidem in majori, minora vero in minori: dictum vel (ſecundum Hotomanum) à latendo, vel (ſecundum Cujacium) à lateribus, quia quadratâ figurâ præditum erat. Tribonianus in Inſt. vocatur quæſtor. *infr. quib. alien. lic. vel non. §. ult. & de fideic. hæred. §. ult.* ſed in hoc proœmio appellatur exquæſtor: quia hoc proœmium poſt abſolutas Inſtitutiones conſcriptum eſt. Poſtquam Tribonianus jam quæſtura functus erat, nam exquæſtor dicitur, qui quæſturam geſſit: & ſimiliter exconſul, qui conſulatu functus eſt. At conſularis & quæſtorius latius patent, quia non ſolum iis tribuuntur, qui magiſtratu functi ſunt, ſed etiam iis, qui dignitate quæſtoria, vel conſulari ſunt à Principe donati, ejusque dignitatis codicillos, ſeu diploma acceperunt. Theophilus & Dorotheus fuerunt viri illuſtres, & anteceſſores, id eſt, juris profeſſores, ille Conſtantinopoli, hic Beryti. *C. de vet. jur. enucl. l. 1. §. quæ omnia. 9.* His tribus viris, tanquam maximè idoneis, Juſtinianus hoc opus faciendum ſpecialiter mandavit [nam ejusmodi facta quæ ſunt magni momenti, ſpeciale mandatum requirunt, non ſufficiente mandato generali *ff de procurat. l. non ſolum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

*ſolum.*39 §. *ult. & de minor. l. illud.* 25. §. 1, *& de acceptilat. l* 3. *l. & per jus jurandum* 13. §. *tutor.* 10. perfectâ eorum ſoler tiâ (id eſt, naturali vi ingenii) & legum ſcientiâ & in mandati Imperialib. exequendis fide ſingulari. Ut enim poſſent hoc man datum exequi, tam à natura, quam ab arte inſtructos eſſe opor tebat: ut autem vellent ſine omni fraude exequi, fides neceſſari erat. III. Utilitas: quæ quidem eſt duplex. Altera proponitu in verſic. *ut liceat.* quod in poſterum juris ſtudioſi non diſcen prima juris elementa ab antiquis fabulis, id eſt, à veterum Inſti tutionibus, in quibus multa erant inutilia, & ab uſu remota; ſed ex hoc Imperiali opere, in quo nihil continetur inutile, & nihi perperam ac temere poſitum eſt, ſed jura in foro obtinentia congruo ordine ſunt diſpoſita, [adoleſcentibus enim diſcenda quæ viris uſui futura ſunt: *Ariſtip. apud Laërt.*] Altera ſubjici tur *in verſic. & quod priore.* quòd juris ſtudioſi non tantum fi nem hujus diſciplinæ. i. e. Codicem accipient tamquam ex ore Principum, qui ſunt conſtitutionum in Codice poſitarum au ctores, ſed etiam Principium, id eſt, Inſtitutiones, quarum au ctor eſt Imperator Juſtinianus: cum olim nullæ eſſent Inſtitutio nes Imperiales, ſed tantum Inſtitutiones à privatis hominibu conſcriptæ, ut à Gaio, Florentino, Paulo, Marciano.

De numero librorum, materia, compilatorib. Pandectar

De libris & materia Inſtitutionum.

a Quid continent Digeſta? b Per quos compoſita? c Quot ſunt libri inſtitut.? d Quæ earum materia?

4 §. [a] Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarnm, (in quibus omne jus antiquum collectum eſt, [b] quod per eundem virum excelſum Tribonianum nec non cæteros viros illuſtres, & facundiſſimos confe cimus) [c] in quatuor libros eaſdem Inſtitutiones partir juſſimus: [d] ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima ele menta.

IV. Diviſio in quatuor libros: quia ſicut quatuor ſunt natu ralia elementa, ita etiam placuit totidem eſſe elementa juris § 4. *h. p.* quod naturam imitatur. infra *de adopt.* §. *minorem.*

Iuris veteris cum novo collatio.

5. §, [e] In quibus breviter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat: & quod poſtea deſuetudine inumbratum, im periali remedio illuminatum eſt.

e Juſne antiquum comprehenſum eſt libris Inſt.?

V. Quæ jura in his Inſtitutionibus contineantur? ea verò con tinentur, quæ ſunt in uſu, vel quia numquam in deſuetudinem abierunt, vel quia cum in deſuetudinem abiiſſent, ab Impera toribus ſunt in uſum revocata. §. 5. *h. p.*

Libri,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Libri, ex quibus Inſtitutiones compilatæ, earumque confirmatio ſolemnis.

6. § [a] Quas ex omnibus antiquorum inſtitutionibus & præcipue ex commentariis Caji noſtri, tam inſtitutionum, quam rerum quotidianarum aliiſque multis commentariis compoſitas, [b] cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus & recognovimus, & pleniſſimum noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodavimus.

a Ex quibus libris collectæ Inſtitutiones?
b Quomodo confirmatæ.

VI. Ex quibus libris collectæ ſint. Ait Imperator *in* §. *h.n* eas eſſe compoſitas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus, aliiſque commentariis præſertim Caji Juriſconſulti, quem hac de cauſa *noſtrum* appellat, tam *hic*, quam *infr. de public. jud.* §. *item lex Cornelia de ſicariis* 5. quoniam eum præ cæteris Juriſconſultis in hoc opere ſecutus eſt. Floruit autem Divi Hadriani temporibus, ut conſtat ex *l. utrum* 7. *verſ. & noſtra ff. de reb. dub.* VII. Hujus operis à dictis prudentibus viris Triboniano, Theophilo, & Dorotheo, oblati recognitio, & approbatio: per quam factum eſt, ut quæcumque in eo continentur, vim conſtitutionum Imperalium obtineant. *d.* §. *h. n. verſic. cum tres.*

Adhortatio ad lectionem Inſtitutionum *& prœmium.*

7. § [c] Summa itaque ope, & alacri ſtudio has leges noſtras accipite: & voſmet ipſos ſic eruditos oſtendite: [d] ut ſpes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari, D. CP. XI. Ka. Decemb, D. JVSTINIANO. PP. A. III. CONS.

c Quæ eſt adhortatio?
d Quod laboris præmium?

VIII. Adhortatio ad has Inſtitutiones perlegendas. Cum enim oſtenſum ſit eas vim legum obtinere, & legitimæ ſcientiæ prima principia continere: conſequens eſt, ut accurate à ſtudioſis juvenib. legi, & addiſci debeant. Quod ut alacrius faciant, Imperator *in* §. *ult.* eis præmia proponit, quæ poſt Inſtitutiones cæteroſque juris libros perlectos conſequentur, nempe adminiſtrationem reipublicæ, non quidem totius, quod ad ſolum Imperatorem ſpectat. *Nov.* 1. *in princ.* ſed in partibus, quæ fidei volente Principe committentur. (Sic Cic. 1. de Oratore. Pergite, ut facitis, adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati & Reip. emolumento eſſe poſſitis.]

Expoſui Juſtiniani epiſtolam, quæ eſt tertia proœmii pars. Tandem in quarta parte apponitur hæc ſubſcriptio, *Data Conſtantinop. D. Juſtiniano perpetuo Auguſto tertium Conſule.* veteres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

enim tempora notabant perConſules, quibus Juſtinianus *Nov.* 47. *c.* 1. nomen Imperatoris & annum ejus imperii proponi jubet.

AXIOMATA.

1. *Chriſti nomen operum initio rectè invocatur.* rubr.
2. *Laudis ſuæ titulos efferre licet.* ead. rubr.
3. *Qui ad legum ſtudium animum appellit, juvenis & legum cupidus eſſe debet.* ead. rubr.
4. *Princeps armis & legibus opus habet.* in princ.
5. *Bellum armis pax legibus adminiſtratur.* ibid.
6. *Victoriæ ſunt à Deo.* §. 1.
7. *Populi ſunt legibus regendi.* eod. §.
8. *Labores ſuos, eorumque ſucceſſum felicem referre ad excitandos alios ad virtutes & ſtudia conveniens eſt.* §. 1.
9. *Cœleſti favore magnæ res perficiuntur.* §. 2.
10. *In miniſtris requiritur ſolertia, ſcientia & fides.* §. 3.
11. *Jura obſoleta ſunt prætermittenda.* eod. §.
12. *Optimè ille inſtituit, qui cum res exigit, antiqua & nova jura eorumque rationes componit.* §. 5.
13. *In juris ſtudium diligenter incumbendum.* §. ult.
14. *Ad reipublicæ adminiſtrationem & honores adſpirare licet.* d. §. ult.
15. *Reipublicæ adminiſtratio juris peritis committi debet.* d. §. ult.

ANACEPHALÆOSIS INSTITUTIONUM.

LIBRI PRIMI.

1. de Juſtitia & jure. | Jurisprudentiæ finis, eſt juſtitia.
Juſtitię objectũ eſt jus, quod quadrifariam dividitur

PRIMO.

Aut eſt publicum, aut privatum, cujus tres ſunt partes
Jus naturale,
Jus gentium &
Jus civile.

2. de Jure naturali, gentium & civili. | SECUNDO.
vel eſt ſcriptum, vel non ſcriptum.

TERTIO.

Partim eſt mutabile, partim immutabile.

QUARTO.

3. de Jure perſonarũ | Aut verſatur in perſonis aut in rebus aut in actionib. quod ad perſonas attinet, duplex eſt earum diviſio;
4. de Ingenuis.
5. de Libertinis. | PRIMO.
6. Qui ex quib. cauſ manumitti non poſſunt, | Alii ſunt liberi alii ſervi.
Liberorum autem alii ingenui naſcuntur.
7. de Lege Fuſia Caninia tollenda. | Alii Libertini fiunt manumiſſione, quæ certis caſibus impeditis per legem Æliam Sentiam, & olim impediebatur etiam per legem Fuſiam Caniniam.

8. de His qui ſui ſunt vel alieni juris.
9. de Patria poteſtate.
10. de Nuptiis.
11. de Adoptionibus.
12. Quibus modis jus poteſtatis ſolvitur.
13. de Tutelis.
14. Qui teſtamento tutores dari poſſunt.
15. de Legitima adgnatorum tutela.
16. de Capitis deminitione.
17. de Legit. patron.
18. de Legitima parentum tutela.
19. de Fiduciaria tutela.
20. de Atiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.
21. de Auctoritate tutorum.
22. Quibus modis tutela finitur,
23. de Curatoribus.
24. de Satisdatione tutorum, vel curatorum.
25. de Excuſatione tutorum, vel curatorum.
26. de Suſpectis tutoribus vel curatoribus.

SECVNDO,
vel ſunt ſui juris, vel alieni juris.

Hi aut ſunt in poteſtate dominorum aut

Poteſtate parentum, nempe liberi.

Procreati ex juſtis nuptiis, vel legitimati.
vel adoptati,
Niſi aliquo modo poteſtas ſit diſſoluta.

Illi qui ſunt ſui juris, partim ſunt in tutela, quæ
vel eſt teſtamentaria,
vel legitima, ut agnatorum.

ſed agnatio par capitis deminutionem tollitur.
Patronorum,
Parentum,
Fiduciaria,
vel Dativa, harum autem omnium effectus in tutorum
Adminiſtratione &
Authoritate cernitur, &
omnes pubertate aliisque modis finiuntur:

Partim in curatione
communia vero tutelæ & curationi, tria ſunt,

Satisdatio.

Excuſatio &

Remotio ob ſuſpicionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

INSTITUTIONUM
LIBER PRIMUS.
DE,
JUSTITIA & JURE.

Priuſquam de legitimæ ſcientiæ ſubjecto pertractet, de ip juris arte verba facit.

TITULUS PRIMUS.

Quæ eſt Definitio Juſtitiæ?

IUſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuu cuique tribuendi.

ET PRIMO in principio tituli declarat ejus finem, id e juſtitiam, quæ definitur, conſtans & perpetua voluntas j ſuum cuique tribuendi, hoc eſt, habitus animi, per que volumus juſte agere, & ſuum cuique tribuere, ac re ipſa tribu mus, niſi impediamur; nam voluntatem cum poteſtate conju ctam effectus ſequitur. Huic definitioni non obſtat, quod ſept in die cadit juſtus, *Prov.* 24. ℣. 16. & nihil eſt perpetuum rebus humanis, *Nov.* 7. *cap.* 2. Iſocr. *ad Dæmonicum.* §. 35. Ci *in Conſolat.* illo loco; Nihil in rebus humanis perpetuo firmu ejusdemque naturæ optare licet: quia mutatio non fit in juſtiti eſſentia & quidditate, quæ per definitionem explicatur, ſed ſubjecto, id eſt, in homine, qui modo juſtitiam, modo injuſt ſtiam recipit[Juſtitia autem vel eſt *Diſtributiva*: quæ in præmi & pœnis pro cujusque merito diſtribuendis æqualitatem ſerv geometricam, vel *Commutativa*, quæ moderatur mutuas oblig tiones, juxta æqualitatem arithmeticam.]

Definitio Jurisprudentiæ.

a Quæ Juris?

I. § [a] Jurisprudentia eſt divinarum atque humanaru rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.

SECUNDO in §. I. *hoc noſtro* ipſam artem definit, inquien eſſe divinarum atque humanarum rerum notitiam, juſti atq injuſti ſcientiam, in qua definitione, notitia & ſcientia ſumunt οὐκ παρ᾽ἀλλήλοις, nec diſtinguuntur ab arte. nam hæc ſcientia voc

…ur ars. *ff. hoc tit. l. 1. in princ.* non quod ſit effectiva, ut artes, …uas appellamus mechanicas, ſed quia eſt practica, quandoqui… …em ejus finis non eſt inanis contemplatio, ſed actio, quæ in uſu … praxi forenſi maxime cernitur. proprie autem nominatur Ju… …iſprudentia *d. §. 1. & ff. eo. l. juſtitia* 10. *§ ult.* [quæ eſt habitus in… …ellectus, & juſtitia, ut virtus moralis, eſt habitus voluntatis. *Vinn.* …us autem eſt ars æqui & boni: ſive ars juſtitiæ, de juſtitia, ſeu …ono & æquo præcepta tradens. *Perez.* Res divinæ & humanæ …unt hujus artis ſubjectum, (ut ſcholaſtici loquuntur) materiale: …uſtum atque injuſtum, ſunt ſubjectum formale, quia res divinæ … humanæ eatenus in juriſprudentia conſiderantur, quatenus ad …us & injuriam referuntur [juriſconſulti enim officium eſt ju… …tum ab injuſto, æquum ab iniquo, licitum ab illicito ſecernere. … 1. §. 1. *ff. eod.*]

Methodus & ejus ratio.

2. § [a] His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani: ita videntur poſſe tradi commodiſſime, ſi primò levi ac ſimplici via, poſt deinde diligentiſſima atque exactiſſima interpretatione ſingula tradantur: [b] alioqui ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut deſertorum ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) ſerius ad id perducemus ad quod, leviore via ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia maturius perduci potuiſſet

[a] Quæ methodus ſervanda ab iis, qui jure ſunt expoſituri. [b] Quæ ratio?

TERTIÒ in §. 2. *h. n.* poſt dictas juſtitiæ & juriſprudentiæ definitiones generaliter traditas (quia non ſunt juris Romani propriæ, ſed omnium gentium juribus communes) exponit methodum, qua hæc ars tradi debet, nimirum à ſimplicioribus & facilioribus, quam methodum probat etiam *infr. de legat. §. ſed non usque 3. verſ. ſed ne in primis.* Quandoque tamen adhibentur aliæ methodi, ut à dignioribus, *infra. tit. proximo. §. ult.* vel à vetuſtioribus *infr. de rerum diviſione. §. ſingulorum.* 11. vel à genere ad ſpecies. *ff. de reb. cred. l.* 1. vel à toto ad partes. *ff. ſi pars hæred. pet. l. 1. in princ.* vel ab univerſitate ad res ſingulares, *ff. de rei vend. l. 1. in pr.* vel à ſingulis rebus ad univerſitates *infr. per quas perſ. nobis acquiritur. §. ult. ff. ad Treb. l. 1. in pr.* vel ab eo quod eſt inſolitum, ad id quod non inſolitum. *ff. de peculio. l. 1. in princ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Præcepta juris.

a Quæ præcepta juris?

3. § [a] Juris præcepta ſunt hæc: honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.

QVARTO in §. 3. *hoc noſtro.* recenſet præcepta juris, non particularia, quæ ſunt pene infinita, & ſuis locis tradi debent, ſed universalia, quæ tria ſunt. Honeſte vivere. Alterum non lædere. Suum cuique tribuere, nam per ſe honeſtas requiritur, & erga alios ſic nos gerere debemus, ut non ſolum vitemus quod malum eſt, ſed etiam agamus quod eſt bonum, *Pſal.* 37. *vſ.* 27. [*Cic. pro Balbo*: Eſt aliquid quod non oporteat etiamſi licet. *cit. l.* 144. *de R. I.* & poteſt quis in ſuo facere quod ſibi eſt utile, licet alteri per conſequentiam noceat. *l.* 1. §. *denique ff. de qu. plu. arc. v. Everhard. conſ.* 17. *nu.* 7. Et quamvis multa a jure noſtro permittantur, quæ ab iſtis præceptis videntur deflectere, ut uſucapiones, deceptiones in precio, uſuræ &c. tamen non deſinunt ea eſſe principia & univerſi juris norma, non enim poteſt lex humana prohibere quicquid eſt contra virtutem, ſed ei ſufficit ut prohibeat ea quæ deſtruunt hominum convictum, alia vero habeat quaſi licita, non quia ea probat, ſed quia non punit. *v. Tulden hic. Grot,* 2. *de jur. bel. tit.* 15. *nu.* 7. Sic ad conſervandum præſentem ſtatum Reip. multa fieri recte poſſunt quæ in ſe & abſolute conſiderata, ſub iniqua forent, & hoc Politicis vocatur Ratio ſtatus.]

Diviſio Iuris prima & ſecunda, ejusque explicatio.

b Quomodo jus dividitur?
c Quod jus publicum?
d Quod eſt privatum?

4. † [b] Hujus ſtudii duæ ſunt poſitiones, publicum & privatum [c] Publicum jus eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. [d] Privatum quod ad ſingulorum utilitatem pertinet. Dicendum eſt igitur de jure privato, quod tripertitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

QVINTO in § 4. *h. noſtro*, duas conſtituit hujus artis poſitiones, id eſt, duo principia, videlicet utilitatem publicam, & utilitatem privatam. unde oriuntur duæ juris ſpecies; (quia utilitas eſt juſti prope mater & æqui, ut ait Horat. *lib.* 1. *ſatyr.* 3. & jus eſt τῇ κοινῇ συμφέρον, *quod communiter utile eſt*, teſte Ariſt. 3. *polit.* 1. nempe jus publicum, quod Reipublicæ utilitatem per ſe principaliter ſpectat, & jus privatum, quod per ſe & principaliter utilitatem ſingulorum civium reſpicit, cæterum neceſſario conſequitur, ut quod Reipub. prodeſt etiam ſingulis proſit: & retro quod ſingulis & utile, etiam Reipub. ſit utile. Hinc dictum eſt

rei

reip. intereſſe, ne quis re ſua male utatur *inf. de his qui ſui, vel alien. jur. ſunt §. ſed hoc temp. 2. verſ. expedit.* item, dotes mulieribus conſervari *ff. de jur. dot. l. 2. & ſol. matrim. l. 1.* Porrò cum jus publicum bifariam capiatur: aut enim eſt publicum utilitate, quia ſpectat ad ſtatum reipublicæ: veluti quæ de legibus, & magiſtratibus ſunt conſtituta: aut publicum auctoritate, quod cum ſingulis utile ſit, nihilominus à publica auctoritate pendet, ut de tutela. *inf. de excuſ. in pr.* & de teſtamenti factione. *ff. qui teſt. fac. poſſ. l. 3.* Verba oſtendunt hic agi de jure publico utilitate. Addit Imp. dicendum eſſe deinceps de jure privato, cujus tres facit partes, jus naturale, jus gentium, & jus civile, ſeu præcepta juris naturalis, gentium, & civilis. Nota primo, non tractari de hoc jure privato in toto ſequenti opere, (cum quia poſt ſeq. tit. non tractatur de jure ſed de objectis juris, tum etiam quia ultimus titulus erit de publicis judiciis) ſed uſque ad finem tituli ſequentis, ubi explicit tractatus de ipſo jure. Nota ſecundo præcepta juris naturalis, præcepta juris gentium, & præcepta juris civilis non æque ſpectari in jure publico, propterea quod ſalus populi ſuprema lex eſt. Nota tertio hæc tria jura naturale, gentium, & civile eſſe quidem ſpecies juris generaliter accepti, non tamen eſſe ſpecies, ſed partes juris privati quo Romani utuntur, ut hic traditur. Nota quarto particulam *aut*, hoc loco accipi pro conjunctione &, quod in jure non eſt novum. *ff. de verb. ſign. l. ſæpe 53.* Nota quinto, civilium præceptorum appellatione hoc loco intelligi præcepta juris Romani, quod κατ' ἐξοχὴν vocatur jus civile *infr. tit. prox. §. ſed jus quidem, 2. vers. ſed quoties.* Nota ſexto, Romanos aliter accepiſſe jura à Græcis. *ff. de orig. jur. l. 2. §. poſtea ne diutiùs, 4.* ut ab Athenienſibus, & à Lacedæmoniis *inf. tit. prox. §. & non eleganter. 10.* à Rhodiis. *ff. de leg. Rhod.* aliter accepiſſe naturalia præcepra à natura, & juris gentium præcepta à naturali ratione: quoniam illa non per ſe, & quatenus Græcis probata apud Romanos valent, ſed quatenus ſunt ab ipſis Romanis recepta & comprobata. ideoque civilia & Romanorum propria facta ſunt. hæc autem, quæ natura & naturalis ratio dictat, per ſe obtinent, non à Romanorum auctoritate vim accipiunt: idcirco naturalia ad gentium jura pertinent, nec ideo civilia fiunt, quia Rom. eis utuntur.

AXIOMATA.

1. *Juſtus non eſt, niſi qui conſtanter & perpetuo velit tribuere ſuum cuique.* pr.
2. *A facilioribus & ſimplicioribus eſt inchoandum.* §. 2.
3. *Diffidentia ſæpe juvenes à ſtudio avocat.* d. §. 2.
4. *Honeſte vivendum.* §. 3.

5. *Nimia præceptorum multitudo ac varietas obeſt, ut aut derelinquantur ſtudia, aut ſtudioſi eum tædio ſerius ad optatam metam ducantur.* §. 2.
6. *Neminem lædere oportet.* eod. §.
7. *Suum cuique tribuendum.* ibid.
8. *Multa publice utilia, multa privatim.* §. ſ. l. 1. §. hujus 2. verſ. ſunt enim.
9. *Judex non tantum ſequi debet in judicando præcepta naturalia, aut gentium, ſed & civilia.* §. fin. in fin. l. bona fides. 31. D. depoſit.

DE JURE NATURALI GENTIUM ET CIVILI.

TITVLVS II.

HUjus tituli partes quatuor ſunt. In prima parte Imperator exponit jus naturale, gentium, & civile. ut rubrica pollicetur quia in calce ſuperioris tituli dixerat, ex his tribus conſtare jus Romanum privatum. ut enim omnes alii populi, ita etiam populus Romanus utitur tam jure omnibus communi, quod eſt naturale, vel gentium, quam proprio, quod vocatur civile. Jus naturale ortum habet à natura, quæ omnibus animalibus eſt communis: jus gentium proficiſcitur à naturali ratione hominum propria: jus civile manat à civili ratione, quæ à forma Reipubl. ſumitur. ut enim Ariſtot. *Polit. lib. 4. cap. 1. part. 5. & lib. 7. cap. 8. part. ult.* ſcribit, Leges ad rempubl. aptari debent, non reſpubl. ad leges accommodari. Jus naturale convenit omnibus hominibus, non ſolis: jus civile ſolis, non omnibus: jus gentium, omnibus & ſolis.

Definitio juris naturalis, ejus explicatio, & exempla.

a Quod eſt jus naturale?

IUs [a] naturale eſt quod natura omnia animalia docuit. Nam jus iſtud non humani generis proprium eſt: ſed omnium animalium, (quæ in cœlo,) quæ in terra, quæ in mari naſcuntur, [b] Hinc deſcendit maris atque fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia iſtius juris peritia cenſeri.

b De exẽpla juris naturalis.

Primo igitur Imperator jus naturale declarat definitione, & exemplis. Definitio eſt. *Quod natura omnia animalia docuit* Nota primo, naturæ vocabulo non ſignificari rationem naturalem, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

quæ eſt hominum propria, ſed inſtinctum naturalem omnibus animalibus communem. Nota ſecundo, non referri ad jus naturale, quicquid natura omnia animalia docet, ſed ea tantum, quæ in vitæ communione ſpectantur, ut ex ſubjectis exemplis apparet. nam maris & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, & eorundem educatio in communione quadam vitæ cernuntur: ac proprietas juris eſt, ut in vitæ communione conſiſtat, auctore Ariſtot. *Ethic. Nicomach. lib. 5. cap. 6. & Polit. lib. 8. cap. 9.* [*Lact. lib. 6. cap. 23.* Nam cum Deus excogitaſſet duorum ſexuum rationem, attribuit ipſis ut ſe invicem appeterent; & conjunctione gauderent, eaque ratione propagari & multiplicari genera poſſent. Et quemadmodum communis eſt animantium conjunctionis appetitus, ita cura quoque eorum quæ procreata ſunt. Nam hæc inter ſe congruere non poſſent, ut procreari quidem Natura vellet, diligi autem procreata non curaret. *v. Cic. 1. offic. & 3. de finib.*] Nota tertio improprie dici jus, quod brutis animalibus tribuitur. ut enim vitæ communio maxime propria eſt hominum in quibus ſolis ratio & ſermonis communicatio reperiuntur. *1. Polit. cap. 2.* ita jus proprie dictum, hominum proprium eſt. quod argumento a contrario confirmatur: quia injuria, quæ juri contraria eſt, *infr. de leg. Aquil. §. injuria, & de injur. in princip.* proprie loquendo, in bruta non cadit. *infr. ſi quadr. paup. fec. dict. verſ. nec enim, & ff. eod. l. 1. §. ait prætor,* verum tamen quaſi injuria judicatur, ita ut dominus animalis, quod alterum provocavit; eique nocuit, jure obligetur. *d. l. §. cum arietes.* [proprie autem juris capax non eſt niſi Natura præceptis utens generalibus. *Grot. 1. de jur. bell. c. 1. nu. 11.*] Hæc de definitione juris naturalis dicta ſint.

Sequuntur exempla eorum, quæ ex hoc jure deſcendunt: hæc autem ſunt tria, maris & fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, liberorum procreatio, & liberorum educatio. Nota primo, matrimonii vocabulum non tribui conjunctioni brutorum, ſed naturali hominum conjunctioni, nam matrimonium, quod homines inter ſe contrahunt, reſpectu naturalis conjunctionis proficiſcitur a jure naturali. Nota ſecundo, conjunctionem matrimonialem non eſſe conjunctionem corporum, ſed animorum. *ff. de divers. reg. jur. l. nuptias* 30. atque hanc animorum conjunctionem quodammodo reperiri etiam in brutis. ſicut enim bruta dicuntur habere animum revertendi, quamdiu reverti ſolent. *infr. de rerum diviſ. §. pavonum,* 15. ita dici poſſunt habere animum ſimul vivendi, quamdiu ſimul vivunt, ut mas, & fœmina, & eorum fœtus. Nota tertio bruta *animalia iſtius juris peritia cenſeri*, quia non ulterius pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

grediuntur, ut homines, qui etiam juris a ratione manantis capaces ſunt. ideoque in altiori, (ut ita dicam) claſſe cenſentur. Nam cenſendi verbum per tranſlationem hic accipitur: quia, ut apud Romanos diverſi erant civium cenſus pro diverſitate patrimoniorum, ſic etiam animalium ſunt diverſi gradus pro diverſitate jurium quorum cognitione prædita ſunt. Phraſis eſt elegans a multis auctoribus uſurpata, quorum pauca proferre ſufficiet. Papinianus *in l. ult. ff. de ſuis & legit.* privatorum cautionem legum auctoritate non cenſeri. Tacitus *in vita Agricolæ*; una adhuc victoria Caius Metius cenſebatur, Auctor dialogi *de oratoribus.* Ejusmodi libri extant, ut ipſi quoque qui egerunt, non aliis magis orationibus cenſeantur. Val. Max. lib. 6. *cap. I. in princ.*: Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur.

Definitiones juris Civilis & gentium, earum expoſitio & ad Romanorum uſum applicatio.

a In quo diſtinguitur Jus Civile a Jure gentium?

b Quod eſt Jus Civile?

c Quod gentium jus?

d Quo jure populus Rom eſt uſus?

I. § [a] Jus autem civile a jure gentium diſtinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. [b] Nam quod quisque populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt: vocaturque jus civile, quaſi jus proprium ipſius civitatis [c] quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur: vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utantur. [d] Et populus itaque Ramanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. quæ ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus.

SECVNDO ſex diſtinctiones ponit inter jus gentium, & jus civile quarum tres continentur *in* §. I. I. Diſtinctio ſumitur a perſonis jure utentibus cum enim omnes populi, qui legibus & moribus, id eſt, vel ſcripto, vel non ſcripto, vel utroque jure reguntur, (alii namque utuntur jure ſcripto, ut Athenienſes: alii non ſcripto, ut Lacedæmonii: alii utroque, ut Romani. *infr. eod.* §. *conſt.* 2. & §. *& non eleganter*, 10. ideoque conjunctio hic vim habet etiam disjunctionis, quemadmodum e contrario *in l.* 4. *C. de verb. ſig.* disjunctio vim habet etiam conjunctionis) partim proprio, partim communi jure utantur: jus quidem civile eſt proprium civitatis, a qua conditum eſt; jus vero gentium eſt commune omnium hominum, & apud omnes populos peræque cuſtoditur: id eſt, fere apud omnes populos: hæc enim part: *fere diſt.* I. *cap. jus gent.* recte ſuppletur, propter pravos mores populorum, quibuſdam præceptis juris gentium non utentium:

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[ſed quid naturale ſit, ſpectandum in his, qui bene ſecundum naturam ſe habent; non in depravatis *Ariſt.* 1. *polit.c.* 5.] ut cum Lacedæmonii & Ægyptii probarunt furtum quod eſt natura, id eſt, jure gentium probroſum. *ff de verb.ſign.l. probum.* 42. Edem modo accipere oportet, quod ait Imperator *in l. pen.ff. de leg.Rhod.* ſe eſſe mundi dominum. ſic. *infr.de donat.* §. 1. Juſtinianus ait mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactas eſſe per omnia: & mox addita partic. *fere*, inquit, per omnia fere legatis connumerari. II. Diſtinctio ſumitur a definitionibus (nam quæ diverſis modis definiuntur, diverſa eſſe neceſſe eſt, ut ait Porphyrius *cap.* 15. *partic. ult.*) Jus enim civile definitur, quod quiſque populus ipſe ſibi jus conſtituit; jus autem gentium definitur, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit. III. Diſtinctio ſumitur ab etymologia: quia jus civile dicitur, quaſi civitatis proprium: jus autem gentium dicitur, quaſi quo jure omnes gentes utuntur.

Explicatio appellationis Juris Civilis in genere & ſpecie, nec non originis cauſæ & exempla juris gentium.

2. § [a] Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Athenienſium. nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit. ſic enim & jus quo Romanus populus utitur, jus civile Romanorum appellamus: vel jus Quiritium, quo Quirites utuntur. Romani enim a [Romulo,] Quirites a Quirino appellantur. Sed quotiens non addimus nomen, cujus ſit civitatis: noſtrum jus ſignificamus ſicuti cum Poetam dicimus, nec addimus nomen ſubauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius. [b] Jus autem gentium omni humano generi commune eſt. nam uſu exigente & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ jura quædam ſibi conſtituerunt. [c] Bella etenim orta ſunt, captivitates ſequutæ, & ſervitutes, quæ ſunt naturali juri contrariæ. Jure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc jure gentium omnes pene contractus introducti ſunt, ut emptio (&) venditio, locatio (&) conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alii innumerabiles.

a Unde & quod generaliter vel ſpecialiter appellatur jus Civile?

b Quo pertinet jus gentium, quæ ejus cauſa?

c Da Exempla.

IV. Diſtinctio in §. *h.n.* ſumitur a numero, & nomine: quia multa ſunt jura civilia, ſicut multæ ſunt civitates ea condentes, ut Athenienſe, Lacedæmonium, Rhodium, Romanum: jus autem gentium unum eſt omnibus hominibus commune. In duas tamen ſpecies commode dividitur, videlicet in primævum, & ſecun-

ſecundarium: quorum illud divina providentia eſt conſtitutum, proinde ſemper obtinuit, etiam ante lapſum Adami: veluti quod jubet Deum coli, patriæ & parentibus, obtemperari: hoc autem naturali ratione propter humanas neceſſitates, poſt peccatum primo eſt introductum, ideoque bella, captivitates, ſervitutes juri naturali contrarias tolerat. V. Diſtinctio in eodem §. 2. *h. m.* ſumitur a nomine: quia jus civile multas ſpeciales appellationes recipit, quibus ſingula inter ſe diſtinguuntur, ut Athenienſe, Lacedæmonium, Rhodium, Romanum quod etiam vocatur jus Quiritium: quia Romani a Quirino (id eſt a Romulo) appellati ſunt Quirites. Cur autem Romulus dictus ſit Quirinus, varias cauſſas affert Ovidius 2 *Faſtorum*, his verſibus:

Proxima lux vacua eſt, at tertia dicta Quirino,
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit:
Sive quod haſta Quiris priſcis eſt dicta Sabinis,
Bellicus a telo venit in aſtra Deus:
Sive ſuo regi nomen poſuere Quirites:
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Jus vero gentium non recipit aliquam ſpecialem appellationem, cum unum & idem ſit apud omnes gentes. Ex dictis oritur quæſtio, quod jus civile intelligi debeat, cum juris civilis ſimpliciter mentio fit, non addito nomine alicujus civitatis? Reſpondet Imperator in verſ. *ſed quoties*, κατ᾽ ἐξοχὴν, intelligi jus Romanum, ſicut enim ſimplici poetæ appellatione, ſignificatur præſtantiſſimus poeta, id eſt, apud Græcos Homerus, apud Latinos Virgilius: ita ſimplici juris appellatione intelligendum eſt jus præſtantiſſimum, id eſt, Romanum. Conſueverunt enim homines (ut ait Galenus *lib. de Comate*) iis quæ in quoque genere præſtant, generis nomen proprie tribuere. VI. Diſtinctio ſumitur ab effectibus. Hic autem prætermittuntur effectus juris civilis, & proponuntur varii effectus proprii juris gentium, nimirum bella, captivitates, ſervitutes, & plerique contractus. Nota primo, ſervitutes probari jure gentium, etſi juri naturali contrariæ ſint: nec propterea jus gentium eſſe contrarium juri naturali, quia non probat ſervitutem tanquam rem per ſe bonam, ſed tolerat tanquam minus malam cæde, id eſt, ne captivi occidantur, ſed ſerventur, & vendantur. *infr. de jure perſ.* §. *ſervi autem ex eo.* 3. Horat. lib. 1. ep. 16.

Vendere cum poſſis, captivum occidere noli.

Hinc Iſraelitæ videntes contra ſe inſtructum Ægyptiorum exercitum, clamabant, *Melius erat nobis, ſervire Ægyptiis, quam mori in deſerto* Exod. cap. 14. ℣. 12. Etenim minus malum habet rationem boni, ut ſcribit Ariſt. 5. *Ethic. cap.* 4. *part.* 10. Nota ſe-

ſecundo quatuor contractus eſſe jure civili, ſtipulationem. *infr. de action.§.de conſt.9.* emphyteuſim. *inf. de locat.§. adeo 3.* literarum obligationem. *inf.de lit.obl.* & ſponſalitiam largitatem. *Nov.* 119. *in pr.* Hactenus prima tituli pars.

Tertia Juris diviſio & ſcripti partes.

3. §. [a] Conſtat autem jus noſtrum, quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, id eſt, *legum aliæ ſunt ſceiptæ, aliæ non ſcriptæ.* [b] Scriptum autem jus eſt lex, Plebiſcitum, Senatusconſultum, Principum Placita, Magiſtratuum edicta, Reſponſa prudentum.

[a] Da juris Civilis diviſionem?

[b] Quæ ſunt ſpec. Juris ſcripti?

In ſecunda parte explicatur ſecunda juris Romani diviſio. Ac I. *in* §. *hoc n.* ponitur hæc diviſio, in jus ſcriptum, & non ſcriptum. Nota jus ſcriptum appellari, non quodcumque literis mandatum eſt, ſed quod publica auctoritate, puta juſſu Principis, literarum monumentis eſt conſignatum. Idcirco jus feudale inſcribitur, *Conſuetudines feudales*; quia privata quorundam Doctorum (ut Oberti de Horto, & Gerardi de Nigro) auctoritate conſcriptum eſt, II. in eodem *§.h.n.* jus ſcriptum ſubdividitur in legem, plebiſcitum, ſenatus conſultum, Principum placita ſeu conſtitutiones, magiſtratuum edicta ſeu jus honorarium, & reſponſa prudentium. Nota primo, reſponſa prudentium olim fuiſſe partim juris non ſcripti *ff.de orig. jur.l.2.§.his legib.* 5. & *§.ita in civit.* 12. ſed hic referri ad jus ſcriptum, quia Imperatoris Juſtiniani juſſu relata ſunt in Pandectas. Nota ſecundo, harum juris ſpecierum diſtinctionem ſumi a cauſa efficiente. nam legis auctor eſt populus: Plebiſciti, Plebs: Senatusconſulti, Senatus: Conſtitutionis, Princeps: Edictorum honorariorum, Magiſtratus, ut Prætor, vel Ædilis Curulis: Reſponſorum, Juriſconſulti: juris non ſcripti, uſus, & tacitus populi conſenſus, *§. lex eſt.4. h.t.cum 5.§§.ſeq.& ff.de leg.l.de quib.32.l.ſed & ea.* 35. Nota tertio edicta Magiſtratum conſtituere jus, quod appellatur Prætorium, ſive Honorarium, reliquas juris partes referri ad jus civile in ſignificatione propria & anguſta ſumptum, quatenus juri honorario opponitur. *Infr.de bon poſſ. §. quos autem. & ff. de juſt. & jure l. jus civ.7.§.1.* III. Species juris ſcripti ſigillatim enarrantur.

Definitio legis ac plebiſciti: populi a plebe diſcriminatio. plebiſcitorum receptio.

4. §. [a] Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante (veluti Conſule) conſtituebat. [b] Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante (veluti

[a] Quid lex?

[b] Quid plebiſcitum?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

luti Tribuno) conſtituebat. [c] Plebs autem a populo eo differt quo ſpecies a genere: nam appellatione populi, univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis autem appellatione, ſine patriciis & ſenatoribus cæteri cives ſignificantur. [d] Sed & Plebiſcita, lege Hortenſia lata, non minus valere, quam leges cœperunt.

c Quod eſt diſcrimen inter plebē & populum?

d Quæ eſt plebiſcitorum autoritas?

PRIMA juris ſcripti ſpecies, id eſt, lex in §. 4. *h. n.* definitur his verbis, *Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante conſtituebat.* Inſeritur autem per parentheſin exemplum ſenatorii magiſtratus, quo populus interrogabatur, *veluti conſule*, nam alii quoque magiſtratus populum rogabant, ut Interrex, Dictator, Trium-vir. Nota primo, legis vocabulum aliter hic accipi, quam *ſupr. hoc titulo.* §. 1. *& infr. eod.* §. *penult.* quibus in locis ſignificat jus ſcriptum: nam hic ſumitur pro ſpecie juris ſcripti. alibi latiſſimam habet ſignificationem, ut complectatur etiam jus non ſcriptum, ut cum dicitur lex naturæ. Alias hujus vocabuli ſignificationes expoſui *in 1. part. ff. de legib. nu.* 3. Nota ſecundo, Juſtinianum uti præteriti temporis verbo *conſtituebat*; quia cum populus Romanus omne imperium ſuum & poteſtatem in Principem transſtulerit. *infr. hoc tit.* §. *ſed & quod*, jura amplius non concedit, ſed hodie ſolus Princeps hanc poteſtatem habet. C. *de legib. l. ult.* [ſunt ergo leges civiles nihil aliud, quam ejus qui in civitate ſummum imperium habet de civium futuris actionibus mandatum. *Hob. de Cive.* Et licet Civitates quoque condendorum ſtatutorum jus habeant, juri tamen communi derogandi poteſtatem non habent: quia quoad hoc privatorum loco habentur *l. 16. ff. de V. S. vid. Groenweg. in proœm. Inſt. nu.* 5.]

SECVNDA ſpecies juris ſcripti, id eſt, plebiſcitum definitur in eod. § 4. *h. n. verſ. plebiſcitum*, his verbis, *Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat.* Nota primo, Imperatorem in hac definitione uti verbo *conſtituebat*, quod eſt præteriti temporis, ob eandem rationem, ob quam eodem uſus eſt in ſuperiori definitione, videlicet quia plebs hodie juris condendi poteſtatem non habet. Nota ſecundo partic. *veluti* aliter accipi in hac, quam in ſuperiori definitione: quoniam ibi erat nota exempli: hic autem accipitur pro, *id eſt*, quemadmodum e contrario τὸ, *id eſt*, accipitur ἀντὶ τοῦ *veluti ff. de pact. l. Juris gentium* 7. §. *pactorum.* 8.) quia ſolus tribunus pleb. rogabat plebem. Poſt hæc, quia in dictis definitionibus mentionem populi & plebis fecerat, hæc duo inter ſe diſtinguit in verſ. *plebs autem*, inquiens populum differre a plebe, ſicut differt genus a ſpecie: non quod populus ſit genus plebis, ſed quia ſi-

cut

nit genus plura complectitur, quam ſpecies, ita populus plures cives complectitur, quam plebs, (ſiquidem populi appellatione non ſolum continentur plebeji, ſed etiam patricii, & ſenatores, qui omnino a plebeis ſejunguntur.) cæterum populus ad plebem habet eandem rationem, quam totum ad partem. Nota primo, patriciatum modo ſignificare genus deſcendentium ex ſenatoribus, ut hic; modo dignitatem eorum, qui ſunt quaſi patres, ut *infr. quibus modis jus pat. pot.* § *filius fam.* 4. Nota ſecundo, patricios teneri plebiſcitis ex lege Hortenſia, quam tulit Hortenſius dictator, ut plebem, quæ in Janiculum ſeceſſerat, cum patribus conciliaret, *ff. de orig. jur. l.* 2. §. *deinde cum eſſet.* 1. Gellius *lib.* 13. *cap.* 27.

Senatusconſultum & ejus origo.

a Quid Senatusconſultum. b Quæ ratio fuſit Senatuſconſulta fieri?

5. §. [a] Senatusconſultum eſt, quod Senatus jubet, atque conſtituit. [b] Nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, ut difficile eſſet in unum eum convocari legis ſanciendæ cauſa: æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli.

TERTIA juris ſcripti ſpecies, id eſt, Senatuſconſultum, *in* §. 5. *h. t.* definitur his verbis, *Senatusconſultum eſt, quod ſenatus jubet & conſtituit.* Nota primo verba *jubet* & *conſtituit*, accipi *ἐκ παραλλήλου.* Nota ſecundo in hac definitione adhiberi verba præſentis temporis, licet hodie ſolus Princeps jura condat. *C. de legib. l. ult.* §. 1. quia ea non condit niſi conſulto ſenatu. *C. eod. l. humanum.* 8. Nota tertio, in hac definitione ſubaudiri, quod in legis definitione fuit expreſſum, *ſenatorio magiſtratu interrogante*, & poſſe commode adjungi idem exemplum, *veluti conſule.*

Principum placita: eorum cauſa & modi: appellatio: diviſio.

a Quæ eſt efficacia placiti Principis & ratio? b Quomodo conſtituit Princeps jus? c Quomodo appellantur placita Principum? d Quomodo diſtinguuntur?

6. §. [a] Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem, quum lege Regia, quæ de ejus imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat [b] Quodcumque ergo Imperator per Epiſtolam conſtituit: vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. [c] hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur [d] Plane ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur, [quoniam non hoc princeps vult] nam quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogavit, vel ſi cui ſine exemplo ſubvenit, perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem, quum generales ſint, omnes procul dubio tenent.

QUARTA

QVARTA juris ſcripti ſpecies, id eſt, conſtitutio ſeu Princ pis placitum declararur in §. *6. h.n.* ubi Imperator quatuor d cet. Primum eſt; Cur Principum placita vim legum obtinean Ait Imperator hoc factum eſſe lege regia, qua populus Rom nus Principi & in Principem (id eſt, omnino, quod ad omnes in perii honores & onera) omne imperium ſuum & poteſtate conceſſit. Nota legem regiam dici vel a cauſa efficiente, qu condita eſt a Rege, ut *ff. de mort. inferen. l. 2.* vel a materia, qu eſt de regno, ſive imperio, ut hic, & *ff. de conſt. pr. l. 1. in prin & C. de vet. jur. enucleando l. 1. §. ſed in hoc ſtudium.* Hæc ve catur etiam lex imperii. *C. de teſtam. l. 3.* Fuit autem pro Auguſt lata octavo poſt pugnam Actiacam anno. Dio *lib. 53.* Strabo *lil 17.* poſtea renovata eſt pro aliis Imperatoribus, ut pro Veſpaſia no, ſicut ex fragmento Capitolino conſtat. Secundum eſt, divi ſio imperalium placitorum in tres ſpecies: Epiſtolam, Decretur Edictum. Epiſtola eſt reſcriptum Principis ad conſulentes emi ſum. Decretum eſt ſententia a Principe lata cauſa cognita. Edi ctum eſt, quod Princeps, vel ex ſemetipſo, & (ut Pontificii juri auctores loquuntur) motu proprio, vel aliquo ſuggerente, pu blice proponit obſervandum *ff. de conſt. princ. l. 1.* & Theoph *hic in §. 6. h. n.* Poterant addi & aliæ conſtitutionis ſpecies, u interlocutio, *ff. de conſt. princ. l. 1. §. 1.* & oratio quæ in ſenat recitatur. *C. de Legib. lege 3.* Tertium eſt nomen omnibus hi ſpeciebus commune, nimirum *conſtitutio.* Quartum eſt diſtin ctio conſtitutionum perſonalium, quæ perſonam non egrediun tur, & in exemplum non trahuntur, [dicunturque privilegia *v. l. 68. 196. de R. I.*] a generalibus, quibus omnes cives Roman tenentur.

Prætorum edicta: Jus honorarium & unde ita dictum: Ædilitia edicta.

a Quæ auctoritas Edicti Prætoris? b Quomodo jus a prætoribus profectum appellatur? c Quæ appellationis ratio? d Quo referenda ſunt jura Ædilium?

7. §. [a] Prætorum quoque edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. [b] Hoc enim jus honorarium ſolemus appellare, [c] quod qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic juri dederunt. [d] Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibuſdam cauſis, quod & ipſum juris honorarii portio eſt.

Quinta juris ſcripti ſpecies, id eſt, Magiſtratuum edicta, ſive jus honorarium, explanatur in §. *7. h. n.* Ubi nota Primo, jus honorarium conſtare ex duabus partibus, videlicet jure prætorio, & jure ædilitio: ſed nihilominus utrumque appellatione juris prætorii continere poſſe, nimirum appellatione ſumpta a potiori parte, argum. §. *prætoriæ. infr. de div. ſtipul. & l. ſtipulat.* 5 *pr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pr. ver. pratorias, ff. de verb. obl. Nota ſecundo, Juſtinianum juri prætorio non tribuere vim legis, ſed auctoritatem non modicam: quoniam ea ſola vim legis habere proprie dicuntur, quæ juris civilis partes ſunt, ut ſenatuſconſulta, & conſtitutiones Principum. prætorum vero edicta non habent vim legis, ideoque non faciunt hæredem, ſed bonorum poſſeſſorem vice hæredis. *inf. de bon poſſeſſ. pr. verſ. quos autem.* Nota tertio etymologiam juris honorarii, & magiſtratum eſſe honorem. Nota quarto, licet Princeps non ſolum edictis, ſed etiam decretis, & reſcriptis, ſive epiſtolis jura condat, tamen decreta prætorum jus non facere. *ff. de feriis. l.* 1 §. 1. & multo minus ejus epiſtolas. Rationem differentiæ vide apud Theoph. *hic.* Nota quinto, Ædiles dici ab ædibus, quarum curam gerebant. *ff de orig. jur. l.* 2. §. *itemque ut eſſent.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Curules vero appellati a ſella curuli, qua utebantur tanquam patricii Magiſtratus: unde etiam diſtinguebantur ab ædilibus plebis Liv. *in fin. l.* 6. *& in princ. lib.* 7. Hi proponebant edicta de quibusdam cauſis, ut de venditionibus ſervorum & jumentorum, vide tit. D. *de ædil. edict.*

Reſponſa Jurisconſultorum: Eorum authoritas.

8. §. [a] Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere. [b] Nam antiquitus conſtitutum erat, ut eſſent, qui jura publice interpretarentur, quibus a Cæſare jus reſpondendi datum eſt, qui jurisconſulti appellabantur: [c] quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere a reſponſo eorum non liceret, ut eſt conſtitutum.

a Quid ſunt reſponſa prudentum?
b Quæ ratio reſponſorum?
c Quæ auctoritas?

Sexta juris ſcripti ſpecies, id eſt, reſponſa prudentum, exponitur in §. 8. *h. t.* Ubi nota primo ex Theophilo ſententiam eſſe certam, & indubiam reſponſionem, veluti, *Non licet hæredem inſtituere in codicillis*: opinionem vero eſſe dubiam reſponſionem, veluti; *Puto mulierem dotem repetentem præferri anterioribus mariti creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.* Utriusque generis exempla extant in Pandectis, & omnia æque vim leges habent. Nota ſecundo, primum Auguſtum confirmaſſe reſponſa Juris conſultorum. *ff. de orig. jur. l.* 3. §. *poſt hunc.* 47. *verſ. & ut obiter.* deinde alios Imperatores, ut Theodoſium. *C. Th. de reſp. prud. l. un.* [eſt autem omne hoc jus Romanum hodie amuſſis ad quam dirigitur interpretatio quaruncunque conſuetudinum & conſtitutionum etiam ei repugnantium: ita ut ejus æquitate in ambiguis mitigentur & coerceantur. *v. Oſaſc. dec.* 142. 9. *Surd. dec.* 282. *nu.* 24. *Tulden. hic. c.* 3. *n*

noſtratibus in genere tantum receptum eſt uti in ſpecie multa continens quæ Romanæ magis quam noſtræ Reip. conveniunt, ita ut ſtatutum aut conſuetudo & juri contraria, & támen ſimul in ratione juris fundata ſit. *v. Groenw. in proœm. inſt. nu.* 17.]

Conſuetudinis definitio & effectus.

a Quod eſt jus non ſcriptum? b Quæ efficacia ejus?

9. §. a Sine ſcripto jus venit quod uſus approbavit. b Nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati, legem imitantur.

IV. In §. 9. *h. t.* declaratur jus non ſcriptum. Ubi nota primo, quæri apud Doctores, quanto temporis ſpatio, & quot actibus [uniformibus] intra illud tempus celebratis introducatur conſuetudo. Ego, quia hæc nulla lege definiuntur, judicii arbitrio relinquenda cenſeo, argum. *l.* 1. *§. ult ff. de jur. deliber.* [*v. Mynſ.* 6. *obſ.* 41. 42. *Gail.* 2. *obſ.* 31. *Menoch. l.* 2. *arb.* 81. *Radel. dec.* 13. *Groenw. in l.* 34. *de ll.*] Non moveor eo, quod dicuntur diuturni mores & longa, vel diuturna conſuetudo. quamvis enim diuturnum ſeu longum tempus in uſucapionibus contineat decem aut viginti annos: non tamen inde ſequitur, ita debere accipi etiam in conſuetudine introducenda, quia verba pro ſubjecta materia debent accipi: & idem tempus alias longum, alias breve, dicitur pro ſubjecti argumenti diverſitate [*v. Radel d. dec.* 13. Nota ſecundo conſuetudinem imitari legem: quia tre effectus producit, qui etiam legi tribuuntur. Primo introduci novum jus, ubi jus ſcriptum deficit. *ff. de legib. l. de quibus* 32. *in princ.* Secundo legem interpretatur. *ff. eod. l. ſi de interpretation* 37. Tertio legem contrariam vetuſtiorem corrigit. *d. l. de quibus. in fin.* [Et plus valent leges quæ moribus comprobatæ ſunt quam quæ ſcripto conſtant. *v. Ariſt.* 3. *polit. c. ult.*] Nec obſta *l.* 2. *C. de legib.* ut docui *centur.* I. *qu.* 14. [Rationem tamen no vincit conſuetudo, ne majorem vim habeat quam lex. *Perez. hic* ideoque ſi ratio conſuetudinem damnat, juris autoritatem no habebit. [*Tuld. hic c.* 4. *Mynſ.* 6. *obſ* 41. *Gail.* 8. *obſ.* 31. *nu.* 11. 12.

Origo extrinſeca diſtinctionis juris in ſcriptum & non ſcriptum.

a Quæ eſt occaſio diviſionis juris in ſcriptum & non ſcriptum?

10. §. a Et non ineleganter in duas ſpecies jus civile di ſtributum eſſe videtur. nam origo ejus ab inſtitutis, duarum civitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedæmoniorum, flu xiſſe videtur. In his enim civitatibus ita agi ſolitum erat ut Lacedæmonii quidem magis ea, quæ pro legibus ob ſervabant, memoriæ mandarent: Athenienſes vero qu in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

Jur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Juris naturalis gentium immutabilitas, civilis mutabilitas variis modis.

II. §. [a] Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræque obſervantur: divina quadam providentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent. [b] Ea vero, quæ ipſa ſibi quæque civitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.

a Mutantur ne naturalia jura?

b Mutantur ne Civilia?

Tertia tituli pars eſt *in* §.*pen.h. t.* ubi Imp. tertiam juris diviſionem affert in immutabile, & mutabile, eſt autem illud ſolum jus immutabile, quod divina prudentia conſtitutum eſt. i. e. jus naturale & jus gentium primævum. Nam jus gentium ſecundarium, quod ab humana ratione eſt introductum, licet ipſum quoque vocetur naturale *inf. de rerum diviſ.* §. *ſingulorum.* 11. tamen aliquando mutatur, veluti quod ad ſervitutem pertinet, quæ hodie vix reperitur apud Chriſtianos, & ſine dubio in totum tolli poteſt. Quocirca recte Ariſt. 5. *Ethic. c.* 7. ſcribit quędam jura naturalia mutari. Sæpius autem mutatur jus civile vel tacito conſenſu populi, id eſt, deſuetudine, ſive contraria conſuetudine (vide *centur.* 1. *d. quæſt.* 14.) vel contraria lege lata. Semper enim jura poſteriora, ſi contraria ſint prioribus derogant. *ff. de conſtit. princ. l. ult.* [*l.* 32. *ff. de ll.*] Ergo jus naturale eſt omnino immntabile: jus civile, omnino mutabile: jus gentium, partim mutabile, partim immutabile. [jus naturale ſemper & ubique jnſtum eſt, & fuit: unde nec quod hoc jure prohibetur juberi poteſt, nec quod jubetur vetari. *Grot. introd. lib. l.* 1. *p.* 2. addi tamen ei aliquid poteſt aut detrahi. *l.* 6. *ff. de juſt. & jur.*]

Quarta diviſio, continens methodum Inſtitutionum.

12. §. [a] Omne autem jus, quo utimur, vel ab perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. [b] Et prius de perſonis videamus. nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.

a De aliam juris diviſionem?

b De quo jure prius videndum.

In quarta tituli parte, i. e. *in* §.*ult .h.t.* Imperator tria juris objecta explicanda proponit, perſonas, res & actiones. Hæc ſunt objecta (ut cum Scholaſticis loquar) partialia. nam totale juris objectum ſunt judicia, quæ conſtant ex perſonis, rebus, & actionibus. Perſonæ ſunt aut litigantes, ut actor & reus: aut judicantes, ut judex, vel arbiter: aut ſubſervientes, ut Advocati, Procuratores, Apparitores. Res ſunt de quibus judicio contenditur, ut quia rem ſuam actor vendicat, vel rem ſibi deberi contendit. A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ctiones ſunt, quibus litigatur: nimirum actiones, quibus actor reum oppugnat; & exceptiones, quibus reus ſe adverſus actorem tuetur. nam actionis vocabulo etiam exceptiones quodammodo continentur. *D. de exception. l.* 1. quin etiam ſtipulationes prætoriæ, & interdicta *ff. de oblig. & act. l. actiones* 37. Ex his tribus juris objectis primo loco de perſonis dicendum proponit: quia perſonarum cauſa omnia jura ſunt conſtituta. Quare ut in ædificatione & arte ædificandi alius eſt finis qui ædificatione petitur, id eſt, domus; alius vero, cui domus paratur, id eſt, paterfam. inhabitaturus: ſic in jure alius eſt finis, qui, nempe juſtitia, de qua tit. primo dictum fuit; alius eſt finis, cui, id eſt perſonæ. Hæc finium diſtinctio auctorem habet Ariſtot. 2. *Phyſic. cap. 2. part.* 13.

AXIOMATA.

1. *Generali nomine id in dubio ſignificatur, quod eſt præcipuum.* §. 2. verſ. ſed quoties.
2. *Servitus eſt juri naturali contraria* d. §. 2. verſ. jus autem gentium. *conjun.* §. ſervitus. infra tit, prox.
3. *Difficile eſt, univerſum populum convocare, idcirco auctoritas viris primariis eſt tribuenda.* §. 5.
4. *Imperialis poteſtas a populo eſt conſtituta.* §. 6.
5. *Privilegium non egreditur perſonam privilegiatum.* d. § .6
6. *Magiſtratus eſt honor.* § 7.
7. *A reſponſis Jureconſultorum recedere judici non licet.* §. 8.
8. *Conſuetudo legem imitatur.* §. 9.
9. *Jus divinum eſt immutabile: jus vero humanum eſt mutabile.* §. pen.
10. *Jura naturalia & gentium immutabilia ſunt, civilia mutabilia.* §. pen. & §. fin, infr. de legit. agnat. tutel.
11. *A dignioribus eſt inchoandum.* §. ult.
12. *Parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ ignorentur, quarum cauſa eſt conſtitutum.* d. §. & ult.

DE JURE PERSONARUM.

TITULUS III.

[In *D. de ſtatu Hominum*: ſtatus eſt ipſa perſonæ conditio: jus quod hanc conditionem ſequitur. *Vinn. hic.* & ſtatus ſive conditio hominum conſiſtit principaliter in Libertate, Civitate & Familia: Nam de perſonis traditur cujus ſtatus ac conditionis ſit unuſquisque liber an ſervus: ingenuus an libertinus: ſui an alieni juris. *Perez. hic.*]

Perſo-

PErſonarum diviſio ſumitur vel a natura, vel a jure gentium, vel a jure civili. Natura aut ſunt maſculi aut fœminæ: & vel impuberes vel puberes, vel perfectæ ætatis: de quibus diviſionibus alibi dicetur. Civilis diviſio explicatur *tit.* I. de ea vero diviſione, quam jus gentium introduxit, hoc *tit.* agitur. Jure gentium alii ſunt liberi alii ſervi: & liberorum alii ſunt ingenui alii libertini: ita ut jure gentium tria ſint hominum genera, ingenui, libertini, & ſervi; cum jure naturali omnes homines ſint liberi. *inf. de libertin. in princ. & ff. de juſt. & jure. l. manumiſſiones* 4. Ingenui naſcuntur. *ſupra tit. proximo. in princ.* Libertini fiunt. *infr. de libertin. in princ.* Servi partim naſcuntur, partim fiunt, §. *penult.* Quin etiam ingenui jure noviſſimo vel naſcuntur, vel fiunt, ut notabo *tit.* 4. *in princ. & tit.* 5. *in fine.*

Perſonarum diviſio.

SUmma itaque diviſio de jure perſonarum hæc eſt: quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſervi. Quæ eſt ſumma perſonarum diviſio?

Primo Imperator *in princ. t. h.* perſonas dividit in liberas & ſervas. Hæc diviſio appellatur ſumma, id eſt, maxima, *hic & ff. de ſtat. homin. l. ſumma* 3. quia maxima juris diſtinctio, quæ in perſonis cernitur, eſt inter liberos & ſervos ſic ſumma obligationum diviſio eſt in civiles & prætorias. *inf. de oblig.* §. 2. & ſumma actionum diviſio in perſonalem & realem tribuitur *infr. de action* §. I. quoniam harum diviſionum membra ſunt maxime inter ſe oppoſita. Ne dicas vocari ſummam, id eſt, primam: quia ſummum ſignificat potius ultimum, quam primum. Cic. *in Hortenſio,* Venit ad ſummam ſenectutem. Virg. I. Æneid.

Venit ſumma dies. ———

Horat. lib. I. epiſt. I.

Prima dicte mihi, ſumma dicenda Camœna.

Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. ult.

Non ſolet ingeniis ſumma nocere dies.

Rurſus ne dicas ſummam accipi pro breviſſima: quia ſequens perſonarum diviſio, *infr. de tut. in princ.* eſt æque brevis. Præterea *in* §. I. *infr. de interdict.* ſumma interdictorum diviſio dicitur, quæ eſt tripertita, cum poſtea *in* §. *ſequen,* ſubjiciatur alia diviſio æque tripertita, & *in* §. *pen.* alia diviſio brevior, nempe bipertita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Definitio Libertatis.

a Quid eſt libertas?

I. a Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi quid vi aut jure prohibetur.

Secundo in §. 1. definit libertatem, ex qua liberi vocantur, id eſt, quæ in iis ineſt, qui jure gentium liberi ſunt. nam jure naturali etiam ſervis libertas tribuitur. *ff. de condict. indeb. l. ſi quod dominus. 64.* ſed non propterea vocantur liberi, quia jus gentium prævalet, quod eos vocat ſervos. Denique libertas in omnibus eſt a natura, ſeu jure naturali, idcirco etiam brutis animantibus tribuitur. *infr. de rer. diviſ. §. feræ.* 12. ſervitus in quibusdam ineſt vel jure gentium, vel jure civili. Itaque liberi, Liberi jure gentium dicuntur, qui naturali facultate præditi ſunt faciendi quod libet, niſi vis, aut juris prohibitio repugnet, id eſt, quorum libertatem nec jus gentium, nec jus civile imminuit, [Sic *Perſius*: Excepto ſi quod Maſuri rubrica notavit: & Legum idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus *Cic. pro Cluent.*] quamquam non ſolum vis aut jus, ſed etiam natura poteſt eſſe impedimento, quominus homo liber faciat quod velit. Exempli cauſa, qui detinetur in carcere, non poteſt ire in forum: & nemo poteſt vel homicidium committere, vel in cœlum aſcendere, ſed hæc non officiunt libertati: [ſed actui ſive exercitio libertatis. *Perez.*] ſervi vero non ſolum vi, aut jure, aut natura, ſed etiam metu domini impediuntur quominus pro libitu aliquid faciant.

Definitio ſervitutis.

a Quid eſt ſervitus?

3. §. a Servitus autem eſt conſtitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur.

Tertio generaliter de ſervis & ſervitute tria docet. Primum eſt, quid ſit ſervitus; definitur autem, conſtitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur. §. 2. *h. t.* [ſed liberos & ſervos a Natura procreari diſputat. *Ariſt.* I. *Polit. c.* 3. 4. nempe ingenio ſtupidos & corpore robuſtos a natura productos, videri ad ſerviendum iis, qui ingenio valent. miniſterio ſc. œconomico. *Vinn.*] conſtitutionem accipe pro eo quod eſt conſtitutum, ut pactio paſſim accipitur pro pacto. Contra naturam autem, id eſt, contra naturalem libertatem recepta eſt ſervitus, majoris mali vitandi cauſa, id eſt, ne capti ab hoſtibus interficerentur: quia minus malum habet rationem boni, ut expoſui ad §. *ſed jus quidem, ſupra tit. prox.* [Hor: vendere cum poſſis capti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

captivum occidere noli. ſi ergo ad hoſtes redire nitatur & retineri nequeat, occidi poteſt, *l.3.§.6.ff.ad L. Corn. de ſicar.* Hodieque captos in prælio occidere quidem licet, ut a pœna, non autem ut a ſcelere vel vitio immunis ſit occidens. *Tulden. inf.tit.8.c.3. Grot.de Jur. Bel.lib.3.c.5.n.10.*]

Etymologia ſervor. & mancipiorum.

3. §. [a] Servi autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent: [b] qui etiam mancipia dicti ſunt, eo quod ab hoſtibus manu capiuntur, — a Unde ſervi dicti? b Unde mancipia?

Secundum eſt, ſervorum & mancipiorum etymologia. ſervi dicuntur a ſervando, non a ſerviendo. nam & mercenarii ſerviunt, qui ſunt homines liberi. Mancipia vocantur, quia in bello manu capiuntur ab hoſtibus. Adde ancillas ſecundum Feſtum appellari ab Anco Rege, qui multas fœminas in bello cepit.

Modi, quibus ſervi naſcuntur aut fiunt.

4. §. [a] Servi autem aut naſcuntur, aut fiunt. naſcuntur ex ancillis noſtris: fiunt aut jure gentium id eſt, ex captivitate: aut jure civili, cum liber homo major viginti annis ad prætium participandum ſeſe venundari paſſus eſt. — a Quo modo naſcuntur vel aliter fiunt ſervi?

Tertium eſt, quibus modis fit, ut aliqui ſunt ſervi. Quamvis ſervitus jure gentium ſit introducta, tamen jus civile quemdam modum conſtituendæ ſervitutis adjecit, nempe venditionem hominis liberi. Aut igitur ſervi naſcuntur, aut fiunt. hi vero aut jure gentium, aut jure civili ſervi fiunt. Naſcuntur ex ancillis ſecundum regulam illam juris, *Partus ſequitur ventrem*, *C. de rei vend. l. partum.* 7. Jure gentium ſervi fiunt, qui in bello ab hoſtibus capiuntur. A latronibus autem, vel piratis capti libertatem retinent. *ff.de captiv. l. poſtliminium.* 19.§.*à piratis. & l. hoſtes.*24. Immo etiam in bellis civilibus capti, liberi manent. *ff. eo. l.ſi quis ingenuam.*29.§.1. Quocirca receptum eſt, ut capti in bellis, quæ inter Chriſtianos Principes geruntur, non fiant capientium ſervi, propterea quod omnes Chriſtiani ſunt quodammodo unius civitatis, id eſt, ejusdem Eccleſiæ cives jure civili (id eſt, ex ſenatus conſultis. *ff.quibus ad libert. proclam. non ſic. l. eis qui ſe.*3. ſervi fiunt per venditionem. Sed plura requiruntur, ut aliquis hoc modo ſervus fiat. I. Ut is, qui venditur, ſit major viginti annis, nec opus eſt, ut ſit major viginti quinque. *ff. de minorib. l. ſi ex cauſa* 9.§. *Papinianus* 4. [& homo liber ingenuus ſuique juris, neque enim patroni aut patris jus hoc pacto libertus aut filius intervertere poſſunt. *Cujac.*] II. Ut venditioni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

conſentiat pretii participandi gratia. §. *pen. & ff. de ſtat. hom. l. Et ſervorum.* 5. III. Ut reipſa pretii particeps fiat. *d. l. ſi ex cauſa §. Papinianus.* 4. *& D. quibus ad libert. proclam. non lic. l.* 1. *in princ.* IV. Ut emptor bonam fidem habeat, id eſt, putet eum eſſe ſervum, quèm emit. *D. de liber. cau. l.* 7. §. *ſi quis ſcien. Liberis* 2. *l. immo.* 86. §. *tunc habet.* 2. [Item ut vendens non ſit ignarus ſui ſtatus, & talis ad libertatem proclamans non auditur, & manumiſſus, ſit libertinus non ingenuus, propter degenerem animum, qui libertatem rem inæſtimabilem precio ſubjecit. *Perez.*] Hunc civilem Servitutis conſtituendæ modum Leo abrogavit. *Nov. conſtit.* 59. Hæc dicta ſint de his, qui per venditionem jure civili ſervi fiunt. Erat olim & alia cauſa, ex qua mulier jure civili (id eſt, ex ſenatusconſulto Claudiano) ſerva fiebat, nimirum quæ ſe alieno ſervo junxerat. Sed hoc ſenatusconſultum, & hunc modum redigendæ perſonæ liberæ in ſervitutem, Juſtinianus abrogavit. *infr. de ſucceſſionib. ſublat.* §. 1. Preterea qui ſervi pœnæ efficiuntur, & qui erga patronos ſuos ingrati, in priſtinam ſervitutem retrahuntur, & jure civil ſervi fiunt. *inf. de cap. demin.* §. 1. *& C. de Libert. & eor. lib. l.* 1. *&* 2. Sed pœnæ ſervitutem id iis, qui non ad mortem damnantur, Juſtinianus ſuſtulit. *Nov.* 22. *cap.* 8.

Diſtinctio ſervorum & liberorum hominum.

a Quæ diſtinctio inter ſervos? b Quæ inter liberos?

5 §. [a] In ſervorum conditione nulla eſt differentia: [b] in liberis autem multæ; aut enim ſunt ingenui, aut libertini.

Quarto oſtendit conditionem, id eſt, ſtatum ſervilem eſſe individuum, quia omnes ſervi ſunt æque ſervi (conditione autem ſumpta pro perſonæ qualitate, multæ & variæ ſunt conditiones ſervorum: quoniam alii vilioribus, alii honeſtioribns miniſteriis ſunt addicti. *D. de uſufr. l. ſed ſi quid.* 15. §. 1.) liberorum autem hominum ſtatum eſſe dividuum; quoniam alii ſunt ingenui; alii libertini, inter quos ſunt multæ differentiæ, adeo ut manifeſtum ſit ingenuos eſſe magis liberos, quam libertinos, unde liberorum appellatione interdum ſignificantur ſoli ingenui. *inf. tit. prox. in princ. verſ. & e contrario. & D. de juſt. & jur. l. manumiſſione.* 4. *in fin.* Sed noviſſimo jure omnes homines liberi, ſunt ingenui, ſalvo tamen manumiſſoribus in manumiſſos jure patronatus, *Nov.* 78. *c.* 2.

AXIOMATA.

1. *Homini libero quod libet facere licet, niſi vi, aut jure prohibeatur.* §. 1.
2. *Servitus eſt naturæ contraria.* §. 1. conjun. §. ſed jus quidem. verſ. jus autem gentium. ſupra tit. prox.

3. *Sa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

3. *Satius eſt captivum vendere, quam occidere.* §. 3.
4. *Major viginti annis ſe paſſus vendi non reſtituitur.* §. 4. l. ſi ex cauſ. 9. §. Papinianus 4. D. de minor.
5. *Omnes ſervi ſunt æque ſervi.* § ult.
6. *Liberorum hominum alii magis, alii minus liberi ſunt.* d. §. ult.

DE INGENUIS.

TITULUS IV.

Cum dictum ſit de ſervis, conſequenter dicendum eſt de hominibus liberis, id eſt ingenuis & libertinis.

Definitio ingenui.

Ingenuus eſt is, qui ſtatim, ut natus eſt, liber eſt: [a] ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſive ex libertinis duobus, ſive ex altero libertino, & altero ingenuo. [b] Sed & ſi ex matre naſcitur libera, patre vero ſervo, ingenuus nihilominus naſcitur, quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus eſt, quoniam vulgo conceptus eſt. [c] Sufficit autem liberam fuiſſe matrem eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla, conceperit. Et e contrario, ſi libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum, qui naſcitur, liberum naſci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. Ex his illud quæſitum eſt: Si ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta pepererit: liberum, an ſervum pariat? Et Martianus probat liberum naſci, ſufficit enim ei, qui in utero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe, [ut liber naſcatur.] quod & verum eſt.

a Quis eſt ingenuus?

b Quid ſi mater libera pater ſervus?

c Quo tempore mater debet eſſe libera?

Primo ingenuum definit, eum qui naſcitur liber, id eſt, qui naſcitur ex matre libera, propter dictam regulam, *Partus ventrem ſequitur.* [ſcil. in ſervis, & etiam in liberis illegitimis ſive ſpuriis. *l.* 28. *C. de lib. cauſ.* in legitimis vero patris conditionem ſequuntur. *l.* 19. *de Stat. hom. l.* 10. *de Senator.*] Matrem liberam fuiſſe ſufficit, vel dum conciperet, vel minimo aliquo momento dum geſtaret in utero, vel dum pareret. Nihil autem refert utrum ſit ingenua, an libertina: nec utrum pater ſit liber, an ſervus. Ergo hoc jure ingenuus naſcitur, libertinus fit: ſed ex *Nov.* 78. ingenuus vel naſcitur, vel fit: ſi quidem qui hoc jure ſunt libertini, ex ea, Nov. ſunt ingenui. Is vero, quem Princeps natalibus reſtituit, non fit re vera ingenuus, ſed in toto jure habetur pro ingenuo. *D. de nat. reſtit. l.* 2. *l.* 3. *& l. ult.* §. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Manumiſſio ingenui erronea.

a Quid ſi quis habitus fuerit pro ſervo & manumiſſus, cum fuerit liber?

I. §. [a] Cum autem ingenuus aliquis natus ſit, non offic ei in ſervitute fuiſſe, & poſtea manumiſſum eſſe: ſæpiſ me enim conſtitutum eſt, natalibus non officere man miſſionem.

SECVNDO oſtendit facti ſervitutem & manumiſſionem n talibus, id eſt, ingenuitati (quia ingenui naſcuntur, liberti fiunt) non nocere. neque enim libertinus fit, qui ex opinata, ſ qui ex vera & juſta ſervitute eſt manumiſſus, *infr. tit. prox.* *princ.* Duplex igitur eſt ſervitus: altera juris, ſecundum qua vere ſunt, & dicuntur ſervi; altera facti, ſecundum quam no dicuntur ſervi, ſed eſſe in ſervitute, quia bona fide ſerviunt, falſo habentur pro ſervis, cum revera liberi ſint. ſimiliter d plex eſt manumiſſio: altera juris, altera facti: quia qualis e ſervitus, talis eſt manumiſſo ex ſervitute. [Sic quoque aliud e in libertate eſſe, aliud liberum eſſe: aliud in poſſeſſione eſſ aliud poſſidere. *l.* 10. §. 1. *de acq. poſſ.*]

AXIOMATA.

1. *Partus ſequitur ventrem*, in princ. *l.* 7. *C. de R. V.*
2. *Calamitas matris non debet ei nocere, qui in utero eſt.* ibidem
3. *Manumiſſio non officit ingenuitati.* §. 1.
4. *Plus in veritate, quam in opinione,* §. 1. l. 1. & t. t. C. plu val. quod ag.

DE LIBERTINIS.

TITVLVS V.

Definitio libertinorum, manumiſſionis & hujus jus.

Qui ſunt libertini?
b Quid manumiſſio?
* Miſſio in Florent. edit.
c Ex quo jure manumiſſio?

Libertini ſunt, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt; [b] manumiſſio autem eſt de manu datio. * nam quamdiu aliquis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: & manumiſſus liberatur poteſtate. [c] Quæ res a jure gentium originem ſumpſit: utpote eum jure naturali omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cum ſervitus eſſet incognita. Sed poſtquam jure gentium ſervitus invaſit, ſequutum eſt beneficium manumiſſionis. &

& cum uno communi nomine omnes *homines* appellarentur, jure gentium tria [hominum] genera eſſe cœperunt: liberi, & his contrarium ſervi, & tertium genus libertini, qui deſierant eſſe ſervi.

PRimo libertinum definit, eum qui ex juſta ſervitute manumiſſus eſt, *in pr. h. t.* nam manumiſſus ex ſervitute facti, non eſt libertinus, ſed ingenuus, *ſupr. tit. prox. in fin.* Olim quidem manumiſſus a domino, vocabatur libertus, & manumiſſi filius appellabatur libertinus. Suet. *in Claud. cap.* 42. ſed poſtea cœperunt iidem dici liberti, & libertini, ut paſſim in libris juris: adeo & ut libertus, & libertinus, re idem ſint, τῷ λόγῳ differant: quia verbum *libertinus* ſignificat ſtatum hominis, verbum autem *libertus* relationem ad patronum, *D. ſi ingen. eſſe dicatur l. ult.* Valla lib. 4, *elegantiarum cap.* 1. Quocirca hic titulus recte inſcribitur *de libertinis.* Ubi autem de jure patroni agitur, nominantur liberti, ut *infra tit. de ſucceſſ. libert. & tit. de aſſignandis libertis,* & quam plurimis aliis locis. Interdum tamen libertus accipitur pro libertino, ut *in l. manumiſſiones* 4. *in fi. D. de juſt. & jure.* & apud Ulp. *tit. de libertis.* & apud Servium *in* 8. *Æneidos.* ubi ait Feroniam eſſe libertorum Deam. Libertinus igitur hoc loco dicitur, qui e ſervo factus eſt liber. Quod fere per manumiſſionem accidit: quamquam interdum contingit, ut ſine manumiſſione aliqui ad libertatem perducantur. *D. qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt.*

SECUNDO in vers. *manumiſſione,* docet quid ſit manumiſſio, & ait manumiſſionem eſſe dationem libertatis.

TERTIO in vers. *quæ res,* declarat manumiſſionis & libertinitatis originem, oſtendens hæc eſſe introducta jure gentium, adeo, ut cum jure naturali omnes æque vocarentur homines, jure gentium diſtincta ſunt tria genera, nempe liberi (id eſt ingenui,) & ſervi, & libertini. Nota primo nomen, *homines,* eſſe naturale, quia rem naturalem ſignificat. dicuntur enim nomina naturalia, quæ id ſignificant, quod naturale eſt; ut homo, filius, cognatio: civilia vero, quæ id ſignificant, quod eſt civile, ut adoptio, adgnatio, ſuus heres. *ſupra de legit. adgnat. tut.* §. *ult. & D. de cap. min. l.* 7, *in pr. & de gradib. l. ult.* §. *inter* 4. *& de ſuis & legit. l. capitis.* 11. Nota ſecundo, liberos κατ' ἐξοχὴν, hic accipi pro ingenuis. ut & in *l.* 4. *in fin. D. de juſtit. & jur.* quia ingenui ſunt maxime liberi, id eſt, magis liberi, quam libertini,

Modi

Modi manumittendi.

a Quibus modis fit manumiſſus?

1 §. [a] Multis autem modis manumiſſio procedit, aut e nim ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis Eccleſiis aut vindicta, aut inter amicos, aut per epiſtolam, aut pe teſtamentum, aut per aliam quamlibet ultimam volunta tem. Sed & aliis multis modis libertas ſervo competer poteſt, qui tam ex veteribus, quam ex noſtris conſtitutio nibus introducti ſunt.

Quarto in §. 1. & 2. tractat de ſervis manumittendis, ac do cet, quibus modis manumittentur, & ubi, & quando. De mo dis manumittendi nota in ſumma, libertatem ſervis aut impon inter vivos, ut vindicta; aut relinqui in ultima voluntate. *C. d. commun. ſerv. manu. l.* 1. §. 1. Vindicta erat virgula, ſeu feſtuca quę imponebatur capiti ſervi manumittendi. Unde Perſius ſa tyr. 5.

Vindicta poſtquam meus a prætore receſſi.

Alii vindictam ex eo dictam putant, quod ſervus in naturalem libertatem vindicatur: alii a Vindicio, qui primus hoc modo manumiſſus fuit. Livius lib. 1. Plutarch. *in Publicola, & in libro de ſera Numinis vindicta.* Boet. *in Topic. Ciceronis.* In ultima autem voluntate libertas relinquitur aut jure directo, aut per fideicommiſſum. *C. de teſtam. manumiſſ. l.* 4. illa tantum in teſtamento, aut codicillis teſtamento confirmatis: hæc etiam in codicillis non confirmatis, & ab inteſtato relinqui poteſt, *D. de manumiſſ. teſtam. l. libertates. l.* 43. De loco & tempore manumiſſionis, nota ſervos non tantum apud prætorem pro tribunali ſedentem, ſed etiam alio quocumque tempore, atque adeo etiam diebus feriatis, & cum prætor tranſit, & cum in theatrum, vel balneum it, manumitti poſſe, propterea quod manumiſſio non eſt jurisdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ [Quę enim ſunt jurisdictionis voluntariæ, etiam extra territorium judex exiſtens expedit. *l.* 2. *ff. de offic. Proconſ.* alia publice & ſolenniter pro tribunali ſedens expedire debet. *l.* 4. *l.* 6. *C. de ſent.*]

Tempus & locus manumittendi.

b Quando & ubi poſſunt ſervi manumitti?

2. § [b] Servi (vero) a dominis ſemper manumitti ſolent: adeo, ut vel in tranſitu manumittantur. veluti cum prætor, aut præſes, aut proconſul in balneum, vel in theatrum eant.

Diſtinctionis Libertinorum ſublatio.

c Eſtne diſtinctio inter Libertinos?

3. § [c] Libertinorum autem ſtatus tripertitus antea fuerat,

at. Nam qui manumittebantur modo majorem & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant cives Romani: modo minorem, & Latini ex lege Junia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia dedititii. Sed quoniam dedititiorum quidem peſſima conditio jam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque noſtra pietas omnia augere, & in meliorem ſtatum reducere deſiderans, duabus conſtitutionibus hoc emendavit, & in priſtinum ſtatum reduxit: quia a primis urbis Romæ cunabulis una atque ſimplex libertas competebat: id eſt, eadem, quam habebat manumiſſor: niſi quod ſcilicet libertinus ſit, qui manumittitur, licet manumiſſor ingenuus ſit. Et deditios quidem per conſtitutionem noſtram expulimus, quam promulgavimus inter noſtras deciſiones: per quas, ſuggerente nobis Triboniano viro excelſo quæſtore (noſtro,) antiqui juris altercationes placavimus. Latinos autem Junianos, & omnem quæ circa eos fuerat obſervantiam, alia conſtitutione per ejusdem quæſtoris ſuggeſtionem correximus, quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito (ſicut jam antea obſervabatur) civitate Romana decoravimus: multis modis additis, per quos poſſit libertas ſervis cum civitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti, præſtari.

Quinto in § *ult.* de libertinorum generibus differit. Olim tria fuerunt libertinorum genera; cum alii eſſent cives Romani, alii ex lege Junia Norbana (quæ a M. Junio Silano & L. Norbano Balbo conſulibus lata eſt) Latini, alii ex lege Ælia Sentia (quæ a Sexto Ælio & G. Sentio conſulibus lata eſt) Dedititiorum numero. Theop. *hic.* Ulp. *tit. de Libertis.* Cajus lib. 1. *Inſt. tit.* 1. ſed Juſtinianus omnes libertinos civitate Romana donavit. *d.* §. *ult. & inf. de ſucceſſ. libert.* §. *ult. & C. de dedititia libertate tollenda. l. un. & de Lat. libert. toll. l. unic.* Ubi modos, quibus olim manumiſſi fiebant cives Romani, partim auxit; vim eis tribuens ducendi manumiſſos ad civitatem Romanam, factis tamen quibusdam adjectionibus, ut ipſe ait *in* §. *ult. infr. de ſucceſſ. libert.* ut quia in manumiſſione per epiſtolam aut inter amicos, quinque teſtes, & ſubſcriptiones [præter dominum] requirit. *d. l. un.* § 1. & 2. & noviſſime omnes juſſit eſſe ingenuos, ſalvo tamen jure patronatus. *Nov.* 78. [& quod prohibeantur

beantur ſacris ordinibus inſigniri. *c.1. de ſerv. non ordin.* niſi tamen ſciente, nec contradicente Domino fiat. *Tuld. hic ſeq, tit. 6. c. 3. in fin. Pac. Decr. d. tit.*] qua conſtitutione effectum eſt ut hodie ingenui non ſolum naſcantur, ſed etiam fiant.

AXIOMATA.

1. *Privatio præſupponit habitum.* princ. verſ. quæ res.
2. *Jure naturali omnes homines naſcuntur liberi.* pr. *& ſunt æquales.* l. 32. de reg. jur.
3. *Quæ ſunt voluntariæ jurisdictionis, quovis loco & tempore expediri poſſunt.* §. 2.

QUI ET EX QUIBUS CAUSIS MANUMITTERE NON POSSUNT.

TITULUS VI.

His quæ de manumiſſionibus ſuperiori tit. dicta ſunt, addit duo capita legis Æliæ, Sentiæ, temporibus Auguſti latæ Sexto Ælio, Cajo Sentio Coſſ. anno ab V. C. 756. Dio. lib. 55.

Regula prima prohibens manumiſſionem, in fraudem creditorum & ejus ratio.

Quę aſt 1. regula, quæ prohibet manumiſſionem? b Quæ lex ſuadet eam regulam?

Non tamen cuicumque volenti manumittere licet, nam is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit, [b] quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.

Pro prioris capitis interpretatione Imperator PRIMO ſententiam legis proponit, dictam manumiſſionem prohibentis, unde fit, ut in fraudem creditorum manumittens nihil agat: quia quod lege prohibente fit, valere non poteſt. C. *de legib. l.* 5. Sed ex proximo repetendum, in fraudum creditorum; cum ipſo jure libertas competit, ſed dicitur revocari. *C. qui manumit. non poſſ. l.* 1. reſcindi. *D. qui & a quib. l.* 3. §. *ſi Titius* 1. interpellari. *ff. eod. l.* 7. retrahi. *D. eod. l. ſi quis* 24. non ab ipſo manumiſſore, neque ab ejus herede, ſed a creditoribus, quibus non eſt ſatisfactum. C. *de ſerv. pign. dat. manum l,* 5. Quare dum incertum eſt, an in creditores ſuo jure uti, & libertates revocare velint, libertates ſunt in pendenti, & vocantur ſtatu liberi *ff.*

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

d ſtatu lib. l. 1. §. 1. verſ. vi ipſa. [Creditoribus enim quo-
e favetur, propter contractam fidem publicam, ſine qua ſta-
reſp. nulla poteſt. Perez.]

Exceptio a regula in ſervo inſtituto herede: ejusdem lex, ratio & finis xceptionis.

1. § [a] Licet autem domino, qui (ſolvendo non eſt, (in ſtamento) ſervum ſuum cum libertate heredem inſti- ere, [b] ut liber fiat, heresque ei ſolus & neceſſarius: [c] ſi odo ei nemo alius ex eo teſtamento heres extiterit: it quia nemo hæres ſcriptus ſit, aut quia is, qui ſcriptus t qualibet ex cauſa heres ei non extiterit. [d] Idque eadem ge Ælia Sentia proviſum eſt & recte. Valde enim pro- iciendum erat, ut egentes homines, quibus alius he- es extituturus non eſſet, vel ſervum ſuum neceſſarium eredem haberent, qui ſatisfacturus eſſet creditoribus: ut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias ſervi omine vendant, ne injuria defunctus afficiatur.

a Qua eſt exceptio a priori regula? b Quis eſt effectus exceptionis? c Quæ ejus eſt limitatio? d A qua lege hæc exceptio? e Quæ ratio & finis exceptionis eſt?

SECUNDO addit duas exceptiones. Prior exceptio eſt *in* §. 1. niſi is qui ſolvendo non eſt, (id eſt, qui ſolidum ſolvere non poteſt *D. de verb. ſign. l. ſolvendo.* 144.) unum ex ſervis ſuis heredem inſtituit. *D. de hered. inſtit. l. qui ſolvend.* 41. *& l. ſeq.* Nota primo rationem hujus exceptionis, ut homo obæratus hæredem habere poſſit, quem alias vix haberet, (quis enim volens adeat hæreditatem damnoſam? Servus autem a domino inſtitutus, fit hæres neceſſarius. §. 1. id eſt ſive velit ſive nolit, heres eſſe compellitur, *inf. de hered. qualit.* §. 1.) & ut injuriam, id eſt, ignominiam & contumeliam vitet, in quam poſt mortem incideret, ſi, nemine ejus hæreditatem adeunte, ejus bona a creditoribus (ut fieri ſolet) publice ſub haſta diſtraherentur. Hac igitur ignominia a domino defuncto ad ſervum hęredem transfertur: quia niſi creditoribus hereditariis ſatisfaciat, bona ipſius hæredis nomine a creditoribus diſtrahentur. Nec propterea heres conqueri debet; quoniam hujus ignominiæ luculentum præmium habet, nempe libertatem, quæ eſt res inæſtimabilis. *D. de div. reg. jur. l. libertas ineſtimabilis.* 106. & præterea alia bona, poſt mortem domini acquiſita, ei relinquuntur, nec a creditoribus hereditariis diſtrahuntur. dummodo antequam ſe rebus hereditariis immiſceat, bonorum ſeparationem a prætore petat. *D. de ſeparat. bon. l. 1. §. ult.*

Amplia-

Ampliatio exceptionis eſt, licet libertas non ſit adjecta: hujus juris ratio.

a Quæ Ampliatio eſt exceptionis?

b Quæ ratio Ampliationis?

2 §. [a] Idemque juris eſt, etſi ſine libertate ſervus heres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio non ſolum in domino, qui ſolvendo non eſt, ſed generaliter conſtituit, nova humanitatis ratione: ut ex ipſa ſcriptura inſtitutionis etiam libertas ei competere videatur: [b] quum non ſit veriſimile, eum quem heredem ſibi elegit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſervum remanere voluiſſe, & neminem ſibi hæredem fore.

Nota ſecundo hæc obtinere, ſive ſervus ſit heres inſtitutus cum libertate, §. 1. ſive omiſſa libertatis datione, quia tacite data cenſetur. §. 2. *h. t.* ut recte Atilicino viſum eſt. *infr. de hered. inſtituend. princ. verſ. quod per innovationem.* cujus ſententiam Julianus nova ratione ſumpta ex æquitate confirmavit: quia cum dominus velit ſervum fieri heredem, conſequenter vult eum fieri liberum; quandoquidem hæres fieri non poteſt, quin liber fi. *d. §. idemque juris.* Nota tertio, hunc ſervum ita demum fieri liberum & hæredem, ſi nullus alius hæres ex eo teſtamento exſtat: quia cum favor ſucceſſionis (id eſt, ut obæratus poſſit habere hæredem) hanc exceptionem ſuaſerit, certe, ſi alius ſucceſſor reperiatur, non eſt opus ut hic admittatur, cui teſtator in fraudem creditorum libertatem dedit. Oportet igitur hunc neceſſarium hæredem ſolum hæredem fieri. Quod adeo verum eſt, ut ne quidem duos neceſſarios hæredes teſtator in fraudem creditorum facere poſſit. ideoque ſi duos hæredes ſimul inſtituerit, puta duos Apollonios, neuter liber heresve fiet, niſi altero ante teſtatorem mortuo, unus ſit ſuperſtes, quo caſu ſolus liber hæres fit. *D. de hæred. inſtit. l. qui ſolvendo non erat duos.* 4 *& l. ſeq.* Si vero alterum primo, alterum ſecundo loco hæredem ſcripſerit: ille ſolus liber & hæres fiet, qui primo loco inſtitutus eſt. *D. eod. l. qui ſolvendo non erat ſervum.* 60. niſi hoc in ſervitutem retracto creditoribus ſatisfiat, quibus non ſatisfiet ſi hic fiat liber, & ſecundo loco inſtitutus retineatur in ſervitute. *D. qui & a quibus manum. l. ſi quis habens.* 24.

In fraudem manumiſſio explicatur.

a Quis manumittit in Fraudem in genere?

b Fitne tantum Fraus in animo?

3. §. [a] In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, ſolvendo non eſt: vel qui datis libertatibus, deſiturus eſt ſolvendo eſſe. [b] Prævaluiſſe tamen videtur (niſi animum quoque frau-

fraudandi manumiſſor habuerit) non impediri libertatem, quamvis bona (ejus)creditoribus non ſufficiant ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines. [a] Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id eſt, & conſilio manumittentis, & ipſa re, eo quod ejus bona non ſunt ſuffectura creditoribus..

a An & eventu?

Poſterior exceptio eſt, niſi vel re tantum, vel conſilio tantum fraudentur creditores. ut enim libertas impediatur, opus eſt ut tam conſilio manumittentis, quam reipſa fraudentur. §. 3. *h. t.* Hinc nota fraudem duplicem eſſe alteram in mente, alteram in re. in mente eſt dolus, in re eſt damnum. *D. de pactis. l. 7. §. ſed ſi fraudandi cauſa.* 10. [Agnatus homini error, plus præſumere quam præſtare poſſe: amplius ſpe quam re valere. *Tulden. hic.* quod frequenter accidit iis qui tranſmarinas negociationes, & in aliis regionibus quam ubi ipſi morantur exercent. *l. 10. ff. qui & a quib. man. Vinn. hic.*]

Regula ſecunda prohibens manumiſſionem, eſt in minore 20. *annis.*

4. §. [a] Eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam ſi vindicta [b] apud conſilium, [c] juſta cauſa [d] manumiſſionis adprobata, [e] fuerint manumiſſi.

a Quæ eſt ſecunda prohibens manumiſſionem regula?
b Quæ 1 limitatio regulæ?
c Quæ 2?
d Quæ 3?
e Quæ 4?

Poſteriori capite prohibetur minor 20. annis aliter manumittere, quam vindicta, poſt cauſam manumiſſionis in conſilio probatam. [Libertas enim res ineſtimabilis non temere tribuenda a minore, cui infirmum judicium: ne damnum ſentiat, cum ſemel data nequeat revocari. *Perez* hic.] De vindicta dixi *ſupr. tit. prox.* §. 1. Conſilium (ut Theophilus definit) erat certorum virorum conſeſſus, ſtatis anni diebus coeuntium. Romæ prætor conſilio præerat, eique aſſidebant quinque Senatores, & quinque equites. In provintiis autem Præſidi aſſidebant 20. cives Romani, qui vocabantur Recuperatores. Theoph. *hic.* Ulp. *tit. de legib. & morib. libert.* §. *eadem lex.* 15. Primo Imperator ſententiam hujus capitis proponit, *in* §. *h. t.* 4.

Recenſentur juſtæ manumiſſionum cauſæ.

5. §. [a] Juſtæ autem manumiſſionis cauſæ hæ ſunt: veluti, ſi quis patrem aut matrem, filium, filiamve, aut fratres ſororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut col-

a Quæ ſunt juſtæ cauſæ manumiſſionis in minore?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

collactaneum manumittat: aut ſervum, procuratoris habendi gratia: aut ancillam matrimonii (habendi) cauſa: dum tamen intra ſex menſes in uxorem ducatur, niſi juſta cauſa impediat: & [ſervus,] qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & ſeptem annis manumittatur.

SECUNDO exponit, quæ ſint juſtæ cauſæ manumittendi, in *§.h.t.5.* Ubi inter juſtas cauſas enumerat, ſi quis velit ſervum manumittere procuratoris habendi gratia, intellige procuratorem ad judicia, non ad negotia extrajudicialia, quia ſervus poteſt negotia extra judicium gerere, ſed non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio. Cum igitur dicatur opus eſſe ut is, qui manumittitur, non ſit minor ſeptendecim annis, id eſt, ut ſeptendecim annos in totum compleverit (ſic enim non minor ſeptendecim annis accipitur etiam in l. 1. *§. initium. ff. de poſtulan.* unde non male Theophilus interpretatur, accipiens pro majore ſeptendecim annis: quoniam & in *l. ſi collactaneus. 13. ff. de manumiſſ. vind.* dicitur debere eſſe non minor octodecim annis: adeo ut debeat eſſe non minor ſeptendecim completis, ſive octodecim inchoatis) cum, inquam, oporteat manumiſſum, ut procurator in judicio eſſe poſſit, ſeptimum decimum annum compleviſſe, & octavum decimum attigiſſe perſpicuum eſt, hac ætate procuratores jure civili admitti, qua ætate etiam poſtulare quis, & de jure reſpondere poteſt. *d.l.1.§. initium.* Jure tamen canonico minor viginti quinque annis non poteſt eſſe procurator in judicio. *de procuratoribus in lit.6.c.5.§. ult.* [Alia cauſa juſta eſt ſi filius una cum parentibus naturalibus in ejuſdem domini poteſtate exiſtens, hæres a domino inſtitutus ſit, qui ſic parentum, ut cæterarum rerum defuncti, dominus factus, parentes & cet. res juſta ex cauſa manumittere poteſt. *Vinn. hic.*]

Effectus approbationis cauſæ.

a Qui eſt effectus approbationis.

6. § a Semel autem cauſa approbata, ſive vera ſit, ſive falſa, non retractatur.

TERTIO docet cauſam qualemcumque ſemel probatam non retractari. *§.6.h.t.* quod favore libertatis receptum eſt, qua ratione etiam reſtitutio contra libertatem, quę ſimul competit, denegatur. *D. de minor. l. ſi ex cauſa. 2.§.4. & fin. verſ. & C. ſi advers. liber. tot. tit.*

Mutatæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Mutata ætas minoris, qui manumittere poteſt ex juſta cauſa, ejusque ratio.

7. § a Cum ergo certus modus manumittendi minori-us viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam onſtitutus eſſet, eveniebat, ut qui quatuordecim annos xpleverat, licet teſtamentum facere, & in eo ſibi here-em inſtituere, legataque relinquere poſſet: tamen ſi ad-uc minor eſſet viginti annis; libertatem ſervo dare non oſſet. Quod non erat ferendum: nam cui totorum iorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat: quare on ſimiliter ei, quemadmodum alias res, ita de ſervis ſuis 1 ultima voluntate diſponere, quemadmodum voluerit, ermittimus, ut & libertatem eis poſſit præſtare; Sed uum libertas inæſtimabilis res ſit, & propter hoc an-e xx. ætatis annum antiquitas libertatem ſervo dare rohibebat: b ideo nos mediam quodammodo viam eli-entes, non aliter minori viginti annis libertatem in te-tamento dare ſervo ſuo concedimus, niſi decimum ſep-imum annum impleverit, & decimum octavum attige-it. c Quum enim antiquitas hujusmodi ætati, & pro aliis oſtulare conceſſerit: cur non etiam ſui judicii ſtabilitas ta eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam ſervis uis poſſint pervenire?

a Quæ eſt ratio 1. ætatis mutandæ in minore, qui manumittere vult?

b Quæ eſt facta mutatio in ætate?

c Quæ eſt 2. ratio mutationis?

QVINTO huic capiti derogat, conſtituens ut major ſeptende-im annis poſſit in teſtamento manumittere. §. *ult*. Cum ex una arte puberi, id eſt, majori quatuordecim annis, qui in teſtamen-o de omnibus rebus ſuis diſponere poteſt, multo magis conce-endum videatur, ut libertatem ſervis ſuis in eodem teſtamento are poſſit: ex altera vero parte libertas, quæ eſt res inæſtimabi-is, non videatur temere permittenda, ne liberorum hominum rdo multis e ſervitute paſſim in eum confluentibus inquinetur. Alia ratio videtur, quod ſervi vafri facile minoribus perſuade-ent ut ſe manumittant. *v.l.* 1. *C.* ſi *adverſ. lib.* & *l.* 16. *C. de ib. cauſ. Vinn. hic.*] Idcirco Imperator mediam quodammodo iam eligens, ætatem, quæ eſt a decimoquarto usque ad vigeſi-num annum completum, ita partitur, ut tres priores annos eg. Æliæ Sentiæ ſubjiciat: Sequentibus vero annis libere in te-tamento manumittere permittat. Quid ſi fœmina manumit-ere velit, quę biennio citius quam maſculus, id eſt, duodeci-num annum excedens pubeſcit; Pravis tribuitur hæc ſenten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tia, ut putent eam poſt decimum quintum annum in teſtamento manumittere poſſe. Ego diſſentio: quia Juſtinianus præciſe loquitur de anno 17. nec omnino affirmat ſe mediam viam eligere, ut dicere debeamus tam maſculum, quam fœminam poſt triennium a pubertate elapſum, poſſe manumittere: ſed adhibet particulam *quodammodo*, indicans ſe non omnino ſumere ætatem mediam inter pubertatem & viginti annos, ſed quaſi mediam. quia non eſt æque media in fœminis, ut in maſculis. Noviſſime autem puberi, id eſt, maſculo majori 14. annis, & fœminæ, quę duodecimum ætatis ſuæ annum exceſſit, libere in teſtamento manumittere permiſit. *Nov. 119, cap. 2.*

AXIOMATA.

1. *Quod lege prohibente fit, non valet.* in princ. §. pen. infr. de nupt. & l. 5. C. de legib.
2. *Nullum eſt, quod in fraudem alterius fit.* pr. h. t. *ne cui malitia ſit lucroſa.* l. 1. D. de dol. mal.
3. *Favorabile eſt habere hæredem.* §. 1.
4. *Sedulo cavendum, ne civis Romanus injuria afficiatur, maxime poſt funera.* §. 1. inf.
5. *Ignominioſum eſt pati bonorum diſtractionem.* d. §. 1.
6. *Qui vult conſequens, vult etiam antecedens.* §. 2. *conjun.* §. 1 infr. qui teſtam. tut. dar. poſſ.
7. *Nemo præſumitur elegiſſe quicquam quo judicia ſua ultima poſſint impugnari.* §. 1. l. 3, D. de teſtam. milit.
8. *Qui quid vult, videtur illa omnia velle, ſine quibus id, quod vult, effectum habere nequit.* §. 2. l. 2. D. de Juriſd. l. 56. l. 9. D. de procuratorib.
9. *Fraus non tantum ſpectatur ex animo vel eventu, ſed ex conſilio & re.* §. 3. in fin. l. 79. D. de regul. jur.
10. *Sæpe homines putant ſe plus habere in bonis, quam re vera habeant.* §. 3.
11. *Multa conceduntur ob affectionem, utilitatem & uſum neceſſarium, quæ alias non poſſent permitti.* §. 5. *Omnis enim cauſa pertinet vel ad affectionem, vel ad utilitatem &c.* add. l. 6. & ſeqq. D. de pignorib. l. 51. in fin. D. ad l. aquil. verb. *Multa contra rationē diſputandi pro utilitate cōmuni ſunt recepta.*
12. *Cauſa ſemel approbata non retractatur.* §. 6.
13. *Adverſus libertatem non datur reſtitutio.* §. pen. *conjun.* §. ſi is qui. inf. de eo cui libert. cau. & l. ſi ex cauſa. 9. §. ult. ff. de minor. & tot. tit. C. ſi adverſ. libert.
14. *Cui conceditur quod eſt plus, id quoque concedi debet, quod eſt minus.*

minus.§.ult.*conjun*.l.non debet cui.21. ff. de diver.reg.jur.
15. *Libertas eſt res inæſtimabilis*. d.§. ult. *conjun*. l. non eſt ſingulis.176.§.1.ff. de div. regul. jur.
16. *In dubio media via eſt eligenda*. eo. §.ult.

DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.

TITULUS VII.

Argumentum legis Fuſiæ Caniniæ, ejusque ſublatio ex ratione.

LEge Fuſia Caninia certus modus conſtitutus erat in ſervis teſtamento manumittendis: quam, [a] quaſi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam eſſe cenſuimus: [b] quum ſatis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere totam ſuam familiam libertate donare, niſi alia cauſa impediat libertatem: morientibus autem hujusmodi licentiam adimere. Quid cautum lege Fuſia Caninia? a Eſtne ſublata ea lex? b Qua ratione?

HÆc quoque lex Auguſti temporibus eſt lata, L. Furio Camillo. Cajo Caninio Gallo Coſſ. anno ab Urbe condita 752 Furium, an Fuſium, Furiam, an Fuſiam dicas, nihil intereſt. veteres enim dixere Fuſios, recentiores vero eoſdem Furios appellaverunt Pomponius *in l*.1.§. *Fuit author*. 36.*verſ.poſt hunc Appius ff.de orig. jur*.ait Appium Claudium literam R. inveniſſe, ut pro Valeſiis Valerii eſſent, & pro Fuſiis Furii Liv. lib. 3. *Furios Fuſios ſcripſere quidam, id admoneo, ne quis immutationem virorum ipſorum eſſe, quæ nominum eſt, putet*. Quint. lib.1. cap. 4. *ut Valerii, & Fuſii in Valerios, Furiosque venerunt, ita arbos, labos, vapos etiam & clamos, ac læſor ætatis fuerunt*. Jam vero hæc lex Fuſia, ſive Furia Caninia ideo lata eſt, ut nimiam teſtatorum in manumittendo facilitatem coerceret, quaſi nimia libertinorum multitudine civitas inquinaretur. ſtatuit ergo certum modum, id eſt, certum numerum ſervorum teſtamento manumittendorum, ita ut teſtatori non liceret, plures in ſuo teſtamento manumittere. Hunc numerum declarant Ulpian. *tit.de legib.& morib. libert*.§. *pen*. Cajus *lib*.1. *Inſtitut. tit*. 2. Paul.*lib*.4. *ſentent. tit. ult*. §.*ult*. [ſubductis enim duobus, usque ad decem, pars dimidia manumitti poterat, a decem usque ad 30. pars tertia: a 30. usque ad 100. pars quarta: a 100.usque ad 500. pars quinta: Plures autem quam centum ex quantacun-

que familia teſtamento manumitti ea lex prohibebat: *Perez.*] ſed Juſtinianus hanc legem, libertati & ultimæ voluntati favens, abrogavit. Duplici igitur argumento legem reprehendit. I. Quia libertati hominum invidebat, qua nihil eſt ſavorabilius. *infr. de donat. §. ult. & de leg. §. ante hæredis.* II. Quia vetabat in ultima voluntate fieri, quod inter vivos permittebatur: cum ultima voluntas ſit favorabilior, quam actus inter vivos. *C. de ſacroſanct. eccleſ. l.* 1. Obſerva in contextu vivis opponi morientes: & vivos quidem appellari eos, qui aliquid agunt inter vivos: morientes vero vocari eos, qui teſtantur: propterea quod plerumque morte imminente homines teſtamentum facere ſolent. Cæterum etiam hi qui moriuntur, dum moriuntur vivi ſunt. *D. de manumiſſ. teſtament. l. qui duos.* 18. §. 1. Gellius lib. 5. *cap.* 13. [Sed hæc hominum ſervitus jam dudum ab anno 1250. *vid. Grot. lib.* 1. *p.* 4. §. 2. in his & pleriſque Chriſtianis orbis provinciis exolevit, cum omnibus juribus ei annexis *v. & Gudel. de I. N. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 5. *& ſeqq.* quamvis ſint homines apud pleroſque ſervilis cujusdam conditionis quos colonos adſcriptitios vocant & proprios. de quibus. *vid. lib.* 11. *Cod. tit.* 48. *& ſeqq. & Gudel. d. lib.* 1. *c.* 5.]

AXIOMATA.

1. *Jura libertates impedientia ſunt invida ac propterea tollenda* princ. *Iniquum eſt Principis beneficium, quod homini ſana mentis adimit teſtamenti factionem.* l. 43. D. de hæred Inſt. *
2. *Quod inter vivos fieri permittitur, multo magis permittendum eſt in ultima voluntate.*

DE HIS, QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT.

TITVLVS VIII.

Expoſita eſt perſonarum diviſio a jure gentium ſumpta: ſequitur altera, quæ ad jus civile refertur.

Altera perſonarum diviſio & ſubdiviſio, & ordo ſequentium titulorum.

Quæ eſt ſecunda perſonarum Diviſio? b Quæ ſubdiviſio? c Quis ordo & fructus methodi in hac diviſione & ſubdiviſione?

Sequitur de jure perſonarum alia diviſio. Nam quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubjectæ. [b] Rurſus earum, quæ alieni juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum. [c] Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt. nam ſi cogno-

gnoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt: ſimul intelligemus quæ ſui juris ſunt. ac prius inſpiciamus de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.

PRIMO Imp. hanc diviſionem affert, quod alii ſunt ſui juris, alii ſunt alieno juri ſubjecti. & hos ſubdividit: quia ſunt vel in poteſtate dominorum, vel in poteſtate parentum. Sui juris ſunt patresfam. in poteſtate dominorum ſunt ſervi: in poteſtate parentum ſunt filiifam. *tit. ſeqq. in pr. & D. hoc. tit. l.* 1. §. 1. *l.* 3. *&*. 4. Hanc diviſionem refero ad jus civile: qua patres & filiifamiliarum ſunt cives Romani. *ff. hoc. tit. l.* 4. & patria poteſtas eſt juris civilis. *infr. tit. prox.* §. *pen.* Servitus autem, quæ ſupra conſiderata fuit ſecundum jus gentium, hic ſpectatur quatenus jure civili reſtricta & limitata eſt. *infra h. tit. n.* §. *ult.*

Poteſtatis dominicæ ex Jure gentium effectus.

1. § [a] In poteſtate itaque dominorum ſunt ſervi. [b] quæ quidem poteſtas, juris gentium eſt: nam apud omnes peræque gentes animadvertere poſſumus: [c] dominis in ſervos vitæ, neciſque poteſtatem fuiſſe: & quodcumque per ſervum adquiritur, id domino adquiri,

a Qui ſunt in domin. poteſtate?

b Cujus juris eſt ea?

c Quis ejus effectus in bonis & perſona ex jure gent.?

SECVNDO agit de poteſtate dominorum, & *in* §. 1. docet, quanta ſit hæc poteſtas jure gentium, quo rectius & facilius civilem ejus deinceps limitationem ac diſtinctionem exponat. Jure gentium duæ ſunt partes poteſtatis dominicæ. Una eſt, quod dominus ſervum pleniſſime coercere & caſtigare, atque adeo etiam occidere poteſt. [quod jus tamen apud multos populos non fuit, ut teſtantur hiſtoriæ. *v. Bodin.* 1. *de rep.* 5. *Grot.* 3. *de J. B. c.* 14.] Altera eſt, quod quicquid ſervus acquirit, domino acquirit. Utramque partem jus civile limitavit & coarctavit.

Temperamentum poteſtatis dominicæ ex Jure Civili.

2. § [a] Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa legibus cognita, in ſervos ſuos (ſupra modum) ſævire. [b] Nam ex conſtitutione divi Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur, quam ſi alienum ſervum occiderit. [c] Sed & major aſperitas dominorum, ejuſdem principis conſtitutione coercetur. nam (Antoninus) conſultus a quibuſdam præſidibus provinciarum de his ſervis, qui ad ædem ſacram, vel ad ſtatuam principum confugiunt, præcepit, ut ſi intolerabilis videatur ſævitia dominorum, co-

a Licetne Jure Civili ſævire.

b Quomodo punitur qui ſuum occidit ſervum?

c Quomodo ſævitia coercetur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

gantur ſervos ſuos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur. & recte. expedit enim Reipublicæ, ne ſua re quis male utatur. * Cujus reſcripti ad Ælium Martianum emiſſi verba ſunt hæc: Dominorum quidem poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi. ſed dominorum intereſt, ne auxilium contra ſævitiam vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis eorum, qui [ex familia Julii Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſi vel durius habitos quam æquum eſt, vel infami injuria adfectos eſſe cognoveris: venire jube, ita ut in poteſtatem domini non revertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit, ſciat me hoc admiſſum ſeverius executurum.

* Quod eſt Marciani Imp. reſcriptum de hac re?

Priorem limitationem Juſtin. declarat. *in* §. *ult. h. t.* quia ſi dominus ſervum ſuum ſine cauſa occiderit, æque punitur, ex conſtitutione Antonini, quæ non exſtat, ac ſi alienum ſervum occidiſſet [pœna ſcil. legis Corneliæ de ſicariis: Neque enim privato judicio legis Aquiliæ locus eſt ubi ſibi quis damnum infert. *Vinn.*] & ſi durius, quam ut ferri poſſit, eum tractaverit, bonis conditionibus eum ex alia ejusdem Antonini conſtitutione vendere cogitur. Atqui nemo cogitur emere aut vendere. *D. rer. amot. l. non enim.* 9. *& de contrah. empt. l. invitum.* 11. *& de jure delib. l. nec emere.* 16. Fateor hoc eſſe regulariter verum: ſed varios caſus excepi in tractatu *de emptione cap.* 11. inter quos hic, de quo nunc loquimur, eſt referendus. Porro conditio hic, ut multis aliis locis, ſignificat pactum, ſeu legem contractus. Dicuntur autem ſervi vendi bonis conditionibus: quia tam domino vendenti, quam ſervis venditis utiles ſunt. Domino utiles ſunt: quia non cogitur, niſi juſto pretio vendere: [cum alias ex deſperatione ſibi forte manus afferrent aut in Domini perniciem aliquid molirentur. *Vinn.*] propterea quod reip. intereſt neminem re ſua male uti, adeo ut nec ſervum ſuum quis durius tractare debeat, nec donare, aut vili pretio vendere cogatur. [ſic licet res privatorum non ſint in Dominio Principis: ſunt tamen ſub ejus imperio, ideoque uſum earum regere & abuſum coercere poteſt. *Tulden. hic. c.* 2. Poteſt quis etiam abuti re ſua. *l.* 25. §. 11. *de hær. pet.* ſed tamen providendum ne privati fortunis ſuis abutendo noceant publico. *Vinn.*] Servo utiles ſunt: quia pacta contra ejus commodum fieri non debent, veluti, ut ab emptore vapulet ac male tractetur, vel ut venditori reddatur. Quod ſi dominus in juris fraudem clam ejusmodi pacta adjecerit, gravius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

us extra ordinem punitur. Poſterior limitatio eſt: quia ſervus on ſemper domino acquirit, ſed interdum bonæ fidei poſſeſ-ori. *infra per quas perſ. nob. acq. §. de iis autem, & per quas per-n. nobis obl. acquir.* §. 1. & 2. [quod juri gentium convenit, uia ad alimenta ſervo preſtanda obligati ſunt. *Vinn.*]

Hæc de dominorum poteſtate dicta ſint: conſequenter de pa-entum poteſtate dicendum:

AXIOMATA.

1. *Contrariorum eadem eſt ſcientia.* in princ. *conjun.* princ. tit. infr. de tutel.
2. *Cognito uno contrariorum, cognoſcitur & alterum.* ibid. *conjun.* d. pr. infr. de tutel.
3. *Poteſtas dominorum in ſervos eſt juris gentium.* §. 1. *ſed limitata a jure civili.* §. penult. & ult.
4. *Jure gentium domini in ſervos habent jus vitæ & necis.* d. §. 1.
5. *Quicquid ſervus acquirit, domino acquirit.*
6. *Nemini licet ſervum ſuum occidere, aut durius tractare, quam par ſit.* §. penult.
7. *Nimia aſperitas eſt coercenda.* d. §. penult. & §. ult.
8. *Interdum aliquis cogitur rem ſuam vendere.* d. §. ult.
9. *Expedit reipublicæ, ne quis re ſua male utatur.* d. §. ult.
10. *Nemini jus ſuum detrahi debet.* d. §. ult. [ſine cauſa, ne quidem a Principe. *v. Hotom. Il. qu.* 1.]
11. *Intereſt dominorum, ne ſervis, contra famem, ſævitiam, injuriam, juſte deprecantibus, denegetur auxilium.* §. fin. *
12. *Severe in eos, qui fraudem conſtitutionibus faciunt, eſt animadvertendum.* §. fin. *
13. *Qui ad ſtatuas, ad aſyla confugiunt ex juſta cauſa, jure & legibus ab injuria ſunt vindicandi.* §. fi. l. un. C. de his, qui ad ſtatuas confug. [*Num. c. 35. verſ. 11. Deut. c. 19. verſ. 2. Joſuæ c. 20. verſ. 2.*] *ſi ſine juſta cauſa, ſunt ſevere puniendi.* d. C. un. in fin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DE PATRIA POTESTATI

TITVLVS IX.

Ex juſtis nuptiis nati, ſunt in poteſtate patria.

Qui ſunt in poteſtate patria?

IN poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreavimus.

IN parentis poteſtate liberi ſunt, vel quia n ſunt in ejus poteſtate, vel quia ex poſt facto in jus poteſtatem tranſierunt, de his dicetur *tit. ſeq ult. & tit. de adopt.*

Definitio Nuptiarum.

a Quid ſunt nuptiæ?

1. §. [a] Nuptiæ autem, ſive matrimonium, eſt viri & m lieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem co tinens.

Ad illos quod attinet, ut in poteſtate parentum liberi naſca tur, Imperator requirit; I. Ut liberi ſint procreati ex juſtis n ptiis, non ex concubinatu, vel illegitima conjunctione, [*in p* qui in poteſtate patris non ſunt. *l.* 23. 24. *de ſtat. hom.* nam l pater eſt quem nuptiæ demonſtrant. *l.* 5. *de in jus voc.*]

Unde *h.* §. *1.* nuptiarum definitionem adjungit: Nuptiæ, ſi matrimonium (nam hæc pro eodem accipiuntur, diciturq matrimonium, quia hoc voto mulier nubit ut mater fiat *Au de Civ. Dei lib.* 15. *l.* 220. *de V.S.*,) eſt viri & mulieris conjuncti individuam vitæ conſuetudinem continens. §. 1. *h.t.* Intellige nimorum. non corporum conjunctionem: quia nuptias co ſenſus facit; non concubitus. *D. de don. inter vir. & uxor. cum hic ſtatus.* 32. §. *ſi mulier.* 13. *inf. & de cond. & demon l. fuerit.* 15. *cum inf. & de diver. regul. jur. l. nuptias.* 3 [ideoque ſi quis ſimulate fidem dedit, ut ea potiatur, matrim nium non erit *c.* 26. *ex. eod. Covar. de ſponſal. p.* 2. *c.* 2. *num.* vide tamen *Tuld. tit. ſeq. c.* 2. *& Dekker.* I. *diſſert.* 9. *num* 71 Conſenſus, inquam, nuptias facit, quæ in præſens tempus co fertur: nam in futurum collatus non facit nuptias, ſeu matr monium, ſed ſponſalia. *ff. de ſponſalib. lib.* 1. Quod dicimus ma trimonium continere vitæ conſuetudinem individuam, ju civili omnimodo verum eſt, jure autem canon. non obtinet, ni quo ad intentionem contrahentium matrimonium, ſicut enin dotis cauſa dicitur eſſe perpetua, quia datur hac mente, ut per petuo apud accipientem maneat. *ff. de jur. dot. l.* 1, ita etiam ma

trimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

monialis vitæ conſuetudo dici poteſt individua 27. *qu:* 2. *c.* 1. 29. *q.* 1. *c.* 1. & *ext. de præſumpt. c. illud.* 11: quia matrimonium hac mente contrahitur, ut conjuges ſimul vitam traducant, cet ex poſt facto contingere poſſit, ut fiat thori ſeparatio. *ext. de divort. c.* 2. Nota igitur diſcrimen inter jus civile, & jus canonicum. nam jure civili matrimonium eſt dividuum, quia non ſolum morte, ſed etiam divortio dirimitur: vitæ autem matrimonialis conſuetudo eſt individua: quia non admittitur thori ſeparatio ſtante matrimonio; contra jure canonico matrimonium eſt omnino individuum; quia non admittitur verum divortium, quod diſſolvat matrimonium: ſed vitæ conſuetudo dividua eſt, quia ex juſta cauſa datur thori ſeparatio matrimonio manente. *ext. d. divort. c.* 2. Alia nuptiarum, ſeu matrimonii definitio traditur a Modeſtino *in l.* 1. *ff. de ritu nupt.* videlicet. Nuptiæ ſunt conjunctio maris & fœminæ & conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio. [Vera tamen inter conjuges non eſt bonorum ſocietas. *Vinn. hic. Gudel. de I. N. lib.* 1. *c.* 7. & 8. §. *fin.*]

Patria poteſtas eſt juris civilis, ratione formæ.

2. § [a] Jus autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt civium Romanorum. [b] nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.

a Patria poteſtas cujus juris?
b Quæ ratio?

II. Ut parentes ſint cives Romani. §. 2. *h. t.* quamquam hoc poterat ſub primo requiſito contineri: quia ſoli cives Romani juſtas nuptias contrahunt. *infr. tit. prox. in princ.* Sed hoc ſpecialiter eſt adjectum, ut intelligeremus patriam poteſtatem eſſe juris civilis. Quamvis enim patria poteſtas ſimpliciter conſiderata, ſit juris gentium. *D. de juſt. & jur. l.* 2. [Nam vis & lex naturæ ſemper in ditione parentum eſſe liberos juſſit. *Plin. Panegyr.*] tamen hæc, quam cives Romani habent, eſt juris civilis. Sic (ut exemplo rem illuſtrem) à natura habemus, ut ſermone utamur: ſed ex hominum inſtituto (quod Græci dicunt κατὰ συνθήκην) eſt, ut Græce, aut Latine, aut Gallice loquamur. Porro civilis parentum poteſtas olim, quam nunc, plenior & major fuit. nam parentibus licebat liberos occidere, [*v. l. ult. C. h. tit. l.* 11. *ff. de lib. & poſth. l.* 2. *C. de patr. qui fil. diſtrax.*] Sed hæc poteſtas eſt parentibus adempta, ut patria poteſtas potius in pietate, quam in atrocitate conſiſtat. *D. de liber. & poſthum. l. in ſuis.* 11. & *D. ad leg. Pomp. de parricid. l.* 5. & *C. de patr. poteſt. l.* 1. 3. *ult.* Item olim quicquid filius acquirebat, patri acquirebat: ſed Imperatores exceperunt peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, & proprietatem peculii adventitii. *infr. per quas perſonas nobis acq.* §. 1.

Qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Qualitas liberorum, qui ſunt in poteſtate.

a Qui liberi ſunt in tua poteſtate?

3. § [a] Qui igitur ex te & uxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & uxore ejus naſcitur, id eſt, nepos tuus & neptis, æque in tua ſunt poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum. [aut avi paterni.]

III. Ut parentes ſint maſculi, & per lineam maſculinam aſcendentes. §. *ult. h. t.* quia nec mater, nec avia, vel proavia, nec avus, aut proavus materni liberos in poteſtate habent, ſed pater, aut avus, ſive proavus paternus. [Filia enim jus familiæ non habet, imo familiæ ſuæ dicitur & caput & finis: caput familiæ mariti, quæ per eam propagatur: finis familiæ in qua nata eſt, quia per eam non propagatur. *v. l.* 195. *in fi. &* 196. *de V. S. & Perez. hic.*] Eadem diſtinctione utimur in ulterioribus parentibus, ut abavo, atavo, &c. Si quæras, unde dignoſcatur, num in poteſtate patris, an avi, aut proavi, vel ulterioris parentis liberi ſint: reſpondebo tempus conceptionis ſpectandum eſſe. In cujus enim poteſtate concipiuntur, in ejusdem poteſtate naſcuntur. Quare cum nepos concipitur, ſi pater eſt in poteſtate avi, licet poſtea ab avo emancipetur, tamen nepos in avi poteſtate naſcitur: ſin autem eo tempore, quo nepos concipitur, pater ſui juris ſit, in ipſius patris poteſtate nepos naſcitur. *infr. quibus modis jus poteſtat. ſolvit.* §. *penult.* quod tamen cum hac exceptione debet accipi, niſi pater interim in alterius, puta arrogatoris, poteſtatem tranſierit: quia liberi patrem arrogatum ſequuntur, & poteſtati arrogantis quaſi nepotes ſubjiciuntur. *infra de adoption.* §. *illud. & D. eod. leg.* 2. §. 2. [Sed hodie magna illa & ſingularis Patria poteſtas Romanorum priſcorum, ejusque peculiares effectus moribus in deſuetudinem, abierunt: & vix in alio conſiſtit quam in reverentia & obſequiis exigendis, & jure accommodandæ auctoritatis in negociis gerendis: *vid. Grot. lib.* 1. *p.* 6. §. *de grote. Gudel de I. N. lib.* 1. *c.* 13. *nu.* 14. & matrimonio poteſtas ea ſolvitur. ita ut & minor ſui juris fiat. *Groen. h.* §. 3. nec liberi ex eo matrimonio nati ſint in poteſtate avi. *Gudel. d. c.* 13. *num.* 19.]

AXIOMATA.

Filius in poteſtate eſt, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant. princ. & l. 6. D. de his, qui ſui vel alien. jur. *

Conjugalis vitæ conſuetudo eſt individua. §. 1.

Patria poteſtas eſt juris civilis, & civium Romanorum propria. §. 2.

Quod reformatum eſt a Jure Civili, juris civilis eſt. §. 2

Quod ad patriam poteſtatem, liberi patrem, non matrem ſequuntur. §. ult.

DE NUPTIIS.

TITULUS X.

HUjus tit. duæ ſunt partes: in priori, ex qua rubr. ſumpta eſt, agitur de nuptiis, ex quib. liberi in poteſtate parentis naſcuntur: in poſteriori, quæ eſt in §. *ult.* tractatur de legitimatione, per quam liberi naturales, qui ſunt ſui juris, in poteſtatem patris rediguntur. Ad priorem partem quod attinet, cum ſuperiori titulo dictum ſit, eos liberos eſſe in parentis poteſtate, qui ſunt ex juſtis nuptiis ſuſcepti, cumque definitum ſit quid ſint nuptiæ; conſequenter videndum eſt, quæ ſint nuptiæ juſtæ, & ſimul quæ ſint injuſtæ, quia contrariorum eadem eſt ſcientia. *ſupra de his quæ ſunt ſui, vel alieni juris. in princ. & infr. de tut. in princ.* Qua de cauſa hic tit. in nonnullis exemplaribus inſcribitur, *de juſtis nuptiis.*

Requiſita juſtarum nuptiarum.

[a] JUſtas autem nuptias inter ſe cives Romani contrahunt qui ſecundum præcepta legum coeunt, [b] maſculi quidem puberes, fœminæ autem viri potentes: ſive patres familiarum ſint, ſive filiifamiliarum [c], dum tamen, ſi filiifamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum quorum in poteſtate ſunt: [d] Nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio ſuadet, in tantum, ut juſſus parentis præcedere debeat. [e] Unde quæſitum eſt; an furioſi filia nubere aut furioſi filius uxorem ducere poſſit? Cumque ſuper filio variabatur, noſtra proceſſit deciſio, qua permiſſum eſt ad exemplum filiæ furioſi, filium quoque (furioſi) poſſe & ſine patris interventu matrimonium ſibi copulare, ſecundum datum ex noſtra conſtitutione modum.

a Quid requiritur primo ad juſtas nuptias?
b Quid ſecundo?
c Quid tertio?
d Quæ ratio requiſiti tertii?
e Quid ſi liberi furioſorum contracturi ſint nuptias?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

PRIMO Imp. *in h. princ. n.* juſtas nuptias definit, quas inter ſe cives Romani contrahunt, ſecundum legum præcepta coeuntes. Præcepta legum hic tradita, referuntur ad duo genera. nam alia ſunt abſoluta de his qui nuptias contrahere poſſunt, vel non poſſunt: alia in relatione ſpectantur, nempe quas uxores ducere liceat, vel non liceat. *infr. hoc tit.* §. *adfinitatis.* 6.

SECVNDO igitur Imp. docet, qui poſſint nuptias contrahere: ubi dat præcepta. I. Ut qui nuptias contrahunt ſint cives Romani, ſicut jam dictum eſt. Unde inter ſervos jure civili non dicitur matrimonium, ſed contubernium. *D. de inceſt: nupt. l. cum ancill.* 3. *&* *C. ad. l. Jul. de adult. l. ſervi.* 13. ideoqne vocantur contubernales. *D. de legatis* 3. *l. uxorem.* 41. §. *codicillis.* 1. *&* §. *concubinæ.* 5. Jure autem pontificio eriam inter ſervos nuptiæ conſiſtunt. *extr. de conjugio ſervorum cap.* 1. II. Ut ſint puberes, id eſt, maſculi majores 14. annis, fœminæ majores 12. *infr. quib. mod. tut. fin. in princ. Nov.* 100. *cap.* 2. *vers. novimus.* Sed jure can. malitia ætatem ſupplente vocantur puberes, & poſſunt nuptias contrahere ſtatim ac coire poſſunt. *ext. de deſp. impub. cap. puberes.* 3. III. Ut filiusfamil. vel filiafam. nuptias contrahere velit, conſenſum habeat parentis, in cujus poteſtate eſt. Quod etiam jure canon. requiritur. 30. *q. cap.* 1. 3. 4. *&* 31. *q.* 2. *cap. non omnis.* 12. *capit. honorantur.* 13. *& cap. ult.* Non obſtat *c. ſufficiat.* 27. *q.* 1. quia non ſimpliciter ibi dicitur ſufficere ſolum conſenſum contrahentium, ſed additur *ſecundum leges*; conſtat autem leges requirere conſenſum parentum. quod igitur ait, *ſolus conſenſus eorum, de quorum conjunctionibus agitur*, non excludit conſenſum parentum, ſi forte matrimonium contrahentes, ſint in parentum poteſtate, ſed corporalem conjunctionem, quæ ad nuptias perficiendas non requiritur. *C. de reg. jur. l. nuptias.* 30. Parentis igitur conſenſus in nuptiis liberorum, quos in poteſtate habet, neceſſarius eſt. [ne ei invito ſuus hæres agnaſcatur. §. 7. *tit. ſeqq.* quo tamen contemto nuptiæ non eſſent irritæ, niſi lex civilis hos expreſſerit. *v. l.* 11. *ff. de ſtat. hom. & l.* 12. *C. de Nupt.*] Quod adeo verum eſt, ut juſſus parentis præcedere debeat: quamquam etiam ratihabitio ſufficit. *C. hoc tit. l. ſi ut proponis.* 4. quia regulariter ratihabetur, ideoque mandato comparatur. *ff. de vi & vi armat. l.* 1. §. *ſed etſi. l.* 14. *& C. ad S. C. Maced. l. ult in princ. & de donat. inter vir. & uxor. l. donationes quas parentes.* 25. [Sufficit & tacitus conſenſus præcedens aut concomitans *l.* 5. *C. eod. l.* 7. §. 1. *ff. de ſponſal.* non enim velle debet pater, ſed non nolle. *Vinn. hic.*] ſed excipitur, niſi forte parens ſit furioſus: quo caſu cum parens conſentire nequeat, hunc defectum ſupplet auctoritas magiſtratus, vel epiſco-

p: & curatoris furioſi, & nobiliorum præſentia ex furioſi gene-
re *C.h.t.l. ſi furioſi.* 25. *& de epiſc. audien.l. tam dementis.*28.
F.us autem emancipatus ſuo arbitrio nuptias contrahit. *ff. de*
r. nupt. l. filius emancipatus. 25. etiamſi minor ſit annis 25.
c.a nec curatoris, nec propinquorum conſenſus eſt neceſſarius.
*C. hoc.tit.l. in copulandis.*8. Sed ſi filia emancipata nubat, patris
conſenſus adhiberi debet. in nuptiis autem ejus, cujus pater mor-
tuus eſt, requiritur conſenſus matris, & propinquorum. *C. eod.*
l. viduæ 18. *l. in conjunctione* 20.

Prohibitio nuptiarum inter parentes & liberos.

1. §[a] Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam a
:arundam nuptiis abſtinendum eſt. inter eas enim perſo-
:is, [b] quæ parentum liberorumve locum inter ſe obtinent,
:ntrahi nuptiæ non poſſunt, veluti inter patrem & filiam,
:l avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam &
:potem, & usque in infinitum. [c] Et ſi tales perſonæ inter
coierint, nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe di-
:ntur. [d] Et hæc adeo vera ſunt, ut quamvis per adoptio-
:em parentum liberorumve loco ſibi eſſe cœperint, non
:oſſint inter ſe matrimonio jungi: in tantum, ut etiam diſ-
:oluta adoptione, idem juris maneat. Itaque eam, [e] quæ ti-
:i per adoptionem filia vel neptis eſſe cœperit, non pote-
:is uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

a Quas licet uxores ducere?
b Valentne nuptię inter parentes & liberos?
c Quid ſi inter illos ſint contractę?
d Quid ſi adoptivi ſint liberi ac parentes?
e Quid ſi ſoluta ſit adoptio?

TERTIO docet, quas uxores ducere liceat, vel non. Hic con-
derantur cauſæ matrimonium prohibentes, præſertim cogna-
io, & affinitas. Cognatio eſt conjunctio ratione generationis,
el adoptionis: ut inter patrem & filium, & inter duos fratres.
Affinitas vero eſt conjunctio ratione matrimonii, inter conju-
gem; & cognatos alterius conjugis. unde affines definiuntur viri
: uxoris cognati. *ff. de grad. l.* 4. §. *ſed quoniam.* non quod co-
gnatus mariti & cognatus uxoris ſint inter ſe affines. [*vide Tul-*
*den. hic. c.*7.] ſed quia cognati mariti ſunt affines uxori, & cogna-
i uxoris ſunt affines marito. Jure igitur civili affinitas ex ſolis ju-
tis nuptiis oritur. *d.l.*4. §. *ſed quoniam.*3. *&* §. *ſciendum.*8. ju-
re autem canonico oritur ex quocumque coitu. *ext. de eo qui co-*
gnat. conſang. uxor. ſuæ. cap. Diſcretionē. 6. *& cap. penult.* [dum-
modo non violento. *c.* 2. *ex. de conſang.* nec ſecundum gradum e-
greditur. *Perez. hic.*] Propria cognationis præcepta hæc ſunt. I. In-
ter parentes & liberos nuptiæ indiſtincte prohibentur, atque ad-
eo etiamſi per adoptionem conjuncti ſint, & adoptio per eman-
cipationem ſit diſſoluta. §. *ergo non omnes.* 1. *h. t.* [ita & etiamſi
parentes & liberi naturales tantum ſint. nam contra pudorem
eſt

eſt filiam uxorem ducere, quod in nuptiis inſpicitur. *l.* 1 §. 2. *ff. h. tit.*]

Prohibitio nuptiarum inter fratres & ſorores: ſive per ſanguinem, ſive adoptionem tales ſint.

a Eſtne prohibitio nuptiarum inter transverſales? b Valentne nuptiæ inter fratres & ſorores? c Quid ſi ſint ſorores adoptivæ? d Quæ conſequentia prohibitionis ob adoptionem?

2. § [a] Inter eas quoque perſonas, quæ ex transverſo gradu cognationis junguntur, eſt quædam ſimilis obſervatio, ſed non tanta. [b] Sane enim inter fratrem ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt, ſive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, ſive ex altero eorum. [c] Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit: quamdiu quidem conſtat adoptio, ſane inter te & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt. cum vero per emancipationem adoptio ſit diſſoluta, poteris eam uxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptiis. [d] Et ideo conſtat, ſi quis generum adoptare velit, debere eum antea filiam ſuam emancipare, & ſi quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium ſuum emancipare.

II. Inter fratrem & ſororem nuptiæ prohibentur. [*l.* 17. *C. h. tit. Livit. c.* 18. *verſ.* 9. *&* 20. *verſ.* 17. *Deut.* 27. *verſ.* 20.] ſi per adoptionem conjuncti ſint, & adoptio per alterutrius emancipationem diſſoluta. Unde qui vult generum adoptare, prius debet filiam emancipare: & qui vult nurum adoptare, prius debet filiam emancipare. §. *inter eas.* 2. *h. t.* Alioquin nuptiæ diſſolventur. *ff. de ritu nupt. l. non ſolum.* 67. §. *ſed videmus.* 3.

Prohibitio inter eos, qui ſibi parentum & liberorum ſunt loco.

a Poteſtne frater fratris ſui filiam vel neptem ducere? b Quæ eſt ratio? c Quid ſi ſint filiæ ſororis adoptivæ? d Quæ ratio?

3. § [a] Fratris vero, vel ſororis filiam, uxorem ducere non licet: ſed nec neptem fratris vel ſororis quis ducere poteſt, quamvis quarto gradu ſint. [b] Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur. [c] Ejus vero mulieris, quam pater tuus adoptavit filiam, non videris impediri uxorem ducere: [d] quia neque naturali, neque civili jure tibi conjungitur.

III. Fratris, vel ſororis filiam, aut neptem ducere non licet. [*l.* 17. *ff. & C. h. tit. v. Grot. de I. B. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 13. 14. *Lev. c.* 18. *verſ.* 12. 13.] niſi ſoror illa ſit adoptiva. Quia filia ſororis noſtræ adoptivæ nullo jure nobis conjuncta eſt; id eſt, neque jure naturali, quia eſt ex ſorore nata, tum etiam, quia non eſt

noſt

familia. ſororis autem naturalis filiam ducere non poſſum: quia jure naturali nobis juncta eſt. Ergo nec ſororis naturalis neptem ducere poſſumus: quia cujus ſororis filiam ducere non licet, ejus neptem quoque ducere prohibemur. Immo etiam proneptem: quia his omnibus ſum loco parentis. *D. de rit. nupt. l. ſororis.* 39. *in princ.* §. *fratris.* 3. *h. t.*

Patrueles, Amitini, Conſobrini.

4 §. a Duorum autem fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, conjungi poſſunt.

a Poſſunt-ne amitini, patrueles vel conſobrini nuptias inire?

IV. Inter conſobrinos (id eſt, fratrum vel ſororum, vel fratris & ſororis filios) nuptiæ permittuntur. §. 4. *h. t.* C. *eod. l. celebrandis.* 19. Jure autem can. prohibentur. 35. *qu.* 3. *can. quadam.* 20. [ea ratione quod amicitia ex ſanguine orta ſatis arcta ſit, ad charitatem in Rep. conſervandam, quæ per nuptias inter extraneos propaganda. *Perez. hic.*]

Matrimonium amitæ, materteræ:

5 §. a Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec materteram: b quia parentum loco habentur. c Qua ratione verum eſt, magnam quoque amitam, & materteram magnam prohiberi uxorem ducere.

a Quid juris in amita naturali vel adoptiva in matertera? b Quæ ratio? c Quid in amita, vel matertera, magna?

Amitam, id eſt, ſororem patris, vel amitam magnam, id eſt, ſororem avi, vel materteram, id eſt, ſororem matris, vel materteram magnam, id eſt, ſororem aviæ, ducere non licet, nec refert utrum ſit amita naturalis, an adoptiva, dummodo adoptio per emancipationem non ſit diſſoluta, [ſunt enim parentum loco. *l.* 39. *&* *l.* 53. *ff. de rit. nupt.*] Matertera vero adoptiva eſſe non poteſt. §. *item amitam.* 5. *h. t.* Hactenus præcepta cognationi propria.

Prohibitio nuptiarum ob affinitatem inter Socrum & nurum, vitricum & privignam.

6 §. a Adfinitatis quoque veneratione, à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt, ut ecce privignam, aut nurum uxorem ducere non licet: quia utræque filiæ loco ſunt. Quod ita ſcilicet accipi debet, ſi fuit nurus, aut privigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt, id eſt, adhuc nupta eſt filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non poteris: quia eadem duabus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc privigna tua eſt, id eſt, ſi mater ejus tibi nupta eſt, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet.

a Quæ eſt prohibitio ob affinitatem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

De affinitate vero, vel quaſi affinitate dantur hæc præcepta: Et privignam, vel nurum, vel ſocrum, vel novercam ducere non li- cet quamvis affinitas ſit diſſoluta. §. *6. hoc. noſtro*, & §. *ſeq.* [Re- gula enim juris civilis eſt, eos qui in numero, parentum aut libe- rorum ſunt conjungi non poſſe. *l.* 53. *ff. h. tit.* cui etiam locus in affinitate. *l.* 14. §. *ult. eod. Levit. c.* 18. *verſ.* 15. 17. 1 *Cor. c.* 5. v. 5. *Grot. de I. B. lib.* 2. *tit.* 5. *nu* 13. 14.] intellige diſ- ſolvi affinitatem jure civili, ſi matrimonium cum ea perſona, quę affinitatis cauſa erat, ſublatum ſit. Exempli cauſa, ſi uxor mo- riatur, ejus filia deſinit eſſe privigna: & ſi filius moriatur, ejus u- xor deſinit eſſe nurus, hinc Cic. pro Sextio, *Ademit*, inquit, *Al- bino ſoceri nomen mors filiæ, charitatem illius neceſſitudinis, & benevolentiam non ademit.* Sed jure pontificio etiam poſt ſolu- tum matrimonium affinitas manet. 3. *qu.* 10. *can. fraternitatis.* 1. [deque effectu ejus poſt mortem conjugis vid. *Tulden. hic c.* 3. & *Coſtal in l.* 3. §. 1. *ff. de poſtul. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 42. *de ref.*]

Prohibitio inter Socrum & generum, novercam & privignam.

a Poteſtne qui Socrum vel novercam ducere?

7 §. [a] Socrum quoque & novercam prohibitum eſt uxorem ducere; quia matris loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demum adfinitate procedit. alioquin ſi adhuc noverca eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi jure impeditur tibi nubere, quia eadem duabus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt, ſi adhuc filia ejus tibi nupta eſt: ideo impediuntur tibi nuptiæ: quia duas uxores habere non potes.

Nuptiarum permiſſio inter inter comprivignos.

a Poſſuntne jungi comprivigni, ſi fratrem habeant communem?

8 §. [a] Mariti tamen filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratrem ſororemve ex matromonio poſtea contracto natos.

II. Comprivigni nuptias inter ſe recte contrahunt. §. 8. *hoc t.* [quia inter ſe affines non ſunt. qua ratione & duo fratres recte duabus junguntur ſororibus. *Perez hic.*]

a Poteſtne quis ducere eam, quæ ex ſua uxore poſt divortium & alio marito eſt nata?

Prohibitio inter maritum & filiam natam ex uxore poſt divortium & alio marito.

9 §. [a] Si uxor tua poſt divortium ex alio filiam procreavit: hæc non eſt quidem privigna tua: ſed Julianus ab hu-

hujusmodi nuptiis abſtinere debere ait. Nam conſtat nec ſponſam filii nurum eſſe, nec patris ſponſam novercam eſſe, rectius tamen, & jure facturos eos, qui ab hujuſmodi nuptiis abſtinuerint.

III. Nata ex uxore repudiata, non eſt proprie privigna, ſed nihilominus honeſtatis cauſa ab ejus nuptiis abſtinendum eſt. §. 9. *h. t.* [*v. l.* 1. 2. 3. *ff. h. tit.*] Cur autem non eſt privigna: quia cum ea, quę ſtantibus nuptiis eſt privigna, ſoluto matrimonio privigna eſſe deſinat. *ſupra hoc tit.* §. *affinitatis.* 6. certe hęc, quę poſt ſolutum matrimonium ſuſcepta eſt, privigna dici nequit, præſertim cum privigna dicatur quaſi prius genita, hæc vero ſit poſtea genita.

IV. Nec ſponſa filii eſt nurus, niſi improprie. nec ſponſa patris eſt noverca niſi improprie. *D. de ritu nupt. l. ſi qua mihi.* 12. §. 1. *&* 2. *& de grad. l. labeo.* 6. §. 1. *& l. Servius.* §. 8. quia ubi non eſt matrimonium, ibi non eſt vera affinitas, ut ſupra docui, ab earum tamen nuptiis ſimiliter abſtinere oportet, *d.* §. *uxor.* 9. [ſi tamen fuerint ſponſalia de præſenti vel matrimonium nondum conſummatum, prohibitio pertingit uſque ad quartum gradum. *c. un. de ſponſal. in* 6. *v. Concil. Trid. d. ſeſſ.* 24. *c.* 43. *de ref.*] Expoſita ſunt præcepta cognationis, vel affinitatis propria.

Prohibitio ob ſervilem cognationem.

10 [a] Illud certum eſt, ſerviles quoque cognationes impedimento nuptiis eſſe: ſi forte pater & filia, aut frater & ſoror manumiſſi fuerint. [a Obſtantne nuptiis ſerviles Cognationes?]

Utrique autem cauſæ commune præceptum eſt (quamquam Juſtin. tantum de cognatione hic loquitur) quod tam cognatio, quam affinitas ſervilis, id eſt contracta in ſervitute, æque inter manumiſſos impedimento nuptiis eſt, ac ſi ſemper in libertate fuiſſent. §. 10. *h. t. & ff. eod. l. adoptivus.* 14. §. *ſerviles.* 2. §. *ſeq.* Dixi *inter manumiſſos*, ut loquar de perſonis matrimonii capacib. nam ſupra monui, ſervos jure civili non poſſe nuptias contrahere [Attamen in his quoque naturale jus & pudor inſpicitur. *d. l.* 14. §. 2.]

Plures ſunt cauſæ prohibitionum in pandectis.

11. §. [a] Sunt & aliæ perſonæ, quæ propter diverſas rationes nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digeſtorum, ſeu Pandectarum, ex vetere jure collectarum, enumerari permiſimus. [a Sunt plures cauſæ prohibitionis?]

Quarto oſtendit eſſe, plures alias cauſas, propter quas nuptiæ

 pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

prohibentur, quæ ex Pandectis peti debent. §. *ſunt & aliæ.* I *h. t.* [veluti ob metum fraudis & concuſſionis inter tutorem jusve filium & pupillam non redditis rationibus, Præſidem Provincialem: ob dignitatis imparitatem inter Senatores & l bertinas. *v. l.* 36. 37. 38. 44. 57. 59. *& ſeqq. ff. h. tit.* c crimen inter raptorem & raptam. *l. un. C. de rapt.* jure Can. c cognationem myſticam. *de qua vid. Pac. Iſag. de cogn. ſpiri & Tulden. hic. c.* 8.]

Effectus nuptiarum contra leges initarum.

a Quod ſi nuptię contra præcepta legum ſint initę?

12. §. [a] Si adverſus ea, quæ diximus, aliqui coierint nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, ne dos intelligitur. Itaque ii, qui ex eo coitu naſcuntur i poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad pa triam poteſtatem pertinet) quales ſunt ii, quos mat vulgo concepit. Nam nec hi patrem habere intelligu tur, cum & his pater incertus ſit, unde ſolent ſpurii ap pellari παρὰ τὴν σποράν, id eſt, ἀπάτορες, quaſi ſine patre fil Sequitur ergo, ut diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec d nationis exactioni locus ſit. Qui autem pohibitas n ptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ ſacris co ſtitutionibus continentur.

Quinto eos punit, qui nuptias prohibitas contrahunt. §. *pen. t.* Quatuor autem pœnas nominatim irrogat. I. Nec vir, n uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium eſſe intelligitur, quia qu lege prohibente fit, pro infecto habetur. *C. de legib. l. non eſt.* II. Licet aliquid dotis nomine datum fuerit, tamen non intell gitur eſſe dos, quia licet nuptiæ ſine dote eſſe poſſint, tamen d ſine nuptiis, ſeu matrimonio eſſe non poteſt. *D. de jure dot. Dotis.* 3. *& C. de donat. ante nupt. l. ult. in princ. vers. ſicut nim. & de repud. l. pen. in princ.* III. Nati ex hoc coitu, n ſunt in poteſtate patris, immo ſpurii ſunt, & vulgo concep comparantur, adeo ut nec patrem habere intelligantur. [& lic hi patrem demonſtrare poſſint, eum tamen habent, quem hab re non licet. *l.* 23. *de ſtat. homin.*] Spuriorum autem duas etym logias Imperator proponit: quarum altera eſt, ut dicantur ſpur quaſi σποράδην, id eſt, vulgo & promiſcuo ſemine concepti, a teram, ut ita appellentur, quaſi ſine patre filii, id eſt, a literis P. quæ cum modo prænomen *Spurium*, modo *ſine patre* ſign ficent; hinc factum eſt, ut qui ſine patre eſſe intelliguntur, ſpu vocentur. hanc poſteriorem etymologiam Plutarchus *in quæſti nibus Romanis. qu.* 103. probat, rejecta ſuperiori, quam Grais & oratoribus probari, nec non alia, ut ſpurii ex eo p

ign

gnominiam dicantur, quod *Spurium* apud Sabinos pudendum nuliebre ſignificat. IV. Diſſoluta hac conjunctione non datur dotis repetitio: quia jam diximus non eſſe dotem: ſed interdum (nuptiis ſcilicet bona fide contractis) id, quod datum fuit repetitur condictione ſine cauſa. *ff de condict. ſine cauſ. l. ult.* Si vero nuptiæ jure divino, aut naturali prohibitæ, mala fide contractæ ſint, dos confiſcatur. *ff. de jure dot. l. dote. 61. & C. de inceſt. nupt. l. qui contra. 4. & authen. inceſt.* His poſitis, addit Imperator, alias quoque eſſe injuſtarum nuptiarum pœnas, quæ ſacris conſtitutionibus continentur. Sunt igitur petendæ ex *tit. de inceſt. nupt.* ſed magis ex Novellis. Sed ut ſtudioſis inſerviamus, breviter has quoque pœnas ſubjicimus. Ergo ſupradictis pœnis adduntur hæ. V. Infamia. VI. Exilium. VII. Verbera; ſi ſint viles perſonę. VIII. Bonorum confiſcatio, niſi extent filii legitimi, quibus bona concedantur, ita ut parentes ſuos alant. *Nov. 12. c. 1.* IX. Amiſſio patriæ poteſtatis in filios legitimos ante procreatos. *d. Nov. 12. c. 2.* X. Liberi inceſtuoſi non ſuccedunt patri, nec ab eo ſunt alendi. *Nov. 19. c. ult.* ex æquitate tamen canonica eis debentur alimenta. *Ex. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. c. cum haberet. 5. in f.* [Hodie apud nos filiæ minores 25. annis indiſtincte vetantur matrimonium contrahere ſine conſenſu parentis & majores non niſi cauſa, apud magiſtratum, cognita invitis parentibus admittuntur: copula tamen ſubſecuta dirimi non poſſunt ſponſalia, ſed pœna contra minores ſtatuta eſt, ut ex bonis conjugis nullum doarium aut lucrum aliud nuptiale habere poſſint vi pacti antenuptialis, neque vi ſtatuti municipalis: neque ullo actu inter vivos, ſive diſpoſitione ult. vol. aliove modo, etiamſi parentum vel tutorum ratihabitio ſubſequatur. *v. Groenew. hic. nu. 3. 4.* ſtatuta Holl. Zel. Ultraj. Friſ. &c. Secus in majorennibus & viduis, etiam minorennibus. *v. Groenevv. in l. 18. C. de nupt.*]

Legitimatio ejusque modi.

13. §. [a] Aliquando autem evenit, ut liberi, qui ſtatim, ut nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt, poſtea redigantur in poteſtatem patris, [b] qualis eſt is, qui dum naturalis fuerat, poſtea curiæ datus, poteſtati patris ſubjicitur: nec non is qui a muliere libera procreatus, cujus matrimonium minime legibus interdictum fuerat, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat, poſtea ex noſtra conſtitutione dotalibus inſtrumentis compoſitis in poteſtate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio præbuit.

[a] Poſſunt filii illegitimi aliquando fieri legitimi.

[b] Quis eſt modus legitimandi vel quis eſt ille, qui legitimatur?

Hactenus prima tit. pars, quæ eſt de nuptiis; ſequitur ſecunda, quæ eſt de legitimatione. cum enim huc uſque dictum ſit de his, qui in poteſtate parentum naſcuntur, conſequenter dicendum de iis, qui, cum ſui juris nati ſint, in poteſtatem parentum vel legitimatione, vel adoptione rediguntur, verum de adoptione dicetur *tit. ſeq.* de legitimatione vero, qua liberi naturales, id eſt, ex concubina ſuſcepti, [non vero ex conjunctione legibus vetita. *l. 44. C. de epiſc. & cler. Nov. 74. c. 6. vide Tulden. hic. c. 11. & Theſſaur. dec. 126*] fiunt legitimi, & in poteſtate patris, agitur *in §. h. t. ult.* Ubi duo legitimationum genera explicantur. Primum legitimationis genus eſt, cum pater filios ſuos naturales curiæ offert, vel ipſi liberi ſeipſos offerunt. *C. de natur. liber. l. ſi quis naturalem. 3. & 4. Nov. 89. cap. 2.* dum enim curiales fiunt, ſimul legitimi & in poteſtate patris fiunt. quod quidem favore curiæ receptum eſt, quia curiales publica munera ſubeunt. Porro curiales, ſeu decuriones proportione reſpondent ſenatoribus Romanis, ut curia ſenatui, duumviri conſulibus, defenſores civitatum tribunis pleb. Secundũ legitimationis genus eſt, cum pater eam, ex qua filios ſucepit, in uxorem ducit. quo caſu tria requiruntur, ut filii legitimentur. I. Ut pater eam, cum qua nuptias conciliat, in ſuo contubernio habuerit (id eſt, concubinatu) C. *de natur. lib. l. pen. in princ.* & ejus conſuetudine gauderet. *h. §. n. & C. de natur. lib. l. cum quis. 10.* Quapropter fallitur Theophil. qui nihil putat referre, utrum ſit meretrix, an concubina. [*v. Tulden & Theſſaur. d. loc.* [II. Ut cum ea concubina matrimonium initio conſtare potuerit, quare opus eſt, ut libera ſit; quia cum ancilla matrimonium jure civili non conſiſtit, noviſſime tamen Juſtinianus benigne conſtituit, ut idem in ancilla concubina obtineat, ſi poſtea manumittatur, & uxor ducatur. *Nov. 18. cap. ult. & Nov. 78. cap. 3.* III. Ut dotalia inſtrumenta conficiantur, cum alias nuptiæ ſolo conſenſu contrahantur, & regulariter tam ſine dote, ut ad præced. §. notavi, quam ſine ſcriptura eſſe poſſint, *C. hic in. l. ſi vicinis. 9. l. neque ſine nuptiis. 13. l. ſi donationum. 22.* licet e contrario dos ſine nuptiis eſſe non poſſit. *C. de donat. ante nupt. l. cum multa fin. verſ. ſicut enim. & ff. de jure dotium. l. Dotis. 3.* Nota, hoc modo fieri legitimos, non ſolum eos, qui ante dotalia inſtrumenta ſunt nati, ſed etiam eos, *qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati*, id eſt, qui ante dotalia inſtrumenta ſunt nati. *C. de Naturalib. l. pen. verſ. & multo magis.* [& ſi filius ſpurius ſit mortuus, etiam nepotes ex eo. *Fachin. 3. con. 56.*] Eſt & tertium legitimationis genus per reſcriptum Principis, ex *Nov. 89. c. 9.* & quartum, ſi pater in publico inſtrumento, aut chirographo habente trium teſtium ſubſcri-

ubſcriptionem, aut in teſtamento, aut apud acta filium ſimpliciter nominaverit, non adjecta naturalis appellatione. *Nov.* 11. c. 2. [*Auth. ſi quis. C. de nat. lib.* quaſi matrem habuiſſet pro uxore legitima. *Nov.* 117. *c.* 2. ideoque & matri proderat ut cenſeretur ejus uxor legitima. *d. Authent. & Nov.* 117. *c.* 2.]

AXIOMATA.

1. *Nuptiæ ſunt propriæ civium Romanorum.* in pr.
2. *Legum præcepta ſunt obſervanda.* ibid.
3. *Filiifamilias debent habere parentum conſenſum, in quorum poteſtate ſunt.* ibid.
4. *A quarundam nuptiis abſtinendum eſt.* §. 1.
5. *In nuptiis contrahendis non tam ſpectatur quid ſtricto jure liceat, quam quid deceat, & publicæ honeſtati ſit conſentaneum.* dicto §. 1. & §. 6. *conjun.* l. ſemper. 42. *ff.* de ritu nupt. & l. ſemper in conjunct. 197. ff. de div. reg. jur.
6. *Nefariæ & inceſtæ ſunt nuptiæ inter parentes & liberos.* §. 1. verſ. & ſi tales.
7. *Adoptio imitatur naturam.* §. 1. in fin.
8. *Nuptiæ minus prohibentur inter cognatos tranſverſales, quam inter parentes & liberos.* §. 2.
9. *Fortius eſt vinculum neceſſitudinis in linea recta quam tranſverſali.* §. 2.
10. *Fortius naturæ jus, quam fictionis.* §. 2. in fin.
11. *Emancipatio diſſolvit adoptionem.* d. §. 2.
12. *Qui vult generum adoptare, debet filiam emancipare: & qui vult nurum adoptare, debet filium emancipare.* eod. §.
13. *Cujus fratris, vel ſororis filiam, uxorem ducere non licet, ejus nec neptem ducere permittitur.* §. 3.
14. *Eadem duobus ſimul nupta non eſſe poteſt, & idem duas uxores eodem tempore habere non poteſt.* §. 6. *& ſeqq.*
15. *Soluto matrimonio affinitas jure civili diſſolvitur.* dd. §§.
16. *Major ratio obſcurat minorem.* dd. §§.
17. *Cognatus mei affinis, non eſt meus affinis.* §. 8.
18. *Frater mei fratris non eſt meus frater.* d. §. 8.
19. *Nata poſt divortium, non eſt privigna.* §. 9.
20. *Sponſa patris, non eſt noverca, & ſponſa filii non eſt nurus.* d. §. 9.
21. *Servilis cognatio in nuptiis ſpectatur.* § 10. *quamquam in ſucceſſ. ab inteſtato olim non ſpectabatur.* infra de gradib. §. illud & de ſerv. cognat. in princ.
22. *Quod jure prohibente fit, pro infecto habetur.* §. pen. *conjun.* princ. ſup. qui & ex quib. cauſ. manumit. non poſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

23. *Spurii non intelliguntur habere patrem.* d. §. pen. *conjun.* § vulgo. infr. de ſucceſſ. cognat.

DE ADOPTIONIBUS
TITVLVS XI.

QUi in poteſtate parentum ſunt, aut ſunt procreati ex juſti nuptiis, aut legitimati, aut adoptati. quoniam igitur d duobus prioribus generibus dictum eſt, ſupereſt, ut dicatur d adoptivis. Adoptio eſt naturæ ſimilitudo, ut aliquis filium habe re poſſit, quem non generavit. Cajus lib. 1. *Inſt. tit.* 5. *h. t. i pr.* vel, Actus legitimus naturam imitans, ad eorum, qui libero non habent, ſolatium iventus. Theophil. *hic*, vel actus legiti mus, quo adoptati poteſtati adoptantium tanquam liberi paren tibus ſubjiciuntur.

Continuatio.

Suntne adoptati in poteſtate?

NOn ſolum autem naturales liberi, ſecundun ea, quę diximus, in poteſtate noſtra ſunt, ve rum etiam ii, quos adoptamus.

Primo Imp. *in pr. h. t.* nectit hunc titulun cum præcedentibus, & generalem adoptionis ef fectum proponit, quod adoptio tribuit adoptanti patriam pote ſtatem in adoptatum.

Modi adoptandi.

a Quibus modis fit adoptio? b Qui adoptantur coram Principe? c Qui coram magiſtratu?

1. §. [a] Adoptio autem duobus modis fit, aut principal reſcripto, aut imperio magiſtratus. [b] Imperatoris auctori tate adoptare quis poteſt eos easve, qui quæve, ſui juri ſunt. quæ ſpecies adoptationis dicitur adrogatio. [c] Impe rio magiſtratus adoptamus eos eaſve, qui quæve in pote ſtate parentum ſunt, ſive primum gradum liberorum ob tineant: qualis eſt filius, filia: ſive inferiorem, qualis eſ nepos, neptis, pronepos, proneptis.

Secundo duas adoptionis ſpecies explicat, nam adoptio eſt ge nus, cujus ſpecies ſunt adoptio ſpecialis, & arrogatio. Adoptic ſpecialis eſt, qua filiusfam. à parente naturali, [& legitimo,] i cujus poteſtate eſt, alteri parenti naturali, in cujus non eſt, aucto ritate magiſtratus [apud quem eſt legis actio. *l* 4. *hic. l.* 1. *C. eod l.* 3. *de offic. Proconſ.*] in adoptionem datur. §. 1. & 2. *h. t.* [vel, eſt actus legitimus. *l.* 77. *de R. I.* quo in locum filii adſciſci mus eum, qui nobis extraneus eſt, ad eorum, qui liberos non ha-

bent

ent, ſolatum inventus. *Theoph.*] quo fit, ut propria poteſtas ab
lo ad hunc transferatur. *l. infr. tit prox.* §. *ſed & ſi pater.* 8. Arro-
atio eſt, qua paterfamilias ex reſcripto Principis apud acta inſi-
uato adoptatur. *d.* §. 1. *h. t. &* C. *eod. l. Impuberem.* 2. & ex ſui
ıris cive fit alieno juri ſubjectus. §. *illud.* 8. Dicta eſt autem ar-
ogatio, vel quia olim per populi rogationem fiebat. Gell. lib.
. c. 19. vel quia arrogator & arrogandus interrogatur: ille, an
elit hunc habere filium: hic, an velit illi eſſe filius. *ff. h. t. l.*
General. 2. *in pr.* Inter has duas ſpecies triplex differentia notan-
da eſt. Una eſt, quod adoptantur filiifamilias, arrogantur patres-
fam. Altera eſt, quod reſcriptum Principis neceſſarium eſt in ar-
rogatione, non in adoptione. Tertia eſt, quod quilibet a quoli-
bet etiam extraneo arrogari poteſt.

Effectus varius adoptionis ejus, quæ fit coram magiſtratu.

2. §. [a] Sed hodie ex noſtra conſtitutione, cum filius familias a patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem datur: Jura patris naturalis minime diſſolvuntur, nec quicquam ad patrem adoptivum tranſit: nec in poteſtate ejus eſt, licet ab inteſtato jura ſucceſſionis ei a nobis tributa ſint. [b] Si vero pater naturalis non extraneo, ſed avo filii ſui materno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo vel proavo ſimili modo paterno vel materno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt in unam perſonam, & naturalia, & adoptionis jura: manet ſtabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo conſtitutum: ut & in familia, & in poteſtate hujuſmodi patris adoptivi ſit.

a Quis hodie effectus ſi filius, qui patrem habet, ab extraneo adoptetur?

b Quid ſi pater alicui ex Aſcendentibus dederit in adoptionem filium?

Nemo autem poteſt adoptari ab alio, quam a parente ſuo naturali: nam ſi ab extraneo adoptetur, (extraneum hic vocamus eum, qui non eſt in numero parentum, cum alibi aliter hoc vocabulum accipiatur) adoptio non valet, niſi quantum ad hoc ut adoptatus adoptanti ſuccedat ab inteſtato. §. *ſed hodie. h. t. &* C. *eod. l. pen.* [filium enim adoptio facit non filiumfam. *Vinn. hic.* & poteſt impune in teſtamento præteriri. *l. pen.* §. 1. *C: h. tit.* §. 14. *inf. de hær. quæ ab int.*]

Arrogatio impuberis.

3. §. [a] Cum autem impubes per principale reſcriptum adrogatur cauſa cognita adrogatio fieri permittitur, & exquiritur cauſa adrogationis an honeſta ſit expediatque pupillo. Et cum quibuſdam conditionibus adrogatio fit, id

a Quæ requiruntur ſi impubes arrogetur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

b Poteſtne arrogator impuberem a ſe arrogatum emancipare?
c Quid ſi arrogator arrogatum jmpuberem emancipaverit vel exheredaverit inique?

id eſt, ut caveat adrogator perſonæ publicæ, ſi intra .. bertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona ill, qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem ejus v.. turi eſſent. b Item non aliter emancipare eum poteſt .. rogator, niſi cauſa cognita dignus emancipatione fuer.. & tunc ſua bona ei reddat. c Sed & ſi decedens pater e.. exheredaverit, vel vivus ſine juſta cauſa emancipaver.. jubetur quartam partem ei bonorum ſuorum relinque.. videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptivum tra.. tulit, & quorum commodum ei poſtea acquiſivit.

Tertio tractat de ætate adoptantis, & adoptati. atque hic d.. docet, quorum alterum eſt proprium arrogationis, alterum t.. adoptioni, quam arrogationi convenit. I. Eſt, quod impube.. arrogatio non admittitur, niſi cauſa cognita, [cauſæ hæc cog.. tio olim a Collegio Pontificum. *Cic. pro dom.* hodie a magiſt.. tu exercetur, adhibito conſilio propinquorum, & tutoris a.. toritate. *l. 2. C. eod. l. ult C. de aut. præſt.* vel curatoris in arr.. gatione puberum. *l. 8. ff. h. tit.* & quibus in rebus verſetur. *l. 15. §. pen. & ult. l. 17. tit eod.*] ut appareat eam eſſe hon.. ſtam & pupillo utilem, & ſatiſdatione perſonæ publicæ, id e.. tabulario [non agnatis, nam incertum eſt, quis tempore mo.. tis pupilli proximior futurus, eique ſucceſſurus ſit. ***Vinn. hic*** ab arrogatore præſtita de bonis arrogati, ſi in ætate pupillari d.. ceſſerit ei reſtituendis, qui vel ex ſubſtitutione pupillari, v.. ab inteſtato ſucceſſurus erat pupillo, niſi arrogatio facta fuiſſe.. Præter hæc requiritur etiam actoritas tutoris, cujus fidei pup.. lus commiſſus eſt. *C. de auctor. præſt. l. ult.* Cum autem pu.. pillus arrogatus fuit, neque emancipari ab arrogatore debet, n.. ſi ex juſta cauſa, tuncque arrogator bona per pupillum ſive a.. rogationis tempore, ſive poſtea quæſita reſtituet. [ſed quarta.. (de qua mox) perdit. *l. ult. ff. ſi quid in fraud. patron.*] quod abſque juſta cauſa eum emancipaverit, vel exhæredaverit, no.. ſolum dicta bona, ſed etiam quartam bonorum ſuorum ei re.. linquere cogitur. [ab inteſtato ei debitorum, non omnium bono.. rum arrogatoris *arg. l. 8. §. 8. de in poteſt.* quæ quarta & in trien.. tem mutata ex novo jure. *Fabrot. & Vinn.*] *§. cum autem. 3. h. t. & ff. eod. l. nec ei. 17. cum 5. ll. ſeqq.* Hæc omnia ſunt intro.. ducta coſtitutione Divi Pii: *D. de vulg. & pup. ſubſt. l. ſed ſi plu.. res. 10. §. pen. & de coll. l. 1. §. ſi impubere. 21.* Ante impubere.. arrogari non poterant. Ulpian. *in fragm. hoc. t. §. per prætore.. 4. verſ. pupilli.* Oponnitur contra id, quod de quarta impuber.. arrogato relinquenda dictum eſt: quoniam hac ratione fieri po.. terit

rit, ut impubes arrogatus plus ex bonis paternis conſequatur, uam filii ex juſtis nuptiis ſuſcepti, qui fortaſſe ſunt quinque, t ſex: quod eſt abſurdum. Omiſſa ſolutione Accurſii, quæ rbis contextus repugnat, reſpondeo vitari hanc abſurditatem: uia jure prohibetur, ne is qui plures liberos habet, impuberem roget. *d. l. nec ei.* 17. §. *præterea.* 3.

Ætas adoptantis.

4. §[a] Minorem natu, majorem non poſſe adoptare lacet. Adoptio enim naturam imitatur: & pro monſtro ſt, ut major ſit filius, quam pater. [b] Debet itaque is, qui ibi filium per adoptionem facit, plena pubertate, id eſt, lecem & octo annis præcedere.

a Poteſtne minor adoptare majorem? b Arrogans, quot annis debet præcedere adoptatum?

II. Eſt, quod adoptans adoptatum plena pubertate ſuperare, d eſt, 18. annis, major eſſe debet, quoniam adoptio naturam mitatur [imitatur adoptio prolem. *Auſon. in Cæſ.*] & hac ere ætate, id eſt, minimum octodecim annis (qua ætate incipit plena pubertas) ſolent patres eſſe majores natu, quam filii. §. 4. *hoc. n.* [alioqui illud Cicer. pro dom: uſurparetur: factus es, inquit, ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater eſſe potuiſti &c.]

Adoptio in locum nepotis, cum quis non habet filium.

5. §[a] Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamvis filium quis non habeat.

a Qui filium non habet, poteſtne is adoptare quem in locum nepotis?

Quarto loquitur de gradu, in quem aliquis adoptatur, ac tria permittit, nempe ut in nepotis, vel neptis, vel ulteriorem gradum adoptet etiam is, qui filium non habet. §. 5. *h. t.*] ſufficit enim habere filium poſſe, & per ętatem ex eo nepotem. *Vinn.*]

Adoptio filii alieni in locum nepotis, & nepotis in filii locum.

6. §[a] Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quam nepotem in locum filii.

a Poteſtne quis in locum nepotis filium alienum, vel in filii alienum nepotem adoptare?

III. Ut nepotem alienum adoptemus in locum filii, vel filium in locum nepotis. §. 6. *hoc noſtro.*

Conſenſus filii in adoptione nepotis.

7. §[a] Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex filio, quem habet jam adoptatum: vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: eo caſu & filius conſentire debet, [b] ne ei invito ſuus hæres agnaſcatur: [c] Sed ex con-

a Debetne filius conſentire, cum quis adoptatur in nepotem? b Quare? c Quid ſi nepos detur in adoptionem?

e contrario, ſi avus ex filio nepotem det in adoptione, non eſſe neceſſe filium conſentire.

IV. Ut ſine filii conſenſu liceat dare nepotem in adoptione, [quia nepos non eſt in patris ſed avi poteſtate. *Vinn.*] non etia adoptare in locum nepotis ex eo filio, [puta Titio, ſecus ſi ſi- pliciter ex incerto filio quaſi. *Vinn. h. tit.*] quoniam in hac a- optione, filii conſenſus requiritur, non ut adoptio valeat, ut eo, qui adoptavit, mortuo, nepos incipiat eſſe filio ſuus hæ, non debet enim ſuus hæres invito adnaſci. §. 7. *h. n. & ff. eod. in adop.* 5. *l.* 6. *l. ſi is qui.* 11. [eadem ratione, & nepoti uxor ducenti etiam filius conſentire debet. *l.* 16. §. 1. *de rit. nupt.*] qu- niam eo quoque vivo, ut patre, cui eſt ſuus hæres, eſt quoda- modo dominus. *infra de hæred. qual.* §. *ſui autem.* 2. nec exh- redari ſine juſta cauſa poteſt, quin teſtamentum per querelam officioſi reſcindi poſſit. *infr. de inoffic. teſt. in princ.*

Comparatio adoptivi cum naturali.

a Eſtne idem in adoptivo, quod in naturali? b Da uſum.

8. § [a] In plurimis autem cauſis adſimilatur is, qui ac- ptatus vel adrogatus eſt, ei, qui ex legitimo matrimon natus eſt, [b] & ideo, ſi quis per Imperatorem, vel apud pr- torem, vel præſidem provinciæ non extraneum adopta- rit, poteſt eundem in adoptione alii dare.

Quinto tria adoptioni & arrogationi communia declarat. num eſt, quod tam filius adoptatus, quam arrogatus ſimilis filio ex juſtis nuptiis ſuſcepto, & alteri in adoptionem dari pote §. *in plurimis.* 8. *h. n.* [*v.* §. 2. *ſup. & l. pen. C. h. tit.*]

I. *Prohibitio adoptionis in iis, qui non poſſunt generare*

a Poſſunt inepti ad generandum, adoptare?

9. § [a] Sed & illud utriuſque adoptionis commune e quod & ii, qui generare non poſſunt (quales ſunt ſpad- nes) adoptare poſſunt. [castrati autem non poſſunt.)

Alterum eſt, quod ſpadones, veluti qui ob frigidatem natu generare non poſſunt, (nam ſpadonum appellatio eſt general *D. de verbor. ſignif. l. ſpadonum.* 128.) nihilominus adopta vel arrogare poſſunt: quia ſpem habent fore, ut vitio ſubla poſſint aliquando generare. ſecus autem, ſi ſint caſtrati: quia cu generandi nullam ſpem habent, etiam adoptandi, vel arroga di poteſtate privantur, propterea quod (ut ſupra dictum fuit) a optio naturam imitatur. §. 9. *hoc noſtro.* Leo tamen Imperat *Nov.* 26. & 27. indiſtincte omnibus ſpadonibus, atque adeo tiam caſtratis facultatem adoptandi permittit.

2. Pr

2. *Prohibitio eſt in fœminis.*

10. § [a] Fœminæ quoque adoptare non poſſunt: [b] quia ec naturales liberos in ſua poteſtate habent. [c] ſed ex inulgentia principis ad ſolatium liberorum amiſſorum adptare poſſunt.

a Poſſuntne Fœminæ adoptare? b Quare? c Nihil ergo iis in hac re conceſſum?

Tertium eſt, quod mulier neque adoptare, neque arrogare oteſt, niſi ex ſpeciali permiſſu Principis, ad ſolatium liberorum miſſorum. §. *fœminæ* 10. *h.n.* [non tamen ut filium habeant in oteſtate. *Vinn.*] ſed & his [etiam virginibus.] Leo indiſtincte doptandi facultatem conceſſit. *d.Nov.26.* & 27. [adoptari vero fœminæ ſemper poſſunt, adrogari non ſemper. *l.* 21.*eod.*]

Effectus arrogationis.

11. § [a] Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum [id eſt Principis reſcriptum *l.* 6. *C. eod.*] it, quod is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubjicitur, ſed etiam liberi ejus in ejuſdem fiunt poteſtate tanquam nepotes. ſic etenim divus Auguſtus non ante Tyberium adoptavit, quam is Germanicum adoptaſſet: ut protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

a Quis eſt effectus arrogationis circa liberos arrogatos?

Sexto, in §. *pen.h.n.* proprietatem arrogationis adjungit, quod ejus, qui arrogatur, filii in poteſtatem arrogantis tranſeunt quaſi nepotes. conjunge l. 1. § *ult.l. ſi paterfam.* 15. *in princ.* & *l.arrogato.*40 *D.eod.* [ſcil. tanquam ſequela, & una cum patre adrogato capit. minuuntur. *l.* 3. *ff. de cap. min.* [Adde, quod in ejuſdem arrogati bonis acquiritur arrogatori uſus fructus. *infr. de acquiſ. per arrogat.* Hæc autem in adoption. proprie dicta locum non habent. [*l.* 28. *h tit.*] quoniam is, qui dat filium ſuum in adoptionem, non amittit poteſtatem, quam habet in liberos ejus. *d.l.arrogato. in princ.* & ſine dubio peculium ejus retinet.

Effectus adoptionis ſervi.

12. § [a] Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſervos, ſi à domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. [b] Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione [*l. un* §. ſimilique modo *C. de lat. lib. toll*]. etiam eum ſervum, quem dominus actis intervenientibus filium ſuum nominaverat, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad jus filii acci-

a Quid ſi ſervi adoptati ſunt? b Quid ſi ſervi ſint in actis nominati filii?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

accipiendum non ſufficiat. [non vero ſi extra judicium filii nomine ſervum ſuum benigne compellat. *Fabrot.* *Vinn. hic.* Sed & adoptio apud nos in deſuetudinem abiit: adſciti à nobis, pro alumnis, non pro liberis habentur. *Groenew. & Vinn. h. tit.* neque ab inteſtato adoptanti ſucce- dunt. *ibid.* neque nuptias contrahere cum ſorore vel fra- adoptivo, adoptio impedit. *Groenew. in* §. 2. *ſup. de Nupt.* ſi- mulacrum tamen ejus eſt, æquatio ſive unio prolium, quoad ſucceſſionem, quas conjuges ex anterioribus ma- trimoniis procrearunt, ad quam & autoritas & cognitio magiſtratus requiritur. *v. Gail.* 2. *obſ.* 125.

Septimo §. *ult. h. n.* ſpecialiter agit de ſervo, qui adoptione non fit filius, ſed libertatem nanciſcitur; [& ſic inutilis adop- hic vim manumiſſionis habet. *Vinn.*] ita ut hoc caſu valeat ea re- gula, *Si quod ago, non valet ut ago, valet ut valere poteſt.*

AXIOMATA.

1. *Duo vincula magis ligant, quam unum.* §. 1. *conjun.* §. *ſed omn.* 14. verſ. hoc ſolito. inf. de hæred. quæ ab inteſt. Nov. 111. cap. 3. ubi de fratrib. germanis.
2. *Adoptio naturam imitatur.* §. minorem. *Quod eſt intelligen- dum de naturali poteſtate, non de actu.* §. 5. & 9.
3. *In fictionibus plerumque tantum valet potentia, quantum a- ctus.* §. 8. n. l. & qui uxores. 30. D. h. t.
4. *Non debet alicui invito ſuus hæres fieri.* §. 7.
5. *Requirendus eſt eorum conſenſus, de quorum præjudicio agi- tur.* d. §. 7. *Similis eſt regula apud. Doct. Citandi ſunt omnes quorum intereſt.* l. 47. D. de Re jud.
6. *Adoptati aſſimilantur liberis naturalibus.* §. 8. *conjun.* §. ad- optivi. infra de exhæredat. lib. & §. nunc autem. infra de acquiſit. per arrogat.
7. *In quibus natura deficit, in iis & fictionis jus.* §. 9. *h. n.*
8. *Cui non conceditur effectus, ei cauſa concedi non debet.* §. 10.
9. *Fœminæ liberos in poteſtate non habent.* d. §. 10. conjun. cæteri. infra de hæred. qualit.
10. *Liberi qui ſunt in poteſtate arrogati, patrem ſequuntur.* §. 11.
11. *Si quod ago, non valet ut ago, valet ut valere poteſt.* §. *ult.*

QVI

QUIBUS MODIS JUS POTESTATIS SOLVITUR.

TITULUS XII.

Res modos expoſuit dominicæ poteſtatis conſtituendæ, nativitatem, captivitatem, & venditionem; ac totidem modos, quibus patria poteſtas conſtituitur, nativitatem, legitimationem, & adoptionem: nunc docet poteſtatem dominicam uno modo tolli, id eſt manumiſſione, de qua ſupra ſatis dictum fuit, ui adjeci interdum contingere, ut ſervi ſine manumiſſione libertem conſequantur: patriam vero poteſtatem multis modis oſtendit diſſolvi: quorum alii ſpectantur in perſona parentis, ut mors: alii in perſona liberorum, ut dignitas: alii in utraque perſona ſimul, ut emancipatio: alii in alterutra perſona, ut deportatio. rurſus alii faciunt ut liberi ſint ſui juris, ut mors patris, & emancipatio: alii adimunt liberis civitatem una cum familia, ut eorum deportatio, vel etiam adimunt libertatem, ut eorundem condemnatio in metallum; alii poteſtatem in alium transferunt, ut adoptio: alii jus patriæ poteſtatis ſuſpendunt, ut captivitas.

Continuatio & primus modus, quo patria poteſtas ſolvitur.

Videamus nunc, quibus modis ii, qui alieno juri ſunt ſubjecti, eo jure liberentur. [a] Et quidem quemadmodum liberentur ſervi a poteſtate dominorum, ex iis intelligere poſſumus, quæ de ſervis manumittendis ſuperius expoſuimus. [b] Hi vero, qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris fiunt. Sed hoc diſtinctionem recipit. Nam mortuo patre, ſane omnimodo filii filiæve ſui juris efficiuntur. Mortuo vero avo, non omnino nepotes neptesque ſui juris fiunt: ſed ita, ſi poſt mortem avi in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. Itaque ſi moriente avo pater eorum vivit, & in poteſtate patris ſui eſt, tunc poſt obitum avi in poteſtate patris ſui fiunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus eſt, aut (per emancipationem) exiit de poteſtate patris, tunc ii, qui in poteſtatem ejus cadere non poſſunt, ſui juris fiunt.

[a] Quæ hujus cum præcedentibus titulis continuatio?

[b] Quis eſt 1. modus ſolvendi patriam poteſtatem?

Primo Imp. nectit hunc tit. cum ſuperioribus. Secundo *in verſ. & quidem. princ. h. t.* loquitur de ſervis liberandis. Tertio *in*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

in verſ. hic vero. pr. h. t. incipit loqui de patria poteſtate toller... ac loquitur de morte parentis, qua liberi modo fiunt ſui ju... modo recidunt in alterius poteſtatem, ut morte avi recidun... poteſtatem patris, niſi pater antea de poteſtate avi exierat. *ff... adopt. l. ſi pater filium.* 41. Sed jure noviſſimo, etiam ſi pate... poteſtate avi (id eſt, patris ſui) per dignitatem exiit, nihilo... nus nepos in ejus poteſtatem morte avi recidit. *Nov.* 81. *cap*... [Mortuo vero patrefam. quotquot capita ei ſubjecta fuerunt, ... gulas familias incipiunt habere, & ſinguli patrumfam. nom... ſubeunt, etiam ſi pupilli ſint & infantes. *l.* 195. §. 2. *de V. S.* qu... notandum. *Vinn. hic.* ait.

Secundus modus, Deportatio.

a Quis 2. modus?

1. §. [a] Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in... ſulam deportatur, civitatem amittit: ſequitur, ut qui... modo ex numero civium Romanorum tollitur, peri... quaſi eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate ejus eſſe. ... ri ratione & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſul... deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis.[b] ... ſi ex indulgentia principis reſtituti fuerint: per om... priſtinum ſtatum recipiunt.

b Quando ceſſat 3. modus?

Quarto in §. 1. *h. t.* loquitur de deportatione patris, vel fi... quæ civitatem damnatis adimit [locoque interdictionis aquæ ... ignis ſucceſſit. *l.* 2. §. 2. *ff. de pœn. Vinn.*] & conſequenter to... patriam poteſtatem, quæ civium Rom. proprium eſt. *ſupra ... patria poteſt.* §. *jus autem.* 2. reſtitutio autem a Principe conce... [in integrum ſcil. & pleniſſime. *l.* 1. C. *de ſent. paſſ.*] non mi... patriam poteſtatem, quam alia jura reſtituit. Alia ratio eſt ... dulgentiæ, [ſive ſimplicis & generalis reſtitutionis] quæ ſol... pœnam remittit, [& reditum in patriam] jura autem amiſſa n... reſtituit. *C. de gener. abolit. l. ult. & de ſentent. paſſ. l. Gener...* 7. *l. fin.* Vide. *Centur.* 2. *q.* 17. [*l.* 2. 6. 9. *C. d. tit. de ſent p... & reſt.*]

Relegatio non tollit patriam poteſtatem.

a Quid juris in relegatis?

2. §. a Relegati autem patres in inſulam, in poteſt... liberos retinent. Et ex contrario liberi relegati in po... ſtate parentum remanent.

Quinto *in* §. 2. *h. t.* tractat de relegatione patris vel filii, q... non tollit patriam poteſtatem, quia nec libertatem, nec civitat... adimit. [nam relegatio etiam ad tempus fit, deportatio ſem... in perpetuum. *l.* 4. *ff. de interdict. & releg.*]

Tert...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Tertius modus, ſervitus pœnæ

3. § [a] Pœnæ ſervus effectus, filios in poteſtate habere eſinit. [b] Servi autem pœnæ efficiuntur qui in metallum amnantur, & qui beſtiis ſubjiciuntur.

a Quis 3. modus? b Qui ſervi pœnæ?

Sexto *in* §. 3. *h.t.* agit de ſervitute pœnæ, quæ libertatem ci-itatem, familiam & patriam poteſtatem tollit, ſive in perſona atris, ſive in perſona filii contingat. verbi gratia, damnatus in etallum dicitur ſervus pœnæ, quia nec eſt ſervus Cæſaris, vel ſci, nec alium dominum habet, quam ipſam pœnam, ideoque on poteſt ei in teſtamento aliquid relinqui. *D. de his quæ pro non cript. hab. l. ſi in metallum. 3. in princ. & de pœnis. l. ſunt quidam 7. in princ.* & quamvis Imp. in contextu non loquatur, niſi de ervitute patris, tamen certum eſt, patriam poteſtatem ſimiliter xtingui, ſi filius fiat ſervus pœnę, ſed noviſſime Juſtinianus hanc œnam ſuſtulit. *Nov. 21. cap. 8.* [ac moribus quoque noſtris nul-a talis ſervitus eſt: damnatio ad remos pœna quidem eſt, non œnæ ſervitus. *v. Groen. & Perez. hic. Cudel. de I. N. lib. 5. c. 15. num. 8. 9.*]

Militia, conſulatus, non liberant, dignitas patriciatus utique & is eſt quartus modus.

4. § [a] Filiusfamilias ſi militaverit, vel ſi ſenator, vel conſul factus fuerit: remanet in poteſtate patris. militia enim, vel conſularis dignitas de patris poteſtate filium non liberat. [b] Sed ex conſtitutione noſtra ſumma Patriciatus dignitas illico imperialibus codicillis præſtitis, filium à patria poteſtate liberat. [c] quis enim patiatur patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare, imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate.

a Quid ſi quis miles, conſulve factus? b Quis 4. modus? c Quæ ratio eſt quarti modi?

Septimo *in* §. 4. *h.t.* loquitur de dignitate: qui modus tollendæ patriæ poteſtatis ſpectatur in perſona filii, non patris. Inquit ergo Imp. ſolam patriciatus dignitatem liberare filium à patria poteſtate. ſed *Nov. 82. cap. 1. §. 2.* idem cavetur de dignitate conſulari, & aliis quibuſdam. [& quavis quæ a Curia liberat. *l. fin. C. de decurion.*] Patricii hic vocantur quaſi patres Principis, quæ fuit nova ſub Imperatoribus dignitas. nam aliter Patricii accipiuntur, cum opponuntur plebeis, ut ſupra *de jure natur.* §. *lex*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

eſt.4. Hæc patriciatus dignitas ſumma in contextu vocatur, non quia ſit major conſulari: hoc enim falſum eſſe conſtat ex Caſſiodoro *variar. lib 6. cap. 2.* Sed quia ſummus dignitatum gradus eſt Illuſtratus. Patricii vero numerantur inter illuſtres & cum illuſtrium nonnulli ſint ſuperilluſtres, in numero ſunt patricii. Quinque enim (ut hoc obiter addam) gradus dignitatum in jure celebrantur: I. Illuſtratus, quo continetur etiam Superilluſtratus: II. Spectabilitas: III. Clariſſimatus: IV. Equeſtris dignitas: V. Perfectiſſimatus. tres primæ dignitates ſunt ſenatoriæ, ſecunda eſt propria Equitum, ultima convenit etiam plebejis. [Liberatis autem hoc modo a patria poteſtate manet nihilominus ſalvum jus familiæ: ne quod favore eorum introductum fuit, id vertatur in damnum. *Perez. hic.*]

Captivitas quintus modus & jus poſtliminii.

a Quis 5. modus? b Quomodo pendet hoc modo poteſtas? c Ratio? d Quando vero eſt quintus modus? e Unde eſt jus, & quę natura poſtliminii?

5. § [a] Si ab hoſtibus captus fuerit parens, [b] quamvis ſervus hoſtium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus poſtliminii: quia hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reverſi fuerint, omnia priſtina jura recipiunt. idcirco reverſus etiam liberos habebit in poteſtate: [c] quia poſtliminium fingit eum, qui captus eſt, in civitate ſemper fuiſſe. [d] Si vero ibi deceſſerit: exinde ex quo captus eſt pater, filius ſui juris fuiſſe videtur. ipſe quoque filius, nepoſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit: ſimiliter dicimus propter jus poſtliminii, jus quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe. [e] Dictum eſt autem poſtliminium a limine, & poſt. Unde eum, qui ab hoſtibus (captus eſt, &) in fines noſtros poſtea pervenit, poſtliminio reverſum recte dicimus. Nam limina, ſicut in domo finem quemdam faciunt: ſic & imperii finem eſſe limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus. ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen revertebatur, quod amiſerat. Sed & qui captus victis hoſtibus recuperatur, poſtliminio rediſſe exiſtimatur. [nihilque intereſt utrum captivus dimiſſus an vi vel fallacia hoſtium poteſtatem evaſerit. *l. 26. ff. de cap. & poſtlim.* animo tamen non revertendi ad hoſtes, ut Attilius Regulus. *l. 5. §. 3. d. tit. Grot. de I. B. lib. 3. c. 9.*]

Octavo *in* §. 5. *h. t.* tractat de captivitate patris, vel filii, quæ quidem (ut ſupra attigi) ſuſpendit patriam poteſtatem: quia ſi captus ab hoſtibus revertatur, jure poſtliminii ſingitur ſemper in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

civitate fuiſſe: conſequenter patriam poteſtatem, & omnia a jura recipit. [ſcil. civitatem, familiam & Dominium bo-rum. [ſed in his, quæ ſunt facti, ut in poſſeſſione, fictio poſt-minii locum non habet. *D. Ex quib. cauſ. major. in int. tit. l. denique* 19. *& de capt. l. in bello.* 12. §. *facti*. 2. ſi vero ud hoſtes moriatur, lege Cornelia fingitur primo captivita-momento mortuus eſſe. §. 4. *h. t. & D. qui teſtam. fac. poſ-nt. l. lege.* 12.] ſed non tam patria poteſtas captiv tate amiſſa tituitur, quam liberi finguntur, etiam captivitatis tempore, poteſtate manſiſſe. *Ulp. tit.* 10. §. *pen.* ideoque ſi filius me-o tempore quædam acquiſivit ea pater reverſus, tanquam ſibi æſita occupare poterit jure peculii: etiam defuncto primum io. *l. pen. de ſuis & legit.* & ſi filio capto, interim pater de-nctus ſit, ubi reverſus fuit ſuus hæres patri erit. *l.* 9. *C. de poſt-m. reverſ.* alia effecta *v. in l.* 1. §. *ult. de SC. Mac. l.* 6. §. *ult. tutel. l.* 13. *l.* 22. §. 1. *ff. de capt. & poſtlim.* Eſt enim Fictio riscommentum ad conciliandam æquitatem cum ratione & btilitate juris: Ei verſatur quandoque. 1. In Actibus imagina-is. 2. In Perſonis. 3. circa res. 4. in tempore & loco. *v. Tulden. tit. c.* 6.] Poſtlimiuium, ut Juſtiniano Scevolam ſequuto pla-et, dictum eſt a limine & poſt: quia ex hoſtium poteſtate eva-ens, redit ad limen, quod amiſerat, id eſt, ad finem, ſeu ter-minum Romanæ ditionis. *d.* §. *h. n.* 5. Servius autem Sulpitius ni-il putavit eſſe in hoc vocabulo notandum præter particulam *oſt*: nam illud *limivium*, eſſe tantum productionem vocabuli, t *timus* in *finitimus*, referente Cic. in Topic.

Sextus modus Emancipatio.

6. §. [a] Præterea emancipatione quoque deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe: Sed emancipatio antea qui-dem vel per antiquam legis obſervationem procedebat, [b] quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manu-miſſiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto. [c] No-ſtra autem providentia etiam hoc in melius per conſti-tutionem reformavit: ut fictione priſtina exploſa, re-cta via ad competentes judices vel magiſtratus, paren-tes intrent: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, a ſua manu dimittant. [d] Et tunc ex edicto prætoris in bonis hujuſmodi filii, vel filiæ, vel nepotis vel neptis, qui quæve a parente manumiſſus, vel manumiſſa fuerit, eadem jura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. [e] Et præterea ſi im-

a Quis ſextus modus? b Quo modo emancipatio facta eſt olim? c Quomodo hodie?

d Quis effectus emancipationis circa bona emancipatorum?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

c Quis circa tutelam?

pubes ſit filius, vel filia, vel cæteri: ipſe parens ex manumiſſione tutelam ejus nanciſcitur.

Nono *in* §. *6. h. n. &* §. *ſeq.* tractat de emancipatione, quæ eſt actus legitimus; quo parentes liberos ſuos de poteſtate dimittunt, ac ſui juris faciunt. De hac Imperator tria docet. Unum eſt, quotuplex ſit emancipatio. Eſt autem triplex, nempe Legitima, Anaſtaſiana, & Juſtinianea. Legitima fiebat ex lege duodecim tabularum, per imaginarias venditiones, & manumiſſiones, [ſcil. ita ut ſi pater filium ter, ceteros liberos ſemel mancipaſſet, manumiſſi poſtea ab emptore ſui juris efficerentur, illi trina manumiſſione, hi unica,] ut explicant Theoph. *hic.* & Cajus *lib. Inſt. tit. 6.* §. *ult.* & Boet. *in Top. Cic.* [ſolebat autem pater naturalis ſibi cavere de liberis ſibi remancipandis, ut ipſe potius eos manumitteret, & jura patroni conſequeretur: quæ ſpecies dicitur fieri contracta fiducia. *l. ult. inf. de legit. agn. ſucceſ. l. 2.* §. *15. ad SC. Tertull.* Ad cujus emancipationis imaginem poſtea inſtitutum, ut ſimulato & dicis cauſa hæc intervenirent: *Vin.*] ſed in deſuetudinem abiit. Anaſtaſiana fit ex reſcripto Principis. [etiam neglecta antiquæ emancipationis fabula. *alleg. l. pen. hic.*] Juſtinianea fit auctoritate judicis competentis, apud quem parentes voluntatem ſuam liberos emancipandi declarant. *d.* §. *6. h. n. & ff. de capite minutis. l. liberos. 3. verſ. Emancipare. C. de emancip. lib. l. pen. l. ult. & Nov. 81. præf. & c. 1. pr.* [Filius quoque emancipandus voluntatem ſuam declarare debebat: ne in cujusquam injuriam beneficium tribuatur. *l. 69. l. 15.* §. *ult. de R. I. Perez. hic.*] Secundum eſt, qui poſſunt emancipari. docet autem Imperator vel unum (puta filium, aut nepotem) poſſe emancipari, vel plures, ſive omnes liberos. [§. *7. hic & l. 18. ff. de adopt.*] Tertium eſt, qui ſint effectus emancipationis. I. Effectus eſt, quod patria poteſtas ſolvitur, & filius ſive nepos fit ſui juris. II. Effectus eſt, quod pater ſuccedit filio emancipato ad exemplum patroni ſuccedentis liberto. *infr. de legit. agnat. ſucceſſ.* §. *ult.* [ſcil. quoad ſucceſſionem contra tabulas. *l. 1. ſi a parent. quis man.* Sed hoc mutatum *Nov. 118. c. 2.*] III. Effectus eſt, quod ſi emancipatus ſit impubes, parens tutelam ejus legitimam nanciſcitur. *infr. de ligitima par. tutel.* Hæc de emancipatione methodice, non omnino ſervato contextus ordine, retuli.

Poteſtas patris in emancipando.

a Quos ex liberis poteſt pater emancipare?

7. §. a Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe ei, qui filium, & ex eo nepotem vel neptem in poteſtate habebit: filium quidem de poteſtate dimittere: nepotem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

p em vero, vel neptem retinere. & e converſo filium q dem in poteſtate retinere, nepotem, vero vel neptem n numittere, vel omnes ſui juris efficere. Eadem & de p nepote & pronepte dicta eſſe intelligantur.

Septimus modus, adoptio facta ab aſcendente.

8. § a Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, a o vel proavo naturali ſecundum noſtras conſtitutiones ſ er his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum a tis intervenientibus apud competentem judicem mani- f taverit, præſente eo, qui adoptatur, & non contra- c cente, nec non eo (præſente) qui adoptat: ſolvitur qui- c m jus poteſtatis patris naturalis: tranſit autem in hujuſ- r odi parentem adoptivum, in cujusperſona & adoptio- m eſſe pleniſſimam antea diximus. a Quis 7. modus?

Decimo *in* §. 8. *h. n.* loquitur de filio dato in adoptionem quo odo patria poteſtas ab eo qui in adoptionem dat, in adoptan- m transfertur, dummodo adoptans ſit in numero parentum turalium. *ſupra tit. prox.* §. *ſed hodie.* 2. [nam ſi extraneo in optionem dederit jura patris naturalis integra manent. §. 2. *p. de adoption.* ita ut filiusfa. per adoptionem non fiat ſui juris, d vel in alienam familiam tranſeat, vel remaneat in poteſtate tris naturalis. *Vinn.*]

Tempus, quo filius naſcitur in poteſtate.

9. § a Illud autem ſcire oportet, quod ſi nurus tua ex lio tuo conceperit, & filium poſtea emancipaveris, vel adoptionem dederis, prægnante nura tua: nihilominus uod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur. Quod ſi oſt emancipationem conceptus fuerit: patris ſui eman- ipati, vel avi adoptivi poteſtati ſubjicitur. a Quod tempus ſpectandum ut filius naſcatur in poteſtate?

Undecimo, duo declarat adoptioni & emancipationi com- nunia. Unum eſt, quod, ſi nurus mea prægnans ſit antequam lium meum emancipem, vel dem in adoptionem, nepos na- cetur in mea poteſtate. Si vero poſt filii mei emancipationem rægnans fiat, in poteſtate patris, id eſt, mariti ſui filium pa- iet: quod ſi poſt filium meum in adoptionem datum fiat præ- nans, nepos in poteſtate adoptantis naſcetur, ita ut in omnibus is caſibus ſpectetur tempus conceptionis, ut notavi *ſupra ad itul. de patr. poteſtate.* Atque hoc primum habetur *in* §. *penult.* F 3 *h. n.*

h.n. [quia concepti jam in rerum natura eſſe creduntur. *l.7. pen. de ſtat. hom.* & ſic alias quoque ſpectatur tempus concept. nis. *l. 7. §. 1. de ſenat. l. 17. §. 5. ad. S. C. Treb.*]

Parentes non coguntur ad emancipandum.

a Poſſuntne parentes cogi ad emancipandum?

10. § Et quidem neque naturales liberi, neque adop. vi ullo pene modo poſſunt cogere parentes, de poteſt. ſua eos demittere.

Alterum eſt *in §. ult. h. n.* quod filii non poſſunt regulari cogere parentes, ut ab eis de poteſtate dimittantur, id eſt, ema. cipentur. D. *de adopt. l. non poteſt.* 31, (ubi exceptio ſubjun. tur *in ll. ſeqq.*) & C. *de emancip. lib. l. nec avus.* 4. vel in ad. ptionem dentur. *D. de adopt. l. in. adoptionibus.* 5. E contra quoque liberi inviti non emancipantur. C. *de emancip. liber. Iubemus.* 5. & *Nov.* 89. *cap.* 11. Idcirco emancipatio, ut manumiſſio, non eſt contentioſæ, ſed voluntariæ jurisdictio. *D. de offic. proconſ. l. omnes.* 2. *pr.* [Patre tamen inceſtas nupt contrahente liberi ex priore matrimonio, ſupplicio patris, juris fiunt. *Nov.* 12. Porro quamvis Nuptiis filiifa. jure civili tria poteſtas non ſolvatur. §. 3. *ſup. de adopt. l.* 196. *de* moribus tamen ſecus eſt, *vid. not. ſup. de patr. pot. ad fin.* moribus noſtris & jure divino uxor eſt in poteſtate mariti. *Tulden hic. c.* 2. ſic & moribus ætate 25. annorum liberi fi ſui juris, & ſolvitur pot. patria *Chriſt. dec.* 186. *num* 9. *vol.* *Groenew. ad rub. hic.* item ſi filius ſeparatim a patre habitat, negocia ſua curat per annum. *Tulden hic. c.* 8. *v. Berlich.* 2. *con.* II. vel decennium. *Sand. lib.* 2. *tit.* 7. *def.* 6. Sublata aut patria poteſtate, non tollitur obſervantia & reverentia paren bus jure naturali debita; uti quod jus civile tollere non pote *Perez. hic.*

A X I O M A T A:

1. *Mors jura perſonalia ſolvit.* pr.
2. *Qui civitatem amittit, pro mortuo habetur.* §. 1.
3. *Ubi eſt eadem ratio ibi debet eſſe idem jus.* d. §. 1. verſ. p. ratione, *conjun.* verſ. cum adgnatos. infr. de legit. patro tut. & §. 1. verſ. ult. infr. de empt. & vend. & l. illud. 3. ff. ad legem Aquil.
4. *Reſtitutio in integrum omnia jura amiſſa reſtituit.* d. §. 1. ve ſed ſi.
5. *Relegatus non amittit civitatem.* §. 2. h. l. 2. D. de publ. jud
6. *Dignitas regulariter filiosfamilias non liberat a poteſtate p tris.* §. 4.
7. *Valet argumentum affirmative ductum ab eo quod minus e ad id quod magis eſt.* d. §. 4.

8. Co

8 *Conſiliarii Principis, ſunt loco patrum Principis.* §. 4. in fin. *ſunt pars corporis Principis.* l. quiſquis. 5. C. ad l. Jul. majeſtat.

9 *Idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.* §. 5. *conjun.* l. 1. in pr. ff. de adopt, & l. cum ex orat. 44. in princ. ff. de excuſ.

1. *Filius in ejus poteſtate naſcitur, in cujus poteſtate conceptus eſt.* §. ult.

2. *Nemo poteſt patrem cogere ad emancipandum.* §. fin. *Id eſt, nemo poteſt alteri invito ſine ſua voluntate jus auferre quæſitum.* l. id quod. 11. D. de Reg. Jur.

DE TUTELIS.

TITVLVS XIII.

EXpoſita eſt hominum diviſio in eos, qui ſunt ſui juris, & eos qui alieno juri ſubjecti ſunt: jam explicanda eſt ſubdiviſio ›rum, qui ſunt ſui juris, ut tractatus de perſonis, ac primus In ›itut. liber abſolvatur.

Diviſio perſonarum, quæ ſui juris ſunt & ordo ſequentium.

TRanſeamus nunc ad aliam diviſionem perſonarum. b Nam ex his perſonis, quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur. c Videamus ergo de his, quæ in tutela vel in curatione ſunt. Ita enim intel›igemus cæteras perſonas, quæ neutro jure tenentur. Ac ›rius deſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt.

Quæ continuatio ſequentium titulorum cum prioribus? b Quomodo diſtinguuntur perſonæ ſui juris? c De quibus primo agendum?

Primo Imperator *in princ. h. n.* dividit perſonas ſui juris: quia vel ſunt in tutela, ut pupilli, vel in curatione, ut adoleſcentes, & furioſi, vel neutro genere tenentur, ut viri perfectæ ætatis, qui ſunt ſanæ mentis. & dicendum pronoint de his, qui in tutela, vel curatione ſunt. Obiter nota differentiam harum poteſtatum, dominicæ, patriæ, tutoriæ, curatoriæ, nam dominica, patria & tutoria ſunt in perſonam. *ſupra de his qui ſui, vel alieni juris ſunt. in princ. &* §. 1. *& infr. tit. prox.* §. *certa.* 3. curatoria eſt in res, ſeu bona. C. *de nupt. l. in copulandis.* 8. Rurſus dominica poteſtas ei utilis eſt, qui poteſtatem habet: tutoria & curatoria ei qui in poteſtate eſt: patria utrique. Denique qui eſt in patris, vel domini poteſtate, dicitur alieni juris: qui

vero eſt ſub tutore, vel curatore, dicitur ſui juris. Hinc ſolvitur contradictio, quæ videtur eſſe in verbis contextus. Nam Imperaror hic *in princ.* ait, eorum, qui in poteſtate non ſunt, quoſdam eſſe in tutela, vel curatione: mox *in* §. I. tutelam definiens, dicit eſte vim & poteſtatem: deinde ſubjicit tutores eſſe, qui eam vim & poteſtatem habent: qui igitur in tutela eſt, in aliena poteſtate eſt, ac nihilominus dicitur in poteſtate non eſſe. Quare dicendum eſt poteſtatis verbum eſſe homonymum. *ff. de verb. ſignif. l. poteſtatis.* 215. & enim, qui in tutela eſt, non eſſe quidem in ea poteſtate, quæ facit eſſe alieni juris, id eſt, in poteſtate patria, vel dominica, ſed eſſe in poteſtate, in qua qui ſunt, nihilominus ſui juris ſunt, [non in manu aut familia tutoris: ſed ſub ejus auctoritate. *Vinn. hic.*]

Definitio tutelæ.

a Quid eſt tutela?

1. § a Eſt autem tutela (ut Servius deſinivit) vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa.

Secundo generaliter de tutelis loquens, tria tradit, nimirum tutelæ definitionem. §. I. *h. n.* tutoris definitonem, & tutoris etymologiam. §. *tutores* 2. Tutela eſt vis & poteſtas (accipe & pro id eſt, ut & *in* §. *adipiſcendæ.* 3. *infr. de interd.* [nimirum facultas & jus pro auctoritate quid faciend.]) in capite libero: id eſt, in turore, quem neceſſe eſt eſſe hominem liberum: nec refert utrum ſit pater, an filiusf. *infra tit. prox. in princ.*) [vel in pupillo & perſona quæ ſui juris eſt. *Vinn. Perez. hic.* nam qui eſt in poteſtate patris vel domini non indiget tutore. §. 5. *hic.*] ad tuendum eum (ſubaudi pupillum) quia tutor datur perſonæ, non rebus. *infr. tit. prox.* §. *certa.* 4. niſi per conſequentiam, quatenus res ad pupillum pertinent. *infr. de excuſat.* §. *datus.* qui per ætatem pupillarem ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa. aut enim jus civile, id eſt, lex, (nihil refert, utrum ſit lex duodecim tabularum. an poſterior, ut lex Atilia, Julia, & Titia. de quibus. *infr. tit.* 20.) dat tutorem, tuncque vocatur tutela legitima. *ff. de legit. tut. l. legitimos.* 5. *in princ.* aut alius permiſſu legis dat tutorem, tuncque appellatar tutela dativa. *C. de legit. tut. l. ultim.* permiſſu autem legis, tutorem dat, vel teſtator. *infr. tit. prox.* § *permiſſum.* 3. a quo dicitur tutela teſtamentaria. *ff. & C. de teſtament. tut. in rubr.* vel magiſtratus. *infr. de Atil. tut. in princ. & D. de tutel. l. muto.* 6. §. *tutoris.* 2. a quo datus tutor, proprie vocatur dativus. *ff. rem pupil. ſal. fore. l. dativus.* 7. *& C. de epiſc. & cler. l. generaliter.* 52. vel honorarius apud Ulpianum *tit. de curatoribus in princ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[pr]inc. Ergo *tutela dativa* eſt vocabulum homonymum: quod [la]e ſumptum, complectitur tam tutelam teſtamentariam, [qu]am a magiſtratu datam, anguſte vero acceptum, hanc ſolam [ſi]gnificat, a teſtamentaria ſejunctam. Similiter *tutela honora[ri]a* eſt vocabulum homonymum: quia tutor honorarius modo [vo]catur is, quem Magiſtratus dedit, ut ſupra dixi: modo is, [q]ui non adminiſtrandi, ſed honoris cauſa conſtitutus eſt. *D. de [ri]tu nupt. l. ſi quis tutor. 60. §. quid ergo. & de adminiſtr. tut. l. plures. 3. §. cæteri. 2. & de ſolut. l. quod ſi forte. 14. §. 1.*

Etymologia tutorum.

2. § a Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem [h]abent, exque ipſa re nomen acceperunt. itaque appel[l]antur tutores, quaſi tuitores, atque defenſores: ſicut ædi[t]ui dicuntur, qui ædes tuentur. a Unde appellati tutores?

Tutor eſt, qui eam vim & poteſtatem habet in pupillum. Tu[t]or dicitur. §. *h. n.* 2. quaſi tuitor, non quia pupillum tuetur, ſed [q]uia tueri debet. nam hæc appellatio non ab actu, ſed ab officio [t]uendi deducta eſt.

Teſtamentaria tutela.

3. § a Permiſſum eſt itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in poteſtate habent, teſtamento tutores dare. Et hoc in filios, filiaſque procedit omnimodo. nepotibus vero neptibuſque ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit: nepotes ex eo non poterunt (ex) teſtamento tuo tutores habere, quamvis in poteſtate tua fuerint; ſcilicet quia mortuo te, in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt. [vid. tamen caſum *l.* 10. §. 2. *de teſt. tut.*] a Qui teſtamento tutores dare & quibus liberis dari poſſunt tutores.

Tertio tranſit ad ſpecies tutelæ explicandas, & quia tutor legitimus & dativus locum non habent, niſi teſtamentario deficiente, merito incipit a teſtamentaria tutela: (id eſt, quæ in teſtamento vel codicillis teſtamento confirmatis data eſt) *ff. de teſtam. tut. l. Teſtamento.* 3. [teſtamentaria enim cauſa prior eſt. *l.* 11. *d. tit.* & proviſio hominis tollit proviſionem legis. *Tuld. hic. c.* 2. *in fi. per. l ult. C. de pact. v. Barboſ. Prin. jur. lit. H. nu.* 4.] & in hoc tit. docet, qui, & quibus poſſint tutores dari, reliqua de tutela teſtamentaria expoſiturus *tit. ſeq.* Tutorem ex permiſſu leges duodecim tabularum. *D. de teſtam. tut. l.* 1. dare poteſt parens filio impuberi in ſua poteſtate conſtituto: [etiam exhæredato. *l.* 4 *ff. d. teſt. tut.* exhæredatio enim non extin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

guit jus ſui hæredis, aut facit impuberem ſuæ poteſtatis. §. .
inf. de pup ſubſt.] item nepoti & pronepoti in alterius poteſtater
non recaſuris. ſecus eſt, ſi morte avi, aut proavi in poteſtater
patris ſint recaſuri. §. *permiſſum.* 3. *hoc. n.* [quippe tutorem h
bere non poteſt qui eſt in poteſtate patris: nec dari niſi ſuo hæ
redi. *l.* 73. §. 1. *de R.I. junct.* §. 2. *inf. de hær. qualit.* tutela e
nim jure patriæ poteſtatis mandatur. *l.* 40. *de adm. tut. d.*
73. §. 1. *l.* 1. *de teſt. tut.* itaque nec pater filio emancipato ne
mater liberis tutorem jure civili dare poteſt, ſed opus eſt confir
matione, ſcil. ſi mater eos quoque hæredes inſtituat. *l.* 1. 2. 4
& 9. *ff. de teſt. tut.* & *l.* 1. *C. de confirm. tut. confer. Grot. In
trod. lib* 1. *p.* 7. *num.* 10. *infr.* §. 5. *hic not.* exhæredatis enim
a matre dari non poteſt. *d. l.* 4]

Tutorum datio facta poſthumis.

a An & quare poſthumis tutores dantur?

4. § a Cum autem in compluribus aliis cauſis poſthum
pro jam natis habeantur: & in hac cauſa placuit non mi
nus poſthumis, quam jam natis teſtamento tutores dar
poſſe: ſi modo in ea cauſa ſint, ut ſi vivis parentibus naſce
rentur, ſui (hæredes) & in poteſtate eorum fierent.

Item tam liberis poſthumis, quam jam natis, dummodo ſin
poſthumi ſui, non alieni, id eſt, dummodo in ea cauſa ſint, u
ſi vivo parente naſcerentur, ſui hæredes ei naſcerentur. § *penult.*
hoc noſtro. [poſthumi enim pro jam natis habentur, quoties d
eorum commodo quæritur, ut hic. *l.* 7. *l. pen. de ſtat. homin.* alia
vero non proſunt niſi nati. *l.* 231. *de V. S. l.* 2. §. 6. *de excuſ.*
tut. tutoris tamen datio non minus utilis eſt etſi nati ſint vivo pa
tre. *l.* 16. §. *ult. de teſt. tut.*]

Tutor a patre datus emancipato.

a Poteſtne a patre emancipato dari tutor? b Quis effectus dationis?

5. § a Sed & ſi emancipato filio tutor a patre datus fue
rit teſtamento, b confirmandus eſt ex ſententia præſidi
omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione.

Siquis autem tutorem in teſtamento det filio emancipato
[vel etiam non emancipato in codicillis teſtamento non confir
matis. *l.* 1. §. 1. *de conf. tut.* [datio ipſo jure non valet, ſed
confirmabitur a magiſtratu ſine inquiſitione,] & ſine ſatisdatio
ne. *l.* 4. *de teſt. tut.* [an ſit tutor idoneus, quia ſtandum eſt judi
cio patris. §. *ult. h. n.* & *D. de confirm. tut. l.* 1.] qui præſumitur
liberis ſuis optime proſpexiſſe. *l.* 3. §. 1. *ff. de adm. tut.* a matre
autem filio inſtituto datus, non ſatisdat quidem, ſed ex inqui
ſitione confirmatur. *d. l.* 4. *v. ſup.* §. 3. *not. hic.*] tantum igitur
quæret magiſtratus, an hæc fuerit voluntas patris, ut hic ſit tu
tor. *D. eod. l. in confirmando.* 8. *ff. de teſtam. tut. l. pater.* 4. *in
fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

n. Hic igitur tutor eſt potius teſtamentarius, quam dativus, alioquin non confirmaretur teſtamentum. Unde tutor confirmatus præfertur Legitimo, poſt quem vocatur Dativus. Interdum tamen prætor negligit voluntatem patris, ac dationem tutoris non confirmat, videlicet ſi pater per ignorantiam tutorem dederit, cum falſo putaret eum eſſe idoneum ad tutelam gerendam. Major enim ratio habetur utilitatis pupilli, quam voluntatis paternæ. *ff. de confirm. tut l. penult.* [ne quod in favorem pupillorum eſt introductum redundet in eorum odium. *l. 24. ff. de l. l. quod favore. C. eod. c. 61. de R. I.*]

AXIOMATA.

1. *Contrariorum eadem eſt ſcientia.* in princ. *conjun.* tit. ſupra de his qui ſui, vel alieni juris ſunt.
2. *Cognito uno contrariorum cognoſcitur & alterum.* ibid. *conjun. dictum* princ. ſupr. de his qui ſui, vel alieni juris ſunt.
3. *Tutoris tueri debent pupillos.* §. 1. h.
4. *Poſthumi habentur in multis cauſis, pro jam natis.* §. pen. *conjun.* l. 7. & l. penult. ff. de ſtatu homin.
5. *Parentes idem de Poſthumis quod de natis poſſunt ſtatuere.* §. pen.

QUI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT.

TITULUS XIV.

Pergit in explicanda tutela teſtamentaria.

Filiifamilias.

DAri autem tutor poteſt teſtamento non ſolum paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias. Filiis poſſuntne dari tutores teſtamento?

Et primo loquitur de iis qui tutores dant, ac docet, qui poſſint teſtamento tutores dari, unde inſcriptio hujus tit. ſumpta eſt. Sæpe enim in his libris videre eſt, ex prima tituli parte rubricam concipi, *ut ſupra tit. 2. & 10. & infr. tit. 16. 20. & lib. 2. tit. 7. & lib. 3. tit. 2. & 6. & lib. 4. tit. 14. & 16.* hic autem dantur quinque regulæ. I. tutor dari poteſt, tam filiusfam. quam paterfam. *in princ.* quia filiusfam. in publicis cauſis pro patreſam. habetur, veluti ut magiſtratum gerat, ut tutor detur. *ff. de his qui ſui, vel alieni juris. l. filiusfam. 9.* tutela namque eſt munus publicum. *infr. de excuſ. tut. in pr.*

Servi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Servi proprii vel alieni datio.

a Etiam ſervi proprii?
b An & ſine libertate?
c Quid ſi liberi eſſe putentur?
d Qid juris in ſervis alienis?

I. § a. Sed & ſervus proprius teſtamento cum libertate recte tutor dari poteſt. b Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepiſſe videri, & per hoc recte tutorem eſſe. c Plane ſi per errorem, quaſi liber, tutor datus ſit, aliud dicendum eſt. r Servus autem alienus pure inutiler teſtamento datur tutor: ſed ita *cum liber erit*, utiliter datur: proprius autem ſervus inutiliter eo modo tutor datur.

II. Servus proprius, id eſt, teſtatoris, poteſt dari tutor, vel cum libertate, vel omiſſa libertatis datione: quia niſi teſtator per errorem [*l.22. de teſt. tut.*] (id eſt, falſo putans eum eſſe liberum) tutorem dederit, libertatem tacite ei reliquiſſe cenſetur; vel jure directo. §. 1. *h. n.* vel per fideicommiſſum. *C. de fideicom. hæred. l. etſi non adſcripta.* 9. (nam hæc duo poſſunt concurrere: præſertim poſt exæquationem legatorum & fideicommiſſorum a Juſtiniano factam, per quam effectum eſt, ut legatum etiam fideicommiſſi, & fideicommiſſum etiam legati vim habeat. *infr. de legat.* §. *ſed non uſque.* 2) ita ut electio (ni fallor) ſervo detur, utro modo malit ad libertatem pervenire. Et ſi quidem libertatem jure directo conſequatur, fit libertus Orcinus, id eſt, defuncti. Si vero tamquam ex cauſa fideicommiſſi manumittatur, fit libertus manumittentis. *infra de ſing. reb. per fideicom. relict.* §. *pen.* III. Servus alienus non poteſt dari tutor pure, ſed ſub conditione, *cum liber erit*, quare ſi pure tutor detur, inutilis erit datio. *d.* §. 1. *h. n.* Intellige inutilem quantum ad hoc, ut pure, id eſt, ſtatim tutor fiat. non tamen eſt omnino inutilis: quia ſubauditur ea conditio, *cum liber erit. ff. de teſtam. tut. l. ſi hæreditas.* 10. §. *ult.* [& ex tali datione competit ſervo fideicommiſſaria libertas, ita ut hæres eum a Domino redimere & manumittere debeat. *Perez. per l.* 10. §. *fin. ff. de teſt. tut.*] IV. Servus proprius inutiliter datur tutor ſub dicta conditione, *cum liber erit.* d. §. 1. *h. n.* quia tutor judicio dari debet. *infra de legat.* §. *ſed ne ejuſmodi.* 27. *vers. tutor.* certum vero judicium ejus eſſe non videtur, qui libertatem, quam dare poteſt, in certum eventum differt. [Ideoque nec hæres eo modo recte inſtituitur. *l.* 21. *de cond. inſt.* quoniam quod in noſtra poteſtate eſt in caſum conferri non oportet. *l.* 22. *d. tit.*]

Furioſus vel minor tutor datus.

a Daturne & juris ſui vel minor?

I. § a Furioſus, vel minor viginti quinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut major viginti quinque annis fuerit factus.

V. Si

V. Si ſurioſus, vel minor 25. annis tutor detur, ea datio nec omnino inutilis, nec ſtatim tutorem facit, ſed impedit quominus ſit locus tutelę legitimæ, propter ſpem teſtamentariæ. dat. enim tutor, tunc fiet tutor, cum mentis compos, vel 25. annis major factus fuerit. §. 2. *h. n.* & interim ut proſpiciatur pupillo, alius tutor a magiſtratu datur. *infr. de Atil. tutor.* §. 1. & *ff. de teſtament. tut. l. ſi quis ſub conditione.* 11. vel curator. *ff. de excuſ. l. ὐ μόνον, non ſolum* 10. §. *ἐὰν ἀπελεύθερος, ſi libertus.* 7.

Tempus, conditio.

3. § [a] Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, vel ante hæredis inſtitutionem poſſe dari tutorem non dubitatur.

[a] Quomode datur tutor?

Secundo agit de modis, quibus tutores in teſtamento dari poſſunt. §. 3. *h. n.* ubi docet, tutorem dari aut pure, veluti, Mævius tutor eſto: aut ad tempus, veluti, *ad biennium tutor eſto*; aut ex die, veluti *ex Kalend. illis tutor eſto*; vel, *Kalendis illis tutor eſſe incipito*; aut ſub conditione, veluti, *Si navis ex Aſia venerit, tutor eſto.* Poſſumus addere etiam ad conditionem, veluti, *donec navis ex Aſia veniat, tutor eſto.* Finito autem tempore, vel pendente die, ſive conditione, locus eſt tutori dativo. *ff. l. ſi quis ſub conditione* 11. [Nec obſtat quod tutoris datio ſit actus legitimus qui diem neque conditionem recipere traditur. *l. 77. de R. I.* hoc enim intelligitur cum in jure a Magiſtratu fit, vel coram Magiſtratu. *Tulden. c. 4. hic.*] Addit Imperator tutorem dari poſſe etiam ante hæredis inſtitutionem: quia ſcilicet ordo ſcripturæ non ſpectatur. cæteroqui cum hæredis inſtitutio ſit caput & fundamentum teſtamenti; quicquid ante hæredis inſtitutionem ſcribitur, extra teſtamentum ſcriptum videri poſſit. *infr. de legat. §. ante heredis.* 34.

Rei vel cauſa tutor non datur.

4. § [a] Certæ autem rei vel cauſæ tutor dari non poteſt: quia perſonæ, non cauſæ, vel rei (tutor) datur.

[a] Daturne rei vel cauſæ certæ?

Tertio tractat de iis, quibus dantur tutores: ubi dat quinque regulas. I. Tutor principaliter datur perſonæ, non rei, proinde non datur certæ rei, vel cauſæ, id eſt, liti. §. 4. *h. n.* ſed cum detur principaliter ipſi pupillo, ſequenter datur omnibus bonis pupilli. *infr. de excuſ.* §. *datus.* 17. Interdum tamen tutor datur certis bonis, ſeu certis rebus, veluti patrimonio quod pupillus habet in alia provincia. *D. de teſtam. tut. l. ſi tamen.* 15. & 19. &

& de excuſ. l. propter litem. 21. §. *licet.* 2. [propter diffuſum patrimonium. *l.* 12, *& ſeqq. de teſt. tut.* ſic poteſt quoque teſtator inter plures tutores adminiſtrationem dividere. *l.* 2. *C. de dívid. tut.* ſed hodie confuſis officiis & nominibus tutorum & curatorum indiſtincte tutor rebus dari poteſt. *Vinn. & Groeneweg hic Grot. lib.* 1. *p.* 7. *in fin.*]

Filiorum, filiarum, nepotum, liberorum, poſterorum appellatio.

a Quid ſi filius vel filiabus dederit, an & poſthumi comprehendentur? b An & nepotes?

5. § [a] Si quis filiabus ſuis vel filiis tutores dederit: etiam poſthumæ (vel poſthumo) dediſſe videtur; quia filii & filiæ appellatione & poſthumus & poſthuma continentur. [b] Quod ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, ut & ipſis quoque dati videantur: ſi modo liberos dixerit. Cæterum ſi filios, non continebuntur. aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. [c] Plane ſi poſteris dederit: tam filii poſthumi, quam cæteri liberi continebuntur.

c Quid ſi poſteris dederit?

II. Appellatione filiorum, vel filiarum continentur tam poſthumi, vel poſthumæ, quam liberi jam nati. §. *ult. h. n.* [nam concepti habentur pro jam natis primi gradus. *Perez. hic,* ſecus tamen eſt in legatis. *l.* 17. *pr. de leg.* 1. *& ibi. Goth. & Vinn. hic.*] III. Filii appellatione in hoc tractatu non continetur nepos. d. §. *ult. h. n* licet alias plerumque contineatur. *D. de verbor. ſignif. l.* 84. *juſta.* 201. *& l. liberorum* 220. Plerumque enim eadem eſt ratio filii, & nepotis. [*v. l.* 59. *de rit. nupt. l.* 2. §. 28 *ad SC. Tertul. l.* 14. *de SC. Maced.*] ſed in hoc tractatu diverſicatio eſt: ſi quidem tutor filio in poteſtate conſtituto datur indiſtincte; nepoti vero ita demum, ſi in alterius poteſtatem morte avi non ſit recaſurus. [Filiæ tamen hic quoque veniunt filiorum nomine. *l.* 16. *de teſt. tut. l.* 122. *l.* 195. *l.* 201. *d. V. S.* non vice verſa, & ſi quis filio tutorem dederit, erit is tutor omnium ejus filiorum cujuſcunque ſexus & gradus. *l.* 16. §. 1. *& ibi Goth ff. de teſt. tut.* IV. Liberorum appellatione etiam nepotes & nepotes continentur. §. *ult. h. n.* [*d. l.* 222. Si quis tamen deſignet liberos ex ſuo corpore videtur tantum de primo gradu ſentire *arg. l.* 50. *in fin. pr. ff. de pecul. Dekker.* 2. *diſſ.* 11. *nu.* 17.] V. Poſthumorum appellatio tam nepotes poſthumos, [& ulteriores *Vinn.*] quam filios poſthumos complectitur. §. *ult. h. n.* [uti & poſterorum appellatio. *Tulden. hic. cap.* 4. quia eæ voces non diſtinguunt gradus. *l.* 6. *de teſt. tut. & ibi Bald.*]

AXIO-

AXIOMATA.

1 *Filiusfam. in tutela & aliis ſimilibus cauſis eſt pro patrefam.* pr. l. filiusf. 9. D. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.

2 *Qui vult conſequens, vult etiam antecedens.* §. 1. *conjun.* §. idemque juris. ſupra, qui & ex quib. cauſ. manum. non poſſ.

3 *Error impedit conſenſum.* d. §. 1. verſ. plane. *conjun.* l. ſi per errorem. 15. ff. de juriſd.

4 *Sublato impedimento tollitur effectus illius impedimenti.* §. 2. conjun. § aliagndoinfra de uſucap.

Tutor datur perſonæ, non rei, vel cauſæ. §. pen.

Diverſa vocabula arguunt rerum diverſitatem. §. ult. *conjun.* l. 7. C. de codicill.

Filiorum nomine nepotes non veniunt, poſterorum liberorum utique. §. fin.

DE LEGITIMA ADGNATORUM TUTELA:

TITULUS XV.

CEſſante tutela teſtamentaria locus eſt legitimæ, quæ vel defertur ex verbis legis XII. tabul. ut tutela adgnatorum; vel x mente & interpretatione legis, ut tutela fiduciaria: de quibus ngulis deinceps agetur, facto initio a tutela adgnatorum, quæ erbis legis XII. tab. introducta eſt. nam, κατ' ἐξοχὴν, ſive (ut Ip. *tit. de tutel.* §. *legitimi.* loquitur) per eminentiam, legiimi tutores dicuntur, qui ex lege XII. tab. ad tutelam vocantur.

Tutela legitima locum habet poſt teſtamentariam.

QUibus autem teſtamento tutor datus non eſt: his ex lege duodecim tabularum adgnati ſunt tutores qui vocantur legitimi. [a Quæ tutela eſt poſt teſtamentariam?]

Primo Imp. *in princ. h. n.* docet hanc legitimam tutelam ſequi teſtamentariam, & ea deficiente locum habere: atque ita nectit hunc tit. cum præcedentibus.

Adgnatorum & cognatorum explicatio.

1. § [a] Sunt autem agnati, (cognati) per virilis ſexus cognationem conjuncti quaſi a patre cognati: veluti fra- [a Qui ſunt agnati?]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ter (ex) eodem patre natus, fratris filius nepoſve ex e: item patruus & patrui filius nepoſve ex eo. [b] At qui p fœminini ſexus perſonas cognatione junguntur, adgn non ſunt: ſed alias naturali jure cognati. Itaque ami tuæ filius non eſt tibi adgnatus, ſed cognatus: & invic tu illi eodem jure conjungeris: quia qui (ex ea) naſc tur, patris, non matris familiam ſequuntur.

b Qui cognati?

Secundo declarat ea, quæ requiruntur ad hoc, ut alicui h legitima tutela deferatur. Quatuor autem requiruntur. I. Ut conjunctus per maſculos, non per fœminas, quia per maſcu ſunt agnati, per fœminas cognati: hæc autem tutela adgnat, non cognatis defertur. §. *h. n.* [continentur autem & adopt nomine agnatorum. *l.* 2. §. 3. *de ſuis. l.* 2. 3. *de adopt. l.* 73. *R. I.*] ſed hodie, ſublata adgnationis & cognationis differen, tutela æque defertur cognatis atque adgnatis. *Nov.* 118. *cap.* [uti & ſucceſſio ſive hæreditas. *ibid. c.* 5. juxta *l.* 73. *de R. I.* & tueantur bona ne dilapidentur qui ſperant eorum ſucceſſ nem. 1. *ff. de legit. tut.*]

Inteſtatorum explicatio.

a Quis hic inteſtatus?

2. §. a Quod autem (lex duodecim tabularum) ab in ſtato vocat ad tutelam adgnatos. non hanc habet ſign cationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui p terat tutores dare: ſed ſi quantum ad tutelam pertinet teſtatus deceſſerit [*l.* 6. *ff. h. tit.*] quod tunc quoque ac dere intelligitur, cum is, qui datus eſt tutor, vivo teſta re deceſſerit. [ad hæreditatem vero quod attinet, ne inteſtatus deceſſiſſe intelligitur, qui facto teſtamento d ceſſit, unde hæres poſtea extitit. *de hæred. quæ ab inteſt.*]

II. Ut nullus ſit tutor teſtamentarius. §. 2. *h. n.* quia ſecu dum regulam juris, diſpoſitio hominis, teſtatoris, facit ceſ re diſpoſitionem legis. [*v. not. ſup. de tutel.* §. 3.]

Modus agnationem vel cognationem perimendi.

a Quomodo perimitur agnatio? b An eodem modo cognatio perimitur? c Quæ ratio?

3. § a Sed agnationis quidem jus omnibus modis capi deminutione plerumque [*v. l.* 4. *C. hic & l. ult. C. de leg. hæred.*] perimitur: nam agnatio juris (civilis) nomen e [b] cognationis vero jus non omnibus modis commutatu c quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere poteſ naturalia vero non utique.] ſcil. minima capitis demin tio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ione. *l. 8. de R. I.* uti ait Pompon. *nullo jure civili.* id eſt nul-
a juris civilis vel fictione vel ſolemnitate veluti emanci-
atione. *v. §. pen. tit. ſeq.*]

III. Ut adgnatio non ſit ſublata per capitis deminutionem. §. *lt. hoc. n.* quod dictum ſeq. tit. explicabitur; ibique in §. *ult. t.* ſubjungetur. IV. Requiſitum, ut is, qui ad tutelam vocaur, ſit adgnatus proximus, ita ut nemo eum gradu præcedat. Quod dixi, requiri ut is, qui ad tutelam vocatur, non ſit capite ninutus, correctum eſt per dictam *Nov.* 118. *cap.* 5. ex quo ihil nocet quod aliquis non ſit adgnatus, cum tutela æque defeatur cognatis: unde quia poſt capitis deminutionem manet cognatus, niſi maximam, vel mediam capitis deminutionem paſſus it, ut ſeq. tit. exponetur, idcirco non obſtante minima capitis leminutione, hodie fiet tutor legitimus.

AXIOMATA.

1. *Proviſio hominis tollit proviſionem legis & proviſione hominis ceſſante locum habet proviſio legis.* princ. *
2. *Nati ex fœmina patris ſui, non matris, familiam ſequuntur.* §. 1. in fin. *
3. *Paria ſunt, aliquid non facere, & non jure facere.* §. 2.
4. *Civilis ratio jura civilia tollere poteſt, non etiam jura naturalia.* §. ult. *conjun.* §. minus. infr. de hæred. quæ ab inteſt. defer.
5. *Jus adgnationis minima capitis deminutione perit.* §. ult. *conjun.* pr. tit. infr. de acquiſ. per arrogat. & l. jura. 8. ff. de div. reg. jur.

DE CAPITIS DEMINUTIONE.

TITVLVS XVI.

QUia dictum fuit in calce ſuperioris tit. adgnationem tolli per capitis deminutionem, obiter de capitis deminutone agit. [qui tamen titulus hodie in nullo uſu eſt, quia ſervitus apud nos ſublata, & pœnę ſervus apud nos nemo. *Groenw. hic. & Buſ. ff. eod.*]

Definitio & diviſio cap. diminutionis.

EST autem capitis deminutio, ſtatus immutatio. Eaque tribus modis accidit. a Nam aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant) aut minima. Quid eſt capitis diminutio? a Quotuplex?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Ac primo capitis deminutionem definit ſtatus prioris mut tionem. Secundo, quia ſtatus in tribus conſiſtit, libertate, ci tate, familia, quæ ita ſunt inter ſe affecta, ut vel omnia amitta tur, vel duo tantum, vel unum duntaxat: (nam familia ſine c vitate & libertate non retinetur: civitas, amiſſa familia, retinetu ſine libertate non conſiſtit: libertas ſine civitate & ſine familia, r tineri poteſt) idcirco capitis diminutionem dividit in tria gen ra, maximam, minorem ſeu mediam, & minimam. *verſ. e que.* [unde Terent: *Eunuch. act.* 4. *ſcen.* 7. eam dico eſſe liberar civem Atticam: meam ſororem. & *Auſon. Idyll.* 11. Tripl libertas, capitiſque minutio triplex.]

Definitio & explicatio maximæ.

a Quæ eſt maxima?

1. §. [a] Maxima capitis deminutio eſt, cum aliquis ſim & civitatem & libertatem amittit. quod accidit in his, q ſervi pœnæ efficiuntur atrocitate ſententiæ: vel liberti ut ingratis erga patronos condemnatis: (vel his,) qui ſe a pretium participandum venundari paſſi ſunt.

Maxima capitis diminutio *in* §. 1. *h. t.* definitur, *cum aliqu ſimul & libertatem & civitatem amittit.* conſequenter etiam f miliam perdit. [Quod ſemper accidit iis qui ſervi efficiuntu nam ſublata libertate, tollitur quoque jus civitatis. *Vinn.*] Huj tria exempla proponuntur. Primum exemplum eſt pœnæ ſe vitus, de qua dixi ad §. *pœnæ.* 3. *ſup. quib. mod. jus poteſt. ſolv* Secundum exemplum eſt, cum libertus ingratus erga patronur revocatur in ſervitutem, tanquam indignus libertate: quod tiam ob levis offenſæ culpam accidit. *C. de libert. & eorum l ber. l. ſi manumiſſus.* 2. Hoc autem nomine datur patrono i grati accuſatio. C. *eod. l.* 1. Tertium exemplum eſt, cum qu ad pretium participandum patitur ſe venundari, de quo dixi a §. *pen. ſupra de jure perſonarum.*

Definitio & explicatio minoris ſeu mediæ.

a Quæ eſt media ſeu minor?

2. §. [a] Minor ſive media capitis deminutio eſt, cum c vitas quidem amittitur, libertas vero retinetur, quod a cidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei, qui i inſulam deportatus eſt.

Minor, ſeu media capitis deminutio *in* §. 2. *h. n.* definitur, cu ſalva libertate amitttur civitas, proinde etiam familia. Ejus du exempla ſubjiciuntur. Primum exemplum eſt aquæ & ignis i terdictio, [quibus humana vita, maxime continetur, ut ait *Fe verb. aqua.*] quæ in deſuetudinem abiit, & in ejus locum ſucce ſit deportatio. *D. de pœnis. l. Rei capital.* 2. §. 1. [*v. ſup.* §. 1. *qui mod*

od. jus. pat. pot.] Secundum exemplum eſt deportatio. [qua d peregrinitatem quis redigitur ſalva libertate, vide *l.* 17. §. 2. *de* *xn. l. 6. l. 15. de interd. & releg.*] Atqui videtur his modis etiam bertas adimi. *ff. de extraordin. cognit. l. pen. & ult.* ergo non ıedia, ſed maxima capitis deminutio eſt. Ut hunc nodum ſolvat ujacius, duplicem libertatem fingit, alteram juris gentium, alram juris Quiritium: quod mihi videtur merum figmentum. go exiſtimo Calliſtratum *in d.* §. *ult.* non ſolum de maxima, d etiam de media capitis deminutione loqui: utraque enim xiſtimationem conſumit. Itaque initio dat hanc regulam de maima capitis deminutione, inquiens exiſtimationem ea conſuni. Deinde *in verſ. id eſt* (ſed legendum *idem*, vel *idem eſt*; error nim ortus eſt ex eo, quod in libris ſcriptis ē cum titulo, hoc modo etiam', modo ſignificat *em*, vel *en*, modo *eſt*, eam regulam roducit ad mediam capitis deminutionem. Poſt hæc in *verſic.* *eluti*, dat exempla mediæ capitis deminutionis. Tandem in *erſic. vel cum plebejus*, ſubjicit exempla maximæ capitis deminutionis.

Definitio minimæ & explicatio.

3. §. a Minima capitis deminutio eſt, cum civitas retinetur & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur: quod accidit in his, qui cum ſui juris fuerint, cœperunt alieno juri ubjecti eſſe, vel contra. (veluti ſi filiusfamilias a patre emancipatus fuerit, eſt capite deminutus.) a Quæ eſt minima?

Minima capitis deminutio *in* §. 3. *h. t.* definitur, cum libertas & civitas retinentur, ſed *familia mutatur*. Hujus duo modi in contextu afferuntur. Primus modus eſt, cum paterfamilias [cum liberis ſuis. *l.* 3. *ff. eod.*] ſubjicitur patriæ poteſtati, veluti *cum arrogatur*. [Vel cum quis datur in adoptionem perſonæ non extraneæ. §. 2 *ſup. de adopt.* ſed his non mutatur ſtatus ejus publicus, quem quis ut civis habet, uti qui ſalvus manet. *l.* 1. §. 8. *ff. ad S. C. Tertull.*] Secundus modus eſt, cum filiusfamilias fit ſui juris, veluti cum emancipatur. Sed particula *veluti*, in contextu difficultatem facit: quia filiusfamilias, dum ſui juris fit, non aliter capite minuitur, quam ſi emancipatur. Nam alias, ut morte patris, & dignitate, fit ſui juris ſine capitis deminutione. *D. de S. C. Macedon. l. ſi quis paterf.* 3. §. *ult.* & *Nov.* 81. Qui vero emancipatur, ideo capite minuitur, quia ſecundum veterem emancipandi formulam redigebatur in imaginariam ſervitutem. *D. de capit. minut. l. Liberos.* 3. §. 1. & licet hodie liberi aliter emancipentur. *ſupr. quibus modis jus poteſt. ſolv.* §. *præterea.* 6. tamen perinde habetur, ac ſi ſecundum veterem formulam emanci-

patio fieret, argum. §. *ult. infr. de leg. adgn. ſucceſſ.* [Secus ſ alio modo patria poteſtas ſolvatur. *Tuld. hic. cap.* 2.] Hæc objectio tribus modis ſolvi poteſt. I. Si hæc particula *veluti*, cum Cujacio deleatur: quoniam abeſt a libris ſcriptis. II. Si accipiatur pro *id eſt, ut in* §. *lex eſt* 4. *vers plebiſcitum. ſupra de jur natur.* quemadmodum e contrario, *id eſt*, accipitur pro *veluti*: *ff. de pactis l. Juriſgent.* 7. §. *pactorum.* 8. III. Si non coanguſtetur ad proximam, ſed indicet afferri exemplum capitis deminutionis: ita ut dicamus Imperatorem *in h.* § primum definire quid ſit minima capitis deminutio: deinde in *vers. quod accidit*, eam dividere in duas ſpecies, poſtremo in *verſic. veluti*, afferre ejus exemplum.

Manumiſſio.

a Servus an capite minuitur per manumiſſionem?

4 §[a] Servus autem manumiſſus, capite non minuitur: quia nullum caput habuit.

Tertio duos caſus perpurgat, quibus aliquis falſo credere poſſet ſtatum mutari, ſeu capite minui. Primus caſus eſt cum ſervus manumittitur: quia cum ſervus non habeat caput, id eſt, ſtatum (ſiquidem caput hic accipitur pro ſtatu. *ſupra hoc tit. in princ.* ſervus autem ſtatu caret, [id eſt familia, civitate & libertate. *Vinn.*] quippe qui pro nullo. *ff. de div. reg. jur. l. quod attinet* 32. ſeu pro mortuo habetur. *ff. eo. l. ſervitutum.* 209.) dici non poteſt capite minui. §. 4. *h. n.* [non enti enim nullæ accidunt qualitates ſed demum poſt manumiſſionem hæc conſequitur, & novus homo fieri dicitur. *Vinn. & Perez.*] In alia ſignificatione ſervus habet caput, id eſt, dominum, quia dominus eſt caput ſervi. *infra de noxal. action.* §. *omnis.* 5.

Mutatio dignitatis.

a Eſtne in dignitatis mutatione cap. diminutio?

5. §[a] Quibus autem dignitas magis quam ſtatus permutatur, capite non minuuntur: & ideo a ſenatu motos capite non minui conſtat.

Secundus caſus eſt, cum aliquis dignitatem amittit. §. 5. *hoc noſtro.* quia ſtatus conſiſtit tantum in libertate, civitate, & familia. *D. hoc tit. l. ult.* dignitas vero ad ſtatum non pertinet. *d.* § *h. n.* [Ideoque exiſtimatio ejus quidem minuitur. *l. pen. de extr. cognit.* integri tamen capitis civis manet.]

Solutio cognationis per cap. diminutionem.

a Quomodo ſolvitur cognatio per cap. diminutionem?

6. §[a] Quod autem dictum eſt, manere cognationis jus etiam poſt capitis deminutionem: hoc ita eſt, ſi minima capitis diminutio interveniat. manet enim cognatio. nam ſi

maxima capitis deminutio interveniat: jus quoque cognationis perit, ut puta ſervitute alicujus cognati: & ne eidem manumiſſus ſi fuerit, recipit cognationem. Sed ſi in inſulam quis deportatus ſit, cognatio ſolvitur.

Quarto *in § pen. h. n.* interpretatur, quod dixit *in §. ult. tit. preced.* pertinens ad effectum capitis deminutionis, ac docet adgnationem tolli quacunque capitis diminutione, quamvis cognati, ſeu potius jura cognatis indulta (nam jura ſanguinis nulla civili ratione dirimi poſſunt. *ff. de diverſ. reg. l. jura* 8.) tantum maxima, vel media capitis deminutione tollantur. [quia jus pe- civitatis, & pro mortuis habentur. *l.* 3 *§. ult. pro ſoc.* ac proinde bonorum poſſeſſionem unde cognati a Pretore non vocantur. 7. *ff. unde cogn.* minimam autem capitis diminutionem paſſi gnationis jura retinent, & ideo ad mutuam ſucceſſionem ex edicto unde cognati vocantur. *§. 1. infr. de ſucc. cogn.*]

Agnati proximiores vocantur ad tutelam.

7. § a Quum autem ad adgnatos tutela pertineat: non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tantum, qui proximiores gradu ſunt: vel ſi plures ejuſdem gradus ſunt, ad omnes pertinet, veluti ſi plures fratres ſunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.) a Qui adgnati vocantur ad tutelam?

Quinto *in §. ult. h. n.* declarat quartum illud requiſitum in tutela legitima deferenda, ac docet eam non deferri ſimul omnibus adgnatis, ſed tantum adgnatis proximis. [Et his ſi plures ſint omnibus defertur uti & hæreditas. *infr. de legit. adgn. ſucceſſ.* ita tamen ut uni decerni poſſit adminiſtratio. *l.* 5. *§.* 2. *de legit. tut.* & nihilominus ad reliquos quoque ſpectet periculum, ſi male adminiſtrantem removeri non curaverint; bonis eorum ad hoc tacito pignore obligatis. *l.* 20. *C. de adm. tut.*]

AXIOMATA.

1. *Servus nullum caput habet, id eſt, ſtatum non habet.* §. 4.
2. *Quod non eſt, mutari, vel amitti nequit.* d. §. 4. *Vulgo dicitur. Non entis nullæ ſunt qualitates.*
3. *Dignitas a ſtatu differt.* §. 2.
4. *Manumiſſio cognationem, ſervitute amiſſam, non reſtituit.* §. pen.
5. *Proximior remotiori in tutela ſuſcipienda præfertur.* §. ult.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

TITVLVS XVII.

Ratio, ob quam patronorum tutela dicitur legitima.

a Unde legitima dicitur patronorum tutela?
b Qu re appell.tur legitima?

EX eadem lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela ad pratronos liberoſque eorum pertinet, [b] quæ & ipſa legitima tutela vocatur: non quia nominatim (in) ea lege de hac tutela caveatur: ſed quia perinde accepta eſt per interpetationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quod hæreditas libertorum libertarumque, ſi inteſtati deceſſerint, juſſerat lex ad patronos liberoſve eorum pertinere, crediderunt veteres voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & adgnatos quos ad hæreditatem (lex) vocat, eoſdem & tutores eſſe juſſerit, quia plerumque ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem diximus *plerumque:* quia ſi a fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem vocatur, quum alius ſit tutor.

IN tutela adgnatorum ſunt ingenui: in tutela patronorum liberti, illa eſt ex verbis legis XII. tab. hæc autem eſt ex ejus legis interpretatione, ducto argumento ab hæreditate ad tutelam. regula enim juris eſt, eum, qui precipit commodum hæreditatis, debere etiam ſubire onus tutelæ. *ff. de div. reg. jur. l. ſecundum naturam.* 10. *&* Nov. 118. *cap. antepen. & pen.* proinde cum lex patronum expreſſe vocet ad ſucceſſionem in bonis liberti, cenſetur tacite eundem vocare ad tutelam liberti ac dicitur tutela legitima, propterea quod ex legibus non ea tantum dicuntur eſſe, quæ ex verbis legum deſcendunt, ſed etiam quæ ex earum ſententia colliguntur. *D. de verb. ſign. l. nominis.* 6. §. 1. Si vis analyſim hujus contextus. I. Imperator ponit hanc concluſionem, tutelam patronorum eſſe introductam lege duodecim tabularum. II. in verſ. *quæ & ipſa*, addit alteram concluſionem, hanc tutelam vocari legitimam. intellige legitimam in anguſta ſignificatione, qua legitimam dicitur, quod eſt ex lege duodecim tabularum. III. In verſ. *non quia*, interpretatur eas concluſiones, ac docet hanc tutelam non eſſe ex verbis, ſed ex interpretatione legis duodecim tabularum. IV. In verſ. *eo enim ipſo*, proponit eam inter-

terpretationem, quæ legem loquentem de hęreditate producit ad tutelam, tanquam hæc conſequentia valeat. Patronus vocatur ad legitimam liberti hæreditatem; ergo etiam vocatur ad ejus tutelam legitimam. V. In verſ. *cum & adgnatos*, probat hanc conſequentiam ab exemplo adgnatorum. quod enim obtinet in adgnatis, etiam in patronis obtinere debet: id eſt, in utrisque valere debet eadem conſequentia: quia ubi eſt eadem ratio, debet eſſe idem jus. *D. ad legem Aquil. l. illud.* 32. VI. In verſ. *quia plerunque*, probat eandem conſequentiam a regula juris de commodo & incommodo, quæ plerumque obtinet. VII. In verſ. *ideo*, docet, cur dixerit *plerumque*, adjecta exceptione in perſonis, de quibus nunc agitur, id eſt, in patronis & libertis, quia patrona lege vocatur ad legitimam hæreditatem liberti, nullo autem modo vocatur ad tutelam liberti, propterea quod tutela eſt virile officium, a quo mulieres excluduntur. *D. de tut. l. tutela.* 16. *& C. quan. mul. tut. off. fungi poteſt. l.* 1. præter matrem & aviam, quibus ex ſpeciali privilegio tutela liberorum permittitur. *C. eod. l. matres.* 2. *& Nov.* 118. *cap.* 5. [donec ad ſecundas nuptias tranſeant modo inter geſta SC. Velleiani auxilio renuncient. *Auth. matri. cum ſeq. C. quand. mul. offic. tut.*] Dictæ exceptioni, quam Imperator ſumpſit a ſexu muliebri, addi poteſt & altera a minore ætate: quia minor 25. annis, licet poſſit eſſe hæres legitimus, tamen non poteſt eſſe tutor. *infr. de fiduc. tut. vers. ult. & C. de leg. tut. l. ult.* [Sed hujus tituli de Patronorum tutela, hodie quoque uſus non eſt, quia nec Patronatus jus a quo ille dependet, ſupereſt: niſi per indirectum, Domino ſcil. directo vaſallorum ſuorum tutelam ſuſcipiente. *arg. c. un. de ſucceſſ. fratr.* 2. *Feud.* 11.]

A X I O M A T A.

1. *Mulier non poteſt tutelam adminiſtrare*, pr. h. n. & §. i. *junct.* l. fœminæ. 2. D. de div. regul. jur.
2. *Ex lege eſſe dicitur, non ſolum quod eſt ex verbis, ſed etiam quod eſt ex mente & interpretatione legis. conjun.* l. nominis. 6. §. 1. ff. de verb. ſign.
3. *Regulariter valet argumentum ab hereditate ad tutelam.* verſ. eo enim ipſo. *conjun.* Nov. 11. cap. 5.
4. *Qui ſentit commodum, debet etiam ſentire incommodum.* d. verſ. eo enim ipſo. *& e contrario qui ſentit incommodum, debet etiam ſentire commodum.* infr. de legit. adgn. ſucceſſ. §. pen. & D. de div. reg jur. l. ſecundum naturam. 10.
5. *Ubi eſt eadem ratio, debet eſſe idem jus. conjun.* §. 1. verſ. pari ratione. ſupra quib. mod. jus poteſt. ſolv. & §. 1. verſ. ult. inf. de empt. & vend. & l. illud. 32. ff. de leg. Aquil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

TITVLVS XVIII.

Deſcriptio tutelæ legitimæ parentum.

a Quæ & cur; legitima eſt parentum tutela?

EXemplo patronorum recepta eſt & alia tutela, quæ ipſa & legitima vocatur. nam ſi quis filium, aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit.

PArentes, qui liberos emanciparunt, ſunt ſimiles patronis: quandoquidém ſicut ſervi manumittuntur, ita etiam liberi, cum emancipabantur, manumittebantur. *ſupr. quibus mod. jus patr. poteſt. ſolv. §. præterea. 6.* Theoph. *ibid.* Cajus *lib. 1. Inſt. tit. 6. §. ult.* & Boet. *in Top. Cic.* Quocirca parentes liberis emancipatis ſuccedunt quaſi patroni. *infr. de legit. agn. ſuc. §. ult.* & ad eorum in pupillari ætate conſtitutorum tutelam vocantur. *d. § præterea. in fin.* Hæc igitur tutela vocatur legitima: quia exemplo tutelæ patronorum colligitur ex mente & interpretatione legis XII. tab. ab Ulpiano autem appellatur fiduciaria: quia emens filiumfam. manumittendum, dicebatur pater fiduciarius: & cum pater naturalis filium patri fiduciario vendebat hoc pacto ut ſibi retro venderetur, videlicet ut ipſe manumitteret, contracta fiducia emancipare dicebatur. *infr. de legitima adgnator. ſucceſſione. §. ult.* quare ſive pater fiduciarius impuberem manumittebat, ſive pater naturalis, qui contracta fiducia emancipavit, is tutor fiduciarius nominabatur. Ulpianus *tit. de tut. §. qui liberum.* & vicem legitimi tutoris ſuſtinere dicitur. *ff. de legit. tut. l. tutela. 3. §. ult.* [Hodie Parentes indiſtincte liberorum ſuorum ſunt tutores ſeu adminiſtratores, nulla vel patriæ poteſtatis, vel emancipationis ratione habita, ita tamen ut delata liberis hæreditate alii adjungantur, ſi hoc magiſtratui pupillari conſultum videatur *v. Grot. lib. I. p. 6. in pr. & Groenew. hic.*]

AXIOMA.

Etiam eſt legitimum, quod ex exemplo ejus, quod lege erat introductum, deſcendit. t. h. n. add. l. 10. & ſeqq. D. de legib.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

TITULUS XIX.

Deſcriptio tutelæ fiduciariæ fratrum.

Eſt & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. nam ſi pater filium, vel filiam, nepotem vel neptem, vel deinceps impuberes manumiſerit: legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo defuncto, ſi liberi (ejus) virilis ſexus extant, fiduciarii tutores filiorum ſuorum vel fratris, vel ſororis efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi ſunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, ſi non eſſet a vivo patre emancipatus, poſt obitum ejus ſui juris efficeretur, nec in fratrum poteſtatem recideret, ideoque nec in tutelam. libertus autem, ſi ſervus manſiſſet, utique eodem jure apud liberos domini poſt mortem ejus futurus eſſet. [b] Ita tamen hi ad tutelam vocantur, ſi perfectæ ſint ætatis. quod noſtra conſtitutio in omnibus tutelis & curationibus obſervari generaliter præcepit.

a Quæ eſt tutela fiduciaria fratrum?

q Quæ ætas requiritur in tutoribus?

SI parens, cum alicujus ex liberis ſuis legitimus tutor eſſet, aliis quoque liberis perfectæ ætatis ſuperſtitibus deceſſerit, hi in tutelam fiduciariam ſuccedunt. quæ etiam tutela legitima dici poteſt quatenus nec teſtamento, nec a magiſtratu, ſed ipſo jure tutores conſtituuntur. *C. de legit. tut. l. Frater. 4.* ſed quia non ita poteſt ex lege duodecim tabularum colligi, ut tutela parentum: idcirco commode & ad diverſa tutelarum genera diſtinguenda accommodate, parentum legitima, horum fiduciaria tutela nuncupatur. Porro hac ratione modo pater fit tutor filii ſui, (id eſt, cum avus erat tutor nepotis, moriente avo pater tutelam ſuſcipit) modo frater fratris, modo patruus filii fratris, prout variis modis contingit, ut unus ex liberis tutoris defuncti ſuſcipiat tutelam alterius ex liberis ejusdem defuncti. Quod dixi, patrem fieri tutorem filii ſui fiduciarium, debet accipi cum hac limitatione, ut coanguſtetur ad patrem emancipatum. nam ſi integri juris ſit, non video, cur non ſit tutor legitimus: quandoquidem ut parens eſt ſimilis patrono, ideoque eſt tutor legitimus; ita etiam hic filius non emancipatus eſt ſimilis filio patroni. quare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ut filius patroni ſit tutor legitimus poſt mortem patroni, ita
tiam hic, qui eſt ſimilis filio patroni, debet fieri tutor legitimu
filius autem emancipatus non poteſt dici ſimilis filio patron
quia propter emancipationem lege xij. tab. pro extraneo hab
tur, [& ad patrem quamtumvis hæredem, jus patronatus, quo
avus in nepote habuit, non tranſit. *l.* 1. §. 1. *ſi a parent. man.*
ſic nec tutela, cui jus illud cauſam dedit, tranſire poteſt.] proind
non ſit tutor legitimus, ſed fiduciarius. Subjiciam ſpeciem, i
qua dicti caſus conjunguntur, id eſt, pater eſt fiduciarius tuto
filii ſui, & frater fratris; & patruus filii fratris. Finge Titium ha
bere tres filios, Primum, Secundum, Tertium, & ex primo nepo
tem Quartum, ex ſecundo nepotem Quintum. Primum eſ
perfectæ ætatis, Secundum mori, cæteros eſſe impuberes: omne
autem a Titio emancipari. certe Titius ex lege xij. tab. eſt tuto
legitimus Tertii, Quarti & Quinti. jam pone Titium decedere
Primus in tutelam ſuccedit, & eſt fiduciarius tutor Tertii fra
tris ſui, & Quarti filii fratris ſui, & ſi emancipatus fuit, etian
Quinti filii ſui. Jam vero ne omittam hujus difficilis tituli ana
lyſin, I. Imperator hanc tutelam proponit, & ait vocari fiducia
riam, unde nota, aliam eſſe tutelam legitimam vel ex verbis le
gis, ut adgnatorum, vel ex mente legis, ut patronorum: alian
eſſe legitimam & fiduciariam, ut parentum, qui tutores ſunt e
interpretatione legis duodecim tabularum, & ex contract
fiduciæ aliam eſſe tantum fiduciariam, de qua eſt hic ti-
tulus. II. Expoſiturus hanc tutelam fiduciariam in verſ
nam ſi pater, proponit legitimam parentis, ex qua hæ
oritur. III. In verſ. *quo defuncto*, declarat hanc tutelam
fiduciariam, & ait, mortuo parente tutore legitimo, liberos eju
in tutelam ſuccedere, ita ut fiant fiduciarii tutores filiorum ſuo-
rum, vel cæterorum, ut filiorum fratris. quod jam expoſui
IV. in verſ. *atqui patrono*, opponit exemplum filiorum patroni
qui non in fiduciariam, ſed in legitimam tutelam ſuccedunt:
unde idem videtur dicendum de filiis parentis. V. In verſ. *quo-
niam filius*, tradit differentiam inter filios patroni, & filios pa-
rentis, a me jam explanatam. VI. in verſ. *ita tamen*, quia ſupra
vocaverat filios parentis, dummodo eſſent maſculi, ad tutelam
fiduciariam, jam addit alteram limitationem, dummodo ſint
perfectæ ætatis, & generaliter minores viginti quinque annis ab
omni tutela excludit. [Sed fidudiaria hæc tutela pridem ſublata
fuit. *l.* 4. *C. de legit. tut. Nov.* 118. *c.* 5.]

A X I O M A T A.

Ætas tutorum legitima eſt viginti quinque annorum. l. fin. C. de legit. tutorib.

D E

DE ATILIANO TUTORE,

Et eo qui ex Lege Julia & Titia dabatur.

TITVLVS XX.

Si nemo ſit qui ex teſtamento, vel lege ad tutelam vocetur, judex competens tutorem dat, ut hoc tit. explicatur uſque ad finem.

Deſcriptio tutelæ dativæ, & ex quib. legib. deſcendat.

SI cui nullus omnino tutor fuerat : ei dabatur in urbe quidem a prætore urbano, & majore parte tribunorum plebis tutor ex lege Atilia : in provinciis vero a præſidibus provinciarum ex lege Julia & Titia. a Si nec a lege nec ex teſtamento tutor eſſet datus, ex quibus legibus dabatur tutor?

Qua in parte Imp. primo declarat jus antiquum, id eſt, legem Atiliam & legem Juliam & Titiam : quarum illa Romæ, hæ in provinciis pupillis proſpiciebant. Hoc enim jure tutorem dabant Romæ prætor urbanus, & major pars tribunorum plebis, id eſt, ſex tribuni. cum enim eorum numerus variaverit, tandem placuit decem creari. Hoc autem videtur contra jus interceſſionis favore pupilli receptum eſſe : quoniam alias plus poterat unus tribunus diſſentiens, quam omnes alii conſentientes : ſed hoc casu conſenſus majoris partis prævalebat. Porro hæc datio quatuor caſibus locum habet. I. Si nullus omnino ſit tutor, id eſt, nec teſtamentarius, nec legitimus. *in princ. h. n.* [aut qui ſub illis continentur, confirmandus & fiduciarius. *Vinn.* Sed quamvis teſtamentum irritum ſit quoad hæredes inſtitutos, tutela tamen teſtamentaria hodie non infirmatur. *per l. 31. ff. de teſt. tut. & l. ult. C. de reb. cor. qui ſub. tutel.*]

Datio in ſubſidium, ad ſupplendum defectum teſtamenti.

I. § [a] Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo datus fuerat : quamdiu conditio aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor dari poterat. [b] Item ſi pure datus fuerat : quamdiu ex teſtamento nemo hæres exiſtebat, tamdiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat : qui deſinebat eſſe tutor, ſi conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

a Quid ſi tutor ſit datus teſtamento ſub conditione, vel ex die? b Quid ſi heres non adeat?

II. Si pendeat conditio ſub qua, vel ex quo tutor teſtamento datus eſt. Dico *teſtamento*; quia lex tutorem pure conſtituit, non ex die, nec ſub conditione. §. 1. *h. n.* III. Si tutor in teſtamento pure ſit

ſit datus, ſed effectus teſtamenti pendeat, & hereditas jaceat n[illegible] mine adhuc eam adeunte. *d.§.5.h. n. vers.item ſi pure.* [*v.no ſup. in pr.hic.*]

Datio in locum capti ab hoſtibus.

a Quid ſi tutor ſit captus ab hoſtibus?

2. § a Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legib[illegible] tutor petebatur: qui deſinebat eſſe tutor, ſi is, qui capt[illegible] erat, in civitatem reverſus fuerat, nam reverſus recipieba[illegible] tutelam jure poſtliminii.

IV. Si tutor teſtamentarius, vel legitimus in hoſtium poteſta[illegible] te ſit. interim enim tutor a magiſtratu datur. §. 2. *h. n.* Quid captivus revertatur ab hoſtibus? Tutelam recipiet: ergo dativ[illegible] tutor eſſe deſinet. *d.§.2.h.noſtro.* Quid ſi ille apud hoſtes moria[illegible] tur? Cujacius & Hottomanus legitimo tutori locum faciunt. Mi hi probabilius videtur, eum tutorem manere, quem magiſtra tus dedit. *arg. l. quæſitum* 11.§.*ult.de tutelis.* [*v.l.9.§. 2.de tu[illegible] & rat. diſtr.*]

Conſulum ac Prætorum jus in dando tutore.

a An non & Conſules & Prætores tutorem dederunt? b Quare ad hos devoluta cura dandi Tutorem?

3. § a Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari poſteaquam primo conſules pupillis utriusque ſexus tuto res ex inquiſitione dare cœperunt, deinde Prætores e[illegible] conſtitutionibus. b Nam ſupradictis legibus neque de cau tione a tutoribus exigenda, rem ſalvam pupillis fore: ne que de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtratio nem, quidquam cavebatur.

Secundo *in* §.3.*h.n.* docet, quando, & quam ob cauſam hæ leges in deſuetudinem abierint. ac docet deſiiſſe tutores ex his legibus dari ex quo dari ex inquiſitione cœperunt, primum a conſulibus, deinde a prætoribus: quod fuit conſtitutionibus Principum introductum.*ff.de confir.tut.l.*1.§.1.Suet.*in Claudio.c.*23. Ratio cur dictæ leges diſplicuerint, ſumitur a duplici earum imperfectione: quia neceſſaria duo in eis prætermiſſa fuerunt. Unum eſt, ut tutor ſatiſdet rem pupilli ſalvam fore: de qua ſatisdatione dicetur *infr. t.*24. Alterum eſt, ut tutores nolentes adminiſtrare cogantur, debent enim captis pignoribus coerceri. *infr.d. tit.*24.*de ſatiſd. tutor.*§.*pen.*

Juriſdictio Prætorum & in hac re.

a Quibus Prætor, præfectus urbi, præſides dabant?

4. § a Sed hoc jure utimur, ut Romæ quidem præfectus urbi, vel prætor ſecundum ſuam juriſdictionem, in provinciis autem præſides ex inquiſitione tutores crearent,

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

vel magiſtratus juſſu præſidum, ſi non magnæ ſint pupulli facultates.

Tertio in 4. §. *h. n.* exponit jus novum: quo jure tutorem Romanis dat præfectus urbi, vel prætor ſecundum ſuam juriſdictionem; id eſt, præfectus tutorem dat illuſtribus, ſpectabilibus, & clariſſimis perſonis. *C. de tut. vel cur. illuſtr. perſon. l.* 1. Prætor ceteris. Non tamen hoc tutorem dandi jus habent vi juriſdictionis ſed quia nominatim hoc eis conceſſum eſt conſtitutionibus principum. *ſupr.* §. *prox.* & *D. de Tutel. l. muto.* 6. §. *tutoris dat.* distinguamus inter juriſdictionem urbanam, & provincialem: ac dicamus tutelæ dationem eſſe partem juriſdictionis urbanæ, non juriſdictionis provincialis, ſed in provincia ei competere, cui nominatim lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione principis conceſſa eſt. *d. l. muto.* 6. §. *Tutoris datio.* Ex hac conceſſione tutorem in provinciis dant præſides, aut ſi pupilli facultates exiguæ ſint, magiſtratus, id eſt, duumviri juſſu præſidum. non enim exiſtimandum, duumviros vi mandatæ juriſdictionis tutorem dediſſe: quia cum tutoris datio præſidi non competat jure magiſtratus, ſed ex ſpeciali conceſſione, ut modo expoſui, mandari nunquam potuit. *D. de officio ejus. l.* 1.

Quid juris ſit ex noviſſima conſtitutione.

5. § [a] Nos autem per conſtitutionem noſtram hujuſmodi difficultates hominum reſecantes: nec expectata juſſione præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti uſque ad quingentos ſolidos valeant, defenſores civitatum una cum ejuſdem civitatis religioſiſſimo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, vel juridicum Alexandrinæ civitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela ſecundum ejuſdem conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

a An & defenſores civitatum?

Quarto in §. 5. *h. n.* declarat jus noviſſimum, ut ſi pupilli facultates non excedant quingentos ſolidos, id eſt aureos, quorum duo & ſeptuaginta libram conficiebant. C. *de ſuſceptorib. l.* 5.) tutorem ei dare poſſint, non ſolum præſides, aut magiſtratus juſſu præſidum, defenſores civitatum una cum Epiſcopo, vel magiſtratus, (id eſt, duumviros) vel juridicum Alexandriæ, vide *l. Sancimus.* 30. C. *de epiſc. audien.* [Hodie judices ordinarii vel quibus id munus ab iis demandatum eſt tutores dant, & confirmant. Vid. *Groenew. ad* §. 4. *hic.*] Hic explicit tractatus de tutela dativa. Jam igitur expoſita ſunt omnia genera tutelarum, & omnes modi, quibus tutelæ conſtituuntur.

Ratio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Ratio introductionis tutelæ.

b Quæ ratio ſuaſit tutelam?

6. § a Impuberes autem in tutela eſſe naturali juri co[n]veniens eſt, ut is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius [tu]tela regatur.

Poſt hæc in §. *pen. h. n.* docet finem tutelæ, & inde *in* §. *u*[*lt.*] colligit ejus effectum. Finis eſt, ut pupillus a tutore regat[ur,] quia ſeipſum per ætatis imbecillitatem regere nequit. cum n[on] ſit perfectæ ætatis, id eſt, pubes. Obiter nota aliam eſſe ætate[m] legitimam, ſeu perfectam κατά τι, aliam ἁπλῶς. nam quod [ad] hoc ut aliquis non egeat tutore, legitima & perfecta ætas eſt p[u]bertas. *C. ſi mater indemn. promiſ. l. 2.* non eſt tamen hæc æ[tas] omnino & ſimpliciter & legitima & perfecta, quoniam ad huc [e]get curatore: ſed ſimpliciter ætas legitima, ſeu perfecta inci[pit] poſt annum viceſimum quintum completum. *C. de tempor.* [in] *integr. reſtit. l. ult. & de his qui ven. ætat. impetr. l. fin.* [*l. 1.*] *de minor. l. ult. C. de legit. tut.*]

Tempus reddendarum rationum.

a Quando ſunt tutelæ rationes reddendæ?

7. § a Quum ergo pupillorum pupillarumque tuto[res] negotia gerant: poſt pubertatem tutelæ judicio ratione[s] reddunt.

Effectus præcipuus eſt, quod poſt tutelam pubertate, vel a[lio] modo finitam, tutor rationem tutelæ geſtæ reddere tenetur ju[di]cio tutelæ directo, quod durante tutela moveri non poteſt. *ff.* [*de*] *tutel. & rat. diſtrahend. l. 1. §. ult. & l. niſi finita. 4. in pr.* J[u]dicium autem contrarium datur tutori contra eum, cujus tu[te]lam geſſit, ſi forte pro eo aliquid utiliter impendit, vel pro [eo] ſe obligavit. *infr. de oblig. quæ quaſi ex contr. §. tutores. 2.* [m[o]]ribus autem hodiernis quotannis rationes reddunt. *v. Groene*[*w.*] *in l. 14. C. de adm. tut. & clem. 2. §. ut autem. de relig. domi*[*b.*]

AXIOMATA.

1. *Naturali æquitati conſentaneum eſt, ut is, qui eſt imperfec*[*tæ*] *ætatis, alterius cura regatur. §. pen.*
2. *Finita tutela, ejus ratio reddenda.* §. 7. h. & l. 4. D. de tut. rat. diſtrah.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

D E
AUCTORITATE
TUTORUM.
TITVLVS XXI.

VIs ac poteſtas tutelæ in adminiſtratione & auctoritate tutorum maxime cernitur. nam vel ipſe tutor gerit, vel pupillo genti auctor fit. hinc duo ſunt tituli in D. &. C. *de adminiſtr t. & de auctor. tut.* De adminiſtratione loquutus eſt Imp. in fi: tit. præced. ubi docuit tutores adminiſtrationis ſuæ rationem tela finita reddere debere: conſequenter itaque tractat de auctoritate tutorum. Auctoritas eſt conſenſus præſentem alterius actum confirmans. nam auctoritas in ipſo negotio gerendo interponitur. §. *tutor. autem. 2. h. n.* alius eſt conſenſus actum præcedens, qui vocatur juſſus, vel mandatum: alius actum ſequens, qui appellatur ratihabitio.

Cauſæ, in quibus tutoris autoritas eſt neceſſaria.

AUctoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt, in quibuſdam non eſt neceſſaria, ut ecce ſi quid dari ſibi ſtipulentur, non eſt neccesſaria tutoris actoritas. quod ſi aliis promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris auctoritas. [b] Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere etiam ſine tutoris auctoritate: deteriorem vero non aliter quam cum tutoris autoritate. [c] Unde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis: ſi tutoris auctoritas non intervenerit: ipſi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur, at invicem pupilli non obligantur.

a Quibus cauſis eſt neceſſaria authoritas tutorum?

b Quæ ratio?

c Quid juris in obligationibus mutuis?

Quod ad ſeriem contextus attinet. Primo docet Imper. in quibus cauſis auctoritas tutoris ſit pupillo neceſſairia. ubi dat tres regulas. Prima regula eſt: Pupillus ſine tutore poteſt facere conditionem ſuam meliorem, non deteriorem: [tutor enim quaſi cuſtos eſt pupillo datus, ne rem ſuam perdat. *Fabrot.*] proinde poteſt alium ſibi obligare, non ipſe alteri obligari. *in princ. h. t.* Secunda regula eſt; Ex contractibus ultro citroque obligatoriis is, qui cum pupillo contrahit, obligatur, [pupillus enim jam intellectum habens recte ſibi dari ſine tutore ſtipulatur. *l. 9. ff. eod. l. 1. C. de auct. præſt.* aut aliquid ſibi remitti. *l. 2. ff. de acceptil.*

ad

ad acquirendum enim non indiget tutoris autoritate. *l.* II. *ff.*
acq. rer, dom.] ſed pupillum invicem obligatum non habet.
cipe, niſi pupillus dolum commiſerit, aut locupletior factus
Tribus enim ex cauſis pupillus obligatur ſine tutoris [auctor
te.] I. Si pubertati proximus dolum commiſit. II. Si locuplet
factus ſit. *ff. depoſ. l.* 1. §. *aut in pupillum.* III. Si obligatio
conſenſu ex re veniat, ut quia ſocius pupilli in rem comr
nem impendit. *ff. de obl. & act. l. furioſus.* 46. [*Coſtal in l.* I
commod.] Nota in pupillum locupletiorem factum dari act
nem utilem ex conſtitutione Divi Pii. *D. de negot. geſt. l. Ait P*
tor. 3. § *pupillus.* 4. *& commod. l. ſed mihi videtur.* 3. *in pri*
non tamen ex ea conſtitutione factam eſſe obligationem civil
ſed nihilominus manere naturalem: *D. hoc tit. l. Pupillus.* 5.
princ. Ergo ex naturali obligatione interdum actio datur. *D.*
oblig. & act. l. Naturales. 10. [natura enim æquum eſt, nem
nem locupletari cum alterius jactura. *l.* 14. *ff. de cond. indeb.*]

Adiri hæreditas a pupillo nequit.

a Poteſtne Pupillus adire hæreditatem vel bonorum poſſeſſionem petere?

1. § [a] Neque tamen hæreditatem adire, neque bonoru
poſſeſſionem petere, neque hæreditatem ex fideico
miſſo ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris auctorita
(quamvis [illis] lucroſa ſit) ne ullum damnum habeant.

Tertia regula eſt: Pupillus hæreditatem ſine tutore acquire
non poteſt, nec jure civili, nec jure prætorio: & neque jure di
cto, neque per fideicommiſſum. §. I. *h. n.* quia licet hæredi
ſit lucroſa, tamen pupillus non poteſt eam acquirere, quin i
plicetur oneribus & obligationibus hæreditariis: jam autem di
mus eum ſine tutore non poſſe obligari. [*d. l.* 9. *& l.* 8. *ff. de ac*
hær. Sic neque jure Can. ex voto pupillus obligatur ſine tuto
autoritate. *c.* 1. 2. *&* 3. 20. *qu.* 2. Atqui conditionem ſub qua p
pillus inſtitutus eſt valide implebit ſine tutore. quia ea explet
pure quaſi hæres eſt. *l.* 26. *ff. de condit. inſt. l.* 5. *de cond. & dem*
Unde notetur differentia inter hæreditatem & contractus. na
contractus pupilli poteſt claudicare, id eſt, fieri poteſt, ut contr
hens cum pupillo obligetur, quamvis pupillus ei non teneatu
hæreditatis autem acquiſitio non poteſt claudicare: quia non p
teſt pupillus eam acquirere, quin ejus onera ſubeat. Differenti
ratio eſt: quia qui cum pupillo ſine tutore contrahit, cum id ſpo
te faciat, ſi quod damnum patiatur, ſibi debet imputare: qu
niam aut ſcit, aut ſcire debet conditionem ejus cum quo contr
hit. *D. de divers. reg. jur. l. qui cum alio.* 19. creditoribus aute
hæreditariis non poteſt imputari, cur hæreditas ad pupillum
quo cum non contraxerunt, pervenerit.

Modi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Modus authoritatem interponendi.

2. § [a] Tutor autem ſtatim in ipſo negocio præſens de-
t auctor fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimaverit, poſt
npus vero, vel per epiſtolam interpoſita auctoritas, ni-
agit.

[a] Quando & quomodo interponenda authoritas?

Secundo *in* §. 2. *h. u.* docet quando, & quomodo auctoritas oris interponatur. nempe interponitur coram, & in ipſo ne- cio, id eſt, dum negocium a pupillo geritur, non poſt tempus, : par epiſtolam tutoris abſentis, nec per nuncium: [temeraria tem eſt approbatio ubi cognitio & conſilium non præceſſit. *l.* 1. *ff. h. tit.* eſtque hæc ſolemnitas inſtar formæ, ab actu non di- lendæ. *Tulden. hic cap.* 1. Hodie tamen, exploſa hac ſubtilita- , quocunque modo ex intervallo interpoſita tutoris actoritas gotium geſtum retro confirmat. *v. l.* 9. §. 5 *ff eod.* & *Groenw.* . *Sand. lib.* 2. *tit.* 4. *def.* 3. *verſ. porro.* Si vero tutor auctor i recuſet, non videtur cogi poſſe *l.* 1. *in fin. ff. h. tit.* etſi ex- diat: nam ſi pupillus inde damnum patiatur, id omne judi- tutelæ conſequetur *n.* 17. *ff. eod.*]

Modus, quo pupillis conſulutur, quos inter & tutores judicium agendum eſt.

3. § [a] Si inter tutorem pupillumque judicium agendum : quia ipſe tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt: non ætorius tutor (ut olim) conſtituitur, ſed curator in lo- m ejus datur: quo (curatore) interveniente judicium ragitur, & eo peracto, curator eſſe deſinit.

[a] Quid ſi inter pupillum & tutorem judicium agendum ſit?

Tertio in §. *ult. h. n.* docet, quo caſu tutoris auctoritas non mittatur in rem ipſus tutoris: veluti ſi tutor litem habeat cum pillo. proinde hoc caſu dandus eſt pupillo ſpecialis curator ad em. Sed noviſſime conſtitutum eſt, ut creditor, vel debitor pu- lli non admittatur ad tutelam. *Nov.* 72. *cap.* 1. [& ſi tutor tus ſe creditorem diſſimulat; jus crediti amittit. *Auth. Mino- .C. qui dar. tut.* quod tamen in teſtamentario tutore, quem functus creditorem vel debitorem ſcivit, non obtinet. *Montan. tut. c.* 9. *num.* 67. *Sand. lib.* 2. *tit.* 6. *def.* 1. *Fab. C. lib.* 5. . 20. *def.* 1. Fallit & in patre & avo. *Sand. d. tit.* 9. *def.* 2. *ouet. lit. T. arr.* 4. Moribuſque noſtris cum pœnæ legales pri- ntes aliquem jure ſuo in deſuetudinem abierint, nec in extra- o tutore locum habet niſi fraudis ſuſpicio accedat. *per l.* 1. & *pen. C. de in lit. jur. Groenw. d. Auth. Minoris.* & *Louet. d.* .] (niſi mater. *Nov.* 94. *cap.* 1. vel avia, quæ matri compa-

ratur. *Nov.* 118. *cap.* 5. [vel pater & avus *Sande d. lib.* 2. *tit.* 9. *def.* 2.]) & ſi poſt tutelam ſuſceptam incipiat eſſe pupilli debitor, aut creditor, ei adjungatur tutor vel curator. *d. Nov.* 72. *cap.* 2. Intellige hoc procedere, ſi is qui pupilli debitor, vel creditor eſt, ſolus tutor ſit. nam ſi habeat contutorem, eo autore lis peragetur, nec erit opus novas tutoris, vel curatoris datione *D. de admin. tut. l. ſi plures.* 24. *& C. de in litem dando tut. l.* 1.

AXIOMATA.

1. *Pupillus ſine tutore conditionem ſuam meliorem facere poteſt non deteriorem.* in princ.
2. *Ex contractibus ultro citroque obligatoriis, qui cum pupillo contrahit, obligatur; ſed pupillum invicem obligatum non habet.* in princ.
3. *Pupillus hæreditatem ſine tutore acquirere non poteſt, nec jure civili, nec jure prætorio: & neque jure directo, neque per fideicommiſſum.* §. 1.
4. *Favor pupilli facit contractum claudicare* verſ. unde. *non item hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem.* §. 1.
5. *Auctoritas coram in ipſo negotio interponi debet.* §. 2.
6. *Tutor in rem ſuam auctor fieri nequit.* §. ult. *conjun* l. 1. in princ. D. hoc tit. & l. 1. §. fuit jus quæſitum. ff. ad S C Trebellian.
7. *Finita cauſa finitur effectus.* d. §. ult.

QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

TITULUS XXII.

DE tutela in hoc libro quinque explicantur; I. quid ſit & unde dicatur: II. quot ſint ejus genera, & quibus modis, ſeu quibus conſtituatur: III. cur ſit introducta: IV. qui ſint ejus effectus: V. quibus modis finiatur. Ex illis quinque quæſtionibus, jam quatuor in ſuperioribus titulis ſunt perpurgatæ: ſuper eſt quinta de modis tutelam extinguentibus, qui quidem partim ſpectantur in ſolo pupillo, ut pubertas: partim in ſolo tutore, ut excuſatio, & remotio propter ſuſpicionem: partim in utroque, ut mors & capitis deminutio: partim in accidentibus, ut in conditione, ſub qua tutor datus fuit.

Prima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Primus modorum finiendi tutelam pubertas.

PUpilli pupillæque, cum puberes eſſe cœperint, (a) tutela liberantur. [b] Pubertatem autem veteres quidem non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autem majeſtas di-ıum eſſe caſtitate noſtrorum temporum (exiſtimans,) :ne putavit: quod in fœminis etiam antiquis impudi-ım eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis cor-ɔris, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideo (noſtra) ncta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſcu-s poſt decimum quartum annum completum illico ini-um accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœ-inis bene poſitam, (in) ſuo ordine relinquentes, ut poſt ıodecim annos completos viri potentes eſſe credantur.

a Quis modus finiendi tutelam primis?
b Quot annis æſtimatur pubertas?

Imp. Primo loquitur de pubertate, in qua dijudicanda veteres ıriarunt. Nam Caſſiani puberem eum eſſe dicebant, qui ex ha-ıtu coporis pubes apparet, id eſt, qui generare poteſt: Procu-ani autem eum qui quatuordecim annos explevit (videlicet ſi ſit ıaſculus, nam fœmina poſt duodecimum annum completum ıbes eſt:) verum Priſcus eum puberem vocabat, in quo utrum-ıe concurreret, teſte Ulpiano, *tit de tutel.* §. *ult.* Sed quia cor-ɔralis habitudinis, ſeu pubis inſpectio turpis Juſtiniano viſa eſt, ıbertatem ex ſolis annis æſtimari voluit, adeo ut poſt quar-ımdecimum annum completum maſculi, poſt duodicimum eminæ cenſeantur eſſe puberes. Jure autem canonico ſpectatur ıcultas generandi, adeo ut malitia ætatem ſupplente, etiam ıte duodecimum annum puberes dici poſſint. *extr. de de-onſat. impub. cap. Puberes.* 5. quo jure in ſolis nuptiis contra-endis utimur. [Hinc Macrob. lib. 1. ſat. c. 6. De tutela fœmi-æ, propter votorum feſtinationem, maturius biennio quam ueri, legibus liberantur.]

. Arrogatio. 3. Deportatio. 4. Servitus. 5. Captivitas.

1. § [a] Item finitur tutela, ſi adrogati ſint adhuc impu-eres, [b] vel deportati: [c] item ſi in ſervitutem pupillus re-igatur, [d] vel (ſi) ab hoſtibus captus fuerit.

a Quis ſecundus?
b Quis tertius?
c Quis quartus?
d Quis quintus?

Secundo in §. 1. *h. n.* de capitis deminutione impuberis, quæ ıtelam extinguit, ſive ſit maxima, ſive media, ſive minima;]uia non poteſt eſſe in turela, qui non eſt ſui juris. *ſupra de tute-a in princ.* In contextu exemplum minimæ capitis deminutionis

 eſt,

eſt, cum pupillus arrogatur: tuncque ejus bona acquiruntur arrogatori. *infr. de acquiſ. per arrogat.* Exemplum mediæ eſt, cum deportatur: tuncque bona confiſcantur. *ff. de bonis damnat. l. 1. in princ. & C. de pœn. l. Deportatorum.* 8. Maxime exemplum eſt, cum fit ſervus, quod duobus modis accidere poteſt, qui in contextu proponuntur. I. Si pupillus in ſervitutem redigatur: ſubaudi, tanquam ingratus erga patronum ſuum, a quo manumiſſus eſt. *ſupra de cap. dem. §. proxima. 1.* tuncque ſine dubio bona acquiruntur domino, in cujus poteſtarem retrahitur. II. Si capiatur ab hoſtibus. *infr. de rer. diviſ. §. item ea. 17.* Hoc caſu datur curator bonis. *ff. ex quib. cauſ. major. l. ab hoſtibus. 15. in princ.* Sed ſi pupillus ab hoſtibus revertarur, jure poſtliminii tutela reſtituitur, ut cætera. Barr. *hic.* Ne dicas eum fieri ſervum, ſi patiatur ſe venumdari quia hoc in pupillum non cadit, cum venditio non valeat, niſi is, qui patitur ſe venumdari, ſit major viginti annis. *ſupra de jure perſon. §. pen.* Quæro, ſi pupillus ſine capitis deminutione in patris poteſtatem redeat, ut quia patrem deportatum Princeps in integrum reſtituit, an tutela fineatur? Reſpondeo, ſi pater ſit homo frugi, tutelam finiri, quia patri adminiſtratio committitur. ſi vero pater pravis moribus præditus ſit, tutelam durare. *C. de ſent. paſſ. l. ult.* Hic igitur eſt ſpecialis caſus, in quo filiusfamilias tutorem habet. [Sed hodie neque captivitate vel minima capitis deminutione tutela finitur. *v. Groenw. in §. 4. hic.*]

6. *Exiſtentia conditionis.*

a Quis ſextus?

2. § [a] Sed & ſi uſque ad certam conditionem datus ſit (tutor) teſtamento: æque evenit, ut deſinat eſſe tutor exiſtente conditione.

Tertio in §. 2. *h. n.* loquitur de conditione, cujus eventus tutelam perimit, ſi uſque ad conditionem exiſtentem tutor datus fuerat, veluti, donec navis ex Aſia veniat. hic autem modus tutelæ teſtamentariæ proprius eſt. nam a magiſtratu tutor ſub conditione dari nequit. *ff. de tut. l. 6. §. ſub conditione.* [*l. 77. de R. I.* moribus tamen a magiſtratu quoque dari poteſt *v. Grot. introd. lib. 1. p. 7. in fin.*]

7. *Mors.*

a Quis ſeptimus?

3. § [a] Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum vel tutorum.

Quarto in §. 3. *h. n.* tractat de morte pupilli, vel tutoris. nam mors tutelam & generaliter omnia ſolvit *Nov. 22. orp. 26.* [quia perſonæ ſunt munia. *l. 196. de reg. jur.* ideoque tutela in hære-

dem

..m non tranſit, & ſi actiones tutelæ in eum tranſeant. *v. ff. fidejuſſ. tut.*]

8. *Capitis diminutio.*

4. § [a] Sed & capitis deminutione tutoris, per quam li-..ertas vel civitas amittitur, omnis tutela perit. Minima ..tem capitis deminutione tutoris, veluti ſi ſe in adoptio..item dederit, legitima tantum tutela perit, cæteræ non ..ereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio licet mi..ma ſit, omnes tutelas tollit.

a Quis octavus?

Quinto in §. 4. *h. n.* agit de capitis deminutione tutoris. Hic ..otentur duæ regulæ. I. Maxima, vel media capitis deminutio ..toris perimit tutelam: quia neceſſe eſt, ut tutor ſit homo li..er, & civis Romanus. II. Minima capitis deminutio tutoris re..ulariter non extinguit tutelam: quia tutor poteſt eſſe tam fi..usfamil. quam paterſamil. *ſupra. qui teſtam. tut. dari poſſunt, in ..ine.* Excipitur legitima tutela: non patronorum. Ulp. *tit. de tut. .. excepta.* nec ex novis legibus delata. *ff. de cap. minut. §. Tutelas.* .. ſed adgnatorum, quæ eſt ex verbis legis xij. tabularum: quia ..er minimam capitis deminutionem agnatio tollitur. *ſupra de le..it. adgnat. tutel. §. ult.* Sed hæc exceptio hodie non habet lo..um: quia legitima tutela hodie non defertur jure adgnationis, ..uæ eſt vinculum civile, ſed jure naturalis conjunctionis æque ..efertur cognatis atque agnatis. *Nov. 118. cap. 5.* [*adde not. ſup. ..d fin. §* 1.]

9. *Exiſtentia diei, ad quem eſt datus.*

5. § [a] Præterea qui ad certum tempus teſtamento dan..ur tutores, finito eo, deponunt tutelam.

a Quis nonus?

Sexto in §. *pen. h. n.* loquitur de tempore, quod tutelam finit. ..i tutor ad certum tempus intra pubertatem datus fuerit alioqui ..utela durat uſque ad pubertatem pupilli, ut in princ. tit. dictum ..uit. [*adde ſup. §. 2. in fin. dicta & not.*]

10. *Remotio ſuſpecti.* 11. *Excuſatio.*

6. § [a] Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel removentur ..n tutela ob id quod ſuſpecti viſi ſunt: [b] vel qui ex juſta cau..ſa ſeſe excuſant, & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt, ſecundum ea quæ inferius proponemus.

a Quis decimus?
b Quis undecimus?

Septimo in §. *ult. h. n.* mentionem facit excuſationis, vel remotionis tutorum [in perpetuum non ad tempus. *l. 16. ff. de tut. dat.*] de quibus cauſis pollicetur ſe poſterius dicturum, tit. ſcil. pen. & ult. hujus primi libri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

AXIOMATA:

1. *Ab his, quæ impudica ſunt, abſtinere oportet. in pr.*
2. *Maxima vel media capitis diminutio tutoris perimit tutela* §. 4.
3. *Minima capitis deminutio tutoris regulariter non extingu tutelam.* §. 4.
4. *Limitata cauſa parit limitatum effectum.* §. 2.

DE CURATORIBUS
TITVLVS. XXIII.

TUtelam pubertate pupilli finitam excipit curatio, quę eſt ac poteſtas in capite libero ad res adminiſtrandas, quas dom nus per ætatis, vel mentis aut corporis imbecillitatem recte a miniſtrare non poteſt. non enim ſolis adoleſcentibus curator dantur ſed & aliis ut hoc titulo declaratur.

I. *Minores accipiunt curatores.*

a Quibus dantur curatores? b Quæ ratio?

MAſculi (quidem) puberes, & fœminæ vi potentes, uſque ad viceſimum quintum a num completum curatores accipiunt: [b] qu licet puberes ſint, adhuc tamen ejus ætat ſunt, ut ſua negocia tueri non poſſint.

Primo loquitur Imperator de adoleſcentibus, quibus diſſol quinque quæſtines. I. Quæſtio eſt, a quo tempore, & uſque quod tempus accipiant curatorem, nempe curator eis datur initio pubertatis, uſque ad perfectam ætatem, id eſt, maſculis anno 14. fœminis ab anno 12. utriſque uſque ad annum 2 completum. [Paſſim autem receptum eſt ut tutela non finiat pubertate, ſed ultra porrigatur ad annum 25. completum ſi novo magiſtratus decreto: ut ſic tutela in curam tranſeat: n veniam ætatis impetrarint maſculi poſt annum 20. fœminæ pc 18. *l.* 1. *&* 2. *C. de his qui ven. ætat. imp.* Quin & legitin ætate completa non ſimpliciter pluribus locis a cura dimittuntu ſed cauſa cognita, autoritate judicis: quædam enim ingenia ta dius matureſcunt. *vid. Conſt. Leyd. art.* 100. an. 61. *&* §. *infr. hic.*] II. Quæſtio eſt, cur his perſonis detur curator: R ſpondet Imperator *in verſ. quia licet.* curatorem eis dari, ut e rum negocia curet, quæ ipſi tueri non poſſunt. Obſerva quoſda non poſſe ſe ipſos tueri, alios non poſſe ſua negocia tueri: il datur tutor. *ſupra de tutel.* §. *Eſt autem.* 1. his curator, ut *hi*

qu

…a tutor datur perſonæ. *ſupra qui teſtament. tut. dar. poſſ.* §. …æ. 4. curator rebus. *C. de nupt. l. in copulandis* 8.

Cutatores a magiſtratu & ex teſtamento.

1. §. Dantur autem curatores ab eiſdem magiſtrati… a quib. & tutores. Sed curator teſtamento non da… : datus tamen confirmatur decreto prætoris vel præ…is. a A quib. dantur curatores?

III. Quæſtio eſt, a quibus detur curator. Reſpondet Impera… *in.* §. 1. *h. n.* dari ab iiſdem magiſtratibus, a quibus datur tu…: teſtamento autem non dari, quia ſcilicet nulla lex hoc per…ſit. nam tutor ideo datur in teſtamento, quia lex duodecim ta…larum id permiſit. *ff. de teſtam. l.* 1. [hodie tamen & curator …tamento dari poteſt. *per not ſup. hic. vide Argentr. ad* C. *Bur.* …. 474. *gl.* 2. *nu.* 1. ſemper fere ex inquiſitione, decreto judicis …nfirmatur juxta *l.* 8. *&.* 10. *ff. de confirm. tut.*

Inviti adoleſcentes non accipiunt.

2. § a Item inviti adoleſcentes, curatores non accipiunt, …æterquam in litem. curator enim & ad certam cauſam …ri poteſt. Dantúrne invitis?

IV. Quęſtio eſt, an inviti cogantur accipere curatorem. Imp. §. 2. *h. n.* dat regulam & exceptionem. Regula eſt, curato…m adoleſcenti invito non dari. Alia ratio eſt tutoris, qui etiam …vito datur. *D. de tutor. & curat. dat. l. nec non.* 6. Exceptio …t, præterquam in litem. quod obtinet, ſive minor agat, ſive …nveniatur, argum. *l. Qui habet.* 3. §. *ſi pupillus.* 2. *ff. de tute*… [Hodie tamen indiſtincte minores etiam inviti curatores ac…piunt. *Vinn. hic,* & *Argentr. d. gl.* 2 *nu.* 4. *Buſ. in l.* 1. *de tu*…*l. nu.* 6. intereſt enim reip. ne quis re ſua male utatur. *Tulden.* …c.] Nota minorem poſſe res ſuas gerere, ſed non libere admi…ſtrare. *D. de minor. l.* 1. §. *ult.* quare ſine curatore non poteſt…s ſuas alienare. *C. de in integrum reſtit. min. l. ſi curatorem.* 3. …ur ergo hic tantum excipitur lis, non rerum alienatio? Quia …emo invitus res ſuas alienare cogitur: judicium autem reddi…r in invitum. *ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem.* 83. §. 1. & minor legitimam perſonam per ſe in judicio ſtandi non ha…et. *l.* 26. *C. qui legit. perſ. ſtand. in judic.* & ſententia adverſus …inores indefenſos lata nulla eſt. *l.* 54. *ff. de re. jud.*]

V. Quæſtio eſt, an curator detur certæ rei, vel certæ cauſæ, …am de tutore hoc fuit negatum. *ſupra qui teſtam. tut. dari poſſ.*

§ *certæ* 4. [ubi vid. not.] de curatore autem hoc in præſenti affirmatur. *d.* §. *item inviti. h. n. vers. curator.*

2. *Furioſi, prodigi.*

a Quibus præterea?

3. §. Furioſi quoque & prodigi, [a]licet majores viginti quinque annis ſint: tamen in curatione ſunt adgnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed ſolent Romæ præfectus urbi vel prætores, & in provinciis præſides ex inquiſitione eis curatores dare.

Secundo tractat de furioſis, & prodigis, qui curatorem accipiunt, vel legitimum, ut adgnatum ex lege xij. tab. vel dativum ſi nullus ſit legitimus tutor idoneus. §. *furioſi.* [dummodo etiam prodigis bonorum adminiſtratio judicis decreto ſit interdicta. l. 10. *ff. h. tit. l.* 27. *ff. de minor:* quæ non ceſſat, niſi ad ſanos mores rediiſſe, declaretur a judice. *v. Damhoud. de patroc. pup. tit.* 1 *tom* 8. *nu.* 33. *Argentr. ad C. B. art.* 497. *Rebuf. de ſent. proviſ. art.* 3. *gl.* 4. *nu.* 14. *Tuld. hic. c.* 4. *& inf. lib.* 2. *tit.* 12. c. 4. *& C. de curat. furioſ. nu.* 5. *Fach.* 2. *c.* 63.] Loquitur autem Imperator de furioſis ſui juris, majoribus viginti quinque annis. Nam ſi in patris poteſtate ſint, curatore non egent, nec poſſunt accipere curatorem. *C. de curat. furioſ. l. ult. in princ.* Si vero ſint ſui juris, & minores viginti quinque annis, curator eis datur potius ut ætati, quam ut dementiæ proſpiciatur. *ff. de tut. l. Qui habet.* 3. §. 1.

3. *Mente capti, ſurdi, &c.*

a Annon & aliis?

4. §. [a] Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt.

Tertio loquitur de mente captis, & ſurdis, & mutis, & perpetuo morbo laborantibus. §. 4. *h. n.* Hic quoque intellige has perſonas eſſe ſui juris, & perfectæ ætatis: quoniam harum perſonarum & furioſarum eadem eſt ratio, præterquam quod hæ ſemper accipiunt curatores a magiſtratu.

4. *Impuberes.*

a An non & aliquando impuberbus?

5. § [a] Interdum autem & pupilli curatores accipiunt: ut puta ſi legitimus tutor non ſit idoneus: quoniam habenti tutorem tutor dari non poteſt. Item ſi teſtamento datus tutor, vel a prætore, aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negocia ad-

miniſtret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[...]uiſtret: ſolet ei curator adjungi. Item loco curatorum, [...]i non in perpetuum, ſed ad tempus a tutela excuſantur, [...]lent curatores dari.

Quarto agit de pupillis; ac proponit duos caſus, quibus cura[...]es pupillis dantur; & unum caſum, quo non datur curator, [...] actor. Caſus eſt, ſi tutor teſtamentarius, vel legitimus ne[...]e ſit idoneus, neque fraudulenter ſe gerat. Nam ſi tutor ſit ido[...]us, non eſt opus ut ei curator adjungatur. Si vero fraudulenter [...]miniſtret, removendus eſt tanquam ſuſpectus, & in ejus lo[...]m alius tutor ſubſtituendus. Cum autem fraude caret, quia [...]tor manet, nec tamen ad gerendum eſt idoneus, neceſſe eſt ei [...]ratorem adjungere, non alium tutorem quia regula illa juris [...]ſtat, Tutorem habenti tutor dari non poteſt. §. *pen. h. n.* [Quę [...]men regula non unam patitur exceptionem. *l.* 21. §. *ult de ex.* [...]*ſat. l.* 39. §. 8. *de adm. tut. l.* 17. *de tutel. l.* 12. *l.* 15. *de tut. dat.* *& paſſim. C. in quib. cauſ. tut. hab.* hodieque cum tutorum & cu[...]ratorum nominibus promiſcue utamur, habenti tutorem ex cau[...]a tutor dari poteſt. *Vide Groenw. hic.*] Caſus eſt, ſi tutor teſta[...]mentarius, vel legitimus ad tempus excuſetur, quia nihilominus [...]utor manet. *d.* §. *pen. vers. item loco.* quod ſi in perpetuum ex[...]cuſetur, non facit locum curatori, ſed ei alius tutor ſubſtituitur. *C. in quibus caſibus tut. vel curat. hab. l. pen.* Quin etiam eo ca[...]ſu, quo tutor ad tempus excuſatur, alius tutor interim dari poteſt. *ff. de tutel. l. quæſitum.* 12. *& de ſuſpect. tutor. l. Tutor.* 3. §. *ſi quis abſuturus.* 10. *& de tut. & rat. diſtrah. l. ſi. tutor reipubli[...]cæ cauſa.* 9. *in princ.*

Actor aliquando datur.

6. §. [a] Quod ſi tutor adverſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit, vel infans ſit: quem velit actorem, periculo ipſius tutoris, prætor, vel qui provinciæ præerit, decreto conſtituet.

a Quid ſi tutor ſit aptus ſatis, ſed impediatur per valetudinem &c.

III. Caſus eſt, ſi tutor adverſa valetudine, vel alia neceſſitate, veluti dignitate, ætate, negotiorum pupillarium multitudine. *D. de adminiſt. tut. l. decreto.* 24. *in princ.* impediatur quominus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & neque excuſetur, neque pupillus præſens & major infante ſit. hoc caſu magiſtratus, vel tutor permiſſu ac decreto magiſtratus actorem ad lites, adjutorem ad negotia extra judicium gerenda conſtituit, quem ipſe tutor vult, quia periculum ad ipſum tutorem ſpectat, ſi forte is male adminiſtret, & aliquod damnum pupillo inferat. idemque in cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ratore gerere impedito obtinet. §. *ult. & ff. de negot. geſt. l. . . berto.* 31. §. *pen. & de tut. l. ſolet.* 31. §. 1. *& quan. ex fact. . tor. l. Tutor.* 6. *&* C. *de procur. l. neque.* 11. *& de actore a tut. ſeu curat. dan. l. un. & de apellat. l. ſi actor.* 10. Notandum . . tria hoc caſu requiri, ut actor, ſive adjutor detur. Primum . . ut tutor impediatur quominus negocia pupilli gerat: alioqu . . ctor, vel adjutor eſſet ſuperfluus. Secunda eſt, ut tutor n . . excuſetur: alioqui ſi excuſetur ad tempus, ei adjungetur cura . . Si vero in perpetuum, ſubſtituetur alius tutor, ut paulo ante . . ctum fuit. Tertium eſt, ut pupillus vel abſit, vel infans ſit. quo . . ſit præſens, & major infante, procuratorem tutore auctore c . . ſtituet. *D. de adminiſtr. tutor. l. decreto.* 24. *& C. de procurat. . neque.* 11. Unde obiter collige, propter impedimentum tuto . . modo alium tutorem dari, modo curatorem, quandoque p . . curatorem, interdum actorem, ſive adjutorem, ſecundum . . poſitam diſtinctionem.

AXIOMATA.

1. *Minores* 25. *annis negocia ſua tueri non poſſunt.* in princ.
2. *Curator in teſtamento non datur.* §. 1. *Datus autem confirma- tur.*
3. *Inviti adoleſcentes curatorem non accipiunt, niſi ad lites.* §. . .
4. *Curator ad certam cauſam dari poteſt.* §. 2.
5. *Si tutor non ſit aptus, licet probus, poteſt adjungi curator.* . . pen. h.
7. *Tutorem habenti tutor dari non poteſt.* §. pen.
7. *Tutor, vel curator poteſt actorem conſtituere.* §. ult. *non p . . curatorem.* C. de procur. l. neque. 11.

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM

TITULUS XXIV.

HActenus ſeorſum dictum eſt de tutoribus, ſeorſum de c . . ratoribus: deinceps tria eis communia enarrantur, ſatisd . . tio, excuſatio, remotio. Satisdatio eſt cautio, quæ fit datis fidejuſ- ſoribus. *ff. qui ſatisd. cognant. l.* 1. nam quæ fit datis pignoribus, minus proprie vocatur ſatisdatio. *D. de collatione bon. l.* 1. §. . *bet.* 8. hæc vero tutorem & curatorum ſatisdatio, id eſt, rem p . . pilli, vel ejus, qui in curatione eſt, ſalvam fore, quia eſt præto- ria. *D. de ſtipulat. præt. l.* 1. §. *cautionales.* 2. fidejuſſores deſid . . rat. *D. eod. l. prætoriæ.* 7.

Cau . .

Cauſa ſatisdationis, Et exceptio.

NEtamen pupillorum pupillarumve & eorum qui quæve in curatione ſunt, negocia a curatoribus tutoribusve conſumantur, vel deminuantur. [b] curet prætor, ut & tutores, & curatores eo nomine ſatisdent. [a] Cur requiritur ſatisdatio? [b] Quis curat ut fiat cautio?

3. Sed hoc non eſt perpetuum. nam tutores teſtamento dati ſatisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipſo teſtatore adprobata eſt. item ex inquiſitione tutores vel curatores dati, ſatisdatione non onerantur: quia idonei electi ſunt. [c] An omnes ſatisdant?

Primo Imper. rationem affert, propter quam tutores & curatores ſatisdare jubentur. nimirum ne pupillorum, vel eorum qui in curatione ſunt, negocia conſumantur, vel minuantur ideo tutores & curatores dicuntur ſatisdare rem pupilli, vel adoleſcentis ſalvam fore. *D.lib.46. tit.6.*

Secundo in vers. *curet*, declarat, ad quem pertineat cura, ut hæc ſatisdatio præſtetur. & ait pertinere ad prætorem: quia prætor ita caveri jubet. *infr. de diviſ. ſtipul.* §. *ult.* atque hæc cautio (ut dixi) Prætoria eſt. Dicitur ergo prætor curare, ut hæc cautio præſtetur, quemadmodum & aliæ prætoriæ cautiones ejus curæ incumbunt. *D. de dam. infect. l. eorum* 19. §. 1. Non tamen ipſe prætor, ſed actuarius, ſeu ſcriba ſatisdationem exigit, id eſt, fidejuſſores accipit. *infra hoc tit.* §. *ult.* & C. *de magiſtr. conven. l. ult.*

Tertio in vers. *ſed hoc*, excipit tutores taſtamentarios, & tutores, vel curatores ex inquiſitione datos, qui non tenentur ſatisdare, propterea quod idonei ſunt electi. [Paternum enim teſtimonium pro ſatisdatione eſt. *l.* 7. § 5. C. *de curat. furioſ.* neque enim tutor a patre niſi ſpectatæ fidei & diligentię eligi ſolet. *l.* 36 *ff. de excuſ. tut.* excipe tamen caſus. *l.* 8. *& ſeqq. de confir. tut.* & ubi locus eſt inquiſitioni ceſſat ſatisdatio. *l.* 8. *de cur. fur. l. ult.* §. 7. *de adm. rer. ad civ. per.* fides enim inquiſitionis pro vinculo cedit cautionis *ut ait Papinianus. l.* 13. *in fin. de tut. dat.*]

Nota primo, etiam inutiliter teſtamento datos & a magiſtratu confirmatos, ſatisdare non compelli. *D. de confirm. tutor. l. mulier.* 2. & *l. ult.*

Nota ſecundo excipi curatorem furioſi, qui niſi idoneam ſubſtantiam poſſideat, ſatisdare tenetur, etiamſi ex inquiſitione datus ſit. *C. de curat. furioſ. l. ult.* §. *ſi autem teſtamentum.* 6. *vers. ſin autem non talis.* teſtamento tamen datus non oneratur ſatisdatione. *d. l. ult.* §. *& ſi quidem.* 5.

Nota

Nota tertio, cauſa cognita patronum ſatisdare debere, v ei ſatisdationem remitti. *D. de legit. tutel. l. legitimos.* 5. §. 1. [Se licet hodie omnes omnino tutores ex inquiſitione dentur, tame ante quam ſe immiſceant adminiſtrationi tenentur tantum ju rato cavere de tutela fideliter atque utiliter adminiſtrand. *Nov.* 72. *in fin. v. Rebuf. de ſent. proviſ. art.* 3. *gl.* 2. *nu.* 7. *Chriſtin. ad ll. Mechl. tit.* 19. *art.* 7. *nu.* 4. *Sand. lib.* 2. *tit. def.* 9. Satis enim pupillis cautum videtur, per tacitam & lega lem hypothecam quam habent in bonis tutoris. *l.* 20. *C. de adm tut. Fab. C. lib.* 8. *tit.* 7. *def.* 1. Attamen hæc ſatisdatio ulte rior eorum prudentiæ & officio committitur, quibus hoc com miſſum eſt. *Grot. d. lib.* 1. *par.* 9. *nu.* 2. *Sand. & Rebuf d. loc* Sed ante quam tutor adminiſtrationem ſuſcipiat, inventariur rerum & bonorum pupilli ſolenne conficere tenetur. *l.* 7. *ff. d adm. tut. l.* 24. *C. eod.* quod & moribus receptum eſt, ita quamvis teſtator tutori id remiſerit & inventarium confici n luerit, nihilominus judex ex juſta cauſa id ei injungere poſſi *Montan. de tut. c.* 32. *tit.* 3. *Neoſtad. Cur. Holl. dec.* 20. *C var.* 2. *var. reſ.* 14. *nu.* 4. *arg. l.* 2. §. 44. *ff. ad S. C. Tertu junct. l.* 20. *ff. de confir. tut.*]

Si plures ſint dati teſtamento, vel a magiſtratu ex inquiſitione.

a Quid ſi plures ſint dati teſtamento, vel ex inquiſitione?

1. § [a] Sed ſi teſtamento vel inquiſitione duo pluresve dati fuerint: poteſt unus offerre ſatisdationem de indemnitate pupilli vel adoleſcentis, & contutori ſuo vel concuratori præferri, ut ſolus adminiſtret: vel ut contutor (aut concurator) ſatis offerens præponatur ei, ut & ipſe ſolus adminiſtret. Itaque per ſe non poteſt petere ſatisdationem a contutore ſuo vel concuratore: ſed offerre debet, ut electionem det concuratori vel contutori ſuo, utrum velit ſatisaccipere, an ſatisdare. [b] Quod ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum fuerit a teſtatore, quis gerat: ille gerere debet. Quod ſi non fuerit adſcriptum: quem major pars elegerit, ipſe gerere debet, ut edicto prætoris cavetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent; prætor partes ſuas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquiſitione datis comprobandum eſt: id eſt, ut major pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat.

b Quid ſi nemo offerat ſatisdationem?

Quarto in §. 1. *h. n.* docet, cum plures ſunt teſtamentarii, vel

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ex inquiſitione dati, ſatisdationem poſſe locum habere, licet non neceſſario præſtanda ſit, & hunc effectum parere, ut qui ſatiſdat, ſol tutelam, vel curationem adminiſtret. ſic enim diſtinguitur aut aliquis tutorum, ſeu curatorum ſatis offert, aut nemo. Ac i poteſt tertius caſus, ſi plures dationem offerant. Primo caſu ille ſolus adminiſtrat: niſi contutor, vel concurator velit ſatiſ re: quoniam oblatio a tutore contutori, vel a curatore concurat i ita fieri debet: *Aut ſatisda, & adminiſtra: aut ſatis a me ce e, & adminiſtrationem mihi relinque.* Sciendum tamen eſt ha optionem a prætore non admitti, niſi cauſa cognita: debent n a inſpicere, qualis ſit perſona, quæ ſatisdationem offert, & qu es ſint perſonæ contutorum, vel concuratorum. *ff. de teſta. tut. l. teſtamento.* 17. Secundo caſu ſi teſtator uni adminiſt tionem commiſit, is adminiſtrabit, niſi prætor juſta de cauſa onſilium teſtatoris improbet, aliique adminiſtrationem c mittendam cenſeat. *D. de admin tut. l. ſi plures.* 3. §. *quam-* 3. ſi vero teſtator nemini adminiſtrationem commiſerit, aut s ui commiſit, gerere nolit: tunc ille adminiſtrabit, quem ma- pars tutorum, vel curatorum elegerit. quod & in tutoribus d vis obſervatur. Sed ſi in eligendo diſſentiant, prætor auctoritem ſuam interponet. §. 1. & *d. l. ſi plures.* 3. §. *ſi non erit.* 7. I m ſi omnes tutores, vel curatores velint indiſtincte gerere aut a niniſtrationem inter ſe dividere, prætor eis debet aſſentiri. *d. l.*, §. *pen.* & *ult.* & *l. ſeq.* Tertio caſu, id eſt, cum plures ſa- t lationem offerunt, is cæteris in adminiſtratione præfertur, qui e magis idoneus. *D. de teſtam. tut. l. quod ſi plures.* 18.

ctio ſubſidiaria adverſus magiſtratum & ejus hæredes.

2. §[a] Sciendum autem eſt, non ſolum tutores vel cu- tores pupillis vel adultis cæteriſque perſonis ex admi- iſtratione rerum teneri: ſed etiam in eos, qui ſatisdatio- m accipiunt, ſubſidiariam actionem eſſe, quæ ultimum s præſidium poſſit adferre. Subſidiaria autem actio in s datur, qui aut omnino a tutoribus vel curatoribus ſa- ſdari non curaverunt, aut non idonee paſſi ſunt caveri.[b] quæ quidem tam ex prudentium reſponſis, quam ex onſtitutionibus imperialibus etiam in hæredes eorum ex- enditur.

a Teneturne magiſtratus, ſi nullam vel non idoneam exegerit ſatisdationem?

b An & magiſtratuum hæredes?

Quinto in §. *h.* & §. 2. *ult. h. n.* declarat effectum dictæ ſa- ſdationis, ac docet ex ea teneri non ſolum ipſos tutores, vel urators, & eorum hæredes. *ff. de fidej. tutor. l. cum oſtendimus.* . ſed etiam fidejuſſores, & eorum hæredes. *D. eod. l. etiam.* 7.

nec

nec non eos, qui ſatiſdationem exigere debent, ut in municip duumviros. *D. de magiſtr. conv. l.* 1. in urbe ſcribas, *C. eod. ult.* & eorum hæredes. *d. §. ſciendum. h. n.* [ita tamen ut hæred non niſi ex dolo & lata culpa defuncti teneantur hic. *l.* 4. *ff. mag. conven. & l.* 2. *C. eod.* quamvis tutores etiam præſte culpam levem. *l.* 33. *de adm. tut.* non leviſſimam. *l.* 7. *C. ar tut.*] Obiter autem *in §. penult.* interjicit hanc doctrinam, quo tutores, vel curatores ſatisdare nolentes, ad id coguntur captis p gnoribus. [imo & removeri poſſunt ſine nota tamen, niſi frau appareat. *l.* 1. *C. h. tit. Perez. hic.*] quoniam hoc introductu fuit ex iiſdem conſtitutionibus, ex quibus in §. præcedente d xerat actionem ſubſidiariam dari in hæredes eorum, qui aut nu lo modo, aut non idonee caveri curaverunt. Subſidiaria vero a ctio dicitur: quoniam hi non tenentur, niſi in ſubſidium, videl cet cum alii, quos ſupra teneri diximus, ut tutores vel curatore eorumque fidejuſſores, & hæredes non ſunt ſolvendo. [Hodie ta men hæc ſubſidiaria actio vix in uſu eſt. diſi dolo malo egiſ convincantur, aut culpa dolo proxima. *Buſ. in l.* 1. *ff. de mag conven. Zyp. Notit. de tutor. circa fin. Chriſt. ad L. M. tit.* 1 *art.* 10. *nu.* 7. 8. *& Dec.* 181. *nu.* 4. *vol.* 3. *vid. & Everb. con* 91. *nu.* 1. *Vinn. §. ult. hic.*]

Ordo circa cautionem.

a Quid fiet ſi cavere nolint tutores?

3. § a Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, u niſi caveant tutores & curatores, pignoribus captis, coer ceantur.

Magiſtratus, qui tenetur, deſcriptio.

a Qui magiſtratus tenentur actione ſubſidiaria?

4. § a Neque autem præfectus urbi, neque prætor, ne que quiſquam alius, cui tutores dandi jus eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo qui ſatiſdationem exige re ſolent.

AXIOMATA.

1. *Tutores vel curatores non debent pupillorum, vel eorum qui in curatione ſunt, bona conſumere, aut deminuere.* in princ.
2. *Eorum, qui teſtamento dati ſunt, fides eſt approbata a teſtatore.* in fin. princ.
3. *Inquiſitio eſt loco ſatiſdationis.* in f. pr.
4. *Is præfertur, quem pater eligit.* §. 1.
5. *Majoris partis conſenſus prævalet.* §. 2. conjun. l. 7. §. ult. ff. de pact.

6. *Caut*

Cum lis oritur prætor ſe interponere debet. §. 1. in f. junct. l. Quidam exiſtim. 21. D. de reb. cred.

Paria ſunt non ſatiſdare vel non idonee. §. l. 1. quotiens. 6. D. qui ſatiſd. cogunt.

Tutores & curatores adminiſtrare compelluntur. §. 2. conjun. §. ſed ex his legibus. ſupra de Atilia. tuto.

Ubi eſt negligentia ibi eſt pœna. §. fin.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

TITULUS XXV.

QUia tutela eſt onus, merito placuit juſtas excuſationum cauſas admitti: de quibus hoc tit. agit. qui quidem omnibus tu[tori]bus & curatoribus communis eſt. omnes enim ſe excuſare [poſ]ſunt, dummodo juſtam aliquam excuſandi cauſam habeant. [i]n *hoc tit.* §. *qui autem.* 16. quamquam Cujac. *in not. ad Ul[pia]num tit. de tutelis.* §. *ſi capite. in verbo, abdicare,* negat legi[ti]mos tutores excuſari, quæ ſententia refellitur *l.* 1. *C. de legit. t[ut].* & *l. ſi ſororis.* 9. *C. qui dar. tut. vel. cur. poſſ.* & *Nov.* 118. c. 5.

Primo itaque Imp. ſexdecim cauſas excuſationum tutoribus & curatoribus communes declarat. quarum aliæ excuſant in per[pet]uum, ut numerus liberorum: aliæ ad tempus, ut adminiſtra[tio] rei fiſcalis. Rurſus pleræque excuſant a tutela ſuſcipienda, non [ſ]uſcepta, nimirum quæ pro libitu poſſunt vel proponi, vel o[mi]tti: nonnullæ etiam a tutela, vel curatione ſuſcepta, ut mino[rib]us 25. annis, & militibus. Sed ſingulas excuſationum cauſas [br]eviter exponere, non erit inutile. [Quæ tamen hodie apud [no]s rariores ſunt, & fere arbitrio magiſtratus ex æquo & bono [d]ecidendæ relinquuntur. *Grot. l.* 1. *p.* 7. *nu.* 23.]

1. *Numerus liberorum.*

EXcuſantur autem tutores & curatores variis ex cauſis: plerumque tamen propter liberos, ſive in poteſtate ſint, ſive emancipati. Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque: a tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cæterorum munerum nam & tutelam & curam pla- a Quæ eſt prima cauſa excuſandi?

cuit

b Quid juris in adoptivis liberis? c Quid in nepotibus? d Quid in liberis mortuis?

cuit publicum munus eſſe. [b]Sed adoptivi liberi non pr
ſunt. In adoptionem autem dati, naturali patri proſu
[c]Item nepotes ex filio proſunt, ut in locum patris ſui ſu
cedant: ex filia non proſunt. [d]Filii autem ſuperſtites ta
tum ad tutelæ vel curæ muneris excuſationem proſur
defuncti autem non preſunt. Sed ſi in bello amiſſi ſun
quæſitum eſt, an proſint? Et conſtat eos ſolos prodeſſ
qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro republica ce
derunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.

I. Cauſa eſt numerus liberorum: unde excuſatio perpe competit. *in princ. h.n.* Quatuor autem hic requiruntur ut exc ſatio locum habeat. Primum eſt, ut ſaltem ſint tres liberi Ror vel quatuor in Italia, vel quinque in provincia. [Sic & in Friſ 5. liberi excuſant. *Sand. lib. 2. tit. 9. def.* 8. & in Gall. *Pape lib.* 15. *tit,* 5. *arr.* 11. moribus vero noſtris non obtinere ſeri *Groenw. hic.* quod tamen judicis arbitrio ſecundum qualitate perſonarum, & rerum, relinqui debet. *vid. Criſtin. ad C. M. t.* 1 *ar.* 1. *nu.* 4. *in addit. & dec.* 17. 4. *vol.* 3.] Secundum eſt, ut ſi liberi jam nati. *D. hoc. tit. l. Excuſantur.* 2. *§. qui autem.* 6. Te tium eſt, ut ſint legitimi & naturales. *d. l. Excuſantur.* 2. *§.* *gitimos.* 3. nec refert, utrum ſint in poteſtate, an emancipa vel in adoptionem dati. Quartum eſt, ut ſint ſuperſtites, vel acie amiſſi: alias liberi defuncti non proſunt ei, qui vult a tute vel cura excuſari: ipſorum autem defunctorum liberi ſuperſti proſunt, ut puta mortuo filio, nepotes ex eo proſunt: ita ut quo cumque ſint, pro uno computentur: quia eatenus proſunt, qu tenus patris ſui defuncti perſonam repræſentant. Hoc divus M cus reſcripſit in ſemeſtribus, quibus ea, quæ ad jus pertinent, decreta, complexus eſt. Nam annus jure Romano dividitur i duas partes, æſtatem & hiemem. *D. de aqua quotid. & æſti. l.* *§. æſtatem.* ac ſex menſibus æſtivis Imperatores bella gerere, ſe hibernis conventus agere, & jus dicere ſolebant Theoph. *in eadem.* 4. *ſupra qui & ex quib. cauſ. man. non poſſ.*

Adminiſtratio rerum fiſci.

a Quæ eſt ſecunda cauſa?

I. § [a] Item divus Marcus in Semeſtribus reſcripſit, eum qui res fiſci adminiſtrat, a tutela vel cura, quamdiu admi niſtrat, excuſari poſſe.

II. Rerum fiſcalium adminiſtratio, quæ excuſationem tem poralem tribuit. §. 1. [uti & adminiſtratio rei Principis privatæ *l.* 41. *ff. h.tit.* referuntque huc & alios adminiſtratores ex *l.* 1 C *C. eod. l. ult. C. qui dare tut. l.* 22. *§.* 1. *l.* 40. *ff. eod.* Hodie tame

no

cuntur, niſi hoc, propter negociorum multitudinem, judici æquum videatur. *Vid. Groenew. d. l.* 10, Ceſſante autem adminiſtratione ceſſare debet excuſatio. *Perez. hic.*]

Abſentia reipubl. cauſa.

.§. [a] Item qui reipublicæ cauſa abſunt, a tutela vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores (ti) deinde reipubl. cauſa abeſſe cœperint, à tutela vel cura excuſantur, quatenus reipublicæ cauſa abſunt: & interea curator loco eorum datur: qui ſi reverſi fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro quinto Reſponſorum ſcripſit. nam hoc ſpatium habent ad novas tutelas vocati. a Quæ tertia?

III. Abſentia Reipub. cauſa, quæ ſimiliter ad tempus excuſat & interim curator datur à magiſtratu. *ſupra de curator.* §. ne. Hic autem adhibetur diſtinctio: quoniam à tutela ſive cura ante abſentiam ſuſcepta tamdiu excuſatur, quamdiu abeſt, ac reverſus tutelæ onus ſtatim ſubire cogitur. à nova autem, id eſt, à tutela ſuſcipienda, quæ ſibi delata eſt poſtquam abeſſe cœpit, non tantum excuſatur quamdiu abeſt, ſed etiam intra annum ex quo reverſus eſt. §. 2. *h. n.* & *ff. eod l. non ſolum.* 10. *in princ.* [Quinam vero Reip. cauſa abeſſe cenſeantur *v. l.* 32. 35. 38. *ff. ex* ... *b. cauſ. major.*]

Poteſtas.

3. §. [a] Et qui poteſtatem aliquam habent, ſe excuſare poſſunt, ut divus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam tutelam deſerere non poſſunt. a Quæ eſt quarta?

IV. Poteſtas ſive imperium. §. 3. *h. n.* omnes enim magiſtratus, etiam municipales, excuſantur. (*D. eod. l. ſi duas.* 6. §. *πέμπτη.*) à tutela eo tempore delata, quo honorem gerunt: antea ſuſceptam deponere non poſſunt: quia poteſtas à tutela ſuſcepta excuſat, non a ſuſcipienda. *d.* §. *hoc noſtro.* & *D. eod.* *non tantum.* 17. §. *ſane. l. adminiſtrantes.* 41. §. 1. [Ita quoque in Friſia obtinet. *v. Sand. d. lib.* 2. *tit.* 9. *def.* 6. Galliæ vero noſtris moribus non convenit. *Groenew. hic.* quia eos honores affectant plerique. *Cujac. ad l.* 2. *ff. h. tit.*]

Lis.

4. §. [a] Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excuſari non poteſt niſi forte de omnibus bonis, vel hæreditate controverſia ſit. a Quæ quinta?

V. Lis cum pupillo, vel adoleſcente: dummodo ſit lis d omnibus bonis, vel de majori parte bonorum, vel de hæreditat §. 4. *h. n.* & *D. eod. l. propter litem.* 21. *in princ.* &. *C. eod. l. ut allegat.* 16. hodie vero quæcumque lis obſtat, quamvis al quis tutelam, vel curationem ſuſcipere poſſit. *Nov.* 72. *cap.* *Lege notata ad* §. *ult. ſupra de auctor. tutor.*

Onus tutelarum.

Quæ ſextat?

5. §. [a] Item tria onera tutelæ non adfectatæ, vel cur præſtant vacationem, quamdiu adminiſtrantur: ut tame plurium pupillorum tutela vel cura eorundem bonorum veluti fratrum, pro una computetur.

VI. Onus trium tutelarum vel curationum §. 3. *h. n.* [] una ſcil. domo: etſi in plures perſonas adminiſtrationes diſtr butæ ſint: modo unius periculo adminiſtrentur. *l.* 4. §. *fin. l. bis. Tuld. hic. c.* 8.] Ubi duo ſunt notanda. Unum eſt, onus a fectatum non prodeſſe, id eſt, ſi quis tutelas, ſive curationes a quas captaverit, hæ ab alia tutela, vel cura excuſationem n tribuunt. Alterum eſt, non tam ſpectari numerum tutelarum vel curationum, quam onus. nam interdum tres tutelæ pro u computantur, ut tutela trium fratrum, quorum patrimoniu eſt indiviſum. *d.* §. *h. noſtro.* & *ff. eod. l.* 3. [ſecus ſi ſit diviſu *l.* 31. § *ult. eod.*] quandoque una pro tribus habetur, videlice valde amplum & diffuſum ſit pupilli vel adoleſcentis patrim nium. *D. eod. l. ſi is qui.* 31. § *ult.* Honoraria vero tutela, eſt, quæ honoris cauſa ſine onere adminiſtrationis defertur, n prodeſt. *D. eod. l. ſpadonem.* 15. §. *ſi civitatis.*

Paupertas.

Quæ ſeptima?

6. §. [a] Sed & propter paupertatem excuſationem trib tam divi fratres, quam per ſe divus Marcus reſcripſit, quis imparem ſe oneri poſſit docere.

VIII. Paupertas, propter quam aliquis oneri tutelæ fere do impar eſt, (ut tam divi fratres, M. Antonius, & L. Veru quam Divus Marcus per ſe reſcripſerunt. §. 6. *hoc n.*) [*v. l.* & *l.* 40. §. 1. *ff. eod.* ut quia vitæ ſuæ neceſſaria in dies co quirere debeat, & tales ſint pupilli facultates, quæ non perm tant tutorem ab adminiſtratione abſcedere. *d. l.* 7. & 40. §. ita ut tutor pauper, fidelis tamen & diligens, non à tutela, ſed adminiſtratione rerum ob ſupervenientem calamitatem rem veri ſoleat. vide *Zyp. Notit. de Tut. verſic. non omnes.*].

Adver

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Adverſa valetudo.

7. §. [a] Item propter adverſam valetudinem, propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet. Quæ octava?

VIII. Adverſa valetudo, quæ talis eſt, ut aliquis ne ſuis quidem negotiis vacare poſſit. §. 7. *h. n.* Hæc cauſa vel ad tempus, vel in perpetuum excuſat, pro ut eſt valetudo magis, aut minus diuturna. *D. eod. l. idem.* 12. *in princ.* & tam à tutela ſuſcepta, quam a ſuſcipienda excuſat. *D. eod. l. & non tantum.* 11. *l. poſt ſuſceptam.* 40.

Literarum imperitia.

8. §. [a] Similiter eos, qui literas neſciunt, eſſe excuſandos, divus Pius reſcripſit: quamvis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negociorum ſufficere. Quæ nona?

IX. Imperitia literarum, quæ quidem excuſat, niſi prudentia & rerum experientia hunc tutoris, ſeu curatoris defectum ſuppleat. §. 8. *h. n.* (ubi partic. *quamvis*, non eſt nota ampliationis, ſed correctionis, ut partic. *licet, in l. in rem.* 23. §. *ſed & id.* 3. *D. de rei vindic.*) & *D. eod. l. ſi duas.* 6. §. *ultim.* [. ſcil. ſi tutela ſit modica & expedita. *d. l.* 6. §. *ult.* alias ei peritus literarum adjungitur: qui rerum adminiſtrationem in ſe ſuſcipiat, vel pupilli ſumtibus opera aliorem utitur, ad inventarium & rationes conficiendas. *Perez. hic.*]

Datio ob inimicitias.

9. §. [a] Item ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem: [b] ſicut per contrarium non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant. Quæ decima? b Quid ſi quis promiſerit ſe adminiſtraturum?

X. Cum tutor propter inimicitias, id eſt, ut tutela oneretur, & judicio tutelæ vexetur, à patre pupilli datus eſt. Hanc excuſationem, & alias, ſi quas habet, amittit, qui patri pupilli pollicitus eſt ſe tutelam geſturum. §. 9. *h. n. & ff. eod. l. ſpadonem.* 15. §. 1.] fidem enim ſervare debet. *l.* 1. *ff. de pact.* quamvis alias ſe excuſare poſſet. *l.* 15 §. 1. *ff. h. tit. Fac. l.* 19. *in fin. ff. de teſt. tut.*]

Ignotus an excuſet.

10. §. [a] Non eſſe autem admittendam excuſationem ejus, qui hoc ſolo utitur, quod ignotus patri pupillorum ſit, divi fratres reſcripſerunt. Quid ſi quis ignotus patri fuerit?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

XI. Si quis ſit ignotus patri pupilli, a quo tutor in teſtamento datus eſt. ſed hæc excuſatio reprobatur. §. 10 *h. n.* Intellige non eſſe teſtatori notum propria quadam & familiari ratione, ſed nihilominus eſſe notum fama propter eximiam probitatem ac prudentiam. Alioquin ſi teſtator omnino ignotum tutorem daret, non certo conſilio conſuleret pupillo, quod eſt abſurdum. *infra de legat.* §. *ſed nec hujuſmodi.* 27.

Inimicitiæ capitales.

Quæ eſt undecima?

11. §. [a] Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit: ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit: a tutela vel cura ſolent excuſare.

XII. Si tutor capitales inimicitias ſine reconciliatione cum patre pupilli exercuit. §. 11. *h. n.* [vel cum pupillis ſive, *adultis. l.* 3. §. 12. *ff. de ſuſpect. tut.*] ſed eo ipſe quod tutor teſtamento datus eſt, reconciliatio ſecuta videtur, niſi teſtamentum ſit inimicitiis vetuſtius. *D. eod. l. ſi duas.* 6. §. *dat remiſſionem.* 7.

Controverſia ſtatus.

Quæ duodecima?

12. §. [a] Item is, qui ſtatus controverſiam à pupillorum patre paſſus eſt, excuſatur a tutela.

XIII. Si tutor a patre pupilli controverſiam ſtatus paſſus eſt, id eſt, ſi pater pupilli judicium liberale, ſeu præjudiciale contra eum exercuit, aſſerens eum eſſe ſervum aut libertum. §. 12. *h. n.* [*l.* 14. *ff. de bon. quæ lib.* idem ſi tutor pupillo, vel adoleſcenti curator eandem moverit quæſtionem: modo non ficte, ut a tutela excuſaretur. *l.* 6. §. *pen. ff. h. tit.*]

Ætas.

Quæ decima tertia?

13. §. [a] Item major ſeptuaginta annis à tutela & cura ſe poteſt excuſare. minores autem viginti quinque annis, olim quidem excuſabantur: noſtra autem conſtitutione prohibentur ad tutelam vel curam aſpirare: adeo, ut nec excuſatione opus ſit. Qua conſtitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: quum ſit incivile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire.

XIV. Ætas ſenilis, id eſt, major ſeptuaginta annis. [*v. l.* 2. *ff. hic l.* 3. *de jur. immunit. l. un. C. qui ætat. ſe exc. l.* 103. *C. de decurion.*] Minores autem 25. annis non egent excuſatione, quia nec inviti, nec volentes admittuntur ad tutelam, vel

cura-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

curationem gerendam. §. 13. *h. n.* & *infr. de fiduciaria tut. verſ. ult.* hoc excepto, quod ſi minor 25. annis tutor in teſtamento detur, poſt ætatem perfectam tutor fiet. *ſupra qui teſtam. tutor. dari poſſ. §. furioſi.* 2. [non enim ferendum eſt eundem ſub cura eſſe & curatorem conſtitui. *text. in l. ult. C. de teſt. tut.*]

Militia.

14. §. [a] Idem & in milite obſervandum eſt, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur. [a] Poteſtne miles excuſari?

XV. Militia. Hic notetur excuſationem proprie locum habere in veterano, qui militia miſſus eſt. *ff. hoc tit. l. ſed & milites.* 8. [ſcil. honeſte, & hic excuſatur a tutela paganorum: non vero a tutela una filiorum conveterani: ceteri, non veterani, anni tantum vacationem habent. *l.* 8. *& l.* 10. *ff. h. tit. l.* 1. *C. de excuſ. veter.*] nam miles cum ne quidem volens ad tutelam admittatur, non magis eget excuſationn, quem minor viginti quinque annis. §. 14. *h. n.* [cum tamen milites noſtri in longinquas regiones non mittantur ibique hibernent uti Romani: ideo moribus noſtris tutores dari poſſunt. *Groenew. hic.* ubi ait idem in Gallia obſervari, niſi quod milites ad cuſtodiam Regis deputati excuſentur *teſte Autum. in l.* 4. *C. qui dari tut poſ.*]

Profeſſio artium.

15. §. [a] Item Romæ grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, a tutela & cura habent vocationem. [a] Quæ eſt decima quarta?

XVI. Publica profeſſio. Hic tria requiruntur, ut excuſatio locum habeat. Unum eſt, ut grammaticam vel rhetoricam, vel medicinam profiteantur, vel Romæ quæ eſt communis patria omnium civium Romanorum. *d. l. ſi duas.* 6. §. *Romæ.* 11. & *ff. ad municipalem. l. Romæ.* 33. Tertium eſt, ut is qui vult ſe excuſare, non ſit ſupernumerarius, ſed intra numerum ſtatutum. §. 15. *hoc noſtro*, de quo numero vide. *d. l. ſi duas.* 6. §. *Eſt autem.* 2. Qui tamen valde ſunt eruditi, propter excellentiam doctrinæ excuſatione fruuntur, etiam ſi extra numerum ſiut, vel in aliena patria degant. *d. l. ſi. duas.* 6. §. *valde.* 10. [Sic & legum doctores in conſilium Principis aſſumti excuſantur. *d. l.* 6. §. 1. 10. 12. & hi aliique relati in *d. l.* 6. excuſantur ſi in aliqua Academia publici profeſſores ſint. *Groenew. in l.* 5. *C. de advoc. div. jud. & in l.* 6. *C. de Profeſſ.* Poteſt autem quis pluribus excuſationibus, etiam inperfectis, ſimul junctis excuſari, uti ſi ſit 60. annorum. & duas habeat tutelas & 4. libe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ros. *arg. l. 31. ff. h. tit.* ita ut quæ non proſunt ſingula multa
juvent. Auctum. *in l. 15. §. 11. ff. d. tit.* quæ contrarium decidit
Qui tamen ſe excuſant à tutela relictis ei, in eo teſtamento, quo
tutor datus eſt, privatur. *l. 28. ff. de teſt. tut. l. 32. ff. de excuſ
tut.* niſi conſtet quod teſtator ei nihilominus legaturus fuiſſet
*vid. Gutier. de tut. p. 1. c. 22. Montan. de tut. c. 9. nu. 28
Mynſ. 6. obſ. 87.*]

Modus excuſandi & tempus.

a Quot excuſationes poſſunt proponi. b Quomodo proponuntur? c Intra quot dies? d Qui tutores ſe excuſant?

16. § [a] Qui autem vult ſe excuſare ſi plures habeat ex
cuſationes, & de quibuſdam non probaverit: aliis uti in
tra tempora (conſtituta) non prohibetur. [b] Qui autem ex
cuſare ſe volunt, non appellant: [c] Sed intra quinquagint
dies continuos, ex quo cognoverint in ſe eſſe tutores ve
curatores datos, ſe excuſare debent, [d] cujuſcunque ge
neris ſunt, id eſt, qualitercunque dati fuerint tutores,
intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, ubi tutore
dati ſunt. Si vero ultra centeſimum lapidem habitant: de
numeratione facta viginti millium diurnorum & ampliu
triginta dierum qui tamen (ut Scævola dicebat) ſic deben
computari, ne minus ſint, quam quinquaginta dies.

Secundo *in §. 16. h. n.* declarat modum & tempus proponen
dæ excuſationis. Quod ad modum attinet, is, qui excuſari vul
non appellat, ut ii faciunt, qui ab aliis munerib. excuſantur: h
namque a muneris impoſitione appellare neceſſe habent. *D. d
vacat. mun. l. 1. §. 1.* tutor autem, vel curator non appellat
ſed ſine appellatione excuſationem ſuam proponit. deinde,
excuſatio a judice reprobabitur, adpellare poterit. [& interin
alius tutor ſurrogatur expenſis ejus ſi injuſta ſit excuſatio. *l. 17.
1. ff. de appel. & ibi Groenew. Grot. lib. 1. p. 7. nu. 23.*] Han
ſententiam Cujacius ſic accipit, ut tutor, vel curator non teneatu
quidem appellare: ſi tamen velit, appellare poſſit. alii vero Do
ctores communiter putant appellationem hoc caſu non admitt
Ego communem Doctorum ſententiam probavi *in Anal. C. h
tit. num. 16.* [Hoc autem in tutela ſingulare eſt, ad alia vero mu
nera publica vocatus contra privilegium ſuum ſtatim appellat.
*1. C. quand. app. ſit. Tulden. hic c. 11. Diſſ. Goth. & Cuja
in l. 4. ff. h. tit.*) Quod vero ad tempus ſpectat, Juſtin. i
diſtinguit: Aut tutor, vel curator datus eſt intra centeſimun
lapidem, id eſt, intra centeſimum milliare (nam milliari
lapidibus ſignabantur) aut ultra centeſimum lapidem, ſe
milliare. Priori caſu excuſationem ſuam proponere debet intr
die

es 50. non utiles, ſed continuos. Poſteriori caſu pro ſingulis
. milliaribus lex ei tribuit diem unum itineris faciendi cauſa,
inſuper ei concedit 30. dies; intra quod tempus excuſatio-
m ſuam proponere debet. [Concordant fere mores. *v. Deſſel.*
Soeſ. hic.] Sed quia ſecundum hanc ſupputationem interdum
periuntur pauciores quam dies 50. nempe ſi tutor, ſeu cura-
r propius quadringentis milliaribus abſit: idcirco Juſtin. addit
inc exceptionem, ut eo caſu, quo ſupputatione facta reperiuntur
uciores dies quam 50. nihilominus dies 50. concedantur. alio-
ui ſequeretur hæc abſurditas, quod brevius tempus, ad excu-
tionem proponendam tribueretur ei qui longius abeſt, quam
qui in propinquiori loco degit. Unde in ſumma fit, ut uſque
l quadringenteſimum milliare dentur dies 50. ulterius autem
genti tribuatur tantum temporis, quantum dicta ſupputatio
o. millium diurnorum & 30. dierum conficit. Quid autem,
dinumeratione facta per vicena millia, aliquid ſuperſit?
Quicquid eſt ultra viginti milliaria, diem unum occupat. Ver-
i gratia, ſi tutor ultra aliquod vicena milliaria uno, vel duo-
us milliaribus abſit, unum diem habebit itineris conficiendi
auſa. *D. de verb. ſign. l. Itinere. 3. in princ.*

Ad quæ bona datus dicitur tutor.

17. §. Datus autem tutor, ad univerſum patrimonium datus eſſe creditur. a Tutor datus ne eſſe creditur ad omnia bona?

Tertio *in* §. 17. *h. n.* tranſit ad explicandas excuſationes curatorum proprias.

I. Excuſatio eſt à parte patrimonii pupillaris, quæ excuſatio tutori non convenit: quia tutor cum principaliter detur perſonæ, non rei. *ſupra qui teſtamento tutores dari poſſunt.* §. *certæ* 4. per conſequentiam datur omnibus rebus pupillaribus, ſive univerſo patrimonio pupilli. §. 17. *h. n.* unde fit, ut a parte patrimonii non poſſit excuſari, niſi ea pars ſit ultra centum milliaria in alia provincia. *D. hoc tit. l. propter litem.* 21. §. *licet.* 2.

Adminiſtratio tutelæ.

18. §. [a] Qui tutelam alicujus geſſit, invitus curator ejuſdem fieri non compellitur: in tantum, ut licet paterfamilias, qui teſtamento tutorem dedit, adjecerit ſe eundem curatorem dare: tamen invitum eum curam ſuſcipere non cogendum, divi, Severus & Antoninus reſcripſerunt. a Quæ eſt cauſa decima quinta

II. Excuſatio eſt, quod is, qui alterius tutelam geſſit, non

 cogi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

cogitur ejuſdem curationem ſuſcipere. §. 18. *h. n.* Excipitur libertus, qui cogitur eſſe curator filiorum patroni ſui, quamvis eorum tutelam geſſerit. *C. eod. l. Libertos.* 5. niſi ſua pecunia emptus, & manumiſſus ſit. *D. eod. l. Libertum.* 14. §. *penult.* [hodie & curator manet nec ſe excuſare poteſt per *not. ſup. de curat. in pr. & Groenew. hic.*]

Jus mariti.

a Quæ decima ſexta?

19. § a Iidem reſcripſerunt maritum uxori ſuæ curatorem datum, excuſare ſe poſſe, licet ſe immiſceat.

III. Excuſatio eſt minus proprie dicta, quod maritus excuſatur a curatione uxoris, quia non facile cogeretur ad rationes reddendas, proinde lex non vult fieri curatorem. §. *penult. hoc noſtro. & de curat. furio. l. virum.* 14. *C. hoc tit. l. ampliſſimi.* 4. *& qui dari tuto poſ. l. maritus.* 2. Immo ſponſus ſponſæ curator dari poteſt. *ff. hoc. tit. l.* 1. *in fi.* de conſuetudine vero hodie uxores ſunt ſub cura maritorum. *v. Rodenb. trac. de marit. pot. in perſ. ux. tit.* 1. *& tit.* 2. *c.* 1. *tot.*]

Falſæ cauſæ allegatio.

a Quid ſi falſa cauſa ſit propoſita?

20. §. a Si quis autem falſis allegationibus excuſationem tutelæ meruit: non eſt liberatus onere tutelæ.

Quinto *in* §. *ult. h. n.* docet falſas allegationes non prodeſſe, licet excuſationem inde ſit aliquis conſecutus: quia tutelæ, vel curæ periculum ſubit, licet tutor non ſit. *ff. de ritu nupt. l. ſi quis tutor.* 60. *in princ.* [Imo hodie liberatur niſi fuerit appellatum. *Groenew. in pr. C. ſi tut. vel curat. falſ. allegat.* At actione falſi ad id quod intereſt, conveniri poterit. *idem in l.* 2. *C. ſi ex falſ. inſtrum.* Qui vero ſponte adminiſtrationem ſuſcepit, non excuſatur, licet ſe legitime excuſare potuiſſet quaſi jam inchoata fiat neceſſitatis quod antea fuit voluntatis. *l.* 2. C. *ſi tut. vel cur. falſ. alleg. l.* 17. §. 5. *ff. de excuſ. l.* 1. *C. de his qui ſpont. publi. mun. ſub. Gutier. de tut. p.* 1. *c.* 21. *nu.* 35. *Wurmſ. lib.* 1. *tit.* 38. *obſ.* 6. 7.]

A X I O M A T A.

1. *Tutela eſt munus publicum.* in princ.
2. *Qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.* in princ.
3. *Tutelæ vel curæ plurium pupillorum indiviſa bona habentium pro una computantur.* §. 5.
4. *Incivile eſt, eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſtrandis egent,& ab aliis reguntur, aliorum tutelam, vel curam gerere. §. 13.

5 *Datus tutor, ad univerſum patrimonium datus eſſe creditur.* §. 17.

6 *Onus oneri non addendum.* §. Qui tutelam. 18, Inſt. h.

7 *Falſa allegatio non prodeſt.* §. ult.

DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS

TITULUS XXVI.

TUtores vel curatores eſſe deſinunt, aut volentes, quia excuſantur, aut inviti, quia propter ſuſpicionem removentur. Quoniam igitur de excuſationibus dictum eſt, recte ſubjicitur hic tit. *de ſuſpect. tut. vel cur.*

Ex lege duodecim tabularum eſt ſuſpecti crimen.

SCiendum eſt ſuſpecti crimen etiam ex lege duodecim tabularum deſcendere. a Unde deſcendit crimen ſuſpecti?

Primo Imper declarat, quo jure accuſatio ſuſpecti ſit introducta. *in princ. h. n.* ubi crimen accipitur pro criminatione, ſive accuſatione: in qua ſignificatione alibi quoque hoc vocabulum reperitur.

Magiſtratus, qui ſuſpectum poteſt removere.

1. §. a Datum eſt autem jus removendi tutores ſuſpectos Romæ prætori, & in provinciis præſidibus earum, & legato proconſulis. a Quis magiſtratus removet ſuſpectum?

Secundo *in* §. 1. *h. n.* loquitur de judice, qui de ſuſpecto cognoſcit. Et hanc cognitionem tribuit Romæ prætori, in provinciis præſidi] qua appellatione continentur etiam proconſules, & quicumque alii provincias regunt. *ff. de offic. præſ. l.* 1.) & legato proconſulis, videlicet poſtquam proconſul ei juriſdictionem mandavit. *D. de offic. ejus.l. cognitio.*4. Nam hæc cognitio mandari poteſt tam a proconſule in provincia, quam a prætore Romæ. *ff. hoc tit l.* 1. §. *an autem*. 4. videlicet ſi civiliter agatur. ſecus ſi criminaliter. *ff. ad. S. C. Turp. l.* 1. §. *ſuſpect.* 11. vide *Cent* 1. *quæſt.* 34. [iidem qui tutores vel curatores creare, etiam ſupectos ab officio removere poſſunt: *arg. l.* 35. & 39. de *R. I. de quibus v. ſupra tit.* 20. §. 5. *not.*]

Qui tutores ſuſpecti.

a Qui tutores poſſunt poſtulari ſuſpecti?

b Quid ſi Tutor ſit Patronus?

2. §. [a] Oſtendimus, qui poſſint de ſuſpecto cognoſcer, nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſſint. Et poſſunt q dem omnes tutores fieri ſuſpecti, ſive ſint teſtamentar ſive non ſint, ſed alterius generis tutores. Quare & ſi gitimus fuerit tutor, accuſari poterit. [b] Quid ſi patron Adhuc idem erit dicendum dummodo meminerimu famæ patroni parcendum eſſe, licet ut ſuſpectus remo fuerit.

Tertio *in.* §.2. *h.n.* tractat de reo, & oſtendit omnes tutor vel curatores poſſe accuſari: hoc tantum obſervari jubet. ut p tronus ſine infamia removeatur, id eſt, ut quamvis fraudule ter ſe geſſerit, tamen in ſententia mentio fraudis non fiat. motus namque a tutela, vel cura non ſit infamis, niſi prop dolum ſit remotus. *infr. h. t.* §. *ſuſpectus autem remotus. 6.* *ff. eod. l. Tutor.* 3. §. *ult. & l. Hæ enim. 4. in princ.* [qu idem, vel magis ad parentem pertinet. *l. 9. h. tit. l. 2. l. 5.* §. *l. 9. de obſeq. par. & patr. præſt.*]

Qui poſſunt ſuſpectos poſtulare.

a Qui poſſunt ſuſpectos poſtulare?

b An & mulieres?

3. §. [a] Conſequens eſt, ut videamus, qui poſſunt ſuſp ctos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicam eſſe ha accuſationem, hoc eſt, omnibus patere. [b] Quinimmo mulieres admittuntur (ex reſcripto divorum Severi & A tonini) ſed eæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine ductæ, hoc procedunt: ut puta mater, nutrix quoque & avia p teſt & ſoror. ſed & ſi qua alia mulier fuerit quam præt propenſa pietate intellexerit, ſexus verecundiam non gredientem, ſed pietate productam, non ſuſtinere inj riam pupillorum: admittet eam ad accuſationem.

Quarto *in.* §. 3. *h. n.* tractat de accuſatione, & ait hanc accuſ tionem eſſe quaſi publicam. Non eſt autem vere publica, qu non deſcendit ex ulla lege publicorum judiciorum. *D. de pu jud. l.* 1. ſed ex lege xij. tab. *ſupra h. tit. in princ.* Verum eſt qu ſi publica: quia quæcunque perſonæ ad accuſandum admittuntu hoc excepto, quod nec impuberes poſſunt accuſare ſuos tutores nec adoleſenres aliter, quam ex neceſſariarum perſonarum con ſilio poſſunt accuſare ſuos curatores. [Hodie ſoli fiſci procura tores populares perſequuntur actiones, quoad intereſſe publi cum: pro ſuo autem intereſſe cuilibet licet agere civiliter per ſ ſive per procuratorem, contra. *l. 5. ff. de pop. act. Groenew*

ff. d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

privat. deliḫ. Matth. de Crim. lib. 48. *tit.* 20. *c.* 4. *num.* Quid ergo (dicet aliquis) ſi neceſſariæ perſonæ nolint curatorem accuſare, quamvis revera ſuſpectus ſit? Reſpondeo cum Bartolo, adoleſcentem poſſe implorare officium judicis: quoniam etiam ſine accuſatione ſuſpectus removeri poteſt. *ff. h. tit.* §. *præterea*. 4. Sic Canones Religioſis permittunt Præſulum ſuorum delicta denunciare judici, ſi privatim moniti illis abſtinent *c.* 2. 3. 20. *de accuſat.*]

Non impuberes, ſed puberes poſſunt poſtulare ſuſpectos.

4. §. [a] Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare. [b] puberes autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum ſuſpectos poſſunt arguere: & ita divi Severus & Antoninus reſcipſerunt. a An & impuberes? b An & puberes?

Quis ſit ſuſpectus.

5. §. [a] Suſpectus autem eſt, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſolvendo ſit, ut Julianus quoque ſcripſit. Sed & ante, quam incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum removeri: idem Julianus ſcripſit, & ſecundum eum conſtitutum eſt. a Quis eſt ſuſpectus?

Quinto *in* §. 5. *h. n.* loquitur de tenore accuſationis, id eſt, exponit quid tutori, aut curatori objiciatur. nempe objicitur, quod ſit ſuſpectus, non propter inopiam, ſed propter malos mores, quia vel male gerit, vel male geſturus videtur. [id eſt negligenter neque ea ſollicitudine qua oportet. *l.* 3. §. 5. & *ult. ff. hic. l.* 5. *C. eod.* jus enim moribus tutorem æſtimat, non fortuna. *Tulden. hic. c.* 2. debitorem vero, fidejuſſorem aut hæredem magis ex facultatibus æſtimat. *l.* 15. *de privil. credit. Tulden. ibid.*

Effectus remotionis.

6. § [a] Suſpectus autem remotus, ſi quidem ob dolum famoſus eſt, ſi ob culpam: non æque. a Quis effectus remotionis ſuſpecti tutoris?

Sexto declarat duos effectus, hujus judicii. I. Eſt effectus judicii finiti, quod remotus ſit infamis, dummodo propter dolum non propter culpam remotus ſit. §. 6. *h. n.* [& cauſa decreto judicis exprimatur, alias integra exiſtimatione tutela abibit. *l.* 4. §. 1. 2. *ff. h. tit.* quod cum hodie nunquam fiat, remotus infamiam non incurrit. *Groenew. hic.* & *ad* §. 2. *inf. de pœn. tem. litig.*] Ergo certi juris eſt, damnatum ob dolum, notari infamia, damnatum ob levem culpam, [id eſt ſegnitiem, inertiam, negligentiam, ineptiam, ruſticitatem. *l.* 5. §. *ult. ff. h. tit.*] non

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

eſſe infamem. Sed dubitatur de lata culpa: quia, e[...] rumque dolo comparatur, & doli appellatione continet[...] *depoſ. l. quod Nerva. 22. & ut in poſſeſſ. legator. l. 5. §.* [...] tamen interdum à dolo diſtinguitur. *D. de ſicar. l.* 7. un[...] dubitatur, doline, an culpæ apppellatione ſignificetur, cum[...] do vocetur dolus, modo culpa. Doctorum ſententiæ va[...] alii tutorem ob latam culpam, infamem fieri affirmant, a[...] gant. Ego, cum Ulpian. *in l. impuberib.* 7. §. 1. *hoc tit.* n[...] cat hunc eſſe ſuſpectum, ſed removeri quaſi ſuſpectum qu[...] ta culpa prope dolum eſt: exiſtimo eum non eſſe infamem[...] propemodum infamem, ſeu quaſi infamem, id eſt, non juri[...] facti infamia notari, adeo ut non fiat jure infamis, ſed ejus p[...] apud bonos & graves viros aliquo modo oneretur. [*v. Tul*[...] *c. 8. Bronch. 3. aſſ. 19. l. 42. ff. de. V. S. l. 2. §. ult. ff. h. t*[...]

Effectus poſtulationis ſuſpecti.

a Quis eſt effectus poſtulationis ſuſpecti?

7. § [a] Si quis autem ſuſpectus poſtulatus, quoad co[...] tio finiatur, interdicitur ei adminiſtratio, ut Papinian[...] ſum eſt. [ſi gravia concurrant indicia.]

II. Effectus eſt judicii pendentis: quia hoc judicio pend[...] tutor; vel curator prohibetur res adminiſtrare. §. 7. *h. n.* [...] adminiſtratio ei à prætore vel præſide interdicitur. *C. hoc ti*[...] *Eum quem.* 7. Sed & hac interdictione omiſſa, gerere prohib[...] tacite videtur. *ff. de ſolut. l. quod ſi forte.* 14. [non enim expe[...] eum qui in ſuſpicionem vocatus in adminiſtratione perſever[...] *Vinn. hic.* qua tamen prohibitione non gravius afficitur fama t[...] ris quam ipſa accuſatione, contra quam ſi ſe purgaverit, & fam[...] & adminiſtrationem recipiet. *Tuld. hic. c. 1. vid. Sand. lib.* 1. [...] 19. *def.* 2. *Grivel. dec.* 60. *nu.* IV. Boer. *dec.* 105. *in fin*, qui idem [...] tuunt in aliis Officialibus. Sed notandum quod is qui tutorem [...] ſpectum arguit ex certo crimine quod ei objecit nec obtinuit, [...] juriarum actione teneatur. *Tuld. hic. c. 6. per l. 13. §. 2. ff. injur.* Niſi adeo juſtis rationibus motus ſit, ut calumnia abſit [...] 3: *C. de calum.* quod fere in cognatis præſumitur pietatis int[...] tu. *v. Treutl. 2. 30. 5. b. & 6. b.*

Mors tutoris ſuſpecti poſt poſtulationem.

a Quid ſi interim moriatur tutor?

8. §. [a] Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta fuerit, poſte[...] quam tutor, vel curator deceſſerit, extinguitur ſuſpec[...] cognitio.

Septimo *in* §. 8. *h. n.* declarat modum, quo hoc judicium ſi[...] ſententia extinguitur, nimirum morte accuſati. Idem dicendum[...] ſi alio quovis modo tutela, vel cura finita ſit. *D. hoc tit. l. penul*[...]

qui

ia on eſt opus, ut agatur de eo removendo, qui ſatis ipſo
re : remotus. [Permittitur tamen hæredi defuncti & accuſati
as nocentiam purgare judicis ſententia declarandam. [*Tul-
n. c. c. 6. per l. pen.* §. 2. *de adim. leg.*]

Tutor ſui non faciens copiam ut alimenta decernantur.

9 §. a Si quis tutor copiam ſui non faciat, ut alimenta
ip.o decernantur: cavetur epiſtola divorum Severi &
nini, ut in poſſeſſionem bonorum ejus pupillus mit-
tu: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore
hi jubentur. Ergo ut ſuſpectus removeri poterit,
on præſtat alimenta.

a Quid ſi tutor non faciat ſui copiam ut alimenta decernantur?

tavo proponit quatuor caſus, quibus non ſolum ſuſpectus
vetur, ſed etiam gravius punitur. I. Si tutor latitet, ne ali-
pupillo a prætore decernantur. §. 9. *h. n.* [Sed hodie in
um ejus poſſeſſionem pupillus non mittitur, verum ſum-
contra cum proceditur, ne diu graſſandi facultatem habeat.
w. hic.]

Tutor, qui mentitus eſt decerni non poſſe alimenta.

. §. a Sed ſi quis præſens negat propter inopiam ali-
a poſſe decerni: ſi hoc per mendacium dicat: remit-
um eum eſſe ad præfectum urbi, puniendum placuit:
it ille remittitur, qui data pecunia miniſterium tutelæ
iſierit, vel redemerit.

a Quid ſi tutor neget poſſe alimenta præſtari propter inopiam & mentiatur?

b Quid ſi tutor redemerit miniſterium tutelæ?

Si tutor falſo aſſerat pupillum eſſe adeo pauperem, ut ali-
a ei decerni non poſſint. §. 10. *h. n.* [*l. 2. C. de alim. pup.*
Tulden. ibid. ſed hujus §. rigor ab uſu receſſit. *Groenw. hic.*
. Si quis tutelæ officium data pecunia redemerit. *d.* §. *verſ.*

Libertus infidelis filiis patroni.

. § a Libertus quoque ſi fraudulenter tutelam filiorum
epotum patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum urbi
ttitur. puniendus.

a Quid ſi libertus fraudem faciat liberis patroni?

. Si libertus fradulenter gerat tutelam liberorum patroni
. *pen. h. n.* [ob quam ingratitudinem ſæpe libertus in ſer-
em revocabatur. *l. 19. ff. de jur. patr. Perez. hic.*]

Tutor ſuſpectus removendus eſt licet ſatis offerat.

2. § a Noviſſime autem ſciendum eſt: eos qui fraudu-
er tutelam adminiſtrant, etiam ſi ſatis offerant, remo-
vendos

a Qud ſi tutor ſuſpectus ſatiſdationem offerat?

b Quare qui offert æque removendus? c Eſtne tutor pauper ſuſpectus?

vendos eſſe a tutela : [b] quia ſatiſdatio tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. [c] Suſpectum etiam eum putamus, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. Enimvero tutor vel curator, quamvis pauper eſt, fidelis tamen & dilige re- movendus non eſt quaſi ſuſpectus.

Nono in §. *ult. h. n.* reprobat cautionem quandam, qua ſpe- ctus fortaſſe ſe tueri velit: & oſtendit, quamvis ſatisdare velit rem pupilli, vel adoleſcentis ſalvam fore, nihilominus eum a tutela vel cura removeri. ratio eſt: quia (ut ſupra diximus) non eſt ſu- ſpectus propter paupertatem, ſed propter malos mores unde pauper non removetur a tutela quaſi ſuſpectus: dummodo fi- delis: alioquin ob dolum remorveretur, & diligens alioqu re- moveretur ob culpam [*v. not. ſup.* §. *6. de excuſ. tut.*] ſatiſdatio vero facultatum, non morum defectum ſupplet. Adde, quod pu- pillo expedit rem ſalvam habere, potius quam actionem habere ob rem a tutore perditam. *ff. hoc tit. l. ſuſpectus.* 5. [Paterer tamen qui ſe ingerunt ſuſpecti habentur; homines ſcil. ex illa- ta turba ſumti, quos ipſa inopia refellit: & facile infideles poſſunt, ideoque removendi: juxta Antumu. *in l.* 8. *ff. h.*.]

A X I O M A T A.

1. *Famæ patroni parcendum eſt.* §. 2.
2. *Mulier verecundiam ſexui congruentem egredi non debe*
3. *Accuſatio morte rei finitur.* §. 8.
4. *Mendacium graviter punitur.* §. ſed ſi quis præſens. 1 c
5. *Satisdatio malavolum tutoris conſilium non mutat, ſe graſſandi in re familiari facultatem præſtat.* §. *ult*
6. *Suſpectus judicatur ex moribus, non ex facultatibus.* §. ult,

ANACEPHALÆOSIS INSTITUTIONUM LIBER SECVNDVS.

	Rerum attributa duo explicantur, *Dominium* & *Obligatio.*
	Quod ad dominium attinet quædam res acquiri non poſſunt.
	nonnullæ acquiruntur *jure gentium*, aliæ *jure civili.*
1 *de Rerum diviſione.*	jure gentium, tantum res corporales modis particularibus acquiruntur.
2 *de Rebus corporalibus & incorporalibus.*	jure civili autem, tam res corporales ut fundus, aurum, veſtimentum, quam res incorporales
3 *de Servitutibus prædiorum.*	Servitutes prædiorum
4 *de Uſufructu.*	Uſusfructus
5 *de Uſu, & habitatione.*	Uſus & habitatio.
	Modi autem acquirendi jure civili partim ſunt particulares, partim univerſales.
6 *de Uſucapionibus & longi temporis poſſeſſionibus.*	Particulares ſunt, & uſucapio &
7 *de Donationibut.*	Donatio.
8 *Quibus alienare licet, vel non.*	His modis ea, quæ ab aliis alienantur
9 *Per quas perſonas nobis acquiritur.*	Acquirimus per noſmet ipſos vel per alios
	PRIMVS modus eſt hereditatio, quæ vel ex teſtamento defertur vel ab inteſtato.
	De Teſtamento tria conſiderantur.
	Ordinatio, infirmatio & accidentia. Quod ad ordinationem ſpectat totum hoc negotium inter teſtatorem & heredes agi videtur.
10. *de Teſtamentis ordin.*	Teſtator vel eſt paganus vel
11. *de Milit. teſtamento.*	Miles vel
12. *Qui prohibentur teſtari.*	Nullo modo teſtari poteſt.
13. *de Exheredatione liberorum.*	Heres aut exheredatur aut
14. *de Heredibus inſtituendis.*	inſtituitur ſive in primo ſive
15. *de Vulgari ſubſtitutione.*	in ſecundo gradu ut ſubſtitutus vulgariter

PRI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

16. *de Pupillari ſubſtitu-*	vel pupillaris
tione.	
17. *Quibus modis teſta-*	Infirmantur autem teſtamenta vel ipſo ju
menta infirmantur.	vel
18. *de Inofficioſo teſta-*	Per querelam inofficioſi& ſententiam judi
mento.	Accidentia teſtamentorum ſunt quatuor.
19. *de Heredum qualiti-*	PRIMUM,
tate & differentia.	Eſt heredum qualitas.
20. *de Legatis.*	SECUNDUM,
21. *de Ademptione lega-*	legata, quæ conſtituuntur,
torum & tranſlatione.	Adimuntur, transferuntur,
22. *de Lege Falcidia.*	Per legem Falcidiam minuuntur.
23. *de Fideicommiſſariis*	TERTIUM.
hereditatibus.	Fidei commiſſa quæ dividuntur in univerſalia
24 *de Singulis rebus per*	Particularia.
fidei commiſſum relictis.	QUARTUM.
25. *de Codicillis.*	Codicilli, *hucuſque de teſtamentis.*

NSTITUTIONUM

LIBER SECUNDUS.

DE

ERUM DIVISIONE

TITULUS PRIMUS.

HUcusque dictum eſt de primo juris objecto, id eſt, de perſonis. conſequenter agitur de ſecundo, hoc eſt de rebus. Rei pellatio latius patet, quam pecuniæ. nam pecuniæ ſignifica- o coanguſtatur ad ea, quæ in noſtro patrimonio ſunt: rei vo- ıbulum ea quoque complectitur, quæ extra patrimonium ınt. *D. de verb. ſignif. l. Rei appellatio. 5. in princ.*

a De quib. nunc agendum?
b Quæ eſt rerum diviſio prima?
c Qua eſt ſecunda?

Continuatio: prima & ſecunda rerum diviſio.

SUperiore libro de jure perſonarum expoſuimus: modo videamus de rebus, b quæ vel in noſtro patrimonio, vel extra patrimonium noſtrum habentur. c Quædam enim naturali jure communia ſunt omnium, quædam pulica, quædam univerſitatis, quædam nullius, pleraque ngulorum, quæ ex variis cauſis cuique adquiruntur, ſicut x ſubjectis apparebit.

Initio Imp. nectit hunc titulum cum ſuperioribus. Deinde uas rerum diviſiones proponit. Prior diviſio eſt bipertita: aut nim in noſtro patrimonio, aut extra noſtrum patrimonium haentur. Non obſtat, quod dicitur in *l. 1. D. de uſu & uſufr. gat.* ſervitutes nec eſſe in bonis, nec extra bona, id eſt, nec xtra patrimonium: quoniam ſervitutes nihil aliud ſunt, quam rædiorum qualitates. *D. de verbor. ſignif. l. qui aliud. §. 6.* roinde ſi per ſe ſpectentur, nec ſunt in patrimonium, nec xtra patrimonium, quia omnino per ſe non ſunt, ſed ſequunur prædia, quorum ſunt qualitates. *ff. de uſurpat. & uſucap. l. ſi alie-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſi aliena 10. §. 1. Poſterior diviſio eſt quinquepertita: quia vel jure naturali, id eſt, juregentium *ff. di juſtit. & jur. l. De hoc jure.* 5. quod ſæpe vocatur naturale, *infra hoc tit.* §. *ſingulorum* 11. ſunt res communes omnibus hominibus; vel publicæ, id eſt, alicujus populi, vel univerſitatis, id eſt, civitatis; vel nullius, vel ſingulorum, id eſt, privati juris, in ſingulorum civium Romanorum dominio. [Neceſſaria enim eſt dominiorum diſtinctio: nam non modo non commode ſed nequaquam obtinen Communio poteſt. Cum neque luxurioſi neceſſariis, neque ambitioſi æqualibus, neque avari communibus contenti unquam fuerint. *v. Ariſtot.* 2. *Polit. c.* 1. 2. 3. *Tulden. hic. c.* 1.] Hanc poſteriorem diviſionem exequitur in §. 1. *& ſequentibus.*

Res communes.

a Quæ ſunt res communes?

1. §[a] Et quidem naturali jure communia ſunt omnium hæc, aer, aqua profluens, mare & per hoc litora maris. Nemo igitur ac littus maris accedere prohibetur: dum tamen: villis, & monumentis & ædificiis abſtineat: qui non ſun juris gentium, ſicut eſt mare.

Primo igitur in §. 1. *h. n.* tractat de rebus communibus, quarum uſus omnibus hominibus jure naturali conceditur. Horum exempla quatuor proponit. I. Aerem. II. Aquam profluentem [Aer & Mare jure gentium diviſa non ſunt ſed relicta in ſuo jure & eſſe primævo *Fabrot.* imo nec dividi potuerunt. *Grot. mar lib. c.* 5. [Hæc differt à flumine, ut civis a populo, miles a legione. Et quidem aqua profluens continenter movetur, ipſum autem flumen eſt immobile, ut ſcribit Ariſt. 4. *Phyſic. cap.* 6. *part pen. & lib.* 3. *Polit. cap.* 2. *part.* 6. Intellige flumen eſſe immobile, niſi alveum mutet; de qua mutatione poſterius dicetur Rurſus aqua profluens eſt communis omnibus hominibus, u *hic*, flumen vero non eſt commune, ſed publicum, ut dicitu in ſequenti. §. III. Mare. IV, Littora maris. Virg. 7. Æneid.

——— ——— lituſque rogamus

Innocuum, & cunctis undamque auramque parentem. [8 quod prohibens aliquem accedere ad litus maris injuriarum te neatur *v. Tuld. hic. c.* 7. *in fin.*]

Excipit Impera or villas, & monumenta, & omnino ædificia in littore poſita.

Nota primo, terminum ſequi naturam rei terminatæ. nam litora dicuntur *per hoc*: id eſt: propter hoc eſſe communia, qui mare quod terminant, commune eſt.

Nota ſecundo, littus definiri in §. *eſt autem.* 3. *infra hoc ti*

Not

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota tertio, villam eſſe ædificium ruſticum, *ff. de verb. ſig f. l. fundi.* 221.

Nota quarto, monumentum vocari, quod memoriæ cauſa e ructum eſt. *D. de relig. l. Locum* 2. §. *monumentum.* 6.

Nota quinto, non ſolum ædificia in littore poſita, eſſe in do-mnio ædificantium, ſed etiam eorum ſolum. quamvis enim l us ſit commune; tamen occupari poteſt vel totum ab univer-ſopopulo (tuncque fit publicum. *D. ne quid in loc. publ. l. Lit-* *ta* 3.) vel pro parte ab aliquo privato homine, qui in littore æ ficans illud littus per occupationem ſuum facit: non tamen i perpetuum, ſed quamdiu ædificium conſtat. *D. de rer. diviſ. l n tantum.* 6. *in princ.* [*adde l. 4. eod. & l. 4. ne quid in loc. publ. l.* 14. *de A. R. D.* Ad hoc tamen ut exſtruere valeat in l re vel mari, opus eſt Decreto Prætoris. quia non eſt proprie illo us litorum, cum uſus ſit ad tempus, ædificatio in perpetuum *Pe-r .hic.* Alia autem loca inculta non cedant occupanti: nam in du-b præſumuntur eſſe Reip. vid. *Alciat ad. l.* 3. *de. V. S.* Sic & lora dicuntur populi Romani *l.* 3. *ne quid in loc. publ.* ſcil. oad juriſdictionem: Quo modo & hodie Dominium maris ione territorii contigui vindicare ſibi Principes ſolent, atque ac jura evecticnum *Perex hic.*]

Publicæ res.

2. §. [a] Flumina autem omnia, & portus publica ſunt, eoque jus piſcandi omnibus commune eſt in portu flumi-buſque. [a] Da exempla rerum publicarum?

Secundo in §. 2. *h. n.* tractat de rebus publicis. Publica di-ntur I. Quæ ſunt propria populi Romani. II. Quæ ſunt in bo-s alicujus civitatis. III. Quæ ſunt deſtinata publicis uſibus. *D. verborum ſignificat. l. bona* 15. *& ll. ſeqq.* Tertia ſignifica-o hic accipi debet. Horum tria exempla proponuntur. I. Flu-ina intellige flumina perennia. *ff. de fluminibus l.* 1. §. *flumi-um* 3. ideoque ad excludenda flumina non perennia, *in. l. ne-o* 4. *in fin. ff. hoc tit.* dicitur flumina pene omnia eſſe publica. n dubio autem flumina præſumuntur publica. *per l.* 4. *ff. de . D. Sand. lib.* 5. *tit.* 2. *def.* 2. Si tamen quis ſolus in diverti-ulo fluminis publici piſcatus ſit, & alios eodem jure uti prohi-erit pluribus annis: jus illud ſibi acquiſiviſſe notat. *Tulden. ic. c.* 10. *per l.* 7. *de diverſ. & temp. præſcr.*] II. Portus, qui uidem eſt locus mercium importandarum cauſa conclu-us, naviumque ſtatio concluſa atque munita. *D. de verborum ſignificat. l. portus* 59. nam ſtatio eſt locus in quo naves tuto tare poſſunt. *ff. de fluminibus. l.* 1. §. *ſtationem* 14. [jure tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

noviſſimo flumina, & Portus inter Regalia ſunt *Perez. C. de alluvion. in fin.* ideoque & jus Piſcandi ſolius Principis eſt, & eorum quibus id jus Princeps conceſſit. *Grot. lib. 2. p. 1. nu. 15. & p. 4. nu. 19.* quamvis in Waterlandia jus ſcriptum obtinere referat. *idem d. p. 4. nu 20.*]

Definitio littoris.

a Quid eſt Littus?

3. § [a] Eſt autem littus maris, quatenus hybernus fluctu maximus excurrit.

Differt igitur portus, quem dicimus eſſe publicum, a littor quod diximus eſſe commune, nam littus definitur, quatenu hybernus fluctus excurrit. Nota, primum M. Tullium, cur eſſet arbiter, ita littus conſtituiſſe, *quouſque maximus fluctu a mari pervenit, ff. de verborum ſignificatione. l. Littus. 96. i princ.* Aquilius autem definiebat, *Qua fluctus*, alluderet teſte eo dem Tullio in *Topicis.*

Uſus Riparum.

a Quid juris in Ripis?

4. § [a] Riparum quoque uſus publicus eſt jure gentium ſicut ipſius fluminis. Itaque naves ad eas appellare, fun arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen navigare, ſe proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis hæren qua de cauſa arbores quoque in iiſdem natæ eorunde ſunt.

Uſus littorum.

Quid juris in Littoribus?

5. § [a] Littorum quoque uſus publicus eſt, & juris gen tium, ſicut & ipſius maris. & ob id cuilibet liberum eſt c ſam ibi ponere, [*v. not. ſup.* §. 1. *in fin.*] in quam ſe recipia ſicut retia ſiccare & ex mari deducere. proprietas aute eorum poteſt intelligi nullius eſſe: ſed ejuſdem juris eſſ cujus & mare, & quæ ſubjacet mari, terra vel arena.

III. Riparum uſus. Nota primo ripam eſſe, quod contin flumen, naturalem curſus ſui rigorem tenens. *D. de fluminib l. 1. §. 4. h. n. & l. flumina 3. §. 1.* Quoniam autem ripa e incipit, ex quo verſus flumen vergit. *d. l. Flumina 3. §. ult.* eſt terminus inter flumen & vicina prædia interjectus: idcir partim jus prædii. nam proprietas ripæ eorum eſt, qui vici prædia poſſident. uſus autem ripæ eſt communis, quemadm

du

d..a & uſus fluminis. [ſcil. quatenus utendi fluminis ratio exi-
gi eatenus riparum uſus publicus eſt: nam arbores ibi natas cæ-
de tantum riparum dominis licet, non cuivis. *Perez. hic.*]
Se..undo differentiam inter ripas, & littora. Nam riparum uſus
eſt publicus, & juriſgentium quia littora ab aliquo populo, præ-
ſe.im a populo Romano occupata, populi Romani ſunt. *ff. ne
q..d in loc. pub. l. Littora* 3. cætera ſunt juriſgentium, id eſt,
co..munia. Præterea riparum proprietas eſt nullius, [alterius]
q..madmodum & maris, quod littore terminatur.

Res univerſitatis.

..§ a Uuiverſitatis ſunt non ſingulorum, quæ in civita- a Quæ ſunt res univerſitatis?
t..us ſunt theatra, ſtadia, & ſi qua alia ſunt communia ci-
v..atum.

Tertio, in §. 6. *h. n.* docet, quæ ſint univerſitatis, nempe
t..atra, ſtadia, & cætera ejuſmodi, quæ civitatum commu-
n.. ſunt. [Horum quædam etiam ſingulis directe proſunt, ut
b..nea, nemora & paſcua communia: quædam conſequenter.
E.. his orta lite teſtis idoneus eſt quilibet de univerſitate: de il-
li..non: *v. Tuld. hic. c.* 11. *& Rebuf. de reprob. teſt. nu.* 571. *l.*
.. *de A. R. D. l.* 1. *ff. quod quis univerſ. nom.* Et res univerſi-
t..s recognoſcentis ſuperiorem, ſine ejus conſenſu, ne quidem
..e lata, alienantur valide. *Tuld. d. c.* 11. & extraneus ab iis re-
.. ſecluditur. *Perez.*

Res nullius.

7. § a Nullius autem ſunt res ſacræ & religioſæ, & ſan- a Quæ ſunt res nullius?
..e, quod enim divini juris eſt, id nullius in bonis eſt.

Quarto *in.* §. 7. *h. n.* declarat, quæ ſint nullius. Nota ea, quæ
..t nullius, eſſe in duplici differentia. quædam enim conceduntur
..cupanti, ut feræ. *infr. hoc tit.* §. *feræ* 12. quædam occupari
..n poſſunt, [*l.* 23. §. 1. *de R. V.* nec proprietate nec uſu pro-
..io ullius eſſe. *Vinn.*] ut res divini juris, de quibus hic agitur.
..æ dividuntur in res ſacras religioſas & ſanctas.

Res ſacræ.

8. §. a Sacræ res ſunt quæ rite per Pontifices Deo conſe- a Quæ ſunt res ſacræ?
..atæ ſunt: veluti ædes ſacræ, & donaria quæ rite ad mini- b Poſſuntne alienari?
..erium Dei dedicata ſunt: b quæ etiam per noſtram con- c Poteſt ſibi quis ſacrum facere?
..tutionem alienari & obligari prohibuimus: excepta cau-
.. redemtionis captivorum. c Si quis autem auctoritate
..a, quaſi ſacrum ſibi conſtituerit: ſacrum non eſt, ſed
pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

d Manet ne locus ſacer & d ru o ædificio?

fanum. [d] Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificata etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet. ut & Papinian ſcripſit.

De rebus ſacris I. Datur definitio, *quæ rite per Pontifices De conſecratæ ſunt.* II. Dantur duo exempla, videlicet ſacrę ędes, & donaria ad miniſterium Dei dedicata. III. Declaratur harum re rum vis, nempe quod regulariter nec alienari, nec pignorari pot ſunt. Excipitur in contextu, niſi id fiat redimendorum captivo rum gratia. Addit aliam cauſam Imperator *Nov.* 120. *cap.* 10. t diſſolvatur æs alienum Eccleſiæ, quod aliunde ſolvi nequit. [*aurum &c. ſed.* 12. *qu.* 2. *Tulden. hic c.* 1. IV. Explicatur di cta definitio, id eſt cur dictum ſit, tunc fieri res ſacras, cum pe Pontificem conſecrantur: quia conſecratio ab homine privat (laicum auctores juris canonici vocant) facta non valet, nec re dit rem ſacram, immo res profana manet. Sed Princeps re dedicando, ſacram jure civili facit. *ff. hoc tit. l. ſacra* 9. 1. quia Romani Principes erant etiam potifices maximi. V. A datum exemplum ſacrarum ædium, quæritur an diruto ædific locus ſacer maneat? & reſpondetur ex Papiniano in *l. æde.* 73 *de contrahend. empt.* locum ſacrum manere quod & Trajan Imperator ad Plinium ſcribit epiſt. 79. lib. 10. [*v. &c. lign diſt.* 1. *de conſecr. Tuld. hic c.* 3. qui ait & ipſa fragmenta ſac permanere: ſed apud nos ſacrum nihil eſt, nihil religioſum ſe univerſitatis, aut ædificantis ſunt, adeoque ſepulchra in templ jure dominii poſſidentur ac alienantur ut cetera bona patrimoni lia *Grot. d. l.* 2. *p.* 1. *nu.* 24. ſed uti ſepulchra tamen.]

Religioſæ res.

a Poteſt ſibi quis locum facere religioſum? b Licetne inferre mortuum in locum communem? c Quid ſi uſufructus ſit alienus? d Quid ſi locus ſit alienus?

9. § [a] Religioſum locum unuſquiſque ſua voluntate f cit, dum mortuum infert in locum ſuum. [b] (In commune autem locum purum invito ſocio inferre non licet.) commune vero ſepulchrum etiam invitis cæteris licet i ferre. [c] (Item ſi alienus uſusfructus eſt: proprietarium pl cet, niſi conſentiente uſufructuario, locum religioſum n facere.) [d] In alienum locum conſentiente domino licet i ferre, licet poſtea ratum non habuerit quam illatus mortuus, tamen locus religioſus fit.

De rebus religioſis in §. 9. *h. n.* dantur quinque regulæ ad il tionem mortui pertinentes. *I.* Regula eſt: Quilibet in locur in quo plenum dominium habet, pro libitu mortuum inferre p teſt, & inferendo facit locum religioſum. [*l. 6.* §, *u t. ff. de* D. non vero verbis ſolennibus aut conſecratione. *l.* 2. §. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

c *religioſ.* ideoque mauſoleum inane religioſum non eſt *l. 6. §ult. ff. h. tit de religioſ. l. 7. h. tit. cont. l. 6. eod.* [Limita pri-
o, dummodo perpetuæ ſepulturæ ſit traditum, non ibi ad
tnpus depoſitum, ut alio transferatur. *D. de religioſ. l. ſi quis*
. Limita ſecundo, dummodo vel totum corpus, vel præci-
pa pars (id eſt, caput) ibi ſepeliatur *ff. de relegioſ. cum in di-
rſis* 44. Limita tertio; quia non totus locus ſepulturæ deſtina-
s, fit religioſus, ſed tantum ea pars, quæ corpus humanum
ntinet. *ff. eod. l. ſepulchrum.* II. Regula eſt in verſ. *in commu-
m.* In locum communem purum non licet inferre invito ſo-
. Locus purus eſt, qui nec ſacer, nec ſanctus, nec religioſus
t: *ff. eod. l. Locum 2. §. purus* 4. III. Regula eſt in verſic. *in
mmune.* Licet in commune ſepulchrum inferre, non ſolum
nſentientibus, ſed etiam invitis ſociis. [maxime ſi alius
n ſit ei locus. *l. 43. de religioſ. v. Tulden. in c. 4. hic.*] Ex hac
præced. regula nota. cum unus ex ſociis vult uti re commu-
, alter vero prohibet, ac quæritur uter eorum potior, diſtin-
uendum eſſe. nam ſi res in eum uſum non ſit deſtinata, prævalet
oluntas prohibentis, ut in ſuperiori regula. Si vero ad eum u-
um ſit res comparata, is eſt potior, qui uti vult, ut in hac tertia
egula. IV. Regula eſt in verſic. *ſi alienus.* Proprietarius non po-
eſt mortuum inferre invito fructuario. Ratio eſt: quia cum lo-
us religioſus ſit, uſusfructus extinguitur. [ideoque nec fructua-
io licet invito proprietario *Vinn. hic. per d. l. 2. §. 1. & 7.* Sed
b hac regula excipitur, niſi hæres ſepeliat teſtatorem in eo loco,
ujus uſumfructum legavit, cum alibi tam commode ſepeliri
on poſſit. *D. de religioſ. l. Locum 2. §. ſi uſumfructum. 7.* V.
Regula eſt in verſ. *in alienum.* Poſſumus in alienum locum in-
erre conſentiente domino: & locum religioſum facimus etiam-
i dominus ab initio non conſentiat, ſed poſtea ratum habeat. af-
irmative namque cum Theophilo legendum, *ratum habuerit*,
ut legitur etiam in *l. in tantum. 6. §. pen. ff. hoc tit.* unde hic lo-
cus ſumptus eſt. lectio vero negativa, *ratum non habuerit*, mi-
nus elegantem ſententiam continet. poteſt tamen defendi, quia
ſufficit ab initio conſenſiſſe. *Vinn. hic.*]

Res ſanctæ.

10. §. [a] Sanctæ quoque res veluti muri & portæ (civitatis) quodammodo divini juris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. [b] ideo autem muros ſanctos dicimus, quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſti-

a Quæ res ſunt ſanctæ?
b Quare ſancta dicuntur?

 tuimus

tuimus adverſus eos, qui contra leges fecerunt, ſanctione vocamus.

De rebus ſanctis ad §. 10. *h. n.* nota primo, ſanctum definir quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt, *ſ hoc. tit. l. ſanctum* 1. *in princ.* vel quod neque ſacrum ne que profanum (ſupple, neque religioſum) ſed ſanctione qua dam confirmatum eſt, *ff. eodem l. ſacra* 9. §. *rroprie.*

Nota ſecundo ſanctum dici a ſanguinibus, quas herbas lega populi Romani ferebant, ne violarentur. *d. l. ſanctum.* §. 1.

Nota tertio etiam leges dici ſanctas, quia ſanctione confir mantur, id eſt, quia pœna irrogatur iis, qui in leges commit tunt. *d. l. ſacra.* §. *proprie.* 2.; [item portas & muros civitatis quos violare capitale eſt. *l. ult. eod. h. t. Tuld. hic. c.* 6. Hodi tamen pœna arbitraria eſt, habita ratione temporis bel vel pa cis. *v. Groenew. hic. & Menoch.* 2. *arb.* 483. *l.* 3. §. 17. *ff. de r milit.*]

Res ſingulorum & jus acquirendi.

a Quo iure res fiunt ſingulorum
b De quo jure primo agendum?

11. §. [a] Singulorum autem hominum multis modis re fiunt. quarundam enim rerum dominium nanciſcimu jure naturali, quod (ſicut diximus) appellatur jus gen tium: quarundam (vero) jure civili. [b] Commodius e itaque a vetuſtiore jure incipere. Palam eſt autem vetu ſtius eſſe jus naturale, quod cum ipſo genere humano re rum natura prodidit. civilia autem jura tunc eſſe cœpe runt, cum & civitates condi, & magiſtratus creari, & le ges ſcribi cœperunt

Quinto tractat de rebus ſingulorum, ac modis, quibus res ſin gulorum fiunt, refert ad duo ſumma genera: quia res acquirun tur vel jure gentium, vel jure civili. §. 11. *h. n.* non etiam jur naturali, quod omnibus animalibus commune eſt: quia domi niorum diſtinctio jure gentium eſt introducta, *ff. de juſt. & jur l. Jus civile* 6. [& ſolius hominis proprium eſt, habere in domi nio. *l.* 1. *h. tit.*] Deinceps autem a §. *feræ* 12. uſque ad finen tituli, declarat decem modos acquirendi jure gentium, quos eg poſtea referam ad quinque. [quamvis memoriæ cauſa ad duo commode referri poſſint. ſc. ad factum noſtrum ſeu occupatio nem: & ad rei noſtræ vim ac poteſtatem. *Vinn. hic.* Dominiun autem eſt jus quo res cujuſque propria eſt: unde & Proprieta appellatur. *l.* 13. *l.* 36. *ff. h. tit.* vel eſt plena & legitima in ren poteſtas. Vis enim & origo ejus conſiſtit in autoritate juris *Tulden. hic. c.*12.]

Primu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

rimus modus eſt occupatio. quæ quidem triplex eſt: 1. fe-rum, 2. in bello, 3. inventorum in littore maris.

Occupatio animalium, quæ nullius ſunt.

12. §. [a] Feræ igitur beſtiæ, & volucres, & piſces, & (o-nnia) animalia, quæ mari, cœlo, & terra naſcuntur: ſi-ulatque ab aliquo capta fuerint, juregentium ſtatim il-ıs eſſe incipiunt. quod enim ante nullius eſt, id natu-r. ratione occupanti conceditur. [b] nec intereſt, feras be-ſt-s & volucres utrum in ſuo fundo quis capiat, an in alie-n. [c] Plane qui alienum fundum ingreditur venandi aut au-c-pandi gratia: poteſt a domino, ſi is præviderit, prohibe-r ne ingrediatur. [d] Quicquid autem eorum ceperis: eo -que tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur. -um vero tuam evaſerit cuſtodiam, & in libertatem natu-r-alem ſeſe receperit: tuum eſſe deſinit, & rurſus occu-p-ntis fit. [e] Naturalem autem libertatem recipere intelli-g-ura, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpe--u tuo, ut difficilis ſit ejus perſequutio.

a Quæ animalia jure naturali acquiruntur?
b An non intereſt quo in fundo animalia capiantur?
c Quid ſi quis alienum fundum venandi cauſa ingreditur?
d Quamdiu animalia capta manent capientium?
e Quando recipiunt animalia priſtinam libertatem?

De occupatione ferarum Juſtin. quinque quæſtiones diſſol-t.

Prima quæſtio eſt, cur feræ concedantur occupanti. reſpon-tur, quia nullius ſunt; naturali ratione concedi occupanti.

Nota primo hanc rationem eſſe bonam pro ſubjecto argu-ento, id eſt, valet in his rebus, quæ poſſunt dominio noſtro -bjici. cæterum res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ, quamvis nullius -nt, *ſupra* §. *nullius*. 7. tamen occupanti non conceduntur.

Nota ſecundo naturalem rationem, de qua Juſtinianus in -ntextu loquitur, in eo conſiſtere, quod Deus omnia, quæ in -rris gignuntur hominis dominio ſubjecit, *Geneſ.* 1. & *Pſalm.* . Quare natura non tantum rerum fructus, *infr. hoc tit.* §. *in* -ecudum. 37. ſed etiam res ipſas hominum gratia producit, ut re-te Stoicis placet, quos refert Cic. 2. Officior. eademque eſt A-ſtotelis ſententia. 1. Polit. cap. 4. [& quod omnibus naſcitur -duſtriæ præmium eſt. *Quintil. decl.* 13. Et meum eſt, quod -ete atque hami nacti ſunt. *Plaut. Rudent. act.* 4. *ſcen.* 3. & -alignitas eſſet, impedire utilitatem alicujus, quæ ſine ulla alte-ius jactura contingit. *l.* 2. §. 5. *de aqua pluv.* ac injuriarum -enetur qui prohibet aliquem venari in publico. *v. Tulden. hic. c.* 10. *Fachin.* 1. *contr.* 1. *l.* 13. §. *ult. ff. de injur.*]

Secunda quæſtio eſt, quo in loco feræ poſſint occupari, ita ut -arum dominium acquiratur? Reſpondetur, occupari poſſe quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

cumque loco nec tantum in ſuo, ſed etiam in alieno prædi quamvis dominus, ſi præviderit, prohibere poſſit, quomin aliquis in ſuum fundum venandi, vel aucupandi, vel piſcan gratia ingrediatur: Quid ergo (dicet aliquis) ſi quis domi fundi prohibente ingrediatur, & feram capiat? Accurſ: hic n gat eum fieri dominum feræ. [*v. & Cujac. 4. obſ. 2. Tuld. h c. 16. 17. Buſ. ad l. 16. de ſerv. ruſt.*] contrarium tamen r ſpondet *in l. Divus. 16. ff. de ſervit. præd. ruſtic.* ubi dominiu occupanti concedit, atque hæc ſententia communiter probatu & vera eſt: [nam prohibitio conditionem animalis feri non m tat. *Vinn.* &] quia non facit injuriam domino, quatenus fera capit, ſed quatenus eo invito fundum ingreditur: & hoc n mine ſufficit quod condemnatur injuriarum. *ff. de injuriis. injuriarum actio neque.* 13. §. *ultim.* [Nota tamen ſi fera pr fugerit in alienum territorium, caneſque ultro eam proſequa tur, & capiant, fit tua, alias hodie non licet. *Reyge. Theſau jur. verb. venatio nu..* 13. moribus namque ubique, in alien venari, piſcari neque aucupari libere licet: imo ne quidem in p blico paſſim aut ſemper, uti quæ fere inter inter Regalia referu iur. *v. Grot. lib. 2. p. 3. & Zyp. Notit. de jur. fiſci verſ. f ræ.* Eo tamen non obſtante ruſtici quoque canes alere poſſu iiſque feras a frugibus abigere & occidere. *v. Tuld. hic c.* 16. & 19. *Gail. 2. obſ.* 68. *Hartm. 2. obſ. 7. de ſervit.* Et excuſatur crimine prohibitæ venationis, qui caſu feram occurrentem c pit & interfecit: item qui in proprio agro cepit: & qui fer frugibus vel pecudibus ſuis damnum dantes interfecit *Tuld. h c. 22. per c. nemo retia. de pace tenend.* Neque venatio prohibe ri poteſt ſub pœna capitali vel corporali. *Schneidw. hic & Tul c. 21.* & in vindictam feræ captæ imaginem Dei ſuppliciis ſub jugare. *v. Salisber. de Nug. cur. lib. 1. c. 4. & Gail. d. obſ. 68 nu. 10. Fachin. 1. con. 1. in fin. Soeſ. hic. nu. 23.*]

Tertia quæſtio eſt, quouſque fera maneat in dominio occu pantis,, ſeu qua ratione dominium ejus effugiat? Reſpondetur tamdiu eſſe occupantis, quamdiu ab eo cuſtoditur: liberari au tem ab ejus dominio, cum ejus cuſtodiam evaſerit, & natura lem libertatem recuperavit, quod tunc accidit, cum oculos oc cupantis effugit, vel ita eſt in ejus conſpectu, ut perſecutio dif ficilis ſit. Verbum *difficilis* accipio in ſignificatione propria quia nulla ratio ſuadet, ut a vocabuli proprietate recedam quamvis Accurſ. accipiat pro impoſſibili. Hæc tres quæſtione diſſolvuntur. *in d. h. n.*

Fera vulnerata.

a Ceditne fera vulne-

13. §. [a] Illud quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

, ut capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligatur? (Et) quiiſdam placuit, ſtatim eſſe tuam: & eo uſque tuam videri, donec eam perſequaris. quod ſi deſieris perſequi, deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alii vero putaverunt, non aliter tuam eſſe, quam ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiam nos confirmanus, quod multa accidere ſoleant, ut eam non capias.

nerata occupanti, an vulneranti?

Quarta quæſtio eſt in §. 13. *h. n.* quomodo feræ per occupationem acquirantur, id eſt, utrum ſufficiat feram lethaliter vulnerari, an neceſſe ſit eam capi. Reſpondetur: feram noſtram non fieri, niſi eam ceperimus ut enim dominium jure gentium acquiratur, opus eſt corporali apprehenſione, *ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ. l.* 1. *& l. poſſideri.* 3. §. *Neratius* 3. [nam inter os & offam intervenire poſſunt. *Gell.* 13. *c.* 16. Qui tamen lupo ovem alterius eripuit, domino reddere tenetur uti quoque is qui res ejectas ex ipſo mari arripuit *Tulden. hic. c.* 24. *per l.* 44. *de A. R. D.* Sed fera laqueis tuis in agro tuo, vel etiam alieno, domini conſenſu, ita incluſa, ut exire nequeat, tua eſt: ſi vero unum horum deſit, cedit occupanti. *Tuld. hic. c.* 25. *Grot. de jur. bell. lib.* 2. *c.* 8. *nu.* 4. *per l.* 55. *de A. R. D.* Si utriuſque opera tenetur conſtricta, melior eſt conditio præoccupantis. *Tuld. d. c.* 25. *&* 26. ubi idem de piſcibus ait.]

Apium, Favorum, Examinis occupatio.

14. § [a] Apium quoque fera natura eſt. Itaque (apes,) quæ in arbore tua conſederint, antequam a te alveo includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quam volucres quæ in arbore tua nidum fecerint. ideoque ſi alius eas incluſerit: is earum dominus erit. [b] Favos quoque, ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Plane integra re ſi præviderit ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. [c] Examen quoque quod ex alveo tuo evolaverit, eo uſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio ejus eſt, alioquin occupantis fit.

a Quid inris in Apibus?

b Quid in Favis?

c Quid in examine Apium?

Quinta quæſtio eſt in §. 14 *h. n. & duabus* §§. *ſeqq.* quænam animalia hoc modo noſtra fiant. Hic diſtinguuntur tria animalium genera, nam alia ſunt prorſus fera, ut leones, urſi, alia prorſus manſueta, ut gallinæ domeſticæ, & anſeres domeſtici: alia ſua natura ſunt fera, ſed conſuetudine manſuefacta, ut cervi & columbæ, quæ ire & redire ſolent, & apes alveo incluſæ. Prout igitur tria ſunt animalium genera, ita dantur tres regulæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

læ. I. Animalia prorſus fera conceduntur occupanti. II. Animalia manſueta ubicunque reperiantur, non conceduntur occupanti: ſed qui ea lucrandi animo occupaverit, furti tenetur. III Animalia manſuefacta, quamdiu ire & redire ſolent, tamdiu comparantur animalib. manſuetis, adeo ut qui ea occupaverit, furtum committat, quod ſi conſuetudinem redeundi [ultro non detenta *l.* 8. §. 1. *ff. fam. eriſc. v. Tuld. hic c.* 17. deſeruerunt, jam inter fera animalia numerantur & occupanti conceduntur. [Sed ut jure civili ſervus fugitivus naturalem libertatem non recipit. *l.* 1. *C. de ſerv. fugit*, ſic quoque noſtris & Gallorum moribus animalia noſtra eſſe non deſinunt, etſi revertendi animum deſeruerint *vid. Ioan. Fab. Fons. & Groenew. hic.*]

Occupatio Pavonum, Columbarum, Cervorum.

a Quid juris in Pavonibus in columbis fieri? b Quid in cervis? c Quid in animalibus, quæ ex conſuetudine abeunt & redeunt?

15. §. a Pavonum quoque & columbarum fera natura eſt. nec ad rem pertinet quod ex conſuetudine evolare & revolare ſolent nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. b Cervos quoque quidam ita manſuetos habent, ut in ſylvam ire, & redire ſoleant: quorum & ipſorum feram eſſ naturam, nemo negat. c In iis autem animalibus, [ſcil. natura feris.] quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula comprobata eſt: ut eo uſque tua eſſe intelligantur, donec animum revertendi habeant. nam ſi revertendi animum habere deſierint: etiam tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantium. Revertendi autem animum videntur deſinere habere tunc, cum revertendi conſuetudinem deſeruerint. [*v. tamen not. ſup.* §. 14. *ad fin.*]

Gallinarum ac Anſerum occupatio.

a Quid juris in Gallinis, aliisque animalibus manſuetis?

16. § a Gallinarum autem & anſerum non eſt fera natura: idque ex eo poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt Gallinæ, quas feras vocamus: item alii ſunt anſeres, quos feros apppellamus. [quam naturam in omni fere genere animalium animadverti poſſe teſtatur *Plin. lib.* 8. *c.* 53. *Colum. lib.* 8. *c.* 14. Ideoque ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæve evolaverint: licet conſpectum tuum effugerint, quocumque tamen loco ſint, tui tuæve eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.] exigit enim hoc

juſtitiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſtitiæ ratio, quæ non ex quantitate ſed ex ſui regulis debet æſtimari. *Vinn. hic.* neque obſtat, quod de re minore actio de dolo non detur *l. 9. in fin. & l. ſeq. ff. de dol.* nam de dolo ſibi quis cavere poteſt, de furto non poteſt. *Soeſ. hic n. 24. Clar. §. furtum nu. 23.* Diſſent. *Covar. 1. var. reſ. 3.*]

Occupatio rerum hoſtium.

17. §. [a] Item ea, quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeo quidem ut & liberi homines in ſervitutem noſtram deducantur: qui tamen, ſi evaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reverſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt.

[a] Cui cedunt ab hoſtibus capta?

Secunda occupatio eſt, quæ fit in bello, id eſt, eorum quę hoſtibus eripiuntur, etiam ſi homines liberi ſint: fiunt enim ſervi capientium §. 17. *h. n.* Hoc modo non acquiruntur res immobiles, ſed tantum mobiles. *ff. d. capitivis, l. ſi captivus* 20. §. 1. ſcil. quæ extra actum publicum ſibi capiunt, in actu vero belli publico & imperato ſinguli ut miniſtri operam navant & principi ſive populo, qui miniſterio eorum utitur, acquirunt & publicantur. *d. l. 20. §. 1. & l. pen. ad l. jul. pecul. v. Grot. de I. B. l. 3. c. 6. Tulden hic. c. 29. & ſeqq.* Sed hoſtibus ex agris pulſis dominia eorum ad priores dominos redeunt, nec prædę loco cedunt. *d. l. 20. §. 1. v. Ayal. de jur. bell. lib. 1. c. 5.* ſed hodie naves pyratis ereptæ non reſtituuntur dominis, jure Hiſpanorum. *v. Tuld. hic. c. 30.*]

Inventio rerum nullius in littore.

18. §. [a] Item lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inveniuntur, jure naturali ſtatim inventoris fiunt.

[a] Cui cedunt lapilli gemmæ in litore inventæ?

Tertia occupatio eſt eorum, quæ inveniuntur in littore maris. §. 18. *h. n.* Ut autem hoc modo res noſtræ fiant, duo requiruntur. Unum eſt, ut hæ res ſint nullius, ut conchilia, lapilli, & gemmæ quæ in litore maris inveniuntur. Differentia eſt inter lapillos & gemmas, quod hæ ſunt perlucidæ, illi vero non ſunt perlucidi. *ff. de auro & argen. leg. l. cum aurum. 19. §. gemmæ.* Alia ratio eſt earum rerum, quæ naufragio amiſſæ, & flectibus ad littus expulſæ ſunt, ſi quis enim eas invenerit & retinuerit, furti ſe obſtringit. *infr. hoc tit §. ult.* [Sed hæc fere ubique a fiſco vendicantur improba conſuetudine. *Grot. de I. B. lib. 2. c. 7. Argentr. ad C. Br. 65. gl. 1. nu. 45.* & contra. *Auth. Navigia C. de furt.* ſi tamen dominus ea intra annum & 6. ſeptimanas vendicare neglexerit, tanquam pro derelictis habita fiſco cedunt.

relictis habita fiſco cedunt. *Grot. lib. 2. p. 4. nu. 33. Zyp. No[…] de jure fiſc. verſ. Bona naufragornm add. inſr. §. 39. & §. […] not. h. tit.* Alterum eſt, ut corporaliter apprehendantur, nec en[…] ad acquirendum dominium ſufficit hæc videre, vel alii oſten[…]re, ſed neceſſe eſt occupare. *D. de acquirend. poſſ. l. 1. §. 1. & l. p[…]ſideri 3. §. Neratius 3.* [Niſi tamen quis ſimul viderit & p[…]teſtatus ſit: *vid. Cypr. Cen: jur. hic. & Tuld. c. 13. & inf.* […] 39.]

Acceſſio diſcreta, in natis ex animalibus noſtris.

a Cui cedunt natae ex noſtris animalibus?

19: § [a] Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo ſubj[…]ctis nata ſunt eodem jure tibi adquiruntur.

Secundus acquirendi modus eſt nativitas, ſeu partus & fœ[…] hoc enim modo noſtra fiunt, quæ naſcuntur ex animalibus [n…]ſtris id eſt, ex ancillis, vel ex brutis animantibus. Hic aute[…] locum habet illa regula, Partus ventrem ſequitur. *D. de […] vend. l. idem Pomponius 5. §. idem ſcribit ſi equam. 2. & C. e[…] l. partum 7.* [quod & in fructibus terræ ita eſt qui jure non [do]minis ſed ſoli percipiuntur. *Perez. hic & Tulden. c. 18. Gr[…] lib. 2. tit. 8. nu. 18. de I. B.* attamen qui equas ſuas meis eq[…] doloſe ſubjecit furti tenetur. *Tuld. d. c. 18. per l. 52. §. 20.* […] *furt.*]

Acceſſio concreta uniti per alluvionem.

a Cui cedit alluvio? b Quid eſt alluvio.

20. § [a] Præterea quod per alluvionem agro tuo flum[…] adjecit, jure gentium tibi adquiritur. [b] Eſt autem allu[…] incrementum latens. per alluvionem autem id videtur a[d]jici, quod ita paullatim adjicitur, ut intelligi non p[…] ſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur.

Acceſſio concreta uniti in parte prædii per vim fluminis […] alienum fundum illati.

a Cui cedit pars terræ quam flumen per vim prædio alterius intulit.

21: § [a] Quod ſi vis fluminis de tuo prædio partem a[…]quam detraxerit, & vicini prædio attulerit: palam […] eam tuam permanere. Plane ſi longiore tempore fun[…] vicini tui hæſerit, arboreſque, quas ſecum traxit, in eu[…] fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vici[…] fundo acquiſitæ eſſe.

Tertius modus ſpectatur in flumine, ubi de mari aliqu[…] obiter dicetur. Hoc autem modo tria acquiruntur: 1. qu[…] per alluvionem recedit: 2. inſula: 3. alveus. Alluvio non ſpecta[…] in lacubus, aut ſtagnis: quia licet interdum creſcant, tamen ſu[…]

te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ninos retinent. *D. de acq. ter. dom. l. lacus* 12. ſed locum habet in minibus. diſtinguitur autem alluvio a vi fluminis, nam alluvio latim uni agro adimit, alteri adjicit; ita ut ſenſu percipi non ſit, quantum quoquo temporis momento adimatur & adjicia-. vis autem fluminis uno impetu terræ partem ſecum trahit, ue alteri prędio adjungit. proinde acquirimus id quod per al- ionem prædio noſtro accedit. §. 20. *h. n.* niſi ſit ager limita-. *D. eod. l. in agris.* 16.] vel circa mare alluvio fiat eo re- cedente. hoc enim occupanti cedit. *Tulden. hic. c.* 36. Sed nia hæc fluvialia incrementa cum ripis, jure gentium Reip. dicat *Grot. de Jur. Bel. lib.* 2. *c.* 8. *nu* 9. *v.* & *Groenew. hic* autem fluminis non mutatur terræ dominium §. 21. *h. n.* uia manet eadem ſpecies, nec ejus negligentia avulſum eſt *nn.*] Si quæras quid dicendum de arboribns, quas flumen u- cum agri parte ſecum traxit: Imperator reſpondet, has ma- re ejus, qui ante vim fluminis earum dominus erat, non ac- iri vicino, niſi in ejus prædium radices immiſerint. *d.* §. 21. *n.* quoniam arbores cedunt prædio, in quod radices egerunt. *infr. eod.* §. *ſi Titius.* nterim ex æquitate datur ei actio, qua ecium ejus quod acceſſit & ademtum eſt conſequatur. *Pe. z. hic per l.* 5. §. 3. *de. R. V.* Diſſent. *Tulden. hic. c.* 36. *per* 2. §. 2. *de damn. inf.* & *l.* 26. §. 2. *de A. R. D.* Si autem flu- en ſpeciem aliquam in agrum tuum induxit, ea cedit præ- ccupanti. *Tulden. hic. d. c.* 36. *iu fin.*]

Jus in inſula in mari vel flumine nata.

arum uſus ſilvæ conceſſus ſit, & deinde familiæ auctæ ſint hæ quo
que uti poterint. *Coſtal. d. l.* 22. *per. l.* 76. *de judic. & l.* 22. *l.* 22

c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

leg. 1. Uſuarius nemoris vel fundi compaſcui poteſt a proprie-tario compelli ut certa parte vel fine tenus utatur. Reliquis ſibi libere relictis, ſi ſit ſibi utile & ſine damno uſuarii; *Tuld. hic c.* 2. *Grivel. dec.* 66.]

Ad §. 1. Nota primo, eum, qui fundi uſum habet, non ſolum quid accipere ex oleribus, pomis, & cæteris in contextu enumeratis, ſed etiam ex frumento & oleo ad ſuam neceſſitatem. *D. h. tit. l. plenum.* 12. §. 1.

Nota ſecundo, quod dicitur fructuarium poſſe vendere, aut gratis concedere uſumfructum, non ſic accipi debere, quaſi poſſit jus ſuum ad alterum tranferre. quia hoc jus perſonale eſt, quod perſonam non egreditur, tantum igitur tranſfert facultatem percipiendi fructus: quæ facultas non eſt juris, ſed facti: proinde qui hanc facultatem habet, non eſt fructuarius: conſequenter non ejus, ſed fructuarii morte finietur uſufructus.

Uſus ædium.

2. § a Item is, qui ædium uſum habet hactenus jus habere intelligitur, ut ipſe tantum inhabitet, nec hoc jus ad alium transferre poteſt, & vix receptum eſſe videtur, ut hoſpitem ei recipere liceat: & cum uxore, liberisque ſuis, item libertis, nec non perſonis aliis liberis: quibus non minus, quam ſervis utitur, habitandi jus habeat. Et convenienter, ſi ad mulierem uſus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat. a Quid juris in uſu ædium?

Ad §. 2. *h. n.* Nota primo, quod qui uſum ædium habet, poſſit ipſe tantum inhabitare, jus ſuum non transferre ad alium, *d. h. n.* nec locare ædes ſeorſum. *l. Sed neque.* 8. *D. h.*

Nota ſecundo, quod uſuarius recipiendi hoſpitem, cum uxore liberis aliiſque quibus non minus quam ſervis utitur habitandi jus habeat. *d.* §. *h. n.* adde quod & poſſit inquilinum admittere & penſionem ab eo recipere, modo ipſe inhabitet. *l. cui uſus*, 2. *& ſeqq. D. h.*

Nota tertio, quod mulieri uſuariæ cum marito liceat habitare. §. *h. n.* Adde, quod permiſſum ſit uſuariæ hoſpitem recipere, ſed non aliter, quam ſi is ſit, qui honeſte cum ea habitaturus eſt. *Non aliter.* 7. *D. h.* [ideoque poſtea nubens cum marito habitare poteſt. *l.* 4. *ff. h. tit.*]

Uſus ſervi & jumenti.

3. § a Item is ad quem ſervi uſus pertinet, ipſe tantum opera atque miniſtero ejus uti poteſt: ad alium vero nullo a Quid juris in uſu ſervi aut jumenti?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

modo jus ſuum transferri ei conceſſum eſt. Idem ſcilic juris eſt & in jumento.

Ad §. 3. *h. n.* Nota aliud eſſe locare operas ſervi ad opus facie dum; aliud eſſe conducere opus faciendum & in eo opere facie do uti operis ſervi: hoc enim uſuario conceditur? illud vero negatur. [neque alii utendo concedere poteſt. *l.* 12. §. *ult. ff. uſufr. v.* & *l.* 13. 14. 20. *eod.* Si ſervus cujus uſumfructum h beo, fodiendo agrum meum, theſaurum invenit ſemis propr tario debetur *l.* 63. §. 3. *de acq. rer. dom.* ſic ſi fabrum cond xerim, iſque dum opus facit in meo theſaurum invenit, n non niſi dimidia pars debetur: ſi vero Piſcatorem conduxeri ut in mari piſcetur iſque tripodem aureum extraxerit totus inv tori cedit. *Argentr. ad Conſ. Brit art.* 53. *gl.* 2. *nu.* 15. notandu tamen quod onera rei non agnoſcat uſuarius ſed hæres. *l.* 18. *ff. tit,* ea agnoſcit quoque uſufructuarius *l.* 7. §. 2. & *ſeq. de uſu* ſi tamen alicui uſus vel operæ ſervi legatæ ſunt, legatarius cib ſervo præbere tenetur. *arg. l.* 18. §. 2. *ff. commod. l.* 30. *in fi ædil. edic. l.* 7. §. 16. *ff. ſol. matr.*]

Uſus pecorum.

a Quid in uſu pecorum?

4. §. a Sed & ſi pecorum, vel ovium uſus legatus ſit: que lacte: neque agnis, neque lana utetur uſuarius, q ea in fructu ſunt. Plane ad ſtercorandum agrum ſuum corib: uti poteſt.

Ad §. 4 *h. n.* Nota I. quamvis pecorum appellatione contine tur etiam oves. *d. tit. l. plenum* §. *ſed ſi pec.* tamen hæc duo leg diſtingui, id eſt. legatum uſus pecorum, & legatum uſus ovit quia legatum illud plenius eſt: ſiquidem pecorum appellatio tius patet, quam ovium.

Nota ſecundo exceptionem ad id, quo ait Imp. uſuarium n uti lacte: quoniam modico lacte utitur. *d. l. plenum* 12. §. *ſi pecoris* I. ultra uſum ſtercorandi *d.* §. 4. *hic.*]

Habitatio.

a Quid juris in habitatione?

5. §. a Sed ſi cui habitatio legata, ſive aliquo modo c ſtituta ſit, neque uſus videtur, neque uſusfructus, ſed q proprium aliquod jus: quanquam habitationem hab tibus, propter rerum utilitatem, ſecundum Marcelli ſ tentiam noſtra deciſione promulgata, permiſimus non ſum in ea degere, ſed etiam aliis locare.

Secunda tit. pars eſt de habitatione. *in* §. *pen. h. n.* Habitatio jus habitandi in ædibus alienis, ſalva earum ſubſtantia, magis men in facto & in re ipſa, quam in jure perſonæ conſiſtens, *ff cap. min. l. pen.* Habitatio hic declaratur per diſtinctionem a ſufructu, & uſu. differt autem ab utriſque. I. Quia uſusfruct

vel ſus, eſt merum jus, habitatio vero (ut modo dixi) magis in facto, quam in jure conſiſtat. II. Quia non amittitur non utendo, neque capitis deminutione *ff. eod. l. ſi habit.* 10. *in pr.* quibus modis ſupra didicimus uſufructum & uſum ammitti. III. Quamvis ſimilior ſit uſui, quam uſufructui. *d. l. Si habitatio* 10. *in pr.* tamen eo differt ab uſu, & eſt ſimilis uſuifructui, quod locari poteſt, *d. §. pen. h. n.* adhibito. §. 1. *ſup. eod.* [& conſequenter etiam vendi & gratis concedi jure ipſe apud eum manente *v. l.* 13. *C. de uſuf. Vinn. hic.* ſive legata ſit ſive inter vivos conſtituta *v. Caſtill. de uſufr. c.* 28. *n.* 24. *Afflict. dec.* 400. *n.* 7. *& ſeqq.* (*Diſſ. Mornac. in l.* 4. *h. tit.*) quia relinquens alicui habitationem, cenſetur reſpexiſſe & rem & neceſſitatem perſonæ cui dedit. *Perez. hic.*] IV. Pars continet tranſitionem *in ult.* ubi Imp. brevi epilogo complectitur ea quæ proxime docuit, ac proponit quæ deinceps expoſiturus eſt.

Tranſitio ad modos acquirendi jure civili.

6. §. a Hæc de ſervitutibus, & uſufructu, & uſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, ſuis locis proponemus. Expoſuimus ſummatim quibus modis jure gentium res adquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo & civili jure adquiruntur. De quibus materiis agitur in ſequentibus?

AXIOMATA.

1. *Minus juris eſt in uſu, quam in uſufructu.* §. 1.
2. *Uſuarius ſuum jus non poteſt in alium transferre.* in fin. §. 1.
3. *Uſuarius habet jus utendi non tantum ad neceſſitatem perſonæ ſed & honeſtatem.* arg. §. 2.

DE USUCAPIONIBUS ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBUS.

TITULUS. VI.

TRanſgreditur ad explicandos modos quibus rerum dominium jure civili acquiritur: quorum alii ſunt particulares, quibus res ſingulæ acquiruntur, ut uſucapio, donatio, legatum & particulare fidei commiſſum: alii univerſales, quibus acquiruntur univerſitates bonorum, ut hæreditas, bonorum poſſeſſio, acquiſitio per arrogationem, addictio bonorum, qui quidem modi deinceps a Juſtiniano explicabuntur, ſumpto initio a modis particularibus, propterea quod etiam modi jurisgentium ſupra expoſiti, particulares ſunt: Primus particularis modus eſt uſucapio. Uſucapere eſt dominium poſſeſſione acquirere. nam uſus hic ſignificat poſſeſſionem, ut *D. de verb. ſign. l. quæſt.* 115. Itaque uſucapio definitur, Adjectio dominii per continuationem poſ-

ſeſſionis temporis lege definiti, *D. hoc tit. l. uſucapio* 3. Dic
adjectio; quia eſt alluvioni ſimilis, ut enim alluvio paulati &
latente incremento agris adjicit. *ſup. de rer. div. §. præterea* o
ita etiam poſſeſſio illa, per quam uſucapio procedit, paulat
dominium progreſſu temporis nobis adjicere videtur. Hinc
quod nondum perfecta uſucapione is qui uſucapit, quodam o-
do pro domino habetur, & rem quaſi ſuam vendicat actione
Publiciana, *infra de action. §. namque ſi cui.* 4. Additur
continuationem poſſeſſionis; quia uſucapio continuatam, non-
teruptam poſſeſſionem requirit. *D. eod. l. uſucapio.* 3. *l. poſ-
ſio.* 20. *l. nunquam* 31. §. 1. Additur *temporis lege definiti.*
tempus in rebus mobilibus eſt triennium: in immobilibus ef-
ceunium inter præſentes, aut 20. anni inter abſentes. *C. de u-
cap. transform. l. un.* Ex hac rerum diviſione ſumuntur du-
ſucapionis ſpecies, nempe uſucapio proprie dicta, & longi te-
poris poſſeſſio, ſeu longi temporis præſcriptio. Uſucapio ſpe-
lis eſt, qua res mobilis triennii poſſeſſione acquiritur. Longi
temporis poſſeſſio, ſeu præſcriptio eſt, qua res immobilis -
ſeſſione 10. aut 20. annorum acquiritur. Utraque requirit bo-
nam fidem, juſtum titulum & poſſeſſionem non interrupt.
Alia eſt longi temporis poſſeſſio, ſeu præſcriptio abſque tit:
ex qua olim dabatur tantum exceptio, hodie etiam utilis vi-
catio competit. atque etiam hæc ſpatio 10. aut 20. anno
abſolvitur: ſed utile dominium tribuit, non directum, ut u-
capio. *ff. ſi ſerv. vindic. l. ſi quis diuturno.*10. *in princ.* [E-
nim Præſcriptio exceptio qua actor a judicio repellitur, quia-
tra tempus lege definitum, actionem ſuam neglexit inſtitu.
ita ut per hanc debitori liberatio, per uſucapionem poſſe
dominium acquiratur. *v. Tuld. c: hic.* 1. *Treut. diſp.* 22. *th.
p.* 2.] Hic igitur titulus inſcribitur. *De uſucapionib. & l
temporis poſſeſſionibus vel præſcriptionibus.* nam utroque mo
legitur. Intellige uſucapiones rerum mobilium longi autem
temporis præſcriptiones, ſive poſſeſſiones, id eſt, uſucapiones -
rum immobilium. [Sed notandum quod hodie moribus imr-
bilia. 30. annis ſive triente ſæculi, mobilia 30. annis præſcribar
fere, & quod uſucapiones hæ exoleverint. *v. Groenew. hic.*
ad rubr. C. de præſc. 30. *annor.* Hujus tituli partes quinque ſur]

Requiſita uſucapionis.

Quod tempus ad uſucapionem bona fide & ex juſto titulo perficiendam requiritur?

IUre civili conſtitutum fuerat, ut qui bona
de ab eo, qui dominus non erat, cum cre-
ret eum dominum eſſe, rem emerit vel
donatione, aliave quavis juſta cauſa, accep-
rit, is eam rem, ſi mobilis erat, anno ubiq:

u

ne: ſi immobilis biennio tantum in Italico ſolo uſuca-
pe t, ne rerum dominia in incerto eſſent. Et quum
ho placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis
ſufcere ad inquirendas res ſuas præfata tempora: nobis
m ior ſententia reſedit, ne domini maturius ſuis rebus
de audentur, neque certo loco beneficium hoc conclu-
da r: & ideo conſtitutionem ſupra hoc promulgavimus,
qu cautum eſt, ut res quidem mobiles, per triennium: im-
m biles vero per longi temporis poſſeſſionem (id eſt, inter
pr ſentes decennio, inter abſentes viginti annis) uſucapian-
tu & his modis non ſolum in Italia, ſed etiam in omnī
te ra, quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum, juſta
c ſa poſſeſſionis præcedente, adquirantur.

n prima parte Imperat. ſummatim, & breviter materiam u-
ſ apionis enarrat, *in princ. tit.* in quo tria tradit. Primum eſt o-
r o uſucapionis, quæ introducta eſt jure civili, id eſt, lege xii.
t. Secundum eſt ratio, propter quam uſucapio introducta
f. non eſt autem introducta propter æquitatem naturalem,
c potius adverſatur, dum rem aufert domino invito; ſed pro-
p r æquitatem civilem, ne rerum dominia ſemper ſint in in-
c to. *D. de uſurp. & uſucap. l.* 1. & ut ſit aliquis litium finis.
pro ſuo l. ult. in princ. [*v. Tuld. hic. c.* 2. *&*
ot. de jur. bell. lib. 3. *c.* 20. *nu.* 9.] Tertium eſt,
ænam requirantur, ut uſucapio procedat. Multa re-
iruntur, videlicet. I. Ut uſucapiens rem acceperit, id
, tradita fuerit. II. Ut qui rem tradidit, non ſit ejus domi-
s: alioqui accipiens ſtatim fieret dominus nec egeret uſuca-
one, *ſupra de rer. div.* §. *per traditionem.* 40. III. Ut res ſit
adita ex cauſa, ſeu titulo idoneo, veluti ex cauſa venditionis,
l permutationis, vel donationis, id eſt, ex ea cauſa, ex qua ſi
ominus tradidiſſet, dominium in accipientem tranſtuliſſet. ſi-
e enim nulla ſit cauſa, ſive ſit cauſa non idonea, puta depoſiti
el commodati, uſucapio non procedit. [quia non tam poſſi-
ent quam detinent rem, & non tam ſuo, quam alieno nomine
ec animo domini quæ ſola proficit ad uſucapionem. *Perez. hic.*]
V. Ut rem acceperit bona fide, id eſt, exiſtimans ſe accipere a ve-
o domino, [vel jus tradendi habente, puta tutore, aut procu-
atore. *l.* 109. *de V. S.*] Hæc bona fides in emptore requiritur tam
empore contractus quam traditionis. quod quidem ſpeciale eſt
n emtione: in aliis enim cauſis tantum traditionis tempore bona
ides requiritur. *D. de emt. l.* 2. *in princ.* [Dubitans autem tem-
ore rei tradendæ, non videtur bona fide accepiſſe. *Soar. com.*
opin. lit. D. nu. 396. Sed ſi poſtea ambigere incipit videtur
incul-

inculpate uſucapere. *Tuld. hic. c. 3. per c. literas de reſt. ſpol. Fach. 1. cont. 64.* qui dubitantem ab initio præſcribere tradit Superveniens mala fides jure civili non impedit uſucapion bona fide cœptam. *D. de acqu. rer. domin. l. bonæ fidei*, 48 1. *& C. de uſucap. transfer. d. l. un. §. hoc tantummodo.* S jure canonico bona fides perpetuo requiritur in uſucapientib *ext. de præſcrip. c. ult.* [*v. Fachin. 1 con. 63. & Tuld. hic* 4. poſt completam autem uſucapionem non nocet mala fi ita ut non teneatur reſtituere rem cujus jam factus eſt dominu ne quidem in foro conſcientiæ. *Fach. 1. con. 64. Perez. hic.* deoque ſi deinde rem pro derelicto habeat, non cedit domi priſtino, ſed occupanti. *Tuld. d. c. 4. Cujac, 21. obſ. 8. pe 5. de his quæ in fraud. & l. 256. §. arbor. de A. R. D.*] V. rem poſſederit per tempus lege ſtatutum, id eſt, rem mobile triennio, rem immobilem 10. annis inter præſentes, aut 20. ter abſentes. [*v. not. ſup. ad fin. præf. hic.* Præſentes autem bentur qui in una Provincia domicilium habent. *l. ult. 5. de lo temp. præſ.* non habita ratione ubi res ſita ſit. *l. fin. §. ſancimi C. d. tit. & ibi gl.* & ſi quis partim præſens partim abſens fu adjicietur tempus abſentiæ. *Auth. ſi quis. C. d. tit. Novell.* 116. 7.] His quinque requiſitis, quæ in hoc principio habentur, d addi poſſunt. VI. Ut res vitio careat. *infra hoc tit. §. 1. & ſeq uſque ad §. error.* 12. Et VII. Ut poſſeſſio ſit continuata, non i terrupta. *D. eod. l. uſucapio*, . & *l. nunquam* 31. §. 4. ut exp catur *in §. diutina. pen.*

Res uſucapiendæ.

a Quales res uſucapiuntur?

1. § [a] Sed aliquando etiam ſi maxime quis bona fide re poſſederit: non tamen illi uſucapio ullo tempore procedi veluti ſi quis liberum hominem, vel rem ſacram, vel rel gioſam, vel ſervum fugitivum poſſideat.

In ſecunda, a dicto §. 1. *h. n.* uſque ad § *error.* 9. tractat de r bus quæ uſucapi poſſunt. Et primo in *d.* §. 1. *h.* excludit eas re quæ non ſunt in commercio, [nec in bonis ſingulorum e poſſunt. *l. 9. ff. h. tit.*] ut liberum hominem, & res divini juri quoniam hæ non poſſunt uſucapi. Secundo in eodem §. excl dit ſervum fugitivum: quia res furtivæ non poſſunt uſucapi, dicitur in §. *ſeq.* ſervus autem fugitivus eſt aliquo modo furt vus, quia ſui ipſius furtem facere dicitur. *C. d. ſer. fug. l. 1.*

Res furtiva & vi poſſeſſa.

a Poſſuntne res furtivæ & vi poſſeſſæ ab ullo poſſeſſore & ullo tempore uſucapi?

2. § [a] Furtivæ quoque res, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, n ſi prædicto longo tempore bona fide poſſeſſæ fuerint, uſ capi poſſunt. nam furtivarum rerum lex duodecim tabul rum, & lex Atinia, inhibent uſucapionem, vi poſſeſſarum lex Julia & Plautia.

Te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ertio in §. 2. *h. n.* incipit tractare de rebus furtivis,aut vi poſ-
eſſ. Ac I. generaliter docet, quo jure & in quibus perſonis ha-
ur rerum uſucapio prohibeatur: ac docet rerum furtivarum u-
ucionem inhiberi lege duodecim tabularum,& lege Atinia, *ff.*
l. non ſolum 33. *in princ.* (legis Atiniæ verba refert Gellius
lib. 7. cap. 7. (vi autem poſſeſſarum, lege Plautia & Julia *d. non*
33. §. *dominus* 2. (Plautiam tulit M. Plautius Silanus tribu-
lebis, Cn. Pompeio Strabone. L. Portio Catone Conſulibus:
s meminit Cic. *de reſponſ. haruſp. & pro Milone.* ibique Aſco-
Legis Juliæ tempus eſt poſterius, & incertum.) hanc autem
ribitionem eſſe generalem, & in omnibus perſonis obtinere,
e adeo etiam in bonæ fidei poſſeſſoribus, licet longo tempo-
re oſſederint (defenditur tamen poſſeſſor fugitivi 30. annorum
ſcriptione *per l.* 3. *&* 4. *C. de præſcr.*]

Ampliatio in rebus furtivis & vi poſſeſſis.

§. a Quod autem dictum eſt, furtivarum & vi poſſeſ- a Poſſuntne res furtivæ & vi poſſeſſæ uſucapi?
am rerum uſucapionem per leges prohibitam eſſe,
n eo pertinet, ut ne ipſe fur, quive per vim poſſidet
capere poſſit (nam his alia ratione uſucapio non com-
it, quia ſcilic. mala fide poſſident) ſed ne ullus alius,
amvis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acce-
rit, uſucapiendi jus habeat. Unde in rebus mobilibus
n facile procedit, ut bonæ fidei poſſeſſoribus uſucapio
mpetat. Nam qui (ſciens) alienam rem vendiderit, vel
alia cauſa tradiderit, furtum ejus committit.

II. In §. 3. *h. n. vers. unde*, ſpecialiter tractat de reb. mobili-
s: de quibus dat regulam quod cum a non domino alienantur,
erumque fiunt furtivæ, nec poſſunt uſucapi. [ſive is fur ſit, ſive
eo bona fide alius rem acceperit, propter vitium quod ipſam
m comitatur *Perez. hic. v. Tuld. h. c.* 7. & ubi lex prohibet u-
capionem bona fides poſſidenti non prodeſt *l.* 24. *h. tit. l.* 7. *C. pro*
nptor. Sed tamen 30. annorum præſcriptio dominum repellet
3. *&* 4. *C. de præſ.* 30. *ann.*] & in *ſeq.* §. 4. addit exceptionem,
iſi quis rem alienam bona fide (id eſt, putans ſe eſſe dominum)
lienaverit. quod poſſe contingere docet propoſitis duobus exem-
lis. In priori exemplo, quod eſt *in princ.* §. alienans erravit in
acto. In poſteriori, quod eſt *in* §. 5 *. h. n.* erravit in jure. Unde no-
a, tam juris, quam facti ignorantiam excuſare a dolo, & a furto,
quod ſine affectu furandi non committitur. Ac ne quis putet his
olis caſibus, quos propoſuit, furtum non committi, & uſucapio-
nem procedere, *in* §. 6. ſubjicit etiam aliis caſibus id accidere, id
eſt, plura alia exempla proponi poſſet in quibus propter juris, vel
facti

facti ignorantiam res non ſit furtiva, ideoque uſucapitur. [*vide l. 36. §. 1. h. tit. l. 57. D. mand. l. 5. pro derel.*]

Caſus, quo valet uſucapio in mobilibus.

Da caſum quo in reb. mobilibus procedit uſucapio?

4. § [a] Sed tamen id aliquando aliter ſe habet. nam ſi hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, uſucapere poſſit, dubium non eſt: quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: quum utique hæres, qui bona fide tanquam ſuam alienaverit, furtum non committit.

Caſus de mobilibus uſucapiendiss

a Da alium ſimilem caſum in mobilibus?

5. § a Item ſi is, ad quem ancillæ uſusfructus pertinet, partum ſuum eſſe credens vendiderit, aut donaverit, furtum non committit, furtum enim ſine affectu furandi non committitur.

Ampliatio.

Suntne plures caſus quib. in mobilib. valet uſucapio?

6. § a Aliis quoque modis accidere poteſt, ut quis ſine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut a poſſeſſore uſucapiatur.

Ex rei vacantis poſſeſſione aliquando procedit uſucapio.

a Quid ſi quis loci vacantis poſſeſſionem ſit ingreſſus?

7. § Quod autem ad eas res, quæ ſolo continentur, attinet, jus ita procedit, ut ſi quis loci vacantis poſſeſſionem propter abſentiam, [non quamlibet ſed diuturnam. *l.* 37. §. 1. *h. tit.*] aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamvis ipſe mala fide poſſideat (quia intelligit ſe alienum fundum occupaſſe) tamen ſi alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſſione res adquiri: quia neque furtivum, neque vi poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam veterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi locive furtum fieri, & eorum utilitati, qui res ſoli poſſident, principalibus conſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa & indubitata poſſeſſio debeat auferri.

III. In §. 7. *h. n.* ſpecialiter loquitur de rebus immobilibus, ac docet has non poſſe ſurripi, id eſt, neque fundum, neque locum. Differt autem locus a fundo, ut pars a toto. *D. de verbor. ſignif.*

i. *locus*,60. Fundus proprie ſignificat agrum,& diſtinguitur a ædibus, ut in §. *conſtituitur.* 2. *de uſufruct.* Latius autem d complectitur tam ædes, quam agrum : adeo ut fundus h. ſignificatione idem ſit,quod prædium, *D. eod. l. fundi*,211. n hac poſteriori ſignificatione hoc loco accipitur.

a ſecundo, cum dicimus res vi poſſeſſa non poſſe uſucapi gendum hoc eſſe de vi ablativa, aut expulſiva, non de vi lſiva. nam res, quam dominus vendere & tradere coactus næ fidei poſſeſſore præſcribi poteſt. *C. de his quæ vi metus- s. l. ſi vi vel metu.* 3.

a tertio eum qui vacuam poſſeſſionem ad ſe non pertinen- ccupat, vim non facere, quamquam ex Juſtinani conſtitu- teneatur interdicto, unde vi, *C. unde vi. l. ult.* ideoque rem eri vitioſam, ſed poſſe ab alio bona fide accipienti uſucapi.

Modus, quo vitium furti tollitur.

8 §. a Aliquando enim furtiva, vel vi poſſeſſa res uſu- poteſt: veluti ſi in domini poteſtatem reverſa fuerit. enim vitio rei purgato procedit ejus uſucapio.

a Annon a furti vitio poteſt res purgari?

I. *In* §. 8. *h. n.* oſtendit vitium furti, aut violentæ poſſeſſionis ari, ita ut poſtea res uſucapi poſſit, ſi in poteſtatem domini drit, [non ejus cui ſurrepta eſt. *l.* 4. §. 6. *h. tit.* niſi dominus ſurripuerit. *l. ult. eod.*] id eſt, ſi dominus eam juſte & tanquam a nactus ſit, ita ut ei avelli non poſſit. *ff. hoc tit. l. Sequitur.* 5. *nc.* 12.

Res fiſci: bona vacantia.

9. § a Res fiſci noſtri uſucapi non poteſt. Sed Papinia- nus ſcripſit, bonis vacantibus fiſco nondum nunciatis, æ fidei emptorem, traditam ſibi rem ex his bonis, uſu- ere poſſe: & ita divus Pius, & divi Serverus & Antoni- reſcripſerunt.

a Poſſuntne res fiſci vel bona vacantia uſucapi?

I. *In* §. 9. *h. n.* excludit res fiſcales, id eſt, jam fiſco acquiſita bona autem vacantia, quamvis ad fiſcum pertineant, tamen quam fiſco nunciata ſint, uſucapi poſſunt. [quadriennio. *l.* 9 §. 1. *de leg.* 1. Sed hanc præſcriptionem a moribus noſtris alien putat. *Groenw. in l.* 10. *ff. de diverſ. & tem. præſc. v. & Art. ad C. B. art.* 266. *c.* 19. *nu.* 14. atque ea præſcribi ut alia.]

a Eſtne generalis regula de rebus, que nequeunt uſucapi?

Regula generalis de rebus.

10. § a Noviſſime ſciendum, rem talem eſſe debere,

ut in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ut in ſe non habeat vitium, ut á bonæ fidei emptore uſu-pi poſſit, vel qui ex juſta cauſa poſſidet.

VI. *In* §. 10. *h. n.* generaliter concludit rem quæ uſucapi, vitio vacare debere. [id eſt, ut talis ſit quæ neque natura, ne lege uſucapioni ſit exempta. *fac. l.* 24. *h. tit. l.* 5. *pro emp.* uti & ſunt res pupillorum, durante ætate pupillari. *Tuld. h.* 8. *per. l.* 3. *C. de præſcript.* 30. *ann.* quamvis contra mino præſc. 30. annorum procedat. *d. l.* 3. *& l.* 5. *C. quib non ob. long. temp.* res teſtamento alienari prohibitæ. *l. ult.* §. *fin. com. de leg.* meræ facultatis. *l.* 2. *ff. de via. pup. & itin.* ſic n valenti agere non currit præſcriptio. *l.* 1. §. *fin. C. de annal. cept.*] Hactenus de rebus quæ uſucapi poſſunt, vel non.

Error cauſæ falſæ.

a Quid ſi quis erraverit in cauſa?

11. § [a] Error autem falſæ cauſæ uſucapionem non pa veluti ſi quis cum non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, po-deat: vel cum ei donatum non fuerit, quaſi ex donatio poſſiedat.

In tertia parte, quæ eſt in § 11. *h. n.* tractat de cauſa ſeu tulo. (utroque enim vocabulo idem ſignificatur) ſine quo u-capio non procedit. [neque bona fide quæ non præſumitur in qui titulum non habet. *Pek. in c. poſſeſſor. num.* 7. *Fach.* 8. 32. *&* 1. *cont.* 67. *in fin.* quomodo vero probetur & præſuma titulus. *v. Menoch.* 3. *præs.* 131, *Maſcar. concl.* 1378. *& ſe. de prob. Fachin.* 8. *con.* 30.] quod adeo verum, eſt, ut I dicat non ſufficere titulum opinatum: veluti ſi quis falſo pu ſe emiſſe, quod non emit. Accipe hoc dictum cum exceptio, niſi juſtam cauſam falſæ illius exiſtimatonis habuerit. tunc en uſucapiet pro ſuo. *D. pro emptore. l. quod vulgo.* 11. *& pro ſu pen.* §. *ult.* [in ſervitutibus tamen titulus non deſideratur, ca ſcientia & patientia domini eſt ſufficiens cauſa juſtæ poſſeſ-nis. *l.* 2. *C. de ſervit. v. Argentr. ad C. B. art.* 271. *ad verb. S. titre nu.* 4. *Fachin.* 8. *con.* 22. *&* 83. uti neque in longiſſim immemoriali præſcriptione, in qua nec bona fides deſideratu. *l.* 3. *l.* 7. *l.* 8. §. 1. *&* 2. *C. de præſcr.* 30. *ann. Vaſq.* 21. *qu. ibi. num.* 13. Diſſ. *Fach.* 8. *con.* 30. 33. *v. & Mynſ.* 1. *obſ.* 3

Augmentum temporis ex poſſeſſione.

a Prodeſtne vel nocet. hæredi bona aut mala fides defuncti?

12. §. [a] Diuturna poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi, & bonorum poſſeſſori continuatur, li ipſe ſciat prædium alienum eſſe, quod ſi ille initium

ſt

ſ m non habuit: hæredi & bonorum poſſeſſori, licet i noranti, poſſeſſio non prodeſt. [b] Quod noſtra conſtitu- t ſimiliter & in uſucapionibus obſervari conſtituit, ut t npora continuentur. Inter venditorem quoque & e ptorem conjungi tempora, divi Serverus & Antoninus r cripſerunt.

In quarta parte loquitur de continuatione poſſeſſionis: quia j a dixit requiri poſſeſſionem non interruptam. docet ergo mor- t uſucapientis poſſeſſionem non interrumpi, ſed continuari in p ſona hæredis: quia tempus, quo defunctus poſſedit, & tempus q o hæres poſſidet, conjunguntur. Ita uſucapio procedit, dum- n odo bonam fidem defunctus habuerit. nam quia bona fides ini- t uſucapionis requiritur, idcirco in defuncto, qui uſucapionem i hoavit, non in hærede requiritur, §. 12. *h. n.* [ſi vero defunctus n la fide inchoavit, bona fides hæredis non ſuſtinebit uſucapio- n n. etiamſi a ſe velit inchoare uſucapionis tempora, quia ita non d ſinit repræſentare defunctum. *Tuld. hic. c. 6. Perez. ibid. l. 11. de diverſ. & temp. præſ. l. vitia C. de acq. poſſ.* Jure vero Can. n nquam ſine bona fide procedit uſucapio. *Covar. ad c. poſſeſſor.* 2. §. 11. *nu.* 5.]

Et ſimiliter docet ſi uſucapiens rem vendiderit & emptori tra- derit, poſſeſſionem non interrumpi, ſed nihilominus uſucapio- m procedere: quia tempus quo venditor poſſedit, & tempus q o emptor poſſidet, conjunguntur. Ita hoc etiam caſu uſucapio p ocedit, ſi bonam fidem habuit venditor, quamvis malam fidem h beat emptor. *d. §. 12. h. n.* [imo ſi emtor juſtum initium non h buit, non utetur adminiculo ex perſona venditoris *l. 13. §. 1. & ff. de acq. poſſ.* uterque enim ut in bona fide ſit requiritur. Cete- m ſi emtor juſtum initium habuit mala fides auctoris ei non cebit, quo minus ex ſua perſona inchoet poſſeſſionem, ejus e- m perſonam non repræſentat. *l. 5. de diverſ. præſer.*] In ſum- a ergo poſſeſſio continuatur tam in perſona ſuccedentis in jus, hæredis, quam in perſona ſuccedentis in rem, ut emptoris. c aliorum ſingularium ſucceſſorum. *v. hic. Argent. ad C. B. t. 271. verb, les prædeceſſeurs*]

Jus rer. alienarum a fiſco diſtractarum.

13. § [a] Edicto divi Marci cavetur, eum, qui a fiſco rem alienam emit, ſi poſt venditionem quinquennium præter- rit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitu- o autem divæ memoriæ Zenonis bene proſpexit iis, qui fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium ti- ulum accipiunt aliquid: ut ipſi quidem ſecuri ſtatim

[a] Quid juris in rebus alienis, quas fiſcus alienavit?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

fiant: & victores exiſtant, ſive experiantur, ſive conve niantur. Adverſus autem ſacratiſſimum ærarium uſq ad quadriennium liceat eis intendere, qui pro domir vel hypotheca earum rerum quæ alienatæ ſunt, putav rint ſibi quaſdam competere actiones. [a] Noſtra aute divina conſtitutio, quam nuper promulgavimus, etia de iis, qui a noſtra, vel venerabilis Auguſtæ domo aliqu acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationib præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

a Idem ad Auguſtam eſt referendum?

In quinta parte, id eſt, *in* §. *ult. h. n.* ſpeciale previlegium t buit ementibus, vel ex alia ſimili cauſa accipientibus, rem aliena a fiſco, vel Principe, vel Auguſta, ut uſucapione non egeant, ſ ſtatim pro dominis habeantur, & ſecuri ſint: actionem vero eam rem domino, aut creditori cui pignerata fuit adverſus ſcum, vel Principis, aut Auguſtæ domum, uſque ad quadrienniu concedit, non adverſus emptorem. [quam præſcriptionem non lum in Sabaudia. *vid. Fab. C. de quadr. præſcr.* ſed & moribus ſtris in uſu eſſe tradit *Groenw. hic.* niſi princeps venditor mala de egerit. *v. Neoſt. Cur. Holl. dec.* 15. Quamvis eam in uſu n eſſe tradant. *Vinn. hic. Perez. C. d. tit. nu.* 4. *Argentr. ad C. B.* 200. *c.* 19. *nu.* 14.]

Nota primo hoc jus non habere locum in hæreditate. *D. de tit. hæred. l. nec ullam.* 13. §. *item ſi quis,* 9. ſed re particula, quod Imp. in contextu indicat inquiens, *accipiunt aliquid* nam *aliquid*, eſt nota rei particularis, ut *in* §. *namque ſi cui*, 4. *&* §. *q dam*, 20. *infra de actionibus*, *&* C. *ad leg. Falcid. l. ſi ea.* [*vid. ſup. not.* §. 9. *hic.*]

Nota ſecundo, quod eſt dictum, actionem dari intra quadri nium, non excludere reſtitutionem in integrum, per quam a quadriennii lapſu amiſſa, reſtituti poteſt. C. *de reſtit. milit.*

AXIOMATA.

1. *Rerum dominia non debent eſſe incerta.* in princ.
2. *Non ſunt domini mature rebus ſuis defraudandi.* princ. h
3. *Beneficia, certo loco non ſunt concludenda.* pr. h.
4. *Qui ſciens rem alienam vendit, vel ex alia ſimili cauſa dit, furtum committit.* §. 3. verſ. unde.
5. *Furtum ſine affectu furandi non committitur.* d. verſ. un *conjun.* §. placuit, & §. pen. infr. de obl. quæ ex del
6. *Ignorantia juris excuſat a dolo.* §. 4.
7. *Non facit vim, qui loci vacantis poſſeſſionem ingreditur.* 7. h.

8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

8. *Rei immobilis furtum non fit.* §. 7.
9. *Sublato impedimento tollitur ejus effectus.* §. 8. *conjun.* §. furioſus. ſupra qui teſtam. tut. dat. poſſ.
10 *Res uſu capienda non debet habere vitium.* §. 10. h.
11. *Error falſæ cauſæ uſucapionem non patit.* §. 11.
12. *Auctoris poſſeſſio continuatur cum poſſeſſione ejus qui ab il- cauſam habet.* §. 12. & ſeq.

D E ONATIONIBUS.

TITVLVS VII.

Jjus tituli duæ ſunt partes. Prima eſt de donatione quæ eſt ecundus acquirendi modus civilis particularis. Altera eſt *ult.* de jure quodam accreſcendi, qui olim erat tertius ac- ndi modus. Quod ad priorem partem attinet. Donatio ni- iud eſt; quam liberalis, id eſt, nullo cogente, facta con- . *ff. hoc. tit. l. donari.* 29. *in pr. & de diverſ. reg. jur. l. ri.* 82. Porro donatio multis modis dividitur. I. Alia eſt lex, alia ob cauſam, veluti mortis cauſa, aut propter nuptias. lia eſt omnino pura & ſimplex, alia ſub conditione reſolvi- veluti ſi donator convaluerit. *ff. hoc. tit. l.* 1. *in princ.* III. fit mortis cauſa, aut inter vivos. IV. Vel fit nudo pacto, vel lation e, vel contractu innominato, veluti, *dono tibi de- ut eas Romam.* (nam hæc quoque vocatur donatio. *D. de ict. ob cau. l. ſi ut proponis.* 2. & 3.) vel ſimplici traditio- Primo caſu olim non dabatur actio donatario, hodie datur ictio ex lege, id eſt, ex *l. ſi quis argentum.* 35. §. *ſed ſi qui-* 5. *C. h. tit.* Secundo caſu competit actio ex ſtipulatu. *Nov. cap.* 1. §. 1. Tertio & quarto caſu acquiritur dominium, at- hi duo poſtremi caſus ſoli ad hunc titulum pertinent. Op- primo quod donare eſt perdere, *ff. hoc tit. l. Filius-familias princ.* Reſpondeo donantem perdere, accipientem acquire- lcirco reſpectu accipientis appellari modum acquirendi. Op- ſecundo, quod traditio jure gentium transfert rei domi- n. *ſupra de rer. diviſ.* §. *per traditionem* 41. male igitur tra- ex cauſa donationis hic numeratur inter modos acquirendi les. Reſpondeo, hoc ideo fieri, quia hoc jure utimur, ut juris is ſit, id eſt, quia non habet locum niſi inter cives Romanos. d non eſt ita accipiendum, quaſi inter alias gentes non fiant ationes; ſed quia civis Romanus res ſuas titulo donationis ad grinum transferre nequit. Similiter e contrario Ulpianus ait

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

hoc jure nos uti, ut acceptilatio, quæ jure civili eſt introduc ſit juriſgentium, idcirco etiam ſervo acceptum fieri poſſe. D. *accept. l. an inutilis*, 8. §. *ult.* Eſt & alia ratio, cur donatio j civili tribuatur, quia olim inſinuationem apud acta, & m cipationem deſiderabat. *C. Th. hoc tit. l.* 4. 5-7. hodie inſin tionem tum demum deſiderat, cum ſummam quingentor aureorum excedit. *C. eod. l. pen.* Sublata eſt autem mancipati & certa ſolemnia verba quæ in donationibus faciendis adhib ſolebant. C. *eod. l. ult.*

Definitio & diviſio donationis.

Eſtne donatio medus acquirendi? a Quomodo diſtinguitur donatio?

EST & aliud genus adquiſitionis donatio. I nationum autem duo ſunt genera: mo cauſa, & non mortis cauſa.

In hac parte Imp. I. donationem numerat ter modos acquirendi dominii.

II. In verſ. *donationum*, eam dividit in duo genera: quia ſit mortis cauſa, vel inter vivos. hæc vero quæ fit inter vivos, dividi poteſt in donationem ſimplicem, & eam quæ fit ob quam cauſam, puta propter nuptias.

Mortis cauſa donatio.

a Quæ eſt mortis cauſa donatio? b Aſſimilaturne mortis cauſa donatio legato?

I. *u* a Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter m fit ſuſpicionem: cum quis ita donat, ut ſi quid human ei contigiſſet, haberet is, qui accepit. ſin autem ſu vixiſſet: is, qui donavit, reciperet: vel ſi eum donati pœnituiſſet; aut prior deceſſerit is, cui donatum ſit. b mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum r ctæ ſunt per omnia: nam cum prudentibus ambig fuerat, utrum donationis, an legati inſtar eam obti oporteret, & utriuſque cauſæ quædam habebat inſi & alii ad aliud genus eam retrahebant: a nobis conſ tum eſt. ut per omnia fere legatis connumeretur, & procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio eam fo vit, Et in ſumma mortis cauſa donatio eſt, cum m ſe quis velit habere, quam eum, cui donat: magi eum, cui donat, quam hæredem ſuum: ſic & apud merum Telemachus donat Piræo.

III. In §. I. *h. n.* declarat mortis cauſa donationem, d

mo[...] quatuor tradit. Primum eſt definitio, videlicet quod mortis cau[...] donatio eſt, quæ fit propter mortis ſuſpicionem: [vel ſola co[...]atione mortalitatis ex ſorte humana *l.* 2. & *ſeqq. l.* 35. § 4. *ff. tit.* quod exprimi debet etſi quis in extremis vitæ ſit conſti[...] alioqui non tam mortis cauſa quam moriens dediſſe vide[...] *Vinn. hic per l.* 42. *in fin eod.*] ita ut non aliter donator velit [...]eſſe donatarii, quam ſi eo ſuperſtite moriatur. [nec enim [...]ibet cogitatio vel mentio mortis facit donationem mortis [...], ſed ea quæ donationi cauſam det, & ſic cauſa ſit finalis ſine [...] non dediſſet. *Perez. hic Sand. lib.* 2. *tit* 2. *def.* 4. *in. v.* & [...] *hic c.* 4. *Clar.* §. *donatio. qu.* 4. *Menoch.* 3. *præſ.* 35. 36.] [Se]cundum eſt ſimilitudo hujus donationis, & legati: quia hu[jus]modi donatio per omnia fere legatis comparatur. *verſ. hæ* [...]*is.* nam & legatum dicitur eſſe donatio quædam, *infra de legatis.* I. nec dubium, quin propter mortis ſuſpicionem fiat. C[et]erum notandæ ſunt duæ præcipuæ differentiæ inter dona[tion]em mortis cauſa, & legatum. Differentia prima eſt, quod le[gat]um ſine traditione transfert dominium: donatio vero tra[diti]onem [vel acceptilationem, *l.* 10. *l.* 26. *ff. eod.*] requirit ad [ho]c ut dominium in donatarium transferatur, &, ab hærede præ[st]atur. *infra de legat. d.* §. *legatum.* 1. Altera differentia eſt, q[uo]d legatum eſt ſpecies ultimæ voluntatis, & ut ultimæ volun[ta]s, morte teſtatoris confirmatur. donatio vero mortis cauſa e[ff]ectus inter vivos, [& præſentes. *l.* 38. *ff. h. tit.*] qui in tem[po]re mortis confertur, ita ut inter vivos res transferatur, quia do[nat]arius rem accipit a donatore, ut hoc loco ait Imperator. *ff. de re[b]. cred. l. non omnis.* 19. *in princip.* & *de mortis cauſa don. l. [Se]ptus,* 35. §. *ſed mortis,* & §§. *ſeqq.* & *l. Seja* 42. §. *ult.* Ter[tiu]m eſt effectus hujus donationis: nempe donator præfert do[nat]arium hæredi, & ſe ipſum donatario, *verſ. & in ſumma.* Q[u]artum eſt exemplum hujuſcemodi donationis petitum ex [lib]. 17. *Odyſſeæ verſ. ſic & apud.* [Hoc enim caſu periculo [in]ſtante ceſſante, ceſſat voluntas, & quaſi ceſſante conditione [re]ſolvitur donatio cum omnibus acceſſionibus *per l.* 9. & *ibi Co[...] ff. de condict. cau. dat. Tuld. hic c.* 5. *Perez. eod.* Secus eſt [i]n ſimplice mortis cauſa donatione ea enim non revocata cenſe[tu]r per reconvaleſcentiam, ſed deinde moriens quandocunque [...]cedit donatario. *Vid. Soeſ. hic nu* 6. & *Tuld. hic d. c.* 5, Diſſol[vit]ur itaque donatio ceſſante cauſa uti hoc loco. Item cum dona[tar]ius prior decedit. ut *hoc* § 1. & pœnitentia donatoris ſi eam re[vo]carit. *perez. hic.*] ſequuntur verſus Homeri ex lib. 7. Odyſſeæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Πείραι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τὰ ἔργα.
Εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρεν, ἀγήνορες ἐν μεγάροισι.
Λάθρῃ κτείναντεν, πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶν δέ,
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον ϗ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

id eſt.

Piræ, incertus quoniam rerum exitus harum eſt,
Si tacita incautum ſtolidi me forte necare
Morte proci poterunt, & opes vexare paternas,
Hæc ego te malo, quam illorum quempiam habere.
Sin ego eos juſta meritos affecero clade,
Tum mihi tu læto reddes illa omnia, lætus.

Donatio inter vivos.

a Quæ eſt donatio inter vivos?

b Quomodo hæc donatio perficetur?

c Quis eſt ejus effectus?

d Valetne hæc ad omnem ſummam facta?

e An non & aliquando revocatur?

2. § a Aliæ autem donationes ſunt, quæ ſine ulla mor tis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, qu non omnino comparantur legatis: qui ſi fuerint perfecta temere revocari non poſſunt. b Perficiuntur autem cum donator ſuam voluntatem ſcriptis, aut ſine ſcript manifeſtaverit. c Et ad exemplum venditionis, noſt conſtitutio eas etiam in ſe habere neceſſitatem traditi nis voluit: ut etiam ſi non tradantur, habeant pleniſſ mum & perfectum robur, & traditionis neceſſitas in cumbat donatori. d Et cum retro principum diſpoſition iuſinuari eas actis intervenientibus volebant, ſi major fuerant ducentorum ſolidorum: conſtitutio noſtra ea quantitatem uſque ad quingentos ſolidos ampliavit, qua ſtare etiam ſine inſinuatione ſtatuit, ſed & quaſdam don tiones invenit, quæ penitus inſinuationem fieri minim deſiderant, ſed in ſe pleniſſimam habent firmitatem. Al inſuper multa ad uberiorem exitum donationum inven mus; quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus, quas ſup his expoſuimus, colligenda ſunt. e Sciendum eſt tame quod etſi pleniſſimæ ſint donationes: ſi tamen ingrati ex ſtant homines, in quos beneficium collatum eſt: don toribus per noſtram conſtitutionem licentiam præſti mus certis ex cauſis eas revocare: ne illi, qui ſuas res

ali

ali; contulerint, ab his quandam patiantur injuriam vel jacturam, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra m los.

V. In §. 2. *h. n.* tranſit ad donationem ſimplicem, de qua qu uor docet. Primum eſt diſtinctio hujus donationis a dona- tio e mortis cauſa. Eſt autem diſtinctio multiplex. nam dona- tio la mortis cauſa fiebat propter mortis ſuſpicionem: hæc au- tem ſimplex fit ſine ulla mortis cogitatione. Rurſus illa voca- tur donatio mortis cauſa: hæc appellatur donatio inter vivos. Præterea illa comparabatur legatis: hæc omnino a legatisdiffert. qu d Imperator ſignificat illis verbis, *omnino non comparantur legis.* ſic enim legitur in duobus meis mm. ſſ. & recte Theoph. *ἰκῶσι τοῖς ληγάτοις.* Denique illa poterat a donatore per pœ- nitentiam revocari: hęc non poteſt revocari, niſi donatarius ſit in- gratus. Secundum & tertium ſunt inverſic. *perficiuntur.* nempe qu modo hæc ſimplex donatio perficiatur, & quem effectum ha at. Inquit Imp. eam eſſe ſimilem venditioni: quia ſicuti ven- ditio perficitur nudo conſenſu, & venditor cogitur rem tradere en tori, etiam donatio ſolo conſenſu perficitur, ita ut dona- to em donatorio tradere compellatur condictione ex lege, cu- ju ſupra mentionem feci. [*vid. Tulden. hic. c.* 2. Si enim quis pr niſit dare impeſfecta donatio eſt *per l.* 35. §. *fin. C. h. tit.* D *Fachin.* II. *contr.* 23. cujus ſententia vera eſt, ſi tradi- tio is reſpectu verbis futuris uſus ſit donator. *vid. Tuld. d. c.* 2.] C e autem hinc colligas donatorem de evictione teneri. non e- ni tenetur, niſi pacto ad id ſe obligaverit, *D. hoc tit. & l. Ariſt.* 19 §. *lt. de ædil. ed. l. ad res* 22. *& C. de evict. l. Quoniam* 2. Quod ig ur ad hoc, donatio eſt ſimilis venditioni: quia utramque cau- ſa traditio ſequi debet: ſed eo differt a venditione, quod non eſt s, ut venditio apud acta inſinuetur, [id eſt publico inſtrumen- to etiam coram Notario & duobus teſtibus *vid. Perez. C. h. tit.* n 35. *vid. & Groenw. pr. h. tit.*] donatio vero, ſi 500. aureos ex- ce at, inſinuationem requirit: alioqui ſi inſinuata non ſit non va- le t ultra 500. aureos, [ſive pondo 6. florenorum *v. Sand. lib.* 5 *it.* 1. *def.* 3.] *C. hoc tit. l. ſancimus*, 34. §. 1. *& l. ſi quis argen-* t , 35. §. *ult.* Quod tamen patitur quaſdam exceptiones. Ex- c untur enim donationes factæ ad redimendos captivos, vel in m ites a magiſtro militum collatę, vel factæ ob domum inſtau- r dam, item a Principe in privatum, vel a privato in Principem c latæ. *C. hoc tit. d. l. ſancimus. & l. pen. & Nov.* 52. *cap.* 2. Quar- t n eſt in verſ. *ſciendum*, quomodo & ob quam cauſam ſimplex d natio reſcindatur. Inquit Imper. hanc donationem tantum ob

donatarii ingratitudinem poſſe revocari. [imo & propter liberc donatori poſtea natos. *v.l.8.C.de revoc.donat.Treutl.diſp.92.th lit.7.e.g.*]

Nota primo, cauſas, propter quas donatarius tanquam ingratu donatione privatur, expreſſas eſſe *in l.ult.C.de revoc.donat.*[ita ta men ut ſimiles aliæ vel graviores arbitrio judicis diſcutiendæ, no excludantur, *vid.Gomeſ.2.var.reſ.4.nu.15.Menoch.2.arb.13* *Treult.diſp.19.th.7.lit.d.not.p.2.* non tamen revocatur don tio remuneratoria, niſi quatenus merita excedit.*l.27.de dona vid.Fab.C.lib.9.tit.38.def.3.Carpzov.p.2.conſt.12.de 34.Clar.§.Donatio.qu.21.nu.4.Tulden hic c.3.* Si tamen donat rius pactum quod intervenit nolit implere hoc ſolo caſu hære & contra hæredes datur actio ad revocandum, nec permittit hæredi purgare moram. *Tuld.d.c.3.Viv.com.opin.213.nu.3.* Sed diſſolutioni hujus donationis inter vivos non comitant fructus conſumti & percepti. quod ſecus in donatione mor cauſa. *Tuld.hic c.5.*]

Nota ſecundo, ſolum donatorem poſſe donationem ex I cauſis revocare, non etiam hæredem ejus, *d.l.ult.*

Donatio propter nuptias.

a Quæ eſt donatio propter nuptias?

3. §. [a] Eſt & aliud genus inter vivos donationis, qu veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum poſtea autem a junioribus divis principibus introductu eſt, quod ante nuptias vocabatur: & tacitam in ſe conc tionem habebat, ut tunc ratum eſſet, cum matrimoniu eſſet, inſequutum. Ideoque ante nuptias appellabatu quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam p nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed prim quidem divus Juſtinus pater noſter, cum augeri dotes poſt nuptias fuerat permiſſum: ſi quid tale eveniret, ante nuptias augeri donationem & conſtante matrim nio, ſua conſtitutione permiſit: ſed tamen nomen inco veniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocab tur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. S nos pleniſſimo fini tradere ſanctiones cupientes, & co ſequentia nomina rebus eſſe ſtudentes conſtituimus, tales donationes non augeantur tantum ſed etiam co ſtante matrimonio initium accipiant: & non ante n ptias, ſed propter nuptias vocentur: & dotibus in h exæquentur, ut quemadmodum dotes conſtante mat monio non ſolum augentur, ſed etiam fiunt: ita & i donationes, quæ propter nuptias introductæ ſunt, n ſolum antecedant matrimonium, ſed eo etiam contrac augeantur & conſtituantur.

V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

In. §. 3. *h. n.* declarat donationem propter nuptias in qua exp canda conſiderat tria tempora. Ex primo tempore habemus ori nem, nomen, proprietatem, & etymologiam hujus donatio- nis Quod ad originem attinet, a junioribus Principibus introdu- ct. ſt: Ferretus Aurelium, Diocletianum, & Maximianum intelli- gi Contius Conſtantinũ, & ſequentes Imperatores. Nomen eſt *do- natio ante nuptias*, quod poſtea a Juſtiniano mutabatur. Proprie- ta ſt, quod hæc donatio habet in ſe tacitam conditionẽ *ſi matri- monium ſecutum fuerit*, quemadmodum & dotis cauſa facta ſtipu- la, *ff. de pact. l. Item quia, 4. §. hujus, 2. & de jur. dot. l. ſtipulatio- nes, 21. l. promittendo. 41, §. 1.* vel acceptilatio, *ff. eod. l. licet. 4. in princ.* Etymologia perſpicua eſt, quia tantum ante contra- Cs nuptias fieri poterat. Ex ſecundo tempore in vers. *ſed primus*, habemus emendationẽ Juſtini, qui conſtituit, ut hæc donatio poſ- ſit augeri ſtante matrimonio, ſi forte contingat dotem augeri. In- tellige Juſtinum primum, Juſtiniani noſtri avunculum & patrem adoptivum: cujus mentio fit etiam in §. *cæcus, pen. infra qui teſtam. fac. non poſſ.* Juſtinus vero ſecundus Juſtiniani, ſororis filius fuit, que in imperio ſucceſſit. Ex tertio tempore in verſ. *ſed nos*, habemus emendationem Juſtiniani, qui conſtituit, ut ſtante ma- trimonio non ſolum poſſit augeri, ſed etiam poſſit in totum con- ſtitui, ſi ante matrimonium conſtituta non fuit: & ut vocetur propter nuptias, non (ut olim) ante nupias. nihilominus tamen in Novellis ſæpe vocat donationem ante nuptias. Adde quartum & ultimum tempus, id eſt, noviſſimam emendationem Juſti- niani, qui conſtituit, ut hæc donatio propter nuptias omnino exæquetur doti tam in quanritate quam in pactis de lucro, quod conjux ſuperſtes facit. *Nov. 97. cap. 1.* [pro dotis ſecuritate. Sed cum hodie apud nos nulla uxori ſit ſecuritas, ejus donationis nullus apud nos uſus eſt. *Vinn. & Groenew. hic Chriſt. dec. 173. nn. 1. 12. vol. 1.*] Hæc dicta ſint de paima tituli parte.

Acquiſitio per jus accreſcendi ſublata.

4. §. [a] Erat olim & alius modus civilis adquiſitionis per jus adcreſcendi, quod eſt tale: Si communem ſervum habens aliquis cum Titio, ſolus libertatem ei impoſuerit vel vin- dicta, vel teſtamento: eo caſu pars ejus amittebatur, & ſo- cio accreſcebat. [b] Sed cum peſſimum fuerat exemplo, & libertate ſervum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, ſævioribus autem dominis lu- crum accedere: hoc quaſi invidia plenum, pio remedio per noſtram conſtitutionem mederi neceſſarium duximus. Et invenimus viam, per quam & manumiſſor, & ſocius ejus,

a Fuitne & olim modus ſervi acquirendi ex jure accreſcendi? b Quare hic modus eſt ſublatus?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

&qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente (cujus favore antiqui legum latores multa etiam contra communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt) & eo, qui eam libertatem imposuit, ſuæ liberalitatis ſtabilitate gaudente: & ſocio indemni conſervato, pretiumque ſervi ſecundum partem dominii, quod nos definivimus, accipiente.

AXIOMATA.

1. *Omnibus recte attribuitur, quod pleriſque convenit*, §. 1. verſic. hæ mortis cauſa.
2. *Donatio mortis cauſa æquiparatur legato*. §. 1. l. 15. D. de donat. mort. cauſ. l. 37. D. eod.
3. *Mortis cauſa donatio revocatur per pœnitentiam*. d. §. 1.
4. *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt*. §. 2. conjun. §. pen. infra de hæred. qualit. & §. quæ de fullone infra de obligat. quæ ex delict. & l. Pomponius 9. ff. de neg. geſt. & l. 2. C. de oblig. & action.
5. *abſurdum eſt donatorem a donatario injuria, vel damno affici*. d. §. 2.
6. *Nomina debent eſſe rebus conſentanea*. §. pen.
7. *Exemplo peſſimum eſt ſervum libertate fraudare, & manumittentem damno affici, non manumittentem lucrari* §. ult.
8. *Multa contra regulas juris, favore libertatis ſtatuta ſunt* d. §. ult.

QUIBUS ALIENARE LICET; VEL NON.

TITULUS VIII.

IN qualibet acquiſitione tria ſpectantur: res, quæ acquiritur: modus, quo acquiritur: & perſonæ. ſed perſonarum inſpectio eſt bipertita: quia cum res ab uno ad alterum transfertur, ille dicitur alienare; hic acquirere. Quoniam igitur huc uſque de rebus, & de modis (ſubaudi, particularibus) dictum fuit: conſequenter in hoc titulo agitur de perſonis alienantibus, ac titulo ſequenti agetur de perſonis acquirentibus. Alienandi verbum in hoc titulo accipitur pro dominii tranſlatione, ut in *l. 2. C. de fund. dotal.* interdum ſumitur anguſtius pro venditione, *infra de legat. §. ſi rem. & C. de jur. emphyt. l.* 1. alias latius, ut etiam hypothecam & plura alia complectatur. C. *de reb. alien. non alien. l. ult.* Hic notandæ ſunt duæ regulæ, I. Dominus rem ſuam alienare poteſt. *ſupra*

le rer. diviſ. §. *per traditionem.* 41. & C. *mandati. l. in* *mandata.* 21. II. Qui non eſt dominus, non poteſt rem alienare *d. ei vend. l. Mater tua*, 3. & *l. cum a matre.* 14. Utraque re- atitur quaſdam exceptiones.

Maritus prædium dotale non poteſt alienare.

Accidit aliquando, ut qui dominus ſit, alienare non poſſit, & contra qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. [b] Nam dotale prædium maritus invita muliere per legem Juliam prohibetur alienare: quamvis ipſius ſit dotis cauſa ei datum, quod nos, legem Juliam corrigentes, in meliorem ſtatum deduximus. Cum n lex in ſolis tantummodo rebus locum habeat, quæ cæ fuerant: & alienationes inhibebat, quæ invita iere fiebant, hypothecas autem earum rerum etiam nte ea: utrique remedium impoſuimus, ut etiam in res, quæ in provinciali ſolo poſitæ ſunt interdicta ſit natio vel obligatio: [c] Ut neutrum eorum neque con- tientibus mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fra- tas in perniciem ſubſtantiæ earum convertatur.

Poteſtne dominus vel non dominus alienare?

[b] Poteſtne maritus prædium dotale alienare, vel hypothece dare?

[c] Poteſtne maritus alienare vel oppignerare conſentiente muliere?

Primo itaque Juſtin. a prima regula excipit maritum, qui lo modo (id eſt, neque muliere invita, neque conſentiente) eſt alienare, vel pignerare prædium dotale, cujus domi- s factus eſt cauſa dotis.

Nota primo, rei dotalis dominium, civile eſſe mariti, natu- le mulieri. C. *de jur. dot. l. pen.*

Nota ſecundo, nihil referre, utrum ſit prædium ruſticum, an banum, *ff. de fun. dot. l. dotale.* 13. *in princ.* Quod ſi res dotalis mobilis, puto, contra Bart. & DD. *in l.* 1. *ff. ſolu. matr.* eam oſſe a marito alienari, per tex. *in l. res in dotem*, 42. *ff. jur. dot.* & *l.* 1. *de ſervo pign. dato manum.* quorſum enim lex Julia ecialiter prohibuiſſet fundum dotalem alienari, ſi in omni- us rebus dotalibus hæc prohibitio locum haberet. [Diſſ. *Tuld.* *ic c.* 1. quoad rem mobilem pretioſam quæ ſervari poteſt.]

Nota tertio, hanc prohibitionem obtinere in prædio inæſtima- o, quod proprie dicitur dotale. *C. de rei uxor. act. l. unic.* §, & *cum lex. verſ. in fundo.* æſtimatum autem alienari poteſt. niſi electio ſit mulieris, utrum dirempto matrimonio fundum petat, aut æſtimationem, *D. de fun. dota. l. quod ſi fundus*, 11. [& *l.* 1. ſed neque neceſſaria alienatio prohibitioni ſubjacet. *d. l.* 1.]

Nota

Nota quarto, lege Julia maritum alienare fundum dotalem invita muliere non poſſe, conſentiente poſſe: quia mulier facilius conſentit hypothecæ, quam alienationi, arg. *l. ſed ſi ego 4. in fin. D. ad S. C. Velleia.* Ex Juſtiniani vero conſtitutione indiſtincte tam alienationem, quam obligationem, ſeu hypothecam prohiberi, ſive mulier conſentiat ſive diſſentiat. [Sed notandum quod paſſim moribus noſtris, bona conjugum per matrimonium fiant communia, exceptis feudalibus &c. niſi tamen communio pactis antenuptialibus expreſſe ſit excluſa. Verum cum nihilominus maritus ſit legitimus curator uxoris ſuæ, licet ei bona ejus, ea quoque invita, alienare & obligare: niſi & hoc illi pactis dotalibus prohibitum ſit. *v. Groen. hic & in l. 30. C. de jur. dot. & C. ne ux. pro mar. ad. rub. Grot. l. 1. c. 5. n. 33. 34. 39. adde inf. de act. §. 19. not.*

Nota quinto, legem Juliam locutam eſſe de marito, ſed per interpretationem Jureconſultorum, produci ad ſponſum. *D. de fund. dot. l. 4. Lex Julia.*

Nota ſexto, ſi mulier juraverit ſe non impugnaturam alienationem, vel hypothecam a marito factam hoc jusjurandum jure civili nihil operari quia contra legis diſpoſitionem eſt interpoſitum, *C. de legib. l. Non eſt dubium 5.* jure autem canonico ſervandum eſſe, quia ſine detrimento ſalutis æternæ ſervari poteſt. *de jure jur. c. 2. lib. 6.* [*& ibi Covar. p. 2. §. 2. c. 2.*]

Alienatio rei oppigneratæ.

a Poteſtne creditor pignus alienare?

1. §. [a] Contra autem creditor pignus ex pactione, quamvis ejus ea res non ſit, alienare poteſt. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, quia ab initio contractus pactus eſt, ut liceret creditori pignus vendere, ſi pecunia non ſolvatur. Sed ne creditores jus ſuum perſequi impedirentur, neque debitores temere ſuarum rerum dominium amittere viderentur, noſtra conſtitutione conſultum eſt, & certus modus inpoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſſit procedere: cujus tenore utrique parti, creditorum, & debitorum, ſatis abunde proviſum eſt.

Secundo in §. 1. *h. n.* a ſecunda regula excipit creditorem, qui rem ſibi pignoratam vendere poteſt, licet ejus rei dominium penes debitorem manſerit. C. *de pign. act. l. pignus 9.* Certum tamen modum Imper creditori præſcribit, quem in vendendo pignore obſervare debet cujuſmodi ſumma hæc eſt: Aut creditor & debitor pacti ſunt de pignore vendendo, aut de pignore non vendendo a creditore, aut nihil expreſſe pacti ſunt. Primo caſu ſervanda ſunt

pacta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pa conventa, nec refert, utrum initio contractus, an poſtea a ſint. *ff. de pign.act.l.*4. Secundo caſu creditor non poteſt pi- s vendere, niſi prius debitori [teſtibus adhibitis] ter denuncia- t ut ſolvat. non obſtante enim pacto, poſt ternam denunciatio- ,debitore non ſolvente, pignus vendet, *ff. de pign.act.l.ſi con- it.*4. Tertio caſu pactum de pignore vendendo tacite factum nitio cenſetur (quo reſpexit Imperator hoc loco, inquiens, *ab o contractus pactus eſt,*) & creditor ex denunciatione debitori a, vel ex ſententia judicis, poſt bienium ex die denunciationis, ſententiæ numerandum poterit pignus vendere. *C. de jur. dom. etr. l. ult.* §.1. [imo hęc *l. fin.* tantum agit de impetrando domi- per creditorem nullo invento emtore idoneo: tunc enim ad- to dominio per ſententiam creditori datur adhuc biennium de- ori ut ſolvat & pignus repetat, quod alias pleno jure cederet ditori. *Soeſ. & Perez. hic vide & Sande lib. 1. tit. 12. def. 3. & . 3. tit. 12. def.*20. Sed moribus noſtris privatæ pignorum di- actiones invito debitore illicitæ ſunt, & non niſi ex cauſa judi- diti, judicis autoritate per apparitorem pignora ſolenniter ſub- ſtantur & pluris licitanti addicuntur. quod & in pignore con- ntionali locum habet. *Groenw. hic & C. de diſtr. pign. pr. & Vinn. c Neoſt. sup. cur. dec.* 40. Mobiles tamen res pignori datas vendi oſſe etſi nihil convenerit tradit. *Deſſel. ad Soeſ. hic nu.* 5.]

Alinatio, ſolutio a pupillis facta; vel ſolutio ab alio pupullis.

2. § [a] Nunc admonendi ſumus, neque pupillum, neque upillam ullam rem ſine tutoris auctoritate alienare poſſe. [b] Ideoque ſi mutuam pecuniam ſine tutoris auctoritate licui dederit, non contrahit obligationem: quia pecu- niam non facit accipientis, ideoque vindicari nummi oſſunt, ſicubi extant. Sed ſi nummi, quos mutuo minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide conſumpti ſunt: condici poſſunt. ſi mala fide, ad exhibendum de his agi poteſt. [c] At ex contrario, omnes res pupillo & pupil- læ ſine tutoris auctoritate recte dari poſſunt. [d] Ideoque ſi debitor pupillo ſolvat: neceſſaira eſt debitori tuto- ris auctoritas, alioquin non liberatur. [e] Sed hoc etiam evidentiſſima ratione ſtatutum eſt in conſtitutione, quam ad Cæſarienſes advocatos ex ſuggeſtione Tribo- niani viri eminentiſſimi, quæſtoris ſacri palatii noſtri, promulgavimus: qua diſpoſitum eſt, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem ſolvere, ut prius judicialis ſententia ſine omni damno celebrata, hoc permittat. quo ſubſequuto, ſi & judex pronunciaverit, & debitor ſolve- rit: ſequatur hujus modi ſolutionem peleniſſima ſecuritas. Sin

a Poſſunt- ne pupilli alienare?

b Quid ſi de facto num- mos mutuo dederint?

c Poteſtne quid dari pupillis?

d Poteſt iis debitor ſol- vere?

e Quomodo debitor pu- pilli tutori ſolvit?

f Quid ſi debitor ſolvat pupillo? Sin autem aliter quam diſpoſuimus, ſolutio facta fueri pecuniam autem ſalvam habeat pupillus, aut ex ea locu pletior ſit, & adhuc eandem pecuniæ ſummam petat, pe exceptionem doli mali poterit ſubmoveri. Quod ſi mal conſumſerit, aut furto, (aut vi) amiſerit: nihil proderi debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemna bitur: quia temere ſine tutoris auctoritate, & non ſecur dum noſtram diſpoſitionem ſolverit. g Sed ex diverſo, pu pilli vel pupillæ ſolvere ſine tutoris auctoritate non po ſunt, quia id quod ſolvunt, non fit accipientis: quum ſc licet nullius rei alienatio eis ſine tutoris auctoritate cor ceſſa ſit.

g Poſſuntne pupilli ſolvere?

Tertio in §. 2. *h. n.* redit ad primam regulam & excipit. pu pillos qui ſine tutoribus res ſuas alienare nequeunt. Hoc loco Im quatuor pupillares actus conſiderat. I. Actus eſt datio. Hic ſcie dum pupillum non poſſe rem ſuam dare & in alium transferre proinde non eſt mutuum, niſi pecunia fiat accipientis. *D. de re cred. l. mutuum*, 2. §. *appellata*. Quid ergo ſi de facto pupillu mutuam pecuniam dederit? Imperat. ita diſtinguit: aut pecuni extat, & vindicatur, quia pupillus dominium ejus non amiſit, no repetitur certi condictione ex mutuo, quia jam diximus mutuu non valere: aut bona fide conſumpta eſt, & condicitur. Hæc e condictio ex conſumptione, ea vero, quæ ex mutuo naſcitur, e condictio ex numeratione, vide *l. rogaſti* 11. §, *ult. ll, ſeqq. d reb. credit.* Aut conſumpta eſt mala fide, & agitur ad exhiben dum; quia hæc actio datur non ſolum contra eum, qui quoqu modo poſſidet. *D. ad exhib. l. In hac act.* 3. §. *ult.* ſed etia contra eum, qui dolo malo deſiit poſſidere, *D. eo. l. Julian.* 9 *in pr.* Inſuper datur condictio furtiva, *ſupra de rer. diviſ.* §. *tamen.* 26. & *ff. de condict. furt. l. qui furtum* 26. & *l. ult.* [*ad de Tulden hic. c.* 3.] II Actus eſt acceptio, videlicet ſi pupillu ab aliquo tradente rem accipiat. Hoc caſu dicimus dominiu transferri, & pupillo acquiri, *verſ. at ex contrario.* quia pupil lus etiam ſine tutore poteſt facere conditionem ſuam meliorem *ſupra de auct. tut. in princ.* [*ubi vid. not.*] III. Actus eſt exa ctio, id eſt, ſi debitor pupillo ſolvat. Hic actus a precedente differt quia ſupra ponebamus pupillo tradi, quod ei non debebatur. Quo ad hunc tertium actum attinet, inquit Imp. *in verſ. ideoque.* debi torem ita ſolventem non liberari, quia neceſſaria eſt tutoris aucto ritas. [niſi tamen locupletior ſit factus: & quando hoc præſuma tur. *vid. l.* 4. *de except.* & *l.* 47. *pr.* & §. 1. *de ſolut.*] immo cer tis caſibus tutoris auctoritas non ſufficit, ſed inſuper requiritu

ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſen‹n›tia [ſive decretum] judicis hoc jubentis, [nam alias ſi ‹…›ſ. ſit reſtituetur in integrum *l.1.C.ſi adverſ.ſol. l. 7. §. 2. de mi‹…› l. 25. C. de adm. tut.*] quam ſententiam ait Imper. celebrari ſin‹e› omni damno, id eſt, ſine impenſa [debitoris] hæc autem ſen‹te›ntia non requiritur in ſolutione annuorum redituum, vel eo‹ru›m, quæ ex ſimilibus cauſis debentur, ſed eorum quæ deben‹t›u‹r› ut ita dicam) extra ordinem, puta ex chirographis & inſtru‹m›e‹n›tis. *C. de adm. tut. l. ſancimus.* 25. IV. Actus eſt ſolutio, vi‹d›el‹ic›et ſi pupillus creditori ſuo ſolvat. Hic actus differt ab actu ‹te›r‹ti›o, quo ponebamus pupillum tradere quod non debebat. Quod ‹a›d ‹h›anc ſolutionem ſpectat, pecunia non fit accipientis: proinde pu‹pi›llus non liberatur, niſi pecunia ab accipiente conſumpta ſit. *D. ‹d›e reb. cred. l. non omnes.* 19. §. *ſi pupillus.* 1.

‹N›ota primo, in hoc §. Tribonianum appellari quæſtorem ſa‹cri› ‹p›alatii quia dum Inſtitutiones conſcriberentur, quæſtura fun‹ge›batur, lege notata ad §. *cumque ſupra procem.*

‹N›ota ſecundo illa verba, *licere tutori, vel curatori debitorem* ‹pu›p‹i›*llarem ſolvere*, duobus modis conſtrui poſſe. Alter eſt, ut di‹c›a‹tu›r debitorẽ pupillarem poſſe ſolvere tutori, vel curatori. Alter ‹ut› dicatur tutorem vel curatorem poſſe ſolvere. id eſt, abſolvere & ‹l›iberare debitorem pupillarem: dicitur enim debitur ſolvi. *D. ‹de› ſolut. l. ſi debitor.* 91. vel abſolvi. *D. eod. l. ſi decem.* Quam‹qu›am etiam dicitur quis creditorem abſolvere, cum ei debitum ‹ſol›vit. *ff. de uſur. l. & contraria* 37. Teren. in Adelph. actu 2. ſc. 4.

Ego ad forum ibo, ut hunc abſolvam.

& mox.

Obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum
Quam primum abſolvite.

AXIOMATA.

1. *Alienandæ rei facultas nec ſoli, nec omni domino tribuitur.* in princ.
2. *Dotis cauſa civile dominium ad maritum transfert.* in princ.
3. *Juris remedia non debent certo loco concludi.* ibid.
4. *Qui non poteſt rem vendere, non poteſt eam pignorare, ſive hypothecæ ſupponere.* ibid. *Similiter, qui non poteſt rem emere, non poteſt eam pignori accipere.* ff. quæ res pign. vel hypoth. l. 1. §. ult.
5. *Sexus muliebris fragilis eſt.* ibid.
6. *Creditores non ſunt impediendi, quo minus jus ſuum perſequantur.* §. 1.
7. *Nemo debet rerum ſuarum dominio temere privari.* d. §. 1.

8. *Pu-*

8. *Pupillus ſine tutoris auctoritate rem alienare nequit.* §.
9. *Qui mala fide rem conſumpſit, ad exhibendum tenetur.* d. §.
10. *Pupillus ſine tutore poteſt rerum dominium acquirere.* d. §.
11. *Solvens pupillo ſine tutore, & interdum ſine ſententia ju-cis non liberatur.* d. §. ult.
12. *Pupillus ſine tutore ſolvens quod debet, ante pecuniam -ſumtam non liberatur.* d. §. ult.
13. *Solvens non liberatur, niſi ſoluta pecunia fiat accipientis.* d. §. *ult.*

PER QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRITUR.

TITVLVS. IX.

DIctum eſt de perſonis alienantibus, nunc dicendum de acquirentibus. [dominium ſcil. aut poſſeſſionem: nam de obligationum acquiſitione dicetur *inf. lib.* 3. *tit.* 29.]

Acquirimus per nos & alios.

Per quos acquirere poſſumus?

ADquiritur vobis non ſolum per voſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habetis: (item per ſervos, in quibus uſumfructum habetis:) item per homines liberos, & per ſervos alienos quos bona fide poſſidetis, de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

Primo generaliter inquit Imper. nos acquirere non ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per alios, ut per liberos, per ſervos noſtros, per ſervos fructuarios & per bona fide poſſeſſos. Adde ſervos, in quibus nudum uſum habemus. nam per hos quoque ex re noſtra nobis acquiritur, *D. de uſu & habit. l. plenum.* 1*. ult. & l. per ſervum.* 19*. in pr.*

Acquiſitio per liberos.

a Quomodo per liberos acquirimus?

1. §. [a] Igitur liberi veſtri utriuſque ſexus, quos in poteſtate habetis, olim quidem, quicquid ad eos perveniret (exceptis videlicet caſtrenſibus peculiis) hoc parentibus ſuis adquirebant ſine ulla diſtinctione: & hoc ita parentum fiebat, ut etiam eſſet eis licentia, quod per unum vel unam eorum adquiſitum eſſet, alii filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare. Quod nobis inhumanum viſum eſt: & gene-

co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

cōſtitutione emiſſa, & liberis pepercimus, & patribus honorem debitum reſervavimus. Sancitum etenim a nobis eſt, ut ſi quid ex re patris ei obveniat, hoc ſecundum antiquam obſervationem totum parenti adquiratur. Quæ enim invidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reverti? Quod autem ex alia cauſa filius familias adquiſivit: hujus uſumfructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel proſpera fortuna acceſſerit, hoc in alium perveniens, luctioſum ei procedat.

Secundo tractat de acquiſitione per liberos, quos in poteſtate habemus. In ſumma ſciendum eſt, per hos liberos nobis acquiri plenum dominium ex cauſa peculii profectitii, & uſumfructum ex cauſa peculii adventitii; neutrum ex cauſa peculii caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis. §. 1. quod interdum obtinet etiam in peculio adventitio. I. Si nolente patre filius adierit hæreditatem *C. de bon. quæ liber. l. ult.* II. Si teſtator filio familias relinquens, vetuit patri acquiri. *Nov.* 117. *c.* 1. III. Si pater & frater, vel fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt, ab inteſtato defuncto ſuccedant. *Nov.* 118. *cap.* 1. IV. [Si per iniquum divortium pater ſe indignum uſufr. fecit. *Auth. idem C. d. tit.* V. Si pater uſuf. filiis remiſerit *l. 6. §. fin. autem C. eod.* quod facere poteſt. *arg. l. 5. §. 14. ff. de don. int. vir. & ux.*]

Ratio, cur uſusfructus patri conſtituatur.

2. §. [a] Hoc quoque a nobis diſpoſitum eſt & in ea ſpecie, ubi parens emancipando liberos ſuos ex rebus, quæ acquiſitionem effugiebant, ſibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus conſtitutionibus habebat, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum ſuarum ex hac emancipatione dominio pro parte (tertia) defraudetur: & quod honoris ei ex emancipatione additum eſt, quod ſui juris effectus eſſet, hoc per rerum diminutionem decreſceret. Ideoque ſtatuimus ut parens pro tertia parte dominii quam retinete poterat, dimidiam non dominii rerum, red uſusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro tettia dimidia potiturus.

[a] Quæ eſt ratio, quod patri detur uſusfructus in bonis filiorum familias?

Sed parens emancipans liberos ſuos tantum dimidiam partem uſusfructus in rebus ad peculium adventitium pertinentibus retinere poteſt. §. 2. *hoc noſtro & C. de bon. quæ lib. l. cum oportet, 6. §. pen.* Peculium dicitur quaſi puſilla pecunia, ſeu puſil-

lum patrimonium. *D. de pecul. l. Depoſiti.* 5. *§. pen.* eſt enim
quaſi patrimonium filii famil. aut ſervi *infr. de act. §. actiones.*
10. pater autem familias peculium habere non poteſt. *D. de di-*
verſ. reg. jur. l. pater familias. 122. Itaque peculium definiri
poteſt, quod filiusfamilias, aut ſervus permittente patre, ſeu
domino vel jure ſeparatum a rationibus paternis, ſeu dominici
habet, deducto inde ſi quid pater vel dominus ei debet, ut ma-
gna ex parte colligitur ex *d. l, Depoſiti.* 5. *§. ult. & l. Quan*
Tuberonis, 7. *§. pen. ff. de pec.* nam quod dixi *jure permittente,* ic
propter peculium caſtrenſe objeci, quod filius familias potius juri
quam patris permiſſu obtinet: ideoque pater in eo nihil juris ha
bet, ſed pleno jure ad filium pertinet: immo filius familias in e
pro patrefamilias habetur. *D. de SC. Macedon. l. uſque ad* 2
Porro filii familias peculum dividitur in paganicum caſtren
& quaſi caſtrenſe. *C. de inoff. teſtam. l. ult.* Caſtren
eſt, quod filius familias occaſione armatæ militiæ acquiſivit. 1
de caſtr. pecul. l. caſtrenſe. 43. Quaſi caſtrenſe quod filiusfam
lias acquiſivit ratione quaſi militiæ togatæ, veluti Advocato
rum. *D. de advoc. diverſ. judic. l.* 5. *l. cum advocatio,* 8. *l. ad*
vocati, 14. *& de proximis ſacr. ſcrinior. l. proximos,* 1. [iter
procuratorum & Notariorum. *vid. Tuld hic. c.* 5. *Treutl. diſ*
9. *th.* 13. *d. not.*] vel religioſæ, *C. de epiſc. & cler. l. cum leg*
50. [veluti ex beneficiis eccleſiaſticis. *Tulden hic. c.* 4. *in fin.*
item quod donatur a Principe, vel ab Auguſta *C. de bon. quæ l*
l. 7. *pen.* [uti & feudum. *Tuld. hic. c.* 3. *Fach.* 7. *cont.* 75. etia
filiæ quamvis hæ peculium quaſi caſtrenſe non alias habear
Tuld. hic c. 5.] Ex reliquis cauſis dicitur peculium Paganicu
Quod ſubviditur in profectitium, & adventitium. Profectitiu
eſt, quod provenit e re patris, ſeu quod a patre proficiſcitu
nec non quod proficiſcitur ab alio, qui vult patri donare. *D.*
jur. dot. l. 5. [Hodie quoque quod filio contemplatione pat
obvenit parenti acquiritur. uti quoque quod e re patris acqui
etſi filii induſtria acceſſit. *Tuld. hic. c.* 2. quamvis ſi multum
duſtria ſua rem familiarem auxerit, ejus arbitrio boni viri rat
nem haberi debere, in erciſcenda patris hæreditate, æquius
Sand. lib. 2. *tit.* 7. *def.* 3. *in fin. Groenew. hic.* in dubio aut
non Præſumitur occaſione vel contemplatione patris datum. T
den. d. c. 2. *hic.* attamen quæ liberis per ſponſores in baptiſ
dantur patri cedunt, niſi nominatim aliud cautum ſit. *Buſ. i.*
3. *de his qui ſui vel alien. Sand.* 2. 7. *def.* 1. in aliis quoque
ventitiis hodie uſufructus patri non cedit niſi pro modo
mentorum. *v. Groenew. hic.*] Adventitium dicitur, quod extr
ſecus advenit veluti ſi extraneus filiofamilias donet. aut ſi fil
fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

…s matri vel cuivis extraneo hæres ſit. Hæ diviſiones locum …be in filiifamilias peculio, cujus modo plenum dominium …od ſolus uſusfructus, modo nec dominium, nec uſusfructus …i …uæritur, ut paulo ante notavi. Peculium autem ſervile …viditur: quia indiſtincte, & non omnimodo pertinet ad …um, vel ad eum qui pro domino habetur, ut fructuarium …æ fidei poſſeſſorem.

Acquiſitio per ſervos proprios.

…. a Item vobis adquiritur, quod ſervi veſtri ex tradi…ancīſcuntur; ſive quid ſtipulantur, ſive ex dona… vel ex legato, vel ex qualibet alia cauſa adquirant. …nim vobis ignorantibus & invitis obvenit. Ipſe e…rvus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habe…ſt. Sed ſi hæres inſtitutus ſit, non alias niſi veſtro … hæreditatem adire poteſt. Et ſi vobis jubentibus a… vobis hæreditas adquiritur, perinde ac ſi vos ipſi …es inſtituti eſſetis. Et convenienter ſcilicet vobis le… per eos adquiritur. Non ſolum autem proprietas per …uos in poteſtate habetis, vobis adquiritur: ſed etiam …io. Cujuſcumque enim rei poſſeſſionem adepti fue…d vos poſſidere videmini. Unde etiam per eos uſuca…l longi temporis poſſeſſio vobis accidit.

a Quomodo per ſervos proprios acquirimus?

…tio in §. 3. *h.n.* loquitur de acquiſitione per ſervos noſtros: … diſſolvit tres quæſtiones. I. quæſtio eſt, qua ex cauſa ſervi …nobis acquirant: Reſpondet Imper. eos acquirere ex omni … ſive ſit jurisgentium, ut traditio; ſive juris civilis ut do… vel legatum. [uti quoque hodie monachi nihil ſibi acqui… ſed omnia monaſterio. *C. de ſtat. monach.*] II. Quæſtio …erſ. *hoc enim*, quomodo nobis acquirant, id eſt, an no…entia & conſenſus requiratur. Reſpondet, regulariter non …us noſtra ſcientia, vel conſenſu: quia etiam nobis igno… & invitis per ſervos noſtros acquiritur. Excipitur hære… quam ſervus non poteſt adire, & nobis acquirere niſi no…lu, id eſt, niſi juſſus, noſter præcedat. *D. de acqu. hær. l. mihi bona.* 25. §. *juſſum.* 4. ratio eſt: quia nemo poteſt …ere hæreditatem quin ſubeat onera hæreditaria: iniquum … eſt, ut dominus ignorans, vel invitus per ſervum oneretur. …. Quæſtio eſt in verſ. *non ſolum*, quid per ſervos acquiratur. …ndet, non ſolum acquiri proprietatem, id eſt, rei domi… ſed etiam poſſeſſionem, idcirco poſſe dominum etiam per …n uſucapere. Hæc deciſio producitur: quia domino etiam …nti poſſeſſio per ſervum acquiritur. *D. de acq. poſſeſ. l.*

poſſideri, 3. §. *cæterum* 12. & ſimiliter etiam ignoranti uſuc
pio procedit. *D. de uſurpat. & uſucap. l. Labeo* 8. *& l. ſi e*
ptam. 47. Eadem deciſio limitatur, & coarctatur ad juſtam p
ſeſſionem: quia vitioſa, ut violenta, per ſervum domino n
acquiritur. *D. de acquirend. poſſeſſ. l. quod ſervus*. 24.

Acquiſitio per ſervos uſufructuar. b. fide poſſeſſos &c

a Quomodo acquirimus per uſufructuarios, ſervos, bona fide poſſeſſos homines liberos bona fide ſervientes?

4. §. a De iis autem ſervis, in quib. tantummodo uſ
fructum habetis, ita placuit: ut quidquid ex re veſtra,
ex operis ſuis adquirant, id vobis adjiciatur: quod ve
extra eas cauſas conſequuti ſunt, id ad dominum propr
tatis pertineat. Itaque ſi is ſervus hæres inſtitutus ſit, le
tumve quid ei, aut donatum fuerit: non uſufructuar
ſed domino proprietatis adquiritur. idem placet & de
qui a vobis bona fide poſſidetur: ſive is liber ſit, ſive a
nus ſervus. Quod enim placuit de uſufructuario, idem
cet & de bonæ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra
duas cauſas adquiritur: id vel ad ipſum pertinet, ſi li
eſt: vel ad dominum ſi ſervus eſt. Sed bonæ fidei poſſe
cum uſuceperit ſervum, (quia eo modo dominus fit)
omnibus cauſis per eum ſibi adquirere poteſt. Fruc
rius vero uſucapere non poteſt: primum, quia non p
det, ſed habet jus utendi fruendi: deinde quia ſcit ſerv
alienum eſſe. Non ſolum autem proprietas per eos
vos, in quibus, uſumfructum habetis, vel quos bona
poſſidetis, aut per liberam perſonam, quæ bona fide
bis ſervit, vobis adquiritur: ſed etiam poſſeſſio. Lo
mur autem in utriuſque perſona ſecundum diſtinctione
quam proxime expoſuimus: id eſt, ſi quam poſſeſſionem
re veſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.

Quarto in §. 4. *h. n* agit de ſervis fructuariis, & de ſerv
lienis, aut hominibus liberis bona fide poſſeſſis, ac duas quæ
ues diſſolvit. Prima quæſtio eſt, quibus ex cauſis acquirant
ctuario, vel bonæ fidei poſſeſſori. Hic notatur ſimilitudo, &
ferentia fructuarii, & bona fide poſſeſſi. Similitudo eſt, quod
has perſonas acquirimus tantum ex re noſtra, & ex operis i
rum (quamquam ſi ex his cauſis ſervus fructuarius propriet
ſtipuletur, ipſi proprietario acquirit; ſed fructuarius ei conc
re poteſt. *D. de ſtipulat. ſervor. l. penult.* Ex aliis vero cauſi
ſervi ſunt acquirunt dominis proprietatis; ſi vero ſunt hom
liberi a nobis bona fide poſſeſſi, acquirunt ſibi ipſis: niſi qui
relictum ſit contemplatione fructuarii, vel bonæ fidei poſſ

nc enim fructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori acquiritur. *D. de* *ufr. l. ſi ſervi,* 21. *& l. ſeq.* Differentia eſt in verſ. *ſed bonæ fide* quod fructuarius non poteſt eum uſucapere in quo uſum-fru um habet, proinde nunquam poteſt per eum acquirere, ni-e lictis duabus cauſis: bonæ autem fidei poſſeſſor, id eſt, qui fide & ex juſto titulo ſervum alienum poſſidet cum trienna-p ſeſſione uſucapit: idcirco intra triennium tantum ex re ſua, operis ſervi per eum acquirit, poſt triennium vero ex omni- auſis acquirit, quippe qui jam dominus factus eſt. Cur au- uſufructuarius non uſucapiat, duplex ratio in contextu af- r ex *l. acquiruntur*, 10. § *ult. ff. de acqu. rer. dom.* quarum a eſt, quia non poſſidet, ut traditur etiam *in. l.* 1. *§. per ſer-* 15. *& l. pen. in pr. ff. de acqu. poſſ.* altera, quia malam fidem ,cum ſciat rem, qua utitur fruitur, alienam eſſe. nam ex tit. *ſu- de uſucap.* ſcimus in uſucapione requiri tam poſſeſſionem, n bonam fidem. Nota poſſeſſionem eſſe ſpeciem detentionis, vidi in civilem ac naturalem. *C. de acqu. poſſ. l. nemo* 10. Di- enim poſſidere, non quicumque rem tenet, ſed qui ſibi de- ,ſeu cujus nomine tenetur: ut colonus, commodatarius, depo- ius rem teneat, non tamen ſibi, ſed domino poſſideat. itaque inus plures poſſidet. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum. l.* 2. Ergo hi non dicuntur poſſidere, ſed eſſe in poſſeſſione, ut i, quos prætor in poſſeſſionem miſit; *D. de acqu. poſſ. l. poſſideri ult. & l. ſi quis ante.* 10. § 3. Ac poſſidere & eſſe in poſſeſſio- ifferunt, dictis juribus, ut ſervire & eſſe in ſervitute. *Inſtit. de n.* §. 1. vel prætorem eſſe, & prætura fungi, *D. de offic. prætor. rbatius.* 3. Civiliter poſſidet, qui animo & cogitatione domi- oſſidet quaſi rem ſuam ut verus dominus, & bonæ fidei poſ- or. *C. de furt. l. pen. verſ. cum igitur.* Naturaliter vero poſſidet, ſibi quidem, non tamen animo domini, id eſt non quaſi ſuam, quaſi alienam rem poſſidet: [& talis poſſeſſor uſu capere non eſt. *ſup. de uſucap. in pr.*] creditor & is qui precario poſſidet. *D. oxal. actio. l. ſi ſervus depoſitus.* 22. *in princ. & de pign. act. l. & ſortis.* 15. §. 1. *& de acqu. rer. dom. l. per ſervum qui.* 37. *rinc.* Fructuarius autem, etſi a Doct. vulgo dicitur naturali- poſſidere, tamen revera inter eos collocatur, qui tantum ſint in ſeſſione. *D. de acqu. poſſ. l. naturaliter.* 12. *in princ.* vide Cujac. *Obſerv. cap.* 33. Secunda quæſtio eſt, quid per has perſonas uiratur fructuario vel bonæ fidei poſſeſſori; Reſpondet Im- . in verſ. *non ſolum,* acquiri ex dictis cauſis tam poſſeſſionem am dominium.

P 3 *Ac-*

Acquiſitio per extraneam liberam perſonam.

a Quomodo acquirimus per extraneum hominem liberum?

2. §. [a] Ex his itaque apparet, per liberos homines, q
neque veſtro juri ſubjectos habetis, neque bona fide p
ſidetis: item per alienos ſervos, in quibus neque uſu
fructum habetis, neque poſſeſſionem juſtam: nulla
cauſa vobis adquiri poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur, per
traneam perſonam nihil adquiri poſſe: excepto eo, q
per liberam perſonam (veluti per procuratorem) pla
non ſolum ſcientibus, ſed & ignorantibus vobis adqui
poſſeſſionem, ſecundum divi Severi conſtitutionem:
per hanc poſſeſſionem etiam dominium, ſi dominus
rit, qui tradidit, vel uſucapionem, aut longi temp
præſcriptionem, ſi dominus non ſit.

Quinco in §. *pen. h. n.* loquitur de perſonis extraneis, de i
bus dat regulam & exceptionem. Regula eſt, Per extraneum
bis non acquiri. Exceptio eſt in verſic. *exceptio*, quod per pr
ratorem nobis acpuiritur poſſeſſio, ſi procuratori noſtra res t
tur. & ſi quidem res tradatur a domino ſimul cum ea poſſeſſ
nobis acquiritur dominium, ſi vero tradatur a non domino,
eam poſſeſſionem nobis procedet uſu capio, quia procurator
ſibi, ſed nobis poſſidet. C. *per quas perſonas nobis acq. l.* 1. [S
hodie moribus per procuratorem mandanti poſſeſſio & pro
tas acquiritur ſine alia ſive nova traditione vel ceſſione,
contrahendo nulla mandati ſit facta mentio. *Coren. obſ.* 2
Bat. conſ. 28. *&* 39. *p.* 2. *Rebuf. ad CR. de mater. poſſ. in præ*
206.] Inſuper excipitur condictio indebiti; quæ per alium n
nomine ſolventem, nobis acquiritur. *D. de condict. indeb. l. q*
red. 46. *& l. ſeq.* & certi condictio, quæ ſimiliter nobis acqu
per alium, qui noſtro nomine pecuniam credidit: nec non acti
pothecaria, ſi mutuo acceſſit hypotheca, *C. per quas perſon.*
acquir. l. cum per liberam. 2. Hæc dicta ſint de prrſonis acq
tibus.

Tranſitio a præcedentibus ad ſequentia.

a De quibus hactenus actum?

6. §. [a] Hactenus tantiſper admonuiſſe ſufficiat, q
admodum ſingulæ res vobis acquiruntur. nam legat
jus, quo & ipſo ſingulæ res nobis adquiruntur: idem
commiſſorum, ubi ſingulæ res vobis relinquuntur
portunius inferiore loco referemus. [b] Videamus i
nunc, quibus modis per univerſitatem res vobis a
rantur. Si cui ergo hæredes facti ſitis, ſive cujus bon

b De quibus in ſequentibus agendum?

P

poſſeſſionem petieritis, vel ſi quem adrogaveritis, vel ſi cujus bona libertatum conſervandarum cauſa vobis addicta fuerint, ejus res omnes ad vos tranſeunt. Ac prius de hæreditatibus diſpiciamus, quarum duplex conditio eſt. nam vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ad vos pertinent. Et prius eſt, ut de his diſpiciamus, quæ ex teſtamento vobis obveniunt. qua in re neceſſarium eſt, initium de ordinariis teſtamentis exponere. c De quibus primo loco?

Poſt hæc ultimus hujus tituli §. *h. n.* tranſitionem continet, atque ordinem eorum, quæ ſequentibus titulis enarrabuntur. Hactenus enim expoſiti ſunt acquiſitionum modi particulares, tam civiles, quam juriſgentium, exceptis legatis & particularibus fidei commiſſis, quæ commodiori loco declarabuntur. Deinceps igitur explicandi ſunt modi univerſales: qui quidem omnes ſunt civiles: ſunt autem quatuor, videlicet hæreditas, Bonorum poſſeſſio, Arrogatio, & addictio bonorum. Hi modi civiles dicuntur, quatenus civile accipitur latius, & ei opponitur quod eſt juris gentium, ſuo autem ambitu etiam prætorium complectitur, quod ſi anguſtius ſumatur, quatenus prætorio opponitur, non ſunt omnes hi modi civiles, ſed bonorum poſſeſſio prætoria eſt. *infra de bon.poſſeſ.in princ.* Hæreditas eſt ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit mortis tempore. *D. de verb.ſign.l.nihil eſt aliud.24. & de diverſ.reg.jur.§ hæridetas nihil.26.* Intelligitur ſucceſſionem civilem, non prætoriam, *infra de bon.poſſ.§. quibus autem.* Hæreditas igitur, cum ſit ſucceſſio, non eſt res quæ acquiritur, ſed modus acquirendi: proinde a rebus hæteditariis, quæ per hanc ſucceſſionem acquiruntur, perſpicue differt. Quod non intellexit Seneca *lib. 5. de Beneficiis, cap. 5.* Porro defertur autem hæreditas vel ex teſtamento, de qua hoc libro dicetur: vel ab inteſtato, de qua diſſeretur in principio libri ſequenti.

AXIOMATA.

1 *Nulla invidia eſt, id quod eſt a patre profectum, ad eum reverti.* §. 1.

2 *Quod quis ſuis laboribus vel proſpera fortuna acquiſivit, ſi ad alium perveniat, luctuoſum ei accidit. d.* § 1.

3 *Emancipatio filio honorem affert.* §. 2.

4 *Honor non debet rerum privatione minui,* ibid.

5 *Servus qui in domini poteſtate eſt, nihil ſuum habere poteſt,* §. 3.

6 *Servo hæreditatem adeunte juſſu domini, perinde habetur, ac ſi dominus adiret,* ibid.

7. *Dominus per ſervum naturaliter tenentem, civiliter poſſid* ibid.
8. *Fructuarius corpus, in quo uſumfructum habet, non poſſidet civiliter*, §. 4. *ſed naturaliter*, ff. de acqu. poſſ. l. naturrer. 12. in pr. *ipſum autem uſumfructum civiliter qu poſſidet*, ff. ſi uſuſtr. pet. l. pen.
9. *Fructuarius uſucapere non poteſt*, d. §. 4.
10. *Per extraneam perſonam nobis acquiri non poteſt*. §. pen.
11. *Succeſſio ex teſtamento præfertur ſucceſſioni ab inteſtato*, ult. *conj*. l. quamdiu poteſt. 39. ff. de acq. hæred.
12. *Singula ſuis locis enaranda*, d. §. ult. *conj*. pr. infr. de leg.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS:
TITULUS. X.

HIc titulus docet, quomodo teſtamenta regulariter fieri debent. teſtamentum definitur voluntatis noſtræ [non alie. *l. 32. l. 68. de her. Inſt.*] juſta [nec legibus nec honeſtati contra *§. fin. in fi. inf. de legat.*] ſententia de eo quod poſt mortem ſuam quis fieri velit. *D. qui teſtament. fac. poſſ. l.* 1. id eſt, de univerſo, ſeu de iis omnibus, quæ poſt mortem ſuam fieri vult, nam ratio indefinita debet accipi pro univerſali: hæredis inſtitutio (quæ eſt caput & fundamentum teſtamenti. *infra de legat.* §. *in hæredis*. unde teſtamentum a codillis ſecernitur. *C. de teſta. l. non codicillum.* 14. *& de codicill. l. Si idem*. 7.) hac definitione continetur, ut teſtamentum diſtinguatur ab aliis ultimis voluntatibus.

Nota teſtamenti vocabulum eſſe homonymum, & capi quinque modis. I. Pro ultima voluntate, ut *ſupra de libertin.* §. *al-tis.* II. Pro ſententia illius voluntatis, ut in dicta definitione eſt, pro juſſu teſtatoris, quo teſtator ſuam voluntatem declarat & obſervari jubet. [Unde hæres, hodie quoque non adimplens voluntatem defuncti hæreditatem amittit, & accreſcit cohæredi, vel pervenit ad proximos ab inteſtato, antecedente tamen annali contumacia, poſt judicis monitionem. *Nov.* 1. §. *ſi autem. Gudel. de I. N. lib.* 2. *c.* 9. *in princ.*] III. Pro tabulis teſtamenti, ut *in tit. teſtam. quemadm. aper.* IV. Pro ſcriptura, ut *tit. de his, quæ in teſtam. delen.* nam ſcriptura eſt quæ delet. *D. eod. l. proxime* 3. V. Pro teſtamentaria hæreditate. *D. de his quæ ut indign. l. mulierem*: 14. *& d. bon. poſſ. ſecund. tab. l.*

. de *bon. matern. l. Quicquid.* 2. & apud Sueton. *in Nero.* 32. & Ambroſ. *ſerm.* 14. *in Pſalm.*

Teſtamenti etymologia.

TEſtamentum ex eo appellatur, quod teſtatio mentis ſit. Unde appellatur teſtamentum?

In hoc titulo Imper. primo ponit etymologiam teſtamenti, quod dici ait a teſtatione mentis, propterea quod teſtamentum ultimum teſtantis tem, id eſt, voluntatem daclarat. Non tamen dicit teſtamentu dici teſtatione & mente, ut olim dixit Servius Sulpitius, ju A. Gellio *lib. 6. c.* 12. reprehenſus : quoniam terminatione ratione pavimentum, ornamentum, paludamentum, calnentum, & multa alia dicuntur, in quæ interpretatio ejuſdi non quadrat. ſed teſtamenti verbum a teſtatione deducit: explicet cujus rei teſtatio ſit, addit vocabulum *mentis*, vocans ationem mentis. *infra hoc tit.* §. *ult*, conteſtationem judicii. re immerito reprehenditur a Laurent. Valla. *lib.6. Elegant.* . 36. ubi perſpicue fallitur exiſtimans eandem eſſe Sulpitii & tiniani interpretationem. quis enim non videt aliud, teſtantum componi ex teſtatione & mente : aliud, teſtamentum i a teſtatione, quoniam eſt mentis & voluntatis conteſtatio? undo explicat antiqua genera, ſive antiquas formas teſtandi, jure civili. §. 1. vel jure prætorio. §. *ſed prædicta.* 2. de quis vide Gell. *lib.* 14. *cap.* 7. Plutarch. *in Coriolano*, Velleium . 2.

Genera teſtamentorum juris civilis.

1. § [a] Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum eſt, olim quidem duo genera teſtamentorem in uſu iſſe: quorum altero in pace & otio utebantur, quod catis comitiis appellabant : altero, cum in prælium exiri eſſent, quod procinctum dicebatur. acceſſit deinde rtium genus teſtamentorum, quod dicebatur per æs libram : ſcilicet quod per emancipationem, id eſt, naginariam quandam venditionem agebatur, quinque ſtibus, & librepende, civibus Romanis, puberibus præntibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa uidem priora duo genera teſtamentorem ex veteribus emporibus in deſuetudinem abierunt, quod vero per æs libram fiebat, licet diutius permanſerit, attamen parm & hoc in uſu eſſe deſiit.

[a] Quæ genera teſtamentorum ex jure civili olim?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Ad§. 1.*h.n.* nota primo familiæ emptorem non fuiſſe hæredei accipiebat enim hæreditatem, ut eam hæredi reſtitueret. *inj hoc tit.* §. *ſed. neque*, 10.

Nota ſecundo, familiam hic ſignificare hæreditatem, ut in t familiæ erciſcundæ.

Nota tertio particulam *partim*, in oratione ſemel tantum p ni, non geminatam, ut & *in l. neceſſarium* 2. §. *& cum placuiſ* 24. *in fin. ff. de orig. jur & in l. ult.* §. *Titius*, 2. *ff. conditione* i *deb. & l. Lucius*. 47. *ff. de action. empt.* quanquam Budæus h nanquam apud bonos auctores reperiri putat. Ait ergo Imperat teſtamentum; quod fiebat per æs & libram. partim (id eſt ex pa te) deſiiſſe eſſe in uſu, quia pars quodammodo retenta fuit, id e numerus teſtium, *infra hoc tit.* §. *ſed cum paulatim*. 2.

Genus teſtamenti ex edicto prætoris.

Quod genus ex edicto prætoris?

2. §. ª Sed prædicta quidem nomina teſtamentoru ad jus civile referebantur, poſtea vero ex edicto prætoi forma alia faciendorum teſtamentorum introducta e Jure enim honorario nulla emancipatio deſiderabatur: ſ ſeptem teſtium ſigna ſufficiebant, cum jure civili ſigna ſtium non eſſent neceſſaria.

Ad §. 2. *h.n.* nota, in teſtamento, quod jure prætorio fieb neceſſariam fuiſſe ſcripturam: ſiquidem oportebat ſigna app nere, unde bonorem poſſeſſio ſecundum tabulas hæredibus ſ ptis tantum dabatur a prætore: ſed per conſtitutiones Principu producta eſt ad teſtamenta nuncupativa. C. *de bon. poſſeſſio. tab. l. fin.*

Modus teſtandi.

ª Quomodo ergo fiunt teſtamenta?

3. §. ª Sed cum paulatim tam ex uſu hominum, qua ex conſtitutionem emendationib. cœpit in unam con nantium jus civile & prætorium jungi: conſtitutum eſt uno eodemque tempore (quod jus civile quodammo exigebat) ſeptem teſtibus adhibitis & ſubſcriptione ſtium (quod ex conſtitutionibus inventum eſt) & ex e cto prætoris ſignacula teſtamentis imponerentur: ita. hoc jus tripertitum eſſe videatur: & teſtes quidem & e rum præſentia uno contextu teſtamenti celebrandi g tia, a jure civili deſcendant: ſubſcriptiones autem teſta ris & teſtium, ex ſacrarum conſtitutionum obſervatio adhibeantur; ſignacula autem, & teſtium numerus, edicto prætoris.

Te

Tertio declarat novam formam teſtandi compoſitam ex an-
tiquis ſolemnitatibus civilibus& prætoriis atque hujuſcemodi te-
ſtamentum vocatur teſtamentum in ſcriptis, quia requirit ſcri-
pturam: vel ſolenne, quia requirit multas ſolemnitates; vel arca-
num,quia poteſt ita fieri,ut teſtes ignorent voluntatem teſtatoris.
Aliud eſt teſtamentum ſine ſcriptis, de quo dicetur in calce hujus
tituli. Jam vero in teſtamento ſolemni conficiendo a Juſtiniano
requiruntur. I.Numerus ſeptem teſtium §.3.*h.n.*quem vetus jus
civile quodãmodo requirebat: quia quinque teſtibus adjiciebantur
libripens& familiæ emptor,qui erant quodammodo loco te-
ſtium, quatenus rei effectus & utilitas non ad eos, ſed ad hære-
des & ad hæredes legatarios pertinebat. II. Eorundem teſtium
præſentia *d.* §. 3.*h.n* id eſt, ut teſtes ſint in conſpectu teſtato-
ris, *ff. eod. l.ſi non ſpeciali, 9. & l.Si unus, 12.* III. Ut te-
ſtamentum fiat uno contextu *d.* §. 3. *h.n.* id eſt, ut nullus alie-
nus actus intermiſceatur. *ff. eod. l. hæredes palam. 21.* §.*ult.* ni-
ſi forte ob neceſſitatem naturæ. *C. eod. l. tum antiquitas, 28.*
modo ſcil. teſtes uno tempore ſimul præſentes ſubſcribant,licet
alio atque alio tempore dictatum vel ſcriptum proferatur: uti &
ſtipulatio individua eſt & continuo actu peragi debet. *l.* 1.§. 1.*l.*
137. *de V.O.l.6.in fin.de duob. reis.vid.Soeſ. hic nu. 6. & ibid.*
Weſſel.] IV. Subſcriptio teſtatoris, *d.*§.3.*h. n,* Excipe primo,ni-
ſi ſit teſtamentum holographum, id eſt manu teſtatoris perſcri-
ptum: hoc enim teſtamentum ejus ſubſcriptionem non deſide-
rat. *d.l.cum antiquitas.in fin.* Excipe ſecundo,niſi teſtator ſit im-
peritus literarum.quo caſu debet adhiberi octavus teſtis,qui pro
eo ſubſcribat. *C. eod. l. hac conſultiſſima,21.in pr.* V. Subſcri-
ptio teſtium. *d.*§.3.*h.n.d.l.hac conſultiſſima.in pr.* ubi notandum
non poſſe alium pro alio ſubſcribere. *D. eod, l. pen.*Niſi ſit teſta-
mentum ruſtici ibi factum, ubi literati homines non facile reperiuntur.
C. eod l. ult verſ. ſi vero unus. VI. Signacula teſtium,*d.*
§. 3. *h. n.*

Nomen hæredis ſcribendum.

4. § a Sed his omnibus a noſtra conſtitutione propter teſtamentorum ſinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt: ut per manus teſtatoris vel teſtium nomen hæredis exprimatur, & omnia ſecundum illis conſtitutionis tenorem procedant.

a Eſtne opus,ut nomen hæredis adſcribatur?

VII. Ut nomen hæredis ſcribatur manu teſtatoris,vel teſtium, §. 4. *h.n.C.eod.l. jubemus. 28.* Sed noviſſime Juſtin. hanc conſtitutionem abrogavit. *Nov. 119. cap. 9.* Hic addenda ſunt alia requiſita ab Imp. hoc loco prætermiſſa. VIII. Inſtitutio hæredis.
infra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

infra de legat. §. ante hæredis. 34. *C. hoc tit. l. non codicillum.* 14. IX. Scriptura. X. Ut teſtator eam ſcripturam oſtendat teſtibus ac dicat in ea contineri ſuum teſtamentum. *d. l. hac conſultiſſim* 21. *in. pr.* XI. Ut teſtes ſint ſpecialiter rogati. *d. l. hac conſultiſſi ma. in pr. d. l. hæredes palam.* 27. § *in teſtamentis, pen.*] Et teſta mentum deſtitutum requiſitis ſolennitatibus ratum non eſt, ade ut ex eo nihil peti poſſit. *l.* 3. *C h. tit, l.* 29. *C. de fideic.* & quaſi te ſtator, omittendo ſolennitates, nihil voluerit deberi. *per l.* 8. *C de accept.* neque in foro conſcientiæ quis teneatur implere eju voluntatem. *v. Tuld. hic. c.* 12, *Fach.* 4. *con.* 5. *Mantic. de con ult. lib.* 2. *tit.* 14. quod tamen ſolvit repetere non poteſt. *Fa ad l.* 2. *h. tit. per l.* 2. & 3. *C. de fideic.* niſi circumſtantiæ aliu ſuadeant. *Tuld. d. c.* 12. *adde not. inf.* §. *fin. de fideic. hær.* V rum de jure Canonico validum eſt teſtamentum coram Paroch & duobus teſtibus legitime factum. *c.* 13. *de teſtam.* & moribu fere ubique coram Notario & duobus teſtibus legitime fit teſt mentum. *v. Tuld. hic. cap.* 11. *Soeſ. nu.* 13. & *Grot. lib.* 2. 17. *nu.* 15. 16. & *ſeqq.* ubi plene declaratur.]

Solemnitas annuli.

a Quid de annulo ſignatorio?

5. §. a Poſſunt autem omnes teſtes & uno annulo ſign re teſtamentum. quid enim ſi ſeptem annuli una ſculptu fuerint, ſecundum quod Papiniano viſum eſt? Sed & lieno quoque annulo licet ſignare teſtamentum.)

Quarto diſſolvit aliquot quæſtiones pertinentes ad dicta formam ſive ad dictas ſolemnitates. Hæ quæſtiones referunt ad tria genera. Aliæ namque ſunt de ſignis teſtium: aliæ de ip teſtibus: aliæ de codice, ſeu tabulis teſtamenti. in quolibet aute genere tractantur a Juſtin. duæ quæſtiones. De ſignaculis teſtiu quæritur primo, an omnes teſtes poſſint ſignare teſtame tum uno & eodem annulo? Reſpondet Imp poſſe: quia fieri pote ut ſeptem annuli habeant eandem ſculpturam, ut quia teſtes adh bentur ex una familia §. 5. *h. n.* Obiter nota teſtes non poſſe o ſignare teſtamentum alio inſtrumento quam annulo. ut diſe dicitur *in l. ad teſtium.* 22. §. *ſignum* 3. *ff. eod.* niſi cum Baro & Hotomanno addamus negationem, & pro *tantum*, legam *non tantum.* Quæritur ſecundo, an liceat ſignare alieno ann lo? Reſpondet Imper. hoc quoque licere. Ratio eſt: quia ſign ſe impreſſa agnoſcentibus, aperiatur: poteſt autem teſtis agnoſc re ſignum, quod appoſuit, non minus ſi alieno, quam ſi ſuo a nulo uſus ſit. Non eſt ignorandum, Doct. requirere, ut teſt alieno annulo ſignans, id in ſubſcriptione ſignificet: alioq putant eum teneri falſi: quaſi alieno annulo ſit abuſus, & qu

ſi

ſn ignaverit. Verum hæc ſententia nulla lege confirmatur, pro-
in: mihi eſt ſuſpecta, & (libere dicam) videtur falſa, quod
e n lege permittente fit, pœnam non meretur. C. *ad l. Jul. de*
. lt. l. Gracchus, 4.

Teſtes ad teſtamentorum.

. § [a] Teſtes autem adhiberi poſſunt ii, cum quibus
amenti factio eſt. ſed neque mulier, neque inpubes,
n ue ſervus, neque furioſus, neque mutus, neque ſur-
d, neque is, cui bonis interdictum eſt, neque ii quos
l es jubent improbos inteſtabileſque eſſe, poſſunt in
n merum teſtium adhiberi. a Qui poſſunt eſſe teſtes.

De teſtibus quæritur primo, quinam ſimpliciter poſſint eſſe
tes in teſtamentis? Reſpondet Imp: *in* §. 6. *h.n.* eos poſſe ad-
h eri teſtes in teſtamentis conficiendis, quibuſcum teſtamenti
f tio eſt, id eſt, qui poſſunt hæredes inſtitui: cum enim teſta-
r nti factio duplex ſit: activa, eorum qui teſtamentum faciunt;
& paſſiva, eorum qui ex teſtamento capiunt. *infra de hæred.*
q alit. §. *in extraneis*, 4. *verſ. teſtamenti.* proprie loquendo, illi
untur habere teſtamenti factionem, cum his autem dicitur
e teſtamenti factio Quia tamen multi excipiuntur, qui non
ſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, licet poſſint hæredes inſtitui.
circo Juſtin. a teſtimonio teſtamentario repellit, I. Mulieres;
ia olim teſtamenta fiebant calatis comitiis, *ſupra hoc tit.* §. 1.
ibus mulieres intereſſe indecorum eſt: & inſuper quia teſtato-
mortuo teſtes vocantur ad prætorem, ut coram eo ſigna ſua
noſcant, cum tabulæ teſtamenti ſunt aperienda, *ff. teſt. quem-*
l. aper. l. Cum ab initio. 4. [adeo ut ratio prohibitionis non ſit
agilitas ſexus. cum in aliis rebus teſtes eſſe poſſint *vid. l.*20. §.
ff. h. tit. quamvis & hodie in teſtamentis inutile habeatur ea-
m teſtimonium. *Deſſel. in Soeſ. hic nu.* 30. alii inter ſexum non
ſtinguunt. *vid. Guid. Pap, qu.* 538. & in diſpoſitionibus ſal-
m ad pias cauſas, militum, inter liberos & tempore peſtis, ubi
aſculus deficit admitti poſſunt. *vid. Tuld. hic c.*6. *Groenw. hic*
6.] II. Impuberes. III. Servos: quia teſtamenta ſunt juris civi-
lis, cujus ſervi capaces non ſunt, cum hoc jure pro mortuis habe-
ntur, *D. de diverſ. reg. jur. quod attinet*, 32. *l. ſervitutem*,
09. [Monachus tamen in teſtamento teſtis eſſe poteſt *c. inſuper.*
e teſtib. etſi monaſterium inſtituatur hæres. *Tuld. hic c.* 10. non
ero in judicio ſine venia Præfecti *d. c. inſuper.*] IV. Furioſus.
Ibi tamen notandum. ſi furioſus habeat dilucida intervalla,
unc temporis eum poſſe eſſe teſtem. *D. hoc tit. l. qui teſtamento.* 20.
. *ne furioſus*. 4. V. Mutos, vel ſurdos: quamvis ad teſtimonium
admit-

admittatur etiam is, qui liuguam teſtatoris non intelligit, *d. l qui teſtamento, §. penult.* [ſufficit enim ſi vel ſenſu percipiat, qu cui rei adhibitus ſit *d. §. pen.* non tamen admittitur cæcus, neceſſ eſt enim ut viderint teſtatorē. *Coſtal. ad l. 30. de probat.* *Perez. hic* VI. Prodigos, quibus bonorum adminiſtratioue interdictum eſt quia paſſim comparantur furioſis VII. Eos, quos leges jube eſſe improbos & inteſtabiles: quales ſunt damnati ob carmen fa moſum *D. eod. l. is cui, §. 1.*] qui tamen hodie moribus noſtr teſtamentum facere poſſunt. *Groenw. d. 1. 18. §. 1.*]

Servus habitus pro libero homine.

a Quid ſi ſervus pro libero homine habitus ſit inter teſtes?

7. §. a Sed cum aliquis ex teſtibus teſtamenti quider faciendi tempore liber exiſtimabatur, poſtea autem ſe vus apparuit: tam divus Hadrianus Catoni, quam poſte divi Severus & Antonius reſcripſerunt, ſubvenire ſe e ſua liberalitate teſtamento; ut ſic habeatur (firmum) a ſi, ut oportebat, factum eſſet: cum eo tempore quo te ſtamentum ſignaretur, omnium conſenſu hic teſtis liber loco fuerit: neque quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtic nem moveret.

Deinde ad id quod dixit ſervum non poſſe eſſe teſtem in t ſtamenuo, adhibet hanc exceptionem, ut ſi ſervus eo tempor quo rogatus fuit ad teſtimonium teſtamentarium omnium co ſenſu liberi loco fuerit, id eſt, nemine repugnante, ſeu ſtatus co troverſiam movente pro libero ſe geſſerit, licet poſtea ſervus a pareat, tamen hic defectus non infirmet teſtamentum. §. 7. *h noſtro,* [conditio enim teſtis inſpicitur quæ fuit tempore cond teſtamenti: *Perez. hic.*]

Pater cum filio teſtis.

a Poteſt pater eſſe teſtis in alieno teſtamento cum filio?

8. §. Pater, nec non is, a qui in poteſtare ejus eſt, ite duo fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt, utiqu teſtes in uno teſtamento fieri poſſunt: quia nihil nocet e una domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

Quæritur de teſtibus ſecundo, quinam poſſint, vel non poſſi eſſe teſtes in certis quibuſdam teſtamentis, veluti an pater poſſ eſſe teſtis in eo teſtamento, in quo teſtis eſt filius, vel in teſt mento filii. Hic dantur aliquot regulæ. I. Ex una & eadem dom ſumi poſſunt plures teſtes in eodem teſtamento: veluti pater filius, aut duo fratres, §. 8. *h. n.* Domus (a qua domeſticum dic

tu

odo habitationem, *D. de pœnis l. perſpicuum* 11. §. *Fur-* modo familiam ſignificat: unde pater & filius in poteſtate s dicuntur eſſe ex eadem domo. ſecus, ſi ſit filius eman-pat; quia per emancipationem exit. *C. de filiisfam. & quem-pat pro his ten. lib.* 10. *tit.* 60. *l. Si hi qui.* 3. Poſterio-gnificationem hoc loco accipiendam eſſe conſtat: quoniam itor poteſtatis rationem habet, eoſque ex eadem domo t, qui per patriam poteſtatem ſunt conjuncti proinde ſunt m familia quamvis ſeorſum habitent.

Teſtis patri filius, vel filio pater.

9. [a] In teſtibus autem non debet eſſe is, qui in pote- teſtatoris eſt. Sed ſi filius familias de caſtrenſi pe- poſt miſſionem faciat teſtamentum, nec pater ejus adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate ejuſdem eſt, reprobatum eſt enim in ea re domeſticum teſti-um. a Poteſtne pater filio vel filius patri eſſe teſtis?

II Qui ratione patriæ poteſtatis teſtatori conjunctus eſt, non eſſe teſtis: ut pater in teſtamento filii teſtantis de peculio ſi (videlicet, ſi poſt honeſtam, vel cauſariam dimiſſionem entum faciat. nam poſt ignominioſam, non habet privile- teſtandi de peculio caſtrenſi, *ff. de teſtam. milit. l. teſta-* , 26. §. 1. ante miſſionem vero ex militari privilegio po- atrem teſtem adhibere, *D. qui teſtam. fac. poſſ. l. qui teſta-* . 20. §. *per contrarium.* 2. vel quaſi caſtrenſi: aut filius in ento patris: aut frater in teſtamento paterno? Doct. com- er putant non poſſe. Sed hæc communis ſententia nec Vi- nec mihi placet. Cum enim Juſtinian, nominatim repellat , qui in poteſtate teſtatoris eſt a contrario ſenſu indicat fi- emancipatum admitti, & in fine hujus §. affert hanc ra- n, quia reprobatum eſt hac in re domeſticum teſtimonium, s verbis ſignificatur, eos, qui ſunt in familia teſtatoris, non eſſe teſtes in teſtamento, domum enim pro familia accipi, ante expoſui: ut domeſtica perſona dicatur, quæ eſt in ea- familia, *D. quod cujuſcun. univ. nom. l. Item eorum.* 6. *in* . ac domeſtica laus, vel correctio domeſtica, quæ ab hujuſ- perſona proficiſcitur. *C. de emendat propinq. l. un.* & re- t, *hac in re*, indicans in aliis cauſis ſecus, hoc eſt, indiſtincte on habita emancipationis ratione patrem non poſſe eſſe te- pro filio, aut filium pro patre, *ff. de teſtib. l. teſtis,* 9. & *a. l. Teſtis idoneus.* 6.

Hæres teſtis.

●. § [a] Sed neque hæres ſcriptus, neque is, qui in po- a Poteſtne hæres eſſe teſtis?
teſtate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

teſtate ejus eſt, neque pater ejus qui eum habet in po‑ſtate, neque fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſu‑teſtes adhiberi poſſunt, quia hoc totum negocium, qu‑agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie in‑teſtatorem & hæredem agi. Licet autem totum jus ta‑conturbatum fuerat, & veteres quidem familiæ empt‑rem, & eos qui per poteſtatem ei conjuncti fuerant, teſtamentariis teſtimoniis repellebant: hæredi (auten‑& iis qui per poteſtatem ei conjuncti fuerant, conced‑bant, teſtimonia in teſtamentis præſtare, licet ii qui permittebant, hoc jure minime abuti eos debere ſuad‑bant: tamen nos eandem obſervrtionem corrigentes, quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſſitatem transfer‑tes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, me‑nec hæredi, (qui imaginem vetuſtiſſimi familiæ empto‑obtinet) neque aliis perſonis, quæ ei (ut dictum eſt) c‑junctæ ſunt, licentiam concedimus, ſibi quodammo‑teſtimonia præſtare. ideoque nec ejuſmodi veteres con‑tutiones noſtro Codici inſeri permiſimus.

III. Regula eſt: Hæres ſcriptus non poteſt eſſe teſtis. §. 10 h. IV. Qui hæredi ratione patriæ poteſtatis conjuncti ſunt, ut‑ter, vel filii, vel fratres, non poſſunt eſſe teſtes. *d.* §. 10. *h. n.* [M‑ribus quoque noſtris neque hæres ſcriptus recte adhibetur teſt‑neque filius, pater aut fratres hæredis, non ob vinculum pa‑poteſtatis quæ moribus non attenditur, ſed propter conjunc‑nem Sanguinis, quæ facit, ut ſibi quodammodo & in re ſua‑ſtimonium dicere videantur. *v. Soeſ. hic nu.* 24. *& ibi Deſſ‑*

a Poteſtne legatarius eſſe teſtis?

Legatarii, fidei commiſſarii teſtes.

11. § [a] Legatariis autem & fidei commiſſariis, quia‑juris ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis conjunctis te‑monium non denegamus: immo in quadam noſtra co‑tutione & hoc ſpecialiter eis conceſſimus. Et multo m‑iis, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in‑teſtate, hujuſmodi licentiam damus.

V. Legatarii & fidei commiſſarii, [ſcil. particulares. *v. i‑hic.*] & qui eis ratione patriæ poteſtatis conjuncti ſunt, poſ‑eſſe teſtes. §. 11. *h. n.* Ratio differentiæ inter hæredes & leg‑rios intelligitur ex hoc & præcedenti. §. quia hæres ſuccedit i‑defuncti, proinde totum hoc negocium (id eſt, teſtam‑

ſa‑

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

...o) inter defunctum & hæredem agitur. unde orta eſt diviſio ...teſtamenti factionis a me ſupra allata; quoniam activa teſta...menti factio ſpectatur in teſtatore, paſſiva in hærede: legatarii ve...ro ...n ſuccedunt in jus defuncti, ſed tantum in rem legatam, id...eo ...e teſtamentum cum eis agi non videtur. Adde id, quod dixi, de ...gatariis.

...ota primo, id obtinere, etiam ſi omnibus teſtibus legatum ...ſit, ...ia nihilominus teſtamentum valet, *D. de reb. dub. l. ſi ita.* 14. ...ota ſecundo, idem obtinere in fidei commiſſariis particulari... ...: univerſales vero fidei commiſſarii pro hæredibus habentur. ... *de fidei commiſſ. hæred. §. reſtituta.* 3. *& ff. quod cum eo. l.* ...*ius fam.* 5. *§. filio.* 1. *& de bon. libert. l. ſi necem.* 4. *§. ult.* ... *d. hic. c.* 8.]

...ota tertio, hoc teſtimonium legatariis, & fideicommiſſa...riis ...oncedi ſecundum Doctor. etiam in teſtamento nuncupativo ...*l. hic.* Diſſent. *Tulden. hic. d. c.* 8. niſi demta ejus perſona ...ſit legitimus teſtium numerus. *item Deſſel. ad Soeſ. hic. nu.* ...6 *& Groenew. hic late,* quamvis aliud ſit in teſtamento ſcripto ...auſo cujus tenor ignoratur. *Deſſel. d. loc.* Sed quamvis teſti ...legatum non debeatur, ejus tamen fide ſtat reliquum teſta...mentum. *Tuld. hic. c.* 9. Dictanti teſtamentum ex ſententia ...toris legari poteſt: ſi ſcribatur ab altero. *Tuld. hic. c.* 8. ...*ext. l.* 22. *C. h. tit.* non vero ſcribenti. nam pro non ſcripto ...tur, quod ſibi adſcribit Notarius, & pœnæ falſi ſubjacet: ...*it. C. de his qui ſibi aſſcrib. in teſt.* uti & quod cognatis ſuis ...ribit ad quartum uſque gradum ex edict. Regis Hiſp. & ...is Brab, *art.* 23.]

Membrana, charta, in qua ſcribitur teſtamentum.

2. §[a] Nihil autem intereſt, teſtamentum in tabulis, ...n chartis menbraniſve, vel in alia materia fiat. a In qua materia ſcribitur teſtamentum?

...e codicibus, ſeu tabulis teſtamenti. Primo quæritur, in qua ...eria teſtamentum ſcribi poſſit? Reſpondet Imp. ſcribi poſſe ...avis materia. *§.* 12. *h. n.* [& ita uſus eſt. *v. Gail.* 1. *ob.* 119. ...3. *Mynſ.* 1. *obſ.* 80.]

Plures Codices unius teſtamenti.

3. §. Sed & unum teſtamentum pluribus codici...bus conficere quis poteſt, ſecundum obtinentem tamen ...ſervationem omnibus factis. quod interdum etiam ne...ceſſarium eſt: veluti ſi quis navigaturus & ſecum ferre, & ...(domi) relinquere judiciorum ſuorum conteſtationem ...velit, vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ huma...nis neceſſitatibus imminent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Quæritur ſecundo an poſſit unum& idem teſtamentum ſcribi
in diverſis codicibus , ſive exemplis , ut dicitur *in l. unum.* 24.
D. hoc tit. Reſpondet poſſe id fieri , ita ut quælibet ſcriptura ſit
authentica , & per ſe ſe probet , dummodo quælibet facta ſit ſe-
cundum obtinentem obſervationem , id eſt , dummodo in ſin-
gulis codicibus ſint adhibitæ ſolemnitates quas jus in teſtamentis
in requirit , ut ſubſcriptionis , & ſigna teſtium ,§. *pen.* nam quia
eſt unum teſtamentum, id eſt , unius & ejuſdem tenoris , quam-
vis bis ſcribatur ; tamen per ſcripturam ſecundam non infirma-
tur prima [*v. l.* 1. §. 5. 6. *de bon. poſſ. ſec. tab.*] nec habet locum
ea regula , quæ in diverſis teſtamentis obtinet , quod poſteriori
teſtamento rumpitur prius , *infra quib. mod. teſtament. infirm.*
§. *poſteriore.* 2. *d. l.* I. §.1. Semel autem extitiſſe tabulas teſta-
menti , mortuo teſtatore deſideratur , tametſi extare deſierint ;
quare , & ſi poſtea interciderunt,bonorum poſſeſſio peti poterit
ſi tamen ſciat hæres extare tabulas certuſque ſit delatam ſibi bo-
norum poſſeſſiouom, *d. l.* I. §.3.4.]

Teſtamentum nuncupativum.

a Quod eſt teſtamentum nuncupativum ?

14.§ Sed hæc quidem de teſtamentis , qua ſcriptis
conficiuntur , (ſufficiunt) ſi quis autem ſine ſcriptis vo-
luerit ordinare jure civili teſtamentum : ſeptem teſtibus
adhibitis , & ſua voluntate coram eis nuncupata , ſciat hoc
perſectiſſimum teſtamentum jure civili , firmumque con-
ſtitutum.

Poſtremo in §. *ult. h. n.* declarat formam teſtamenti nuncupa-
tivi , quod dicitur fieri ſine ſcriptis ; non quia ſcribi non poſſi
(plerumque enim in ſcriptis redigitur) ſed quia non fit per ſcri-
pturam . ut teſtamentum ſolemne , verum ſcriptura ei jam fact
accidit , quippe cum non ſolemnitatis , ſed probationis tantu
cauſa adhibeatur. [*Tulden. hic. c.* 11. Requiritur moribus ut teſta
tor & teſtes ei ſubſcribant , ubi in ſcriptis redactum eſt , vel ſi te
ſtator ſcribere neſciat ejus mentionem faciat Notarius, alias eni
teſtamentum non valebit. *v. Tuld. d. c.* II. & *Chriſtin. dec.* 53
nu. 24. *vol.* I.] Sciendum eſt in hujuſmodi teſtamentis tria re
quiri. I. Ut adhibeantur ſeptem idonei teſtes, *d.* §. *ult. h. n.* [ho
die duo & Notarius. *ſup.* §. 4. *not.*] II. Ut hi teſtes ſint rogat
D. eodem. l. hæredes palam. 21. §. *in teſtamentis.* III. Ut cora
his teſtibus palam teſtator voluntatem ſuam declaret. *d.* §. *ult.*
n. & *d. l. hæredes palam, in pr.* [vel ſi inſcriptis redacta ſit, t
ſtatori in præſentia teſtium prælegatur: alias non valebit. *v. San*
lib. 4. *tit.* 1. *def.* I. *Mant. lib.* 6. *tit.* 6. *nu.* 10. *de conj. ult. vo*
Boer. dec. 14. *nu.* 6. *Clar.* §. *teſtamentum qu.* 37. *nu.* 7. Valet
nim teſtamentum quod Notarius ex ſceda ab alio tradita, conf

ci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

...modo teſtatori prælectum fuerit. *Sand d. loc. def.11. Menoch. 4. pr*[illegible]*ſ. 12. nu. 3. Berlich. 3. prac. concl. 7 nu. 6. & ſeq. vide tamen* [illegible] *eſſel. ad Soeſ. hic nu. 32.*] Nota teſtamentum ſic ordinari jure civili. *d. §. ult. h. n.* ex conſtitutione Conſtantini. *Euſeb.* [illegible] *de ejus vita, cap. 26.* non jure prætorio, quia prætor in teſtamentis ſcripturam requirit, ut notavi ad §. *ſed prædicta*.

AXIOMATA.

[illegible] *antiquum non eſt omnino ignorandum*, in princ.

[illegible] *eſtamento ſuſpicio falſi vitanda eſt*, §. 4.

[illegible] *eno annulo ſignare licet.* §. 5.

[illegible] *poſſunt ex teſtam. capere, poſſunt in teſtamento eſſe teſtes* §. 6.

[illegible] *mmunis error facit jus*, §. 7. *conjun.* l. 3. §. ult. ff. de ſupell. leg.

[illegible] *ſtamenta ſunt favorabilia, & quoad ejus fieri poteſt, ſuſtinenda*, d. §. 7.

[illegible] *il vetat, ex una domo plures teſtes negocio alieno adhiberi.* §. 8.

[illegible] *eſticum teſtimonium reprobatur* § 9. *conjun.* l. 3. C. de teſtib.

[illegible] *um negocium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, inter teſtatorem & hæredem agi videtur.* §. 10.

[illegible] *ris permiſſione abuti non oportet.* eod. §.

[illegible] *emo poteſt eſſe teſtis in cauſa propria*, ibid. *conjun.* l nullus 14. ff. de teſtib. & l. in omnibus. 10. C. eod.

[illegible] *agis ſpectamus quod principaliter, quam quod ſecundario & per conſequentiam contingit.* §. 10. & §. ſeq.

[illegible] *gatarii, & particulares fideicommiſſarii non ſuccedunt in jus ſed in rem.* §. 11.

[illegible] *numerabiles caſus hominibus imminent.* §. 13.

DE [MI]LITARI TESTAMENTO.

TITVLVS XI.

[illegible] *emnitates ſuperiori titulo expoſitæ*, in quibuſdam teſtamen[tis] vel omnino, vel ex parte aliqua remittuntur. Et primo in [teſta]mento parentum inter liberos. *C. de teſtament. l. hac conſul[ta]. 21. §. ex imperfecto* 1. Secundo in teſtamento ruſtici. *C.* [illegible] *. ult.* Tertio in teſtamento ad pias cauſas, *extra eodem. cap.* [illegible]*m.* 11. Quarto in teſtamento Parochiani, ſecundum jus [can]onicum facto coram presbytero parochiali *extr. eod. ca. cum* [illegible] 10, Quinto in teſtamento oblato Principi. Sexto in teſta[ment]o confecto apud acta *C. eod. l. omnium.* 19. Septimo in teſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

mento militis. *ff. de teſtam. milit. l.* 1. *& l. milo.* 2. [de quib
omnibus vide brevem & methodicam diſputationem inaugur
lem Cornelii Mathiſii anno 1661. 10. *May*. habitam] Nota
dum tamen eſt, aliud eſſe teſtamentum militis aliud teſtame
tum militare. nam miles vel jure communi, vel jure proprio,i.
militari teſtari poteſt. *C. eod. l. Quanquam* 3. Hic igitur titul
inſcribitur de militari teſtamento: quia reſpicit ad ea teſtamen
quæ ex ſpeciali militum privilegio ſuſtinentur.

Remiſſa eſt militibus ſolemnitas.

a Oportetne milites obſervare omnes ſolemnitates?

SUpra dicta diligens obſervatio in ordina
dis teſtamentis, militibus, propter nimi
imperitiam eorum, conſtitutionibus (pr
cipalibus) remiſſa eſt. Nam quamvis ii,
que legitimum numerum teſtium adhib
rint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem obſer
verint: recte nihilominus teſtantur, videlicet cum *in*
peditionibus occupati ſunt: quod merito noſtra con
tutio introduxit. Quoquo enim modo voluntas ejus
prema inveniatur, ſive ſcripta, ſive ſine ſcriptura: va
teſtamentum ex voluntate ejus. [b] Illis autem temporib
per quæ citra expeditionum neceſſitatem in aliis locis
ſuis ædibus degunt minime ad vendicandum tale priv
gium adjuvantur: ſed teſtari quidem, etſi filii familiar
ſint, propter militiam conceduntur: jure tamen com
ni eadem obſervatione & in eorum teſtamentis adhib
da, quam in teſtamentis paganorum proxime expoſuim

b Quid ſi milites ſint extra caſtra vel citra expeditionem domi vel abi?

Sunt autem hujus tituli duæ partes. In priori parte enume
tur privilegia militibus indulta in teſtamentis condendis. I.
vilegium eſt, quod miles non eſt adſtrictus certis ſolemnitati
aut certæ formæ teſtandi ſed teſtatur quomodo vult, & quo
do poteſt. [ita tamen ut defectus naturalis non ſupleatur per
litiam. *v. l.* 10. *C. qui teſt. fac. l.* 18. §. *jam vero. de excuſ.*
Quod militibus conceſſum eſt propter nimiam eorum im
tiam, id eſt, propter ſimplicitatem militarem, *d. l.* 3. quia
lites magis decet arma ſcire, quam leges. C. *de jure delib. l*
verſ. arma etenim. Sed hoc privilegium recipit duas limitati
prior limitatio eſt: quia conceditur tantum militibus qui i
ſtris expeditionis tempore teſtamenta faciunt. [imo & illi
limitanei & ſtationarii ſive præſidiarii ſunt uti ad prælian
expeditis, & adverſus repentinos hoſtium incurſus excubant
Coth. ad. l. 17. *C. h. tit. Perez. hic & Tulden. c.* 3. na

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pa nus in acie & hoſtico loco, quomodo velit & poteſt recte
ei tur. *l. ult. h. tit. Sand. lib.* 4 *tit.* 1. *def.* 15. *Cujac. conſ.*
49 *Diſſent. Gail.* 2. *obſ.* 118. *nu.* 13. Radel. *dec.* 80. *nu.* 3.]
N a extra caſtra & extra militiam fruuntur quidem altero pri-
vi gio, ut etiam filii familiarum poſſint teſtari de peculio ca-
ſtr ſi: ſed non habent primum illud privilegium, ut teſtentur
qu modo volunt, & quomodo poſſunt; immo jure commu-
ni n aliter, quam pagani teſtamentum facere tunc debent, ut
de ratur *in princ. hujus tit.* & obiter repetitur *in* §. *ſed hactenus.*

Reſcriptum Trajani.

§ [a] Plane de teſtamentis militum divus Trajanus Ca- [a] Quod eſt reſcriptum Trajani de militum privilegiis in teſtando?
til Severo ita reſcripſit: Id privilegium, quod militan-
ti s datum eſt, ut quoquo modo facta ab his teſtamenta
ra ſint: ſic intelligi debet, ut utique prius conſtare de-
be teſtamentum factum eſſe, quod & ſine ſcriptura & a
nc militantibus fieri poteſt. Si ergo miles, de cujus bo-
ni apud te quæritur, convocatis ad hoc hominibus, ut
vo untatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, ut declaret,
qu m vellet ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem tribue-
re : poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus, &
vo untas ejus rata habenda eſt. Cæterum ſi (ut plerum-
qu ſermoribus fieri ſolet) dixit alicui, *ego te hæredem facio,*
a *bona mea tibi relinquo*: non oportet hoc pro teſtamento
ob ervari. Nec ullorum magis intereſt, quam ipſorum,
qu bus id privilegium datum eſt, ejuſmodi exemplum
no admitti. Alioqui non difficulter poſt mortem alicu-
ju militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe di-
ce tem aliquem, relinquere ſe bona, cui viſum ſit, & per
ho vera judicia ſubverterentur.

Poſterior limitatio eſt quod oportet conſtare de voluntate mi-
li , id eſt, eum voluiſſe facere teſtamentum, §. 1. *h. n.* [ſcil
ſcr tura, vel duobus teſtibus: etiam non rogatis, *Sand. d. def.*
15 hoc enim ad ſolennia juris ſpectas, quibus ſolutus eſt miles.
P z. & *Tuld. c.2. hic.*] Addi poteſt tertia limitatio: quia teſta-
m tum ita factum jure milirari, ita demum valet, & effectum
ſo etur, ſi teſtator vel in militia, vel ſaltem intra annum a die
m ſionis computandum deceſſerit. §. *ſed hactenus.* 3. *h.* [*infra.*]
I. Privilegium eſt, quod filiusfamil. poteſt facere teſtamen-
tu de peculio caſtrenſi, *princ. verſ. ſed teſtari.* Hoc privilegium
pr ducitur ad eos, qui habent peculium quaſi caſtrenſe, §. ult.

Mutus & ſurdus miles.

a poteſtne mutus ſurdus mi-es teſtari?

2. §. a Qui nimo & mutus & ſurdus miles teſtamentu facere poteſt.

III. Privilegium eſt, quod miles mutus & ſurdus indiſtinć teſtari poteſt, §. 2. *hoc noſtro.* [ſcil. ſi ante cauſariam miſſione in numeris maneat. *l.* 4. *h. tit.* & aliquo modo voluntatem ſua indicare poſſit. *juxta l.* 10. *C. eod.* nam mutus & ſurdus, a na vitate, non poteſt eſſe miles, cum mandata exaudire nequeat. *d.* 13. *Perez. hic & Tuld. tit. ſeq. c.* 7.] cum in pagano muto, ſurdo vel neceſſaria ſit ſpecialis permiſſio principis, *D. qui teſt ment. fac. poſſ. l. ſi mutus.* 7. vel obtineat diſtinctio a Juſtin. i troducta. *C. eod. l. diſcretis.* 19.

Limitatio militaris teſtamenti.

a Quatenus privilegium teſtandi datur militibus?

b Quamdiu valet teſtamentum militis?

c Quid ſi miles intra annum moriatur ſed conditio poſt extiterit?

3. §. Sed hactenus hoc illis a principalibus conſtitut nibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degu Poſt miſſionem vero veterani, vel extra caſtra (alii) ſi ciant adhuc militantes teſtamentum, communi omniu civium Romanorum jure id facere debent. b Et quod caſtris fecerint teſtamentum non communi jure, ſed q modo voluerint, poſt miſſionem intra annum tant valebit. c Quid ergo ſi intra annum quis deceſſerit, con tio autem hæredi adſcripta poſt annum extiterit? an q militis teſtamentum valeat? Et placet valere qnaſi m tis.

IV. Privilegium eſt, quod teſtamentum jure militari fact valet, etiamſi teſtator deſinat eſſe miles, dummodo intra ann poſt miſſionem moriatur. *d.* §. 3. *h. n.* poſt miſſionem, inqu honeſtam, vel cauſariam. nam ignominioſa dimiſſio milit privilegia adimit, *D. de teſtament. milit. l. teſtamenta eorum.* [& eorum teſtamenta ſtatim deſinunt jure militari valere. *d* 36. *princ. &* §. 1. *adde l.* 13. §. 3. *de re milit. & l.* 2. *de qu. not. infam.* Eſt autem *honeſta* miſſio, quæ inpleto militiæ t pore datur: *Cauſaria*, cum quis ob cauſam, vitio animi aut poris minus idoneus militiæ renunciatur. *d. l.* 2. §. 2. *& d. l.* §. 3. *ignominioſa*, cum quis propter delictum ſacramento m tiæ ſolvitur & exauctoratur inſignibus militiæ detractis. *d.* *& d. l.* 13.] Nec nocet, ſi conditio inſtitutione adjecta, poſt num exiſtat: quia retro trahitur ad tempus mortis teſtato *D. de hæred. inſtit. l. poteſt.* 56. quemadmodum con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ct adjecta retro rrahitur ad tempus contractus, *ff. de peric. & co mod. rei vend. l. neceſſario, 8. in princ. & qui por. in pignor. h. l. potior.* 11. §. 1.

Teſtamentum ante militiam factum non jure.

4. § a Sed & ſi quis ante militiam non jure fecit teſtamentum, & miles factus, & in expeditione degens reſignavit illud, & quædam adjecit ſive detraxit, vel alias manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis: dicendum eſt valere hoc teſtamentum, quaſi ex nova militis voluntate.

a Quid ſi miles, antequam militaret non jure fecerit teſtamentum?

V. Privilegium eſt, quod teſtamentum ante militiam non jure ſolemniter factum, ideoque inutile, confirmatur, ſi teſtator, poſtquam miles factus eſt, quoquo modo indicaverit ſe velle ut illud teſtamentum valeat. videlicet ſi in expeditione degens id ſignificaverit. Quod quidem ſignificaſſe intelligitur, ſi quædam adjecit, vel detraxit, vel aliud quid circa teſtamentum fecit, §. 4. h. n. Niſi id, quod fecit, ejuſmodi, ſit ut contrariam militis voluntatem arguat, *ff. eod. l. in fraudem* 15. §. *teſtamentum.* 2. alias valet ſi modo non revocavit. *Tuld. hic. c.* 4. *per l.* 5. §. 2. *C. l.* 16. *ff. h. tit. fac. l.* 27. *C. de teſtam. l.* 22. *ff. de probat.*]

Arrogatio, emancipatio militis.

5. § a Denique & ſi in arrogationem datus fuerit miles, vel filius familias emancipatus eſt, teſtamentum ejus quaſi ex nova militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

a Nocetne arrogatio vel emancipatio militis?

VI. Privilegium eſt, quod teſtamentum militis non infirmatur minima captis deminutione teſtatoris. §. *pen. h. n.* quamvis pagani teſtamentum hoc modo irritum fiat, *infra quibus modis teſtam infirm.* §. *alio.* Hoc privilegium non eſt mil tibus aliqua conſtitutione tributum, ſed interpretatione Jurecouſultorum receptum, cum enim miles in peculio caſtrenſi pro patrefamil. habetur, quod ad hoc non videtur capite minui, ſive emancipetur ſive arrogetur: ideoque teſtamentum ejus non fit irritum. *ff. de injuſt. rupt. l. ſi quis filio* 6. §. *ult* id eſt, non videtur fieri irritum, ſed valere quaſi ex nova militis voluntate, ut hic dicitur, & *in l. miles filius fam.* 22. *D. de teſtam. milit.* [cujus jure communi declaratio requiritur. *l.* 11. §. 2. *de bon. poſſ. ſec. tab.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Quaſi caſtrenſe peculium.

a Poteſtne ex privilegio teſtari is, qui habet quaſi caſtrenſe peculium?

6. §. [d] Sciendum tamen eſt, quod cum ad exemplun caſtrenſis peculii, tam anteriores leges, quam principale conſtitutiones quibuſdam quaſi caſtrenſia dederant pe culia, & horum quibuſdam permiſſum fuerat, etiam i poteſtate degentibus teſtari: noſtra (id) conſtitutio la tius extendens, permiſerit omnibus in hujuſmodi peculii teſtari quidem, ſed jure communi. Cujus conſtitutioni tenore perſpecto, licentia eſt, nihil eorum, quæ ad præ fatum jus pertinent, ignorare.

In poſteriori tituli parte, quæ eſt *in §. ult. h.n.* ſecundum il lud privilegium, quod filiusfam. teſtari poteſt de peculio caſtrei ſi; producitur ad omnes habentes peculium quaſi caſtrenſe, ut n tanter anteverti. [Ex hiſce militum privilegiis profluit, quod p parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poſſit *l. 6. & l. 37. tit.* quod ex certo die & ad certum diem poſſit hæredem ſciber *l. 15. §. 42. l. 19. §. fin. l. 41. h. tit.* quæ tamen hodie & pagan communia ſunt. *vid. Groenew. Inſt. de hær. Inſtit* §. 4. Prote & miles ex certa ſcientia filium præterire. §. 6. *Inſt. de exhær. libe* quod jure novo mutatum non eſt. *vid. Fachin. 6 cont.* 74. A que militaria Privilegia illa etiam in noſtris temporibus obtine tradunt. *Groenew. hic Grot. lib. 2. p. 17. nu. 17. nu. 28. & ſeq Perez. C. eod. in. fin. Gail.* 1. *obſ.* 118. *nu.* 16.

A X I O M A T A.

1. *Imperitia, ſeu ſimplicitas militaris excuſat*, in pr.
2. *Verba non operantur ultra intentionem proferentis*. §. 1.
3. *Cavendum, ne vera morientium judicia ſubvertantur*, d. §. 1.
4. Conditio *inſtitutioni hæredis adſcripta quandocunque poſtea xiſtat, retrotrahitur ad tempus mortis teſtatoris.* §. 3. *co jun.* l. poteſt. 56. ff. de hæred. inſtit. *In contractibus aute retrotrahitur ad tempus contractus*, ff. de peric, & commod. vend. l. neceſſario. 1. in princ: & qui pot. in pign. hab. potior, 11. §. 1.
5. *Minima capitis deminutio teſtamentum militis non infirmat.* 5. *licet pagani teſtamentum irritum faciat.* infra quibus mo teſtam: infirm. §. 2.
6. *Peculium quaſi caſtrenſe comparatur peculio caſtrenſi.* §. ult

QU

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

TITULUS. XII.

Poſtquam egit de iis, qui ſecundum, vel præter regulas juris teſtamenta faciunt, nunc de iis tractat, qui vel nullo, vel certo quodam modo, aut certis tantum caſibus teſtari poſſunt.

Filiifam. nequeunt teſtamentum facere.

Poſſuntne omnes teſtamentum condere? b An & filii familias? c Nullane eſt exceptio in filio familias?

NOn tamen omnibus licet facere teſtamentum. [b] Statim enim ii, qui alieno juri ſubjecti ſunt. teſtamenti faciendi jus non habent: adeo quidem, ut quamvis parentes eis permiſerint, nihilo magis jure teſtari poſſunt: exceptis iis, quos antea enumeravimus, & præcipue militibus qui in poteſtate parentum ſunt. quibus de eo, quod in caſtris adquiſiverunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus principum teſtamentum facere: Quod quidem jus ab initio tantum militantibus datum eſt, tam ex auctoritate divi Auguſti. quam Nervæ, nec non optimi imperatoris Trajani: poſtea vero ſubſcriptione divi Hadriani, etiam dimiſſis a militia, id eſt, veteranis conceſſum eſt. Itaque ſi quidem fecerint de caſtrenſi peculio teſtamentum: pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerunt. ſi vero inteſtati deceſſerint, nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus: ad parentes eorum jure communi pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus, quod in caſtris adquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune eſſe: ſed ſcilicet proprium ejus eſſe, qui id in caſtris adquiſierit. quamquam jure civili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac ſervorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex ſacris conſtitutionibus & præcipue noſtris propter diverſas cauſas non adquiruntur, præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filiusfamilias teſtamentum fecerit, inutile eſt, licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Initio Imperator generaliter docet, aliquos eſſe, qui teſtamen
tum facere non poſſunt: deinde ſingillatim de eis agit. Primo i
gitur filius famil. teſtari non poteſt; niſi de peculio caſtrenſi, v
quaſi caſtrenſi. *in princ. h. n.* Quod Imper. prolixius exponens

I. In verſ. *ſtatim*, dat regulam, quod filius familias teſtamen
faciendi jus non habet. Ratio eſt: quia lex XII. tabularum ſoli
patribus familiarum teſtamenti factionem conceſſit, illis verbis
*paterfamilias uti ſuper familia pecuniave ſua legaſſit, ita jus e
ſto.* auct. ad Heren. lib: 1. eo autem lex reſpexit, quod filiusfa
milias, qui omnia patri acquirebat, nihil habere poterat, de qu
in teſtamento diſponeret. Ulpian. *tit de teſtament.* §. *filius fami
lias.* [Sed cum hodie ſingularis illa patria poteſtas exolevit: ne
que parentibus quicquid illis cedit acquirant ut ſupra notavi: ide
noſtris moribus modo puberes ſint de bonis quoque matern
ceteriſque adventitiis, modo juſtæ ætatis ſint recte teſtantur,
tiam ſine conſenſu parentum. *Perez. C. eod. Vinn. & Groenen
hic. I C. Bat. con.* 44. & 111. *p.* 1. Secus tamen eſt in Friſia. *v. San
lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 1. & in Britannia, ubi paernus conſenſus requir
tur. *Argent, ad CB. art.* 561. *gl.* 1. *nu.* 2.]

II. In verſ. *adeo*, producit dictam regulam, ut ne quidem pa
tre permittente filius teſtari poſſit. Ratio eſt: quia teſtamenti fa
ctio etſi juris publici, *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 3. ideoque no
poteſt ab homine privato concedi, ſed tantum a lege. *Nov.* 2
cap. 2. vel a Principe. *ff. qui teſtament. fac. poſſ. l. Si mutus,* 7.
C. de inoffic. teſtam. l. Si quando, 35 Alia ratio eſt donatonis ca
ſa mortis. quæ cum ſit juris privati, fatendum eſt filiumfamili
patre permittente donare mortis cauſa poſſe, *D. de mortis cauſ. d
nat. l. tam is.* 25. §. 1. [etiam teſtari ad pias cauſas. *Tyraquel. de pr
vil. piæ cau. cap.* 7. *per c.* 4. *de ſepulch. in.* 6. ideoque ſi teſtame
to filius adſcripſit quod id velit valere omni meliore mo
do, ſuſtinebitur in vim donationis, *Fach.* 5. *con.* 64. *Theſſaur. de*
150: *Tulden. hic. c.* 11.

III. In verſ. *exceptis*, a dicta regula excipit filiosfam. habent
peculium caſtrenſe: quoniam ex conſtitutionibus Principum i
his peculiis fruuntur hoc privilegio, ut habeantur pro patribus f
miliarum, *ff. de SC. Macedon. l. uſque ad* 2. & *C. eod. l. ult.* §. 1.

IV. In verſ. *quod quidem*, declarat originem hujus privilegii f
liisfamilias tributi in peculio caſtrenſi, & oſtendit fuiſſe prim
conceſſum militibus, deinde fuiſſe productum ad veteranos. Ad
quod poſtea fuit productum ad aliquos habentes peculium qua
caſtrenſe, denique ad omnes habentes peculium quaſi caſtrenſe
ſupra tit. prox. §. *ult.* & *C. de inoff. teſtam. l. ult.*]

In verſ. *itaque*, limitat dictum privilegium; ut obtinea
cur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

filiusfam. teſtamentum facit, non ab inteſtato. Quid ergo ſi filiusfamilias inteſtatus deceſſerit? ad quem pertinebit pe- m caſtrenſe? Diſtinguenda ſunt tria jura, vetus, novum, & ſimum. Jure veteri indiſtincte peculium filiifamilias inteſta- que adeo etiam caſtrenſe occupabatur a patre, non jure hæ- ario, ſed tanquam peculium, communi jure patriæ poteſtatis, *caſtrenſ. pecul. l. Si filius fam. 2.* Jure novo excipitur, niſi filius- lias, qui ejuſmodi peculium habet, quod patri non acquiritur, is, vel fratribus ſuperſtitibus decedat: hi namque patri præfe- ur, ut *hic.* & *C. commun. de ſucceſſionibus. l. ult.* quam non eſſe eriorem inſtitutionibus, & prima Codicis editione. Jure no- no ſoli liberi præferuntur patri. fratres vero germani (id eſt, dem patre & eadem matre procreati) una cum parentibus edunt in capita. Sed fratres conſanguinei (hoc eſt qui ſunt ex m patre, ac diverſis matribus,) vel uterni (id eſt, qui ſunt ex m matre, ac diverſis patribus,) poſt parentes ad inteſtati ſuc- onem vocantur. *Nov. 118. cap. 2. & 3.*

I. in verſ. *ex hoc*, ex dictis colligit diſcrimen inter caſtren- reliqua peculia. Nam caſtrenſe eſt proprium ipſius filii, ad- t nec pater, nec creditores parterni, nec patre mortuo fra- quicquam in eo juris habeant: reliqua vero peculia æque ſunt onis patris ac peculium ſervi eſt in bonis domini, exceptis lio quaſi caſtrenſi, & adventitii regulariter nuda proprietate, rdum pleno dominio, ut docui ad §. 1. *ſupra per quas perſon. n. acquir.*

VII. In verſ. *præter hos*, concludit, filiumfamilias, niſi habeat lium caſtrenſe, non poſſe facere teſtamentum. Quare de pe- o adventitio ne quidem iis caſibus, quibus in eo plenum jus et, teſtari poteſt. Opponitur primo *l. ult. §. Ipſum, 5. verſ. is autem.* C. *de bon. quæ lib.* ubi Juſtinianus ait ſe in his dun- at caſibus, quibus uſusfructus apud parentes conſtitutus eſt, ofamilias non permittere teſtari, &c. unde aliis caſibus, quibus sfructus peculii adventitii patri non acquiritur, ſed filius do- nium habet, ei teſtamenti factionem concedere videtur. Re- ndeo primo, partic. *duntaxat*, ab emendatioribus Codicibus ſſe. Reſpondeo ſecundo; Imperatorem ibi non loqui de ſola amenti factione, ſed ſimul etiam de diſpoſitione inter vivos, m ait, *nec de hiſdem rebus teſtari, neque circa voluntatem eo- n, &c.* hæc igitur duo debent conjunctim accipi, ita ut utra- e diſpoſitio non prohibeatur, niſi his ſolis caſibus, quibus uſus- ctus patri quaritur: ſola autem prohibitio teſtamenti per ſe tineat indiſtincte, & omnibus caſibus. Reſpondeo tertio, ſum Juſtinianum *in l. pen. C. hoc tit.* vetare, ne ex *d. l. ult. §.*

ipſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ipſum, 5. *verſ. filiis autem*, colligatur filiumfamilias poſſe
propoſito caſu facere teſtamentum. Opponitur ſecundo, *Nov.* 11
cap. 1. ubi Imperator permittit filiofamilias de peculio adven
tio, in quo patri uſusfructus non acquiritur pro libitu diſponer
Reſpondeo Imperatorem non permittere, ſed διατίθεσθαι,
eſt, diſponere in ultima voluntate, ſeu teſtari, ſed διοικεῖν, id e
adminiſtrare inter vivos, etſi Latinus interpres male vertit *diſp*
nere. (donare tamen poteſt hoc peculium etiam ſine conſen
patris. *Fach*. 5. *con*. 24. 25. *Tulden. hic. c.* 10. *Bronk*. 6. *aſſ*. 17, *per*
7. §. 4. *de don. l. ult.* §. *filiis. C. de bon. quæ liber.*]

Impuberes, furioſi.

a Poſſuntne impuberes teſtari?
b Quid juris in furioſis?

1. §. [a] Præterea teſtamentum facere non poſſunt imp
beres: quia nullum eorum animi judicium eſt, [b] Item f
rioſi: quia mente carent. Nec ad rem pertinet, ſi imp
bes poſtea pubes, aut furioſus, poſtea compos mentis
ctus fuerit & deceſſerit. Furioſi autem, ſi per id temp
fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus e
jure teſtati eſſe videntur, certe eo, quod ante furorem f
cerint teſtamento valente. Nam neque teſtamentum r
cte factum, neque ullum aliud negocium recte geſtum; p
ſtea furor interveniens perimit.

Secundo impubes & furioſus teſtamenti factionem non h
bent. [& ne quidem impubes quoque Principis reſcripto. *Tul*
hic c. 1. *Theſaur. dec.* 87. *Diſſent.* ſi doli capax ſit: *Viv. com. op*
677. *nu.* 7. hodieque nec puberes jure Ultrajectino teſtari poſſu
maſculi ante annum 18. fœminæ 16. impletum. *ord. deciſ. art.*
uti nec teſtes eſſe in teſtamento de codicillis ante eam ætatem
art. 17. Sed nec minores 24. annis tutoribus recte dant, vel
gant durante tutela & adminiſtratione eorum, niſi parens vel f
ter tutor ſit. *art.* 15. & *ſtatut. Car. V. v. Montan. de tut. c.* 18. *nu.* 3
Sand. lib. 2. *tit.* 9. *def.* 19. 20. *Chriſt. ad C. M. tit.* 19. *art.* 24. *n*
10.] Hoc dictum producitur, ut horum teſtamentum pubertat
vel mentis ſanitate ſuperveniente non confirmetur. Excipitur
furioſo, niſi tempore dilucidi intervalli teſtetur. hoc enim teſt
mentum valet, quemadmodum & teſtamentum antea factum ſ
perveniente furore non infirmatur, §. 1. *h. n.* [An vero & quan
præſumatur ſanæ mentis fuiſſe. *v. Tuld. hic c.* 3. *Menoch.* 2. *a*
528. *Vinn. & Vigl. hic.*] Nam in teſtatore teſtamenti factio acti
duntaxat requiritur eo tempore, quo teſtamentum fecit, non
tiam tempore mortis quamvis in hærede paſſiva teſtamenti f
ctio utroque tempore requiratur, *infra de hæred. qualit.* §.

exir

exneis.4. [Quod tamen illi qui ſunt hebetes & ſimplicis inge-
... ſtari poſſint. *v. Theſſ. dec. 92. Graſſ. qu. 21. §. teſtamentum.*]

Prodigi.

§ a Item prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtra-tio nterdicta eſt, teſtamentum facere non poteſt, ſed id qu d nate fecerit quam interdictio bonorum ſuorum ei ... ratum eſt. a Poſſuntne prodigi teſtari.

... ertio prodigus; cui bonis interdictum eſt a prætore, vel præ-... *ff. de curat. furioſ. l. 1. in princ* quia furioſo comparatur. *D. de ... ut. & curat. dat. l. his qui. 12. §. ultim.* fruſtra teſtamen-tu condit. ſed ante bonorum interdictionem factum teſta-m tum valet, §. 2. *h. n.* [Quid autem ſi probere velint, eum a magiſtratu errore prodigum eſſe declaratum. non admitti ... nt. *v. Tuld. hic c. 4.* Si tamen prudenter diſpoſuit in favo-re cognatorum ſuorum & egenorum rata voluntas ejus ... ur. *ex Novell. Leon.* 39. quam utæquam probant. *Vigl. & G... enew. hic Sand. lib. 4. tit. 1. def. 4.* quamvis tutius ſit adhi-be consenſum magiſtratus aut ſaltem tutorum. *Groenew. ibid. C... fer Sup. lib. 1. de curat. §. 3. not.* Si etiam per triennium fru-g ixit recuperat poteſtatem diſponendi, *ut tradit Tulden. hic. c. d ...*]

Surdi & muti.

3. § c Item ſurdus & mutus non ſemper teſtamentum f ... ere poſſunt. b Utique autem de eo ſurdo loquimur, qui o mnino non exaudit, non qui tarde exaudit. nam & mu-t is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tarde l ... uitur, ſæpe enim etiam literati & eruditi homines va-ri ... caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. ... nde noſtra conſtitutio etiam his ſubvenit, ut certis ca-ſ ... us & modis ſecundum normam ejus poſſint teſtari, a-l ... que facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſta-mentum factum adverſa valetudine, aut quolibet alio caſu ... itus aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus manet e-j ... teſtamentum.

a Poſſuntne muti ſurdi?
b Quid ſunt ſurdi & muti?
c Quid ſi muti vel ſurdi ſint tantum, vel tales ſunt caſu facti?

Quarto ſurdus, vel mutus, vel utroque morbo laborans, cer-t ... tantum caſibus teſtamentum facere poteſt. §. 3. *h. n. & C. ... l. l. diſcretis.* 10. [*& l. 6. §. 1. l. 7. h. tit.*] cujus conſtitu-t ... nis ſumma hæc eſt [ſurdus] Qui poteſt loqui, poteſt con-... re teſtamentum in ſcriptis: qui vero nec loqui nec ſcribe-... poteſt teſtamenti factionem non habet. [*Vinn. & Perez.* ...] Hæc autem obtinent in paganis. nam miles, mutus & ſurdus

indiſtincte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

indiſtincte poteſt facere teſtamentum. *ſupra de milit. teſtam.* § *quinimo.2.* [*ubi v.not.* Sed teſtamentum ægrotantis ſenis ut va leat, non ſufficit, ut interrogatus reſpondeat: *ſic*, ſed debet loqui u manifeſtum ſit eum bene intellexiſſe. *v.Theſaur.2.qu.for.99.Ber lich.3.pr.concl.6.l.29.C. de teſtam.*]

Cæci.

a Poſſuntne & cæci teſtari?

4. § a Cæcus autem non poteſt facere teſtamentum, niſ per obſervationem, quam lex divi Juſtiniani patris noſtr introduxit.

Capti ab hoſtibus.

a Quid juris in captis ab hoſtibus?

5. §. a Ejus, qui apud hoſtes eſt, teſtamentum, quo ibi fecit, non valet, quamvis redierit. ſed quod dum i civitate fuerat, fecit: ſive redierit, valet jure poſtliminii ſive illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia.

Quinto cæcus non poteſt facere teſtamentum, niſi ſecundun formam a Juſtino præſcriptam. §. *pen. h.n.* & *C, eod. l. ha conſultiſſima*, 8. In ſumma ſex requiruntur, ut teſtamentun cæci valeat. I. Ut ſit teſtamentum nuncupativum. II. Ut præte ſeptem teſtes, qui regulariter requiruntur, adhibeatur tabularius vel ſi copia tabularii non ſit, ejus loco adhibeatur octavus teſtis nec dubito, quin debeant eſſe rogati ſpecialiter, ut & in aliis te ſtamentis obſervari debet. III. Ut teſtator coram his exprimat ſ velle condere teſtamentum nuncupativum, & totam ſuam volun tatem enunciet. IV. Ut inſtitutiones hæredum præponantur le gatis & fideicommiſſis: quamvis in aliorum teſtamentis hic ord non ſit neceſſarius *infra de legat.§.ante hæredis.*34. V. Ut tabu larius, vel octavus teſtis redigat teſtamentum in ſcriptis. VI. U adhibeantur ſubſcriptiones & ſignacula. Doctores excipiunt teſta mentum parentum inter liberos, per *l. hac conſultiſſima.* 21. §. e *imperfecto.1.C.de teſtament.* & teſtamentum ad pias cauſas, pe *cap. cum eſſes.* 10. *extra eod.* in his enim teſtamentis, quamvis cæcis condantur, dictas ſolemnitates a Juſtino introductas putan non eſſe neceſſarias. [ſed cæcos poſſe teſtari inter liberos, uti alii *Sand.d.lib.4.tit.1.def.8.& ibi allegati.*] Verum hæc Doct. ſen tentia mihi ſuſpecta eſt, propterea quod Jura, quibus nituntur non loquuntur de teſtamento cæci, ſed generaliter & in univer ſum de teſtamentis a quacumque perſona factis: dicta autem Ju ſtini conſtitutio ſpecialiter loquitur de cæcis. quocirca d. jura non non derogant huic conſtitutioni, ſed potius e contrario hæc con ſtitutio dictis juribus derogat, quia in toto jure generi per ſpe ciem

m derogatur.*ff.de div.reg.jur.l.in toto.*10.qui eſt apud hoſtes eſt, qui in poteſtate hoſtium eſt, ut captivus, aut obſes ſtamentum facere non poteſt: quamvis teſtamentum tea factum, captivitate non infirmetur. §. *ult. & ff. eod. obſides.* 11. Legati vero, qui non ſunt in poteſtate hoſtium, l jure gentium ſunt inviolabiles, teſtamenti factionem retint. *ff.eod.l. qui a latronibus.*13. [Hodie captivitas atque dedi in obſidem neque jus civitatis neque teſtandi adimit.ita ut ju- poſtliminii locus non ſit.*Vigl.hic nu.*2.*Groenew.ibid.*Transfu- tamen vel hoſtis patriæ judicatus ſi teſtamentum, etiam ante, it non valet.*v.Sand.d.lib.*4.*tit.*1.*def.*2. *v. & Tulden.hic.c.* 5. i neque læſæ Majeſtatis rei.*l.ult.C.ad l.Jul.Maj.*niſi ſequatur is abſolutio. *Tuld. hic.c.*6aliorum reorum,ubi confiſcatio bo- rum locum non haber teſtamenta valent. *Perez. C. eod. nu.* 4. *oenew.in* §.4.*iuſtit. quib. mod. teſt. infirm.Fac.l.*11. *ff. de teſt. lit.*]

AXIOMATA.

Teſtamenti factio ab homine privato permitti non poteſt, in pr. *quia eſt juris publici*,ff.eod.l.3.*quod jus conventionibus privatorum mutari nequit*, ff. de pact. l. jus pubiicum.

Regulariter peculium filiifamilias in bonis patris computatur, ut peculium ſervi in bonis domini, in pr.

Nullum eſt impuberibus animi judicium.§.1.

. *Furioſi mente carent.* d.§.1.

. *Teſtamentum quod ab initio non valet,ex poſt facto non confirmatur.*d §.1.& ſeq.*conjun.*princip.infr.tit.prox.& l. 1. ff de reg. Caton.*Simile eſt axioma.* 13. infra de legat.

. *Furor ſuperveniens non infirmat negocium recte geſtum.*d.§. 1.

. *Teſtamenti factio in teſtatore requiritur eo duntaxat tempore, quo teſtamentum facit*, d.§.1.& §§.ſeqq.*Excipe, niſi capitis deminutione teſtatoris fiat teſtamentum irritum.* quib. mod. teſtament. infirm.§.alio & §.non tamen.

.*Prodigus furioſo comparatur.*§.item prodigus.*conjun.*l.his qui. 16.§.ult.ff.de tut. & curat.dat.

. *Sæpe literati & eruditi homines variis caſibus audiendi & loquendi facultatem amittunt.* §. item ſurdus,

---

DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

TITVLVS. XIII.

Non ſufficit teſtamentum eſſe jure factum, (id eſt, adhibitis ſolemnitatibus ſupra expoſitis,) ut valeat; ſed inſuper opus eſt, ut ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ut ſi teſtator liberos in poteſtate habeat, eos inſtituat, vel ex-redet, quoniam eorum præteritio facit ut teſtamentum nu-ſit monenti, *D.de injuſt. rupt.l.1.*

Nota primo, præteritionem, vel exhæredationem dici re-ctu hæreditatis, non reſpectu legatorum, vel fideicommiſſor-ſiquidem recte dicitur præteritus, vel exhæredatus, qui nul-partem hæreditatis accipit, quamvis ei aliquid legatum, vel-fidei commiſſi relictum ſit, *infra hoc tit.§.1.*

Nota ſecundo, aliam eſſe exhæredationem nominatim fac-aliam vero inter cæteros. Nominatim facta dicitur, cum vel p-prio nomine, vel alia quavis demonſtratione ſignificatur ſpa-liter is, qui exhæredatur, veluti, *Titius exhæres eſto. Filius* -*miles exhæres eſto.* Exhæredatio inter cæteros appellatur; q-verbis generalibus, *cæteri exhæredes ſunto.infra eod.in prin.*

Nota tertio exhæredationem extraneæ perſonæ non valer ſed in liberis teſtatoris habere effectum.*ff. de bonor. poſſeſſ. con-bul.l.non putavit, 1.§.ſi quis emancipatum, 7. & §.ſeq.*

Nota quarto liberorum appellationem late patere, ita ut -plectatur. I. Tam maſculos, quam fœminas, *ff.de verbor. ſigni-cat. l. cognoſcere. 56.§.1.* II. Tam unum, quam plures, *ff.* -*non eſt ſine liberis 141.& ſeq.*III. Tam filios, vel filias, qua ne-potes, vel neptes, & ulteriores quocunque gradu, *ff.eod.l.l-rum 220. & de in jus vocand.l ſed ſi hac lege.10-§.libero* IV. Tam ſuos quam emancipatos, & deſcendentes ex fœmini-*l. cognoſcere, §. 1.* V. Tam natos, quam poſthumos, *infra h-§.1.& ff.de teſtament.tut.l.1.§.1.* VI. Tam naturales, qu-a-doptivos, *ſupra de adoption.in princ.* Cæterum ab hac liber-appellatione excluduntur partus monſtroſi & prodigioſi, -*ſtatu homin.l.non ſunt liqeri.14.*

Hujus tit. tres ſunt partes. Prima pars eſt de teſtamento -habentis liberos in poteſtate, ut patris, vel avi paterni. In ha-primo declarat jus antiquum: deinde jus novum. Jus anti-partim pertinet ad liberos jam natos, qui ſunt in poteſtate, id-liberos legitimos & naturales. partim ad poſthumos prop-ctos, id eſt, qui naſcuntur poſt mortem teſtatoris: par-poſthumos Velleanjos, qui ante patris teſtamentum nati ſi-poſt teſtamentum in locum ſuorum hæredum ſuccedunt; -ap liberos emancipatos, partim ad adoptivos.

Neceſſe eſt, ut pater filiosf. & filiasf. inſtituat aut exhæredet.

NOn tamen ut omnino valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſervatio, quam ſupra expoſuimus: ſed qui filium in poteſtate habet, curare debet, ut eum hæredem inſtituat, vel exhæredem eum nominatim faciat: a[li]oquin ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur: a[de]o quidem, ut ſi vivo patre, filius mortuus ſit, nemo h[æ]res ex eo teſtamento exiſtere poſſit, quia ſcilicet ab i[ni]tio non conſtiterit teſtamentum. Sed non ita de filiab[us], & aliis per virilem ſexum deſcendentibus liberis u[tri]uſque ſexus antiquitati fuerat obſervatum: ſed ſi non [e]rant ſcripti hæredes ſcriptæve, vel exhæredati, exhæ[red]atæve, teſtamentum quidem non infirmabatur, jus t[am]en adcreſcendi eis ad certam portionem præſtabatur. [N]e nec nominatim eas perſonas exhæredare parentibus n[ec]eſſe erat, ſed licebat inter cæteros hoc facere. [b] Nominatim autem quis exhæredari videtur, ſive ita exhæ[red]etur. *Titius filius meus exhæres eſto*: ſive ita, *filius meus exh[æ]res eſto*, non adjecto proprio nomine, ſcilicet ſi alius fi[l]ii non extet.

[a] Debentne liberi neceſſario inſtitui aut exhæredari?

[b] Quid eſt exhæredari nominatim?

De liberis legitimis & naturalibus agitur *in princ. tit.* & adhi[b]ar diſtinctio inter filium & reliquos liberos. dantur ergo tres [reg]ulæ. I. Filius, qui eſt in poteſtate teſtatoris, debet ab eo inſti[tui], vel nominatim exhæredari: alioquin ejus præteritio faciet [teſt]amentum ipſo jure nullum. *C. de lib. præter. l. ult. §. ſancimus.* [ade]o ut ne quidem filio poſtea moriente convaleſcat propter re[gul]am Catonianam, quæ vetat teſtamentum, quod ab initio non [valu]it, ex poſtfacto convaleſcere, *D. de reg. Caton. l. 1. in princ.* Si [tam]en filius patri ſuperſtes, ab hæreditate abſtineat, teſtamentum [ex] bono & æquo ſuſtinetur. *D. de injuſt. rupt. l. filio.* 17. II. Reli[qui] liberi, ut filia, nepos, neptis, ſi in teſtamento ſint præteriti, non [faci]unt teſtamentum nullum, ſed ſcriptis hæredibus accreſcunt, [et p]ortionem hæreditatis eis auferunt, id eſt, ſuis hæredibus por[tio]nem virilem, extraneis ſemiſſem. Ulpian. *tit.* 22. Cajus lib. 2. *Ititit.* 3. *ſentent. tit.* 4. III. Alii liberi, præter filium, non ſolum [no]minatim, ſed etiam inter cæteros exhæredari poſſunt. Has [ver]is antiqui diſtinctiones inter filios & reliquos liberos Juſti[nia]n. mox abrogabit in §. *ſed hæc quidem*, 5. adeo ut hodie in o[mn]ibus liberis in teſtatoris poteſtate conſtitutis eadem obtineant

quæ olim filii propria erant [Et ſi quis filium ſuum nominatin
exhæredet non adjecto proprio nomine valet, ſi alios filios noı
habeat: ſi vero plures ſint nullus cenſebitur exhæredatus ex benign
interpretatione. *l. 2. h. tit. Vinn. hic.*]

Jus poſthumorum.

a Quid juris in poſthumis?

b Quid ſi poſthumi non naſcantur?

c Eſtne diſtinctio inter fœminas & maſculos?

1. §. [a] Poſthumi quoque liberi, vel hæredes inſtitui de
bent, vel exhæredari. Et in eo par omnium conditio eſ
quod & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſiv
fœminini ſexus, ſive maſculini præterito: valet quider
teſtamentum, ſed poſtea adgnatione poſthumi ſive poſ
humæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. [b] Ide
que ſi mulier, ex qua poſthumus aut poſthuma ſperab
tur, abortum fecerit: nihil impedimento eſt ſcriptis h
redibus ad hæreditatem adeundam. [c] Sed fœminini quide
ſexus perſonæ vel nominatim, vel inter cæteros exhær
dari ſolebant, dum tamen, ſi intet cæteros exhæredare
tur, aliquid eis legaretur, ne viderentut præteritæ eſſe p
oblivionem. Maſculos vero poſthumos, id eſt, filios
deinceps, placuit non aliter recte exhæredari, niſi nom
natim exhæredarentur; hoc ſcilicet modo, *quicumque mi
filius genitus fuerit exhæres eſto.*

De poſthumis *in* §. 1. *h. n.* dantur 4. regulæ I. Poſthumo pı
tertito, vel non recte exhæredaro, nihilominus teſtamentum
let, quamvis ex poſt facto adgnatione poſthumi rumpi poſ
II. Si poſthumus non naſcatur, quia ſi mulier abortum faciat,
ſtamentum habebit juris effectum. [*l. 2. C. de poſth. hæred.* id
ſi mulier monſtroſum aliquid enixa ſit, quia non ſunt liberi
contra formam humani generis procreantur. *l. 3. C. eod. l.* 14
de ſtat. hom.] III. Maculus poſthumus ſi naſcatur, rumpit teſ
mentum niſi in eo ſit hæres inſtitutus, vel nominatim exhære
tus. IV. Si fœmina poſthuma naſcatur, teſtamentum rumpit,
ſi vel ſit hæres inſtituta, vel nominatim exhæredata, vel inter
terωs, dato legato, exhæredata.

Nota primo, hanc quartam regulam mox corrigi in §. *ſed l
quidem*, 5. ita ut hodie tam poſthumæ, quam poſthumi, ı
aliter quam nominatim exhæredari poſſint.

Nota ſecundo, has omnes regulas pertinere ad ſuos poſthum
id eſt, qui naſcituri erant ſui hæredes. tantum enim abeſt, ut

co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

fuerit alienos poſthumos inſtituere vel exhæredare, ut olim civi hæredes inſtitui non poſſent, *infra. de bonor. poſſeſſ. in* ...

... ertio, falli Accurſium, qui putat olim poſthumum exhæredatum potuiſſe agere de inofficioſo teſtamento, hodie non ... exhæredari, quin teſtamentum ipſo jure nullum faciat. Nam ... dio patris exhæredatus, olim repellebatur ab hęreditate ..., nec poterat hoc caſu de inofficioſo matris teſtamento ...; hodie tamen queri poteſt, argum. *l. ſi quis ſuo*, 33. §. 1. ... *offic. teſt.* Ergo poſthumus exhæredatus non poteſt ullo ... mentum nullum dicere, ſed hodie omnimodo & indi... inofficioſo queri poteſt cum in eum juſta exheredatio... non cadat, nec ex ſua perſona, quia nondum eſt natus, ... rſona parentis, ut olim, quia non debet ex alterius odio ... gravari ut Juſtin. loquitur *in d. l. ſi quis ſuo*, 33. §. 1.

Deſcriptio & jus quaſi poſthumorum.

... a Poſthumorum autem loco ſunt & hi, qui in ſui ... locum ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo fiunt pa... ſui hæredes: ut ecce, ſi quis filium, & ex eo ne... neptemve iu poteſtate habet: quia filius gradu ... t, is ſolus jura ſui hæredis habet, quamvis nepos ... & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi fi... vivo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat ... ſtate ejus: incipit nepos neptiſve in ejus locum ... re, & eo modo jura ſuorum hæredum quaſi ad... nanciſcuntur. Ne ergo eo modo rumpatur ejus ... ntum: ſicut ipſum filium vel hæredem inſtituere, ... ninatim exhæredare debet teſtator, ne non jure ... eſtamentum: ita & nepotem neptemve ex filio ... eſt ei vel hæredem inſtituere, vel exhæredare: ... eo vivo filio mortuo, ſuccedendo in olcum ejus ... neptiſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. ... ge Julia Velleia proviſum eſt, in qua ſimilis exhæ... nis modus ad ſimilitudinem poſthumorum de... ... tur.

a Quid juris in quaſi poſthumis, & qui ſint quaſi poſthumi?

De quaſi poſthumis in §. 2. *h. n.* diſſolvuntur tres quæſtiones. ... quæſtio eſt, quis ſit quaſi poſthumus. Reſp. Imp. eum eſſe ... poſthumum qui in ſui hæredis locum ſuccedit. id eſt, qui ... teſtamentum parentis natus eſt non ſuus hęres quia alius eum ... bat, ut nepotem præcedit filius? poſt teſtamentum autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

a parente factum fit ſuus hæres, quia dempto ſuo hærede, in locum ſuccedit, & fit avo ſuus hęres. Hoc autem accidit, qua- que ratione filius exeat de patris poteſtate, excepta dignitate ſui juris factus non deſinit eſſe ſuus hæres, proinde non faci- cum ſequenti perſonæ, *Nov. 81. cap. 2.*

Nota aliud quoque genus eſſe quaſi poſthumorum (de qui ut de cetæris poſthumis agitur *in l. Gallus, 29. D. de liber. & p. hum.*) nempe qui poſt parentis teſtamentum naſcuntur ſui hæ- des, parente ſcilicet adhuc vivo, ac de his quoque non mi quam de veris poſthumis, accipi poſſunt, quæ in ſuperiori §. a- dita fuerunt. Hæc duo genera quaſi poſthumorum conſiderar in lege Velleja, de qua *in. d. l. Gallus.* [ita ut illi ad primum le- gis Vellejæ caput pertinent. *l. 22. §. 2. h. tit.* Hi ad ſecundum *l.* 29. §. 13. *de injuſt. rupt.*] Eſt inſuper & aliud genus, quod in ejuſdem legis ex Juliano adjungitur legi Vellejæ, id eſt cum ali poſt teſtamentum parentis naſcitur non ſuus hæres, veluti poſt avi teſtamentum, vivis avo & patre naſcatur nepos, dein vi- vente avo patre moriatur, nepos fit ſuus hæres avo. Denique a- ſi adgnatio poſthumi eſt, cum quis poſt factum teſtamentum a- liquem adoptat. *infra quibus modis teſtum. infr.* §. 1. Altera æ- ſtio eſt, quid juris tribuatur his quaſi poſthumis, qui con- rantur in hoc §. Reſpondet Imp. teſtamentum parentis ab initio valere, quamvis hos poſthumos prætererit, vel non exhæ- verit, ſed poſtea eorum quaſi adgnatione rumpi, ſi nec ſint in- tuti, nec recte exhæredari, & in ſui hæredis locum ſucce Intellige recte exhæredatos, ſi maſculi ſint exhæredati nom tim, fœminæ vero ſive nominatim, ſive inter cæteros. Ter quæſtio eſt, quo jure introductum ſit, ut hi quaſi poſthum ſint exhæredari, cum nondum ſint ſui hæredes. Reſpondet hoc eſſe introductum lege Velleja. Hæc lex non ſolum ex dationem, ſed etiam inſtitutionem horum quaſi poſthum confirmat, non quod introduxerit eos poſſe hæredes inſtitu quia cavit ne inſtituti hæredes teſtamentum quaſi adgn rumperent, *d. l. Gallus 29. §. ſequenti parte & §. pen. denique.* Hinc porro factum eſt, ut hi vocentur poſthumi lejani: quia (ut expoſui) lege Velleja de his cavetur.

Jus emancipatorum.

a Quid juris in emancipatis?

3. § [a] Emancipatos liberos jure civili neque hæ inſtituere, neque exhæredare neceſſe eſt: quia non ſui hæredes. Sed prætor omnes, tam fœminini quam maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhær

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

libe virilis ſexus nominatim : fœminini vero inter cæ-
tero quia ſi neque hæredes inſtituti fuerint, neque ita (ut
diximus) exhæredati, permittit eis prætor contra tabulas
teſtamenti bonorum poſſeſſionem,

De liberis emancipatis *in* §. 3. *h. n.* diſtinguitur inter jus civile,
& jus prætorium. Jure civili poſſunt præteriri, quia pro extraneis
habentur: Jure autem prætorio debent inſtitui hæredes, vel recte
exhæredari, id eſt, maſculi nominatim, fœminæ vel nominatim,
vel inter cæteros: alioqui teſtamentum evertent per bonorum
poſſeſſionem contra tabulas.

Jus adoptivorum.

§. Adoptivi liberi, quamdiu ſunt in poteſtate patris a Quid juris in adoptivis?
adoptivi, ejuſdem juris habentur, cujus ſunt juſtis nuptiis
quæſiti. itaque hæredes inſtituendi, vel exhæredandi ſunt
ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emanci-
pati vero a patre adoptivo, neque jure civili, neque (eo
quod ad edictum prætoris attinet, inter liberos
annumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverſo (quod
ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem ſunt in
adoptiva familia, extraneorum numero habentur: ut eos
neque hæredes inſtituere neque exhæredare neceſſe ſit.
Cum vero emancipati fuerint ab adoptivo patre: tunc inci-
piunt in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi a naturali patre
emancipati fuiſſent.

De liberis adoptivis ſic diſtinguitur *in* §. 4. *h. n.* aut ſunt in
familia adoptiva, aut ſunt a patre adoptivo emancipati. Priori
casu debent inſtitui, vel exhæredari in teſtamento patris adopti-
vi: poſſunt præteriri a patre naturali; quia non cenſentur ejus
liberi, ne videantur habere duos patres, quod eſt abſurdum, & con-
tra naturam ideoque non poteſt effici per adoptionem, quæ na-
turam imitatur, *ſupra de adopt.* §. *minorem*, 4. Quare injuſta
eſt centumviralis ſententia a Valer. Max. relata lib. 7. cap. 7. qua
teſtamentum reſciderunt, in quo Carleolanus a patre na-
turali præteritus fuerat, cum in familia patris adoptivi eſſet. Po-
ſteriore caſu perinde habentur, ac ſi a patre naturali eſſent eman-
cipati: ſupponimus enim eos vivo patre naturali eſſe ab adoptivo
emancipatos, alioqui pro extraneis haberentur, etiam re-
ſpectu patris naturalis, *infra de hæred. quæ ab inteſtat.* §. *at hi*, 10.
Itaque habent bonorum poſſeſſionem contra tabulas patris na-

 tura-

turalis, niſi ab eo ſunt inſtituti, vel recte exhæredati: nihil aut officiunt teſtamento patris quondam adoptivi, quamvis in eo praeteriti. [extra nuptias quæſiti huc non pertinent. legimati men pertinent §. 9 *inf. de hær. ab in inteſt.* Novel. 89.] Hucuſ de iure antiquo.

Conſtitutio Imp. Juſtiniani.

a Quid ergo juris ex Conſt. Imp. in omnibus liberis?

5. § [a] Sed hæc quidem vetuſtas introducebat, noſ vero conſtitutio inter maſculos & fœminas in hoc ju nihil intereſſe exiſtimans, quia utraque perſona in hor num procreatione ſimili naturæ officio fungitur, & lege tiqua (duodecim tabularum) omnes ſimiliter ad ſucceſ nem ab inteſtato vocabantur, quod & prætores poſtea ſe ti eſſe videntur: ideo ſimplex ac ſimile jus, & in filiis, & filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſex perſonis, non ſolum jam natis, ſed etiam poſthumis in duxit: ut omnes ſive ſui, ſive emancipati ſint, vel hæres inſtituantur, vel nominatim exhæredentur: & eund habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum firmanda, & hæreditatem auferendam, quem filii ſui emancipati habent, ſive jam nati ſint, ſive adhuc in ut conſtituti, poſtea nati ſint. Circa adoptivos autem (fili) certam induximus diviſionem, quæ in noſtra conſtitutio quam ſuper adoptivis tulimus, continetur.

Poſt hæc *in* §. 5. *h. n.* tradit novum jus: & primum juris a qui diſtinctiones in modo exhæredandi abrogat, jubens om liberos, ſi exhæredentur, nominatim exhæredari, ut exhæred valeat, ſublata differentia. I. Inter maſculos & fæminas (cuj mendationis, ſive exæquationis, qua fœminæ maſculis con rantur, triplicem rationem affert: primam a jure naturali, a uterque ſexus ad procreandum eſt æque neceſſarius: alteram re civili, quia lex duodecim tabularum æque ad inteſtati ceſſionem vocavit maſculos & fœminas: tertiam a jure præt quia prætores quoque maſculos & fœminas æque ad ſucce nem admittunt. II. Inter liberos primi & liberos ulterioris dus. III. Inter liberos natos, & poſthumos. Itaque conſtitui omnes liberi, cujuſcunque ſexus & gradus, ſive nati, ſive p humi ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhære tur: adeo ut hodie exhæredatio inter cæteros liberis non n obſit, quam præteritio. Deinde in verſic. *circa*, limitat quam deciſionem de liberis adoptivis: quia (ut plenius fuit e

ſim

ſicu *in* §. *ſed hodie. 2. ſupra de adopt.*) filius in adoptionem datus, nihil juris habet in bonis patris adoptivi, niſi aut ſit ab eo hæres inſtitutus, aut naturali parenti in adoptionem fuerit datus: [Hodie nec licet omnino parentibus liberos exhæredare nec nominatim, niſi ex cauſa ingratitudinis teſtamento inſerenda & ab hærede probanda. quæ cauſæ ingratitudinis. *Nov.* 115. *c.* 3. definitæ ſunt, nec extendendæ. *Vide Tulden. hic. c.* 7. *Fach.* 6. *con.* 78. Si tamen plures cauſæ expreſſæ ſint; ſufficit unam probari. *Tuld. hic.* Et quamvis cauſam nominatim non expreſſam probare velit non admittetur. *Fachin.* 6. *contr.* 76. *Tuld. d. c.* 3. Cauſa exhæredationis non expreſſa teſtamentum irritum fit quoad inſtitutionem, legata vero & fidei commiſſa ſalva manent. *Auth. ex cauſa C. lib. præt. Fach.* 4. *contr. c.* 9. 10. *Gudel. de I. N. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 5. adeoque ipſum teſtamentum ſuſtinetur vi clauſulæ codicillar; ut filius præteritus vel ſine cauſa exhæredatus cenſeatur rogas ab inteſtato, hæredibus inſtitutis vi fideicommiſſi reſtituere hæreditatem. *v. Fach.* 4. *con.* 11. *Sand. lib.* 4. *tit.* 2. *def.* 2. Sic nec liberi parentes exhæredare poſſunt niſi ex cauſis. *d. Nov.* 115. relatis *vid. G Groenw. hic.* irritum tamen fit teſtamentum non ipſo jure ſed per querelam. *Groenw. d. loc. Neoſt. ſupr. Cur. dec.* 10. *Diſſ. Sand. d. def.* 2.]

Jus in liberis militum.

.§ [a] Sed ſi in expeditione occupatus miles teſtamentum faciat, & liberos ſuos jam natos, vel poſthumos nominatim non exhæredaverit, ſed (ſilentio) præterierit, non ignorans, an habeat liberos: ſilentium ejus pro exheredatione nominatim facta valere, conſtitutionibus principum cautum eſt. a Quid juris in liberis militum?

a ſecunda tituli parte, quæ eſt *in* §. *pen. h. n.* agitur de teſtamento militis: de quo ſpecialiter ſtatuitur, ut præteritio liberorum non officiat teſtamento ſed pro exheredatione recte facta habeatur. Excipitur, niſi miles, qui liberos præteriit, ignorabat ſe habere liberos: ut quia eo abſente nati ſunt: tunc enim teſtamentum non valet. C. *de teſtam. mil. l. ſicut certi juris.* 9. *&* *l. ſeq.* [...o quod & in milite *d. l.* 9. *per d. Nov.* 115. *c.* 3. 4. mutata & correcta cenſeatur. *v. Dd. & Auctum. in d. l.* 9.]

Teſtamentum matris & per eam aſcendentium.

a Quid juris ſi matres vel per eam aſcendentes teſtentur?

.§. [a] Mater vel avus maternus, neceſſe non habent liberos ſuos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare: ſed poſſunt eos ſilentio omittere, nam ſilentium matris, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

avi materni, & ceterorum per matrem aſcendentiu tantum facit quantum exhæredatio patris. Neque eni matri filium filiamve, neque avo materno nepotem n ptemve ex filia, ſi eum eamve hæredem non inſtituit, e hæredare neceſſe eſt: ſive de jure civili quæramus, ſive edicto prætoris, quo (prætor) præteritis liberis contra t bulas bonorum poſſeſſionem permittit: ſed aliud eis adn niculum ſervatur, quod paulo poſt vobis manifeſtum fiet

In tertia parte, quæ eſt *in* §. *ult. h. n.* ſimiliter ſtatuitur præteritio matris, vel avi materni, vel cæterorum per ineam maternam adſcendentium, pro exheredatione hab tur: adeo ut liberi præteriti nec teſtamentum nullum dicere, contra tabulas bonorum poſſeſſionem petere, ſed tantum de in ficioſo teſtamento querelam movvere poſſint: de qua querela ctabitur, *infr. tit.* 18. [*v. Supr. Cur. Holl. dec.* 100. *Sand. d. d* 2. *& not. ſup.* §. 5. imo exhæredatio filii facta, quaſi non habu eum pro filio nulla eſt. *Perez. C. de hær. Inſt. n.* 3. *Pac. in annna C. eod. n.* 9. *Surd. dec.* 223. *nu.* 7. *arg. l.* 4. *C. d. tit.*

AXIOMATA.

1. *Teſtamentum, quo liberi a patre prætereuntur, eſt inutile, ſint in poteſtate*, princ. h.
2. *Teſtamentum quod ab initio non valet, ex poſt facto non con matur. conjun.* §. 1. & 2. ſupra tit. prox. & l. 1. ff. de reg. ton. *Simile eſt axioma*, 13. infra de legat.
3. *Cum Teſtamentum rumpitur, totum infirmatur; nec poteſt parte valere, pro parte eſſe inutile.* § 1. *Aliud eſt, cum per officioſi querelam reſeinditur, quia fieri poteſt, ut pro pa infirmetur & pro parte valeat.* ff. de inoff. teſtam. l. n etſi parentibus 15. & ult. & l. circa, 24.
4. *Liberi adoptivi naturalibus comparantur*, §. 4. *conj.* §. in pl rimis, ſupra de adoptionibus, & §. nunc autem, infra acquiſ. per arrogat.
5. *Emancipatus a patre adoptivo, perinde habetur, ac ſi emanci tus eſſet a patre naturali.* d. §. 4. *conjun.* § at hi, infra de h red. quæ ab inteſt. defer.
6. *Non in omnibus juris articulis deterior eſt conditio fœminar quam maſculorum.* §. 5. *conj.* § cæterorum. infra de legiti adgn. ſucceſſ. *licet in multis deterior ſit.* ff. de ſtat. hom in multis, 9.
7. *Silentium militis non ignorantis ſe habere liberos, pro exha datione nominatim facta habetur.* §. pen.
8. *Præteritio matris, vel aſcendentium per lineam maternam, bet vim exhæredationis.* §. ult.

D

DE HÆREDIBUS INSTITUENDIS.

TITVLVS. XIV.

[H]Eredis quoque inſtitutio neceſſaria eſt, ut teſtamentum va- ... eat: quia eſt caput & fundamentum teſtamenti. *infra de* ... *s.* §. *ante hæredis.* 44. [& ex ea præſumitur quis teſtamen- ... facere voluiſſe, non codicillos. *l.* 14. *C. de codicil. Menoch.* ... *ſ. 4. pr.*] Eſt autem hæredis inſtitutio nihil aliud quam ul- ... volunras teſtatoris hæreditatem ſuam in aliquem, vel in a- ... s, jure directo poſt mortem conferentis. Hæreditatis defi- ... nem retuli ſupra in calce, *tit.* 9. [Sed hodie opus non eſt con- ... s verbis in hæredis inſtitutione. Sed inducitur quoque ex ... ecturis concludentibus, quas ipſum teſtamentum ſuggerit. ... *hic. c.* 1. *Dekker. diſſert.* 8. *per l.* 1. *ff. hic* & *l.* 15. *C. de teſtam.* ... *inf. tit.* 18. §. *ult. not.*]

Inſtitutio ſervorum.

HÆredes inſtituere permiſſum eſt tam libe- a roſ homines, quam ſervos: b & tam pro- prios, quam alienos. Proprios autem olim quidem ſecundum plurium ſententias non aliter, quam cum libertate, recte inſtituere ...bat: hodie vero etiam ſine libertate, ex noſtra conſti- ...one hæredes eos inſtituere permiſſum eſt. Quod non ... innovationem induximus, ſed quoniam æquius erat, ... Atilicimo placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tum ad Ma- ...ium Sabinum, quam at Plautium ſcripſit, refert. Pro- ...us autem ſervus etiam is intelligitur, in quo nudam ...oprietatem teſtator habet, alio uſumfructum habente: ... tamen caſus, in quo nec cum libertate utiliter ſervus ...omina hæres inſtituitur, ut conſtitutione Divorum Se- ...ri & Antonini cavetur, cujus verba hæc ſunt: Servum ...ulterio maculatum, non jure teſtamento manumiſſum ...te ſententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat ejuſ- ...m criminis poſtulata, rationis eſt. Quare ſequitur, ut ... eundem a domina collata hæredis inſtitutio, nullius ...omenti habeatur, alienus ſervus etiam is intelligitur, in ...o uſumfructum teſtator habet.

a Qui poſſunt inſtitui hæredes?

b Licetue & ſervos inſtituere?

Hic titulus dividitur in [illegible] partes. In prima Imperator docens

qui poſſint hæredes inſtitui, primo dat regulam generalem, quc hæredes inſtituere, licet tam homines liberos, quam ſervos prı prios, vel alienos, dummodo cum horum dominis ſit teſtamen factio. *infra de hæred. qual. §. in extraneis, 4. & ff. hoc. tit. non minus 31. in princ. & l. ſi alienum 49. §. 1.* Secundo de ſe vo propria teſtatoris tria declarat. I. Servum proprium vel iı ſtitui cum libertate, veluti *Stichus ſervus meus liber & hæres e ſto*: vel ſine libertatis datione, veluti, *Stichus hæres eſto*, utr que autem caſu fieri liberum & hæredem, §. 1. quia cum libert expreſſe ei non relinquitur, tacite data cenſetur, eo quod non pc teſt fieri heres, niſi libertatem adipiſcatur. quæ quidem ratio nc va eſt, id eſt, ipſum Juſtinianum auctorem habet, *ſupra qui & ex quib. cauſ. manum. non poſſ*, §. *idemque*. 2. licet ſententia no ſit nova, quoniam ante Juſtinianum Atilicino placuit. verſ. *qui per innovationem*. II. Quis ſit ſervus proprius. Dicitur autei ſervus teſtatoris proprius non ſolum ſi teſtator in eo plenuı dominium habeat, ſed etiam ſi nudam habeat proprietatem ı ſufructu ad alium pertinente, verſ. *propius*. quia uſufructus no eſt pars rei, ſed ſervitus. *infra de legat. §. cui fundus.* & recte di cimus totam rem noſtram eſſe, cujus uſumfructum alius habet *D. de verbor. ſign. l. recte dicimus 35. in princ.* III. In verſ. *eſt tamen* excipit caſum. Secunda diſtinctio eſt: Servus hæres inſtituitur au a domino ſuo, aut a domina. Hic ſpecialiter notatur caſus, quo do mina ſervo ſuo nec libertatem, nec hæreditatem relinquere poteſ propter ſuſpicionem adulterii cum eo commiſſi. Nam ſuſpicio a dulterii facit ut ad libertatem perduci non poſſit: conſequenter noı poſſit hæres fieri: quia ſervus domini ſui, vel dominæ, hære ſine libertate fieri nequit, *ſupr. qui & ex quib. cauſ. man. non poſſ. & §. idemque juris*. 2. nemo enim eſt, cui hæreditatem ac quirere poſſit: ut cum extranei ſervus hæres inſtituitur dominc ſuo hæreditatem acquirit:

Nota quod dicitur, *adulterio maculatum*: apud Marcianum *in l his verbis 48. §. interdum 2. ff. hoc tit.* legi *accuſatum* quam le ctionem nonnulli improbant tamquam juri contrariam: quia lex vetat adulterum & adulteram ſimul accuſari. *C. de adult. l. reos 8.* qua propter cum mox in contextu ſubjiciatur mulierem ejuſ dem criminis ream poſtulatam eſſe, non videtur dici poſſe etiam ſervum eſſe hoc crimine accuſatum. Ad hanc objectionem re ſpondeo, quamvis adulter & adultera non poſſint eodem tempore ab eodem accuſatore rei peragi. *dict. l. reos*. tamen a diverſis accu ſatoribus poſſe. *D. de lege Jul. de adult. l. denunciaſſe, 17. §. pen.*

Effectus inſtitutionis ſervorum.

a Quis eſt effectus inſtitutionis servi?

1. §. [a] Servus autem a domino ſuo hæres inſtitutus, ſi quidem

quidem in eadem cauſa manſerit: fit ex teſtamento liber,
hæresque ei neceſſarius. Si vero a vivo teſtatore manu-
miſſus fuerit, ſuo arbitrio adite hæreditatem poteſt: quia
nec fit hæres neceſſarius, cum utrumque ex domini te-
ſtamento non conſequatur. Quod ſi alienatus fuerit: juſ-
ſu novi domini adire hæreditatem debet, & ea ratione
per eum dominus fit hæres. nam ipſe alienatus, neque
liber neque hæres eſſe poteſt, etiam ſi cum libertate hæ-
res inſtitutus fuerit. deſtitiſſe enim a libertatis datione
videtur dominus, qui eum alienavit, Alienus quoque
ſervus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa duraverit, juſ-
ſu ejus domini adire hæreditatem debet. Si vero aliena-
tus fuerit ab eo, aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus,
antequam adeat, debet juſſu novi domini adire. At ſi
manumiſſus eſt vivo teſtatore, vel mortuo, antequam
adeat, ſuo abitrio adire poteſt hæreditatem.

Tertio in §. 1.*h.n.* diſtinctionem ponit proprio teſtatoris & a-
lieno ſervo communem: aut enim ſervus quem teſtator heredem
inſtituit, in eadem cauſa manet, i. e. in ejuſdem dominio retine-
tur: aut ab eo manumittitur: aut alienatur. Servus proprius te-
ſtatoris. I. Caſu fit liber, & heres neceſſarius: quia velit nolit, co-
gitur eſſe hæres, *infr. de hær. qual.* §. 5. proinde fit hæres etiam
ignorans, *D. de reb. cred. l. pen.* II. Caſu non poteſt libertatem
ex teſtamento conſequi, quippe qui jam inter vos manumiſſus
fuit: nam qui ſemel eſt liber, non poteſt amplius liber fieri: con-
ſequenter non fit heres neceſſarius, ſed voluntarius, id eſt, pro
arbitu poteſt hereditatem adire, vel repudiare, propterea quod he-
res neceſſarius non fit, niſi ex eodem teſtamento tam libertatem,
quam hereditatem conſequatur. III. Caſu non fit ex teſtamento
liber, quamvis in eo teſtamento libertas ei relicta fuerit: quia te-
ſtator eum poſtea alienando, dationem libertatis tacite revocavit,
hereditatem tamen poteſt adire: quoniam hereditas nec expreſſe,
nec tacite ei eſt adempta. debet autem adire juſſu domini, cui he-
reditatem acquirit, ut didicimus ex §. *item nobis, ſupra per quas
perſ. cuiq. acqu.* Servus autem alienus, I. Caſu hereditatem adi-
re debet juſſu domini in acquirenda per ſervum hereditate præ-
cedere debet, *ff de acq. her. l. ſi quis mihi bon* 25. §. *juſtum.* 4.
II. Caſu debet adire juſſu novi domini; juſſum enim requirimus
ejus, qui dominus eſt tempore aditionis, non tempore teſtamenti,
vel mortis teſtatoris. III. Caſu cum liber factus ſit, ſuo arbitrio
poteſt adire (ſupple vel repudiare) hæreditatem, *d.* §. 1. *h. n.
verſic. alienus.*

Inſtitutio

Inſtitutio ſervi, cujus dominus obiit vel in utero eſt.

a Poteſtne inſtitui, ſervus cujus dominus obiit vel in utero eſt?

2. § [a] Servus etiam alienus poſt domini mortem recte hæres inſtituitur: quia & cum hæreditariis ſervis eſt teſtamenti factio. Nondum enim adita hæreditas, perſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti: cum etiam ejus, qui in utero eſt, ſervus recte hæres inſtituatur.

Quarto *in* §. 2. *h. n.* loquitur de ſervo nullius, id eſt, ſervo hereditario (eſt autem ſervus hereditarius, cujus dominus mortuus eſt, & necdum ejus adita eſt hereditas) vel ejus qui in utero eſt. Hi non videntur poſſe hæredes inſtitui, quia dominum non habent, & cum ſervis teſtamenti factio eſt ex perſona dominorum. *D. h. t. l. non minus*, 31. §. 1, Hac tamen ratione non obſtante docet Imp. valere hæredis inſtitutionem, ſive hæres inſtituatur ſervus hereditarius, quia hereditas repræſentat perſonam defuncti; ſive ſervus ejus qui eſt in utero, quoniam is qui eſt in utero habetur pro jam nato. *D. de ſtat. hom. l. Qui in utero*. 7. *& l. penult.*

Servi communis inſtitutio

a Quid juris in ſervo plurium?

3. §. [a] Servus (autem) plurium, cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo inſtitutus hæres, vnicuique dominorum, cujus juſſu adierit, pro portione dominii adquirit hæreditatem.

Quinto *in* §. 3. *h. n.* tractat de ſervo communi pluribus dominis. Hic hæres inſtituitur vel ab extraneo, vel ab uno ex dominis. Priori caſu Imp. docet hæreditatem per hunc ſervum omnibus dominis acquiri, non omnimodo pro æqualibus partibus, ſed ſingulis pro dominii portione. ita ut qui majorem partem in dominio ſervi habet, majorem partem hæreditatis acquirat: qui vero minorem habet, minorem acquirat. Verbi gratia, dominus ex ſemiſſe, acquirit hæreditatem pro ſemiſſe; & dominus ex triente, acquirit trientem hæreditatis. ſimilis eſt aliorum ratio. Poſterior caſus in contextu omittitur, ſed per diſtinctionem decidi debet. aut enim ſervus inſtituitur, ſine libertate, aut cum libertate. Sine libertate, non fit liber; quia non erat proprius teſtatoris, ut tacite libertas ei data videri poſſit, ſed tantum fit hæres, & hæreditatem aliis dominis ſuis pro eorum dominicis partibus acquirit. *D. pro ſoc. l. verum*, 63. §. *ſi ſervo*. 9. Sin autem libertas cum hæreditate ſit ei relicta, etiam invitis dominis ſuperſtitibus, ex Juſtiniani conſtitutione liber fit, ita ut illi pretium partis, quam in ſervo habebant, accipere debeant, *ſupra*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

fu a de donat.§.ult.C. de communi ſer.manum.l. 1. hæreditatem ig ar ſibi acquirit, & quidem (ut opinor) neceſſarius hæres ef itur, cum ex eodem teſtamento tam libertatem, quam hæ re tatem conſequatur, arg. §.1.verſ.*ſi vero, ſupra hoc.tit.&l. Se ſi conditioni.6.§.penult.ff.eod.*

Numerus inſtituendorum.

. § [a] Et unum hominem. & plures uſque in infinitum, qu t quis hæredes velit facere licet.

a Quot hæredes inſtituere licet?

ecunda tituli pars *in* § 4. *h. n.* eſt de numero hæredum. Hic q ritur, quot hæredes inſtitui poſſint. Reſpondet Imp. vel u- n a inſtitui poſſe, vel duos, vel tres, vel plures in infinitum. od ait *in infinitum*, non ita debet accipi, quaſi infiniti homi- n poſſint inſtitui hæredes: ſed quemadmodum mathematici di ntur accipere longitudinem lineæ in infinitum, cum non de- fi ant ejus quantitatem, ita etiam hic dicitur poſſe inſtitui plu- re hæredes in infinitum, quia lex non definit certum numerum h edum. Et quemadmodum numerus augetur quidem in in- fi tum; ſed ſemper is, qui actu ſumitur, finitus eſt: ita etiam h edum in quocunque teſtamento inſtitutorum numerus eſt fi tus, licet augeri poſſit in infinitum. Eodem modo Ulpianus a ipit hoc verbum, *in infinitum. tit, de dotib.* §. Hoc loco quæ- r Accurſ. an teſtamentum valeat, ſi quis hæredes inſtituat o- r es homines, qui ſunt in mundo: ac reſpondet ejuſmodi inſti- t ionem valere, quamvis non poſſit aditione confirmari. Pro- b ilior mihi videtur eorum ſententia, qui putant dictum teſta- r ntum non valere: videtur enim teſtator, qui omnes homines h redes inſtituit, non ſerio, id agere ut teſtatus decedat. Cæte- r n ſi teſtamentum valeret, facile poſſet aditione confirmari, ia vel unius aditione confirmaretur, & cæterorum, qui aut llent, aut non poſſent adire, portiones ei accreſcerent. *C. de luc.toll.l.un.§.in his itaque.*10.

Diviſio hæreditatis.

5. § [a] Hæreditas plerumque dividitur in duodecim un- as, quæ aſſis appellatone continentur. Habent autem & e partes propria nomina ab uncia uſque ad aſſem hæc: ſex- ns. quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, do- ans, dextans, deunx. [b] Non autem utique (ſemper) duo- cim uncias eſſe oportet. nam tot unciæ aſſem efficiunt, od teſtator voluerit. & ſi unum tantum quis ex ſemiſſe (verbi

a Quamodo ex lege dividitur hæreditas? b Poteſtne teſtator excedere partes a lege conſtitutas vel ex parte aliqua inſtituere hæredem?

(verbi gratia) hæredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit: neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt, niſi ſit miles, cujus ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et e contrario poteſt quis in quotcunque voluerit plurimas uncias ſuam hæreditatem dividere.

Tertia tituli pars *in* §. 4. *h. n* partes hæreditatis declarat adhibita diſtinctione. Aut enim teſtator nullas partes conſtituit, aut hæreditatem ſuam in certas partes diſtribuit. Priori caſu duodecim partes jure conſtituuntur, quæ vocantur. *Unciæ*: totum vero appellatur *As.* ſed portio ex duabus unciis conſtans proprio nomine dicitur *Sextans*, quia eſt ſexta pars hæreditatis; ex tribus, *Quadrans*, quia eſt quarta pars: ex quatuor, *Triens*, quia eſt tertia pars ex quinque, *Quincunx*, quia continet quinque uncias; ex ſex, *Semis*, quia eſt dimidia pars: ex ſeptem. *Septunx*, quia habet ſeptem uncias: ex octo, *Bes*, quaſi bis triens, ut Feſto placet, quia continet duos trientes, id eſt bis quatuor uncias: ex novem, *Dodrans*, quaſi dempto quadrante As; quia ſi ex aſſe continente XII. uncias, demas quadrantem, (id eſt, tres uncias remanebit dodrans, id eſt, novem unciæ: ſimiliter ex decem, *Dextans*, quaſi dempto ſextante As: quia ſi ex aſſe demas ſextantem, (id eſt duas uncias) manebunt decem unciæ: ſimiliter ex undecim, *Deunx*, quia dempta uncia ex aſſe, relinquæ ſunt undecim unciæ. Poſteriori caſu tot ſunt partes hæreditatis, quot teſtator voluit. veluti ſi unum hæredem ſcripſerit ex ſex unciis, vel, cum tres hæredes ſcriberet, ſingulis binas uncias attribuerit: certe tota ejus hæreditas ſex unciis conſtabit. [omneſque hæredes pro una eademque perſona habentur, & ſimul repræſentant perſonam defuncti. *Perez. hic.* ſecus eſt in legatariis. *l.* 32. *ff. mandat.* niſi cui hæreditas legata ſit, quam ab alio habet teſtator. *l.* 76. §. 1. *de leg.* 2. vel legatum ſit univerſitatis. *l.* 77. §. 16. *eod. Tuld. hic. c.* 1.] Quin etiam ſi unum hæredem ex ſemiſſe inſtituerit, hic fiet hæres ex aſſe: [Quamvis expreſſe voluerit teſtator ne inſtitutus plus ea parte capiat. *Fachin.* 4. *con.* 15. *ff. h. tit. Diſſ. Vigl.* §. 6. *hic Bronkh.* 6-*aſſ.* 14. ita ut inſtitutus teneatur reliquas partes ex fideicommiſſo reſtituere hæredibus ab inteſtato. *Tulden. hic. c.* 2. *Viv. com. opin.* 312. *per l.* 99. *de leg.* 2. *adde not. in fin. h.* §. 5.] quia nemo poteſt, niſi ſit miles, pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere, *d.* §. *hæreditas verſ. non autem.* & *ff. de div. reg. jur. l. Jus noſtrum,* 7. quamvis ex poſt facto poſſit contingere, ut ejus teſtamentum pro parte confirmetur, pro parte reſcindatur, ut per inofficioſi quærelam, *D. de inoff. teſt. l. nam etſi*: *c.* 5. §. *ult.* [Sed moribus hodie

eam ab initio paganus partim teſtatus partim inteſtatus de- poteſt: nec pars omiſſa accreſcit hæredi ſcripto, verum hæ- inteſtato. *Vinn. hic. nu.* 5. *Grot. lib.* 2. *p.* 18. *Zyp. Not. m. in pr. Tuld. hic. c.* 3. inter legatarios tamen jus accreſcen- ſt prohiberi: & tunc accreſcit hæredi inſtituto. *Tuld. d. c. d. opin.* 312.]

Inſtitutio ſine parte, &c.

6. [a] Si plures inſtituantur hæredes: ita demum in hoc partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator ex æquis partibus hæredes eſſe. ſatis enim conſtat, partibus nominatis, ex æquis partibus eos hære- ſe. [b] Partibus autem in quorundam perſonis expreſ- quis alius ſine parte nominatus erit: ſiquidem ali- as aſſi deerit, ex ea parte hæres fit. Et ſi plures ſine ſcripti ſunt. omnes in eandem partem concurrunt. o totus as completus ſit, ii, qui nominatim expreſ- artes habent in dimidiam partem vocantur: & ille li omnes in alteram dimidiam. Nec intereſt, pri- an medius, an noviſſimus, ſine parte hæres ſcriptus enim pars data intelligitur quæ vacat.

a Quid ſi nullæ partes ſint datæ?

b Quid ſi partes in aliquibus ſint expreſſæ, in aliquib. non?

I Quinta parte Imperator docet, quæ portiones ſingulis hæ- us tribuantur. ubi decidit octo caſus, I. Caſu, teſtator plu- erdes inſtituit, & ſingulis partes aſſignavit. Hoc caſu hæ- us præciſe inter hæredes dividitur ſecundum teſtatoris volun ,ſive ſint partes æquales, veluti, *Titius ex triente, Mævius ente, Cajus ex triente hæredes ſunto.* ſive inæquales, veluti, *s ex ſemiſſe hæres eſto, Mævius ex triente hæres eſto. Cajus ex nte hæres eſto.* nam ex ſuperiori inſtitutione quilibet accipie- uatuor uncias: ex hac vero Titius ſex uncias conſequitur, ius quatuor, Cajus duas §. *6. h. n.* II. Caſu, plures hæredes i ſunt ſimpliciter, non nominatis partibus: veluti *Titius, ius, & Sempronius hæredes ſunto.* Hoc caſu inquit Imp. eos hæredes ex æquis partibus: quia non fiunt partes inæ- es, niſi teſtator id expreſſerit d. §. *6. h. n.* verſ. *ſatis.* [Si teſtator ita dixerit Titius hæres eſto: Sejus & Mævius, hæ- s ſunto. hic conjuncti, Sejus & Mævius, unum ſemiſſem, us alterum habebit. *l.* 59. §. 2. *h. tit. l.* 34. *de leg.* I. *un.* §. *t. de cad. toll.* niſi celeritatis cauſa conjunctio facta doceatur. *6. h. tit.*] III. Caſu, teſtator quibuſdam hæredibus certas es aſſignavit, nec tamen totum aſſem inter eos diviſit, & a- , vel alios ſine partium deſignatione heredes ſcripſit. veluti, *Titius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Titius ex ſemiſſe hæres eſto: [*Sejus ex triente hæres eſto.*] *Mæ-vius hæres eſto.* Hoc caſu inquit Imp. eum, qui ſine parte hæres ſcriptus eſt, id obtinere,quod aſſi deeſt. verſ. *partibus autem* d eſt, quod in diviſione hæreditatis a teſtatore facta omiſſum ut in dicto caſu Mævius obtineat ſextantem; quia Titio datus ſemis, Scio triens, quæ duæ partes conficiunt 10. uncias: ergo reliquæ duæ unciæ, quæ faciunt ſextantem, attribuuntur Mæ-vio ſine parte heredi ſcripto. IV. Caſu ſimiliter teſtator quoſ-dam ex certis partibus heredes inſtituit, & alium, vel alios ne partibus. ſed hic caſus a præcedente differt: quia in ſuperiori ca-ſu teſtator non diſtribuerat totum aſſem, ut in exemplo a e allato tantum diſtribuerat 10. uncias: hoc autem caſu uni-ſum aſſem inter aliquos heredes ſine partibus adjecit: veluti *Ti-tius ex ſemiſſu hæres eſto: Mævius ex triente hæres eſto, Seius ex ſexante hæres eſto: Sempronius hæres eſto.* Hoc caſu Imperator dividit hæreditatem in duas partes æquales: ac dimidiam tri iis heredibus, qui ex certis partibus inſtituti ſunt *d.* §. *6.* *verſ. ſi vero.* ut in dicto in exemplo, Sempronius obtinebit di-midiam partem hæreditatis: altera dimidia dividitur inter li-quos heredes, ſervata ſcilicet proportione a teſtatore inter eos ſtatuta. quæ quidem facile ſervabitur, ſi ſecundum doctrinam §. *& ſi plures, infra hoc tit.* conſtituamus hereditatem ex 2. ciis. ſic enim Titius conſequetur ſex uncias, Mævius qua-tuor, Seius duas, Sempronius reliquas duodecim.

Partes data ſupra vel infra aſſem.

a Quid ſi partes vel infra vel ultra aſſem ſint ſcriptis datæ?

7. § [a] Videamus ſi pars aliqua vacet, nec tamen quam ſine parte ſit hæres inſtitutus, quid juris ſit, vel tres ex quartis partibus hæredes ſcripti ſint. Et con vacantem partem ſingulis tacite pro hæreditaria parte cedere, & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus redes ſcripti eſſent: & ex diverſo, ſi plures hæredes pti in portionibus ſint: tacite ſingulis decreſcere: (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus hæredes ſcripti ſint, perinde habeantur, ac ſi unusquisque ex quarta parte hæres ſcriptus fuiſſet.

V. Caſu teſtator aliquot heredes ſcripſit ex certis partibus diſtribuit totum aſſem, nec adjecit heredes aliquos ſine parte adeo ut aliqua pars hereditatis vacet, quę nulli heredi a teſtato-re tributa eſt. Hoc caſu inquit Imperator *in* §. *7. h. n.* vacantem partem tacite ſingulis heredibus pro hereditaria parte accreſcere. Recte ait *tacite*; quia teſtator hoc non expreſſit. Recte ait *pro hæreditaria parte*, quia non accreſcit æqualiter niſi ex parte æ-

ex quibus inſtituti ſint, ſed accreſcit pro rata portione. verbi gratia, teſtamentum eſt, *Titius, Sejus, Mævius, ſinguli ex quarta parte hæredes ſunto*: vel, *ex quadrante hæredes ſunto* hoc caſu ſupereſt quadrans, qui ſingulis accreſcit: & quia ſunt inſtituti ex partibus æqualibus, accreſcit æqualiter. quoniam igitur quadrans tribus unciis conſtat, ſingulis hæredibus una uncia accreſcit adeo ut ſinguli conſequantur trientem, qui ex quadrante inſtituti fuerant: habent enim tres uncias ex verbis teſtatoris expreſſis, & unciam unam jure accreſcendi: ita fit triens, id eſt, quatuor unciæ. Rurſus teſtamentum eſto, *Titius ex triente hæres eſto, Mævius ex ſextante hæres eſto*. hoc caſu cum Titius accipiat quatuor uncias, & Mævius duas uncias: ſuperſunt unciæ ſex, quæ Mævio & Titio accreſcunt pro partibus hæreditariis. nam Titio hæredi inſtituto ex quatuor unciis, accreſcunt quatuor uncias, & Mævio inſtituto ex duabus unciis, accreſcunt totidem, id eſt duæ unciæ; ita fit, ut Titius beſſem, Mævius trientem obtineat. Notandum, eſſe magnam differentiam inter uncias, & partes; quas vulgo vocant aliquotas. nam teſtator hæreditatem ſuam dividit in quot uncias vult; adeo ut tot ſint unciæ in hæreditate, quot teſtator velit. *ſupra hoc tit.* §. *hæreditas*, 5. *verſ. Secundum autem*. ſed per rerum naturam fieri nequit, ut mutetur numerus partium, quæ appellantur aliquotæ. verbi gratia, non poſſunt eſſe in hęreditate quatuor tertiæ, vel quinque quintæ, vel tres ſemiſſes, vel ſolum tres quadrantes, vel ſolum duo tres trientes. Itaque ſi teſtator unum ex quatuor, alterum ex duabus unciis hæredes ſcripſerit, hæreditas ſex unciis conſtabit, nec eſt opus altiori indagine. ſi vero teſtator dixit, *Primus ex triente, Secundus ex ſextante hæredes ſunto*: non poſſumus dicere trientem & ſextantem, ſeu (quod idem valet) tertiam & ſextam partes conſtituere totam hæreditatem: proinde neceſſe eſt confugere ad jus accreſcendi ſupra expoſitum.

VI. Caſu, ſi plures hæredes ſcripti ſunt, quam ſunt partes hæreditatis, ex quibus ſunt inſtituti. Hoc caſu, inquit Imperator: ſingulis portionem tacite decreſcere. ſub. pro parte hæreditaria, *d.* §. 7. *h. n. ver. & ex div.* nam hic caſus eſt præcedenti oppoſitus. Finge teſtamentum tale eſſe, *Primus. Secundus, Tertius, & Quartus ex tertiis partibus hæredes ſunto*. hoc caſu teſtator diſtribuit quatuor tertias neceſſe igitur eſt unam tertiam decreſcere, i. e. quatuor uncias, unde cum quatuor ſint ſcripti hæredes ex æqualibus partibus, dicendum eſt ſingulis unciam unam decreſcere: & cum ſint inſtituti ſinguli ex triente, qui continet quatuor uncias, tantum obtinebunt quadrantem, id eſt, tres uncias. Quod ſi hæredes ponantur ſcripti ex partibus

inæqualibus, etiam enæqualiter ſingulis decreſcet. ut puta ſi- ſtamentum tale ſit, *Primus ex dextante Secundus ex beſſe, Te- tius ex ſemiſſe hæredes ſunto*: hoc quoque caſu ſunt plures p- tiones, quam hæredes: proinde oportet ſingulorum hæredu partem diminui pro rata portione. Primo igitur detrahetur qu- cunx; ſecundo triens; tertio quadrans, id eſt, ſingulis adim dimidia pars ſuæ portionis: ſic fit, ut primus, qui erat inſti- tus ex dextante conſequatur quincuncem: ſecundus inſtitutus beſſe, obtineat trientem: tertius inſtitutus ex ſemiſſe, accipit quadrantem. nam quincunx eſt dimidia pars dextantis; triens dimidia pars beſſis: quadrans eſt dimidia pars ſemiſſis.

Jus hæredis ſcripti ſine parte, aſſe vel dupondio in reliquis ſuperato.

a Quid ſi as vel dupondius ſit completus vel ſuperatus, & quis ſit ſine parte ſcriptus cum reliquis inſtitutis ex certis portionibus?

8. § a Et ſi plures unciæ, quam duodecim diſtrib ſint: is, qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio de habebit. Idemque erit, ſi dupondius expletus ſit, omnes partes ad aſſem poſtea revocantur, quamvis plurium unciarum.

VII. Caſu, teſtator plures uncias, quam duodecim diſtri & aliquem, vel aliquos ſine partium deſignatione hæredes Hoc caſu inquit Imp. hunc, vel hos ſine partibus hæredes ſcrip id accipere, quod deeſt dupondio, §. 8. *h. n.* id eſt, quod fui ſtatore omiſſum in diviſione dupondii. cum enim teſtator a excedit intelligitur tranſire ad dupondium, qui conſtat duob ſibus; id eſt, 24. unciis. Exempli cauſa teſtamentum ſit ita ceptum. *Titius ex octo unciis, Mævius ex tribus unciis hæ ſunto, Sempronius hæres eſto.* hoc caſu, quia teſtator Titio & Mævio diſtribuit quindecim uncias, Sempronius obti reliquas novem uncias: quia unciæ quindecim & novem fa dupondium. VIII. Caſu teſtator exceſſit dupondium, & dam, vel quoſdam ſine partibus hæredes ſcripſit, inquit Im tor. *d. §. h. n. verſ. idemque*, tranſitum fieri ad tripondium conſtat ex tribus aſſibus, id eſt, ex unciis ſex & triginta: a qui ſine partibus hæredes ſcripti ſunt, id conſequantur, deeſt tripondio: quemadmodum in præcedenti caſu id accipi quod deerat dupondio. Simili ratione, ſi teſtator exceſſer pondium, & quoſdam ſine partibus heredes ſcripſerit, buemus, quod deeſt quadripondio. itidemque a quadripo tranſibimus ad quinquepondium, & ita deinceps, conſi enim quadripondium ex quatuor aſſibus, id eſt, ex un cto & quadringinta, quinquepondium ex quinque aſ

id eſt, ex unciis ſexaginta: & ita deinceps. Notat Imperator *in fi d.* §. 8. *h. n.* has omnes partes, id eſt, partes dupondii vel tripondii hæredibus aſſignatas, revocari ad aſſem conſtantem ex xii. unciis, quamvis dupondius & tripondius contineant plures uncias: omnis enim diviſio hæreditatis poteſt revocari ad aſſem ſervata ſcilicet proportione. ut puta eadem hæreditatis portio eſt, ſi quis ex aſſe accipiat quatuor uncias, ſive ex dupondio octo, ſive ex tripondio duodecim, ſemper enim conſequitur tertiam partem hæreditatis.

Modus inſtituendi.

9 § [a]Hæres & pure & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore, aut ad certum tempus non poteſt: veluti, *poſt quinquennium quam moriar*, vel *ex calendis illis*, vel *uſque ad calendas illas hæres eſto*. [b] Denique diem adjectum haberi pro ſupervacuo placet: & perinde eſſe, ac ſi pure hæres inſtitutus eſſet.

[a] Tantumne pure inſtituitur hæres?
[b] Quis effectus adjectionis diei?

In quinta parte Imperator declarat, quibus modis inſtitutiones hæredum fieri poſſunt. cum enim egerit in prima & ſecunda tituli parte de perſonis hæredum, in tertia vero, & quarta de re, id eſt, de hæreditate: conſequenter agit de ipſa teſtatoris voluntate qua res illa dictis perſonis tribuitur In hac parte dat Imperator quinque regulas. I. Hæres inſtitui poteſt tam pure, veluti, *Titius hæres eſto*, quam ſub conditione, veluti, *ſi navis ex Aſia venerit, Titius hæres eſto*, §. 9. *h. n.* [vel etiam: Si Mæviam uxorem ducat. *Groenew. in l.* 71. §. 1. *de C. & D.*] Intellige conditionem poſſibilem. nam ſi hæredis inſtitutioni adſcribatur impoſſibilis conditio, quoniam hæc conditio pro non ſcripta habetur. *infra eod.* §. *impoſſibilis.* inſtitutio nihilominus pura erit. [Poſſibilis autem conditio vel fortuita eſt, quæ vitiat inſtitutionem liberorum. *l. ult. ff. de cond. Inſtit.* vel arbitraria, vel mixta, quæ ſi per alium ſtetit quo minus impleatur, pro impleta habetur. *l.* 1. *C. de Inſtit. Tulden. hic c.* 7.] II. Dies inſtitutioni hæredis adjectus, pro non ſcripto habetur: quia hæres nec ex certo tempore, veluti, *ex Kalendis illis*, nec ad certum tempus, veluti, *uſque ad Kalendas illas*, fieri poteſt; ſed non obſtante diei adjectione, fit hæres ſtatim, & in perpetuum.

Nota primo, hanc regulam eſſe de die certo, non de die incerto, veluti, *cum navis ex Aſia venerit*: nam dies incertus non habetur pro non ſcripto, ſed ejus eventus expectatur, perinde atque conditionis, propterea quod dies incertus conditionem facit, *ff. de cond. & demonſt. l. dies.* 65. [Hinc ſi quis uxorem inſtituerit in uſufructu: & alium poſt ejus mortem inſtituat hæredem,

quæ dies incerta eſt, & conditio ſi eam ſpuervixerit. *Tuld. hi. 3. Covar. 2. var. reſ. 2. per l. 1. ff. de cond. l. 54. de acq. hær.* ideſi præmoritur hæres accreſcit uxori hæreditas. *Tuld. d. loc.*]

Nota ſecundo, quemadmodum nemo poteſt decedere pro p- te rei teſtatus, parte inteſtatus. *ſupra hoc tit. §. hæreditas verſ. neque enim, & ff. de div. reg. jur. l. 7.* ita etiam non poſſe cedere pro parte temporis teſtatum, pro parte inteſtatum. pr- de non poſſe inſtituere heredem ex die, veluti. *Kalendis illis res eſto*: aut ad diem, velut, *uſque ad Kalendas illas hæres e.* Hæc autem ratio nec inſtitutioni conditionali officit; quia c- ditio, quandocumque exiſtat, retro trahitur ad tempus m- teſtatoris, *ff. de hæred. inſtit. l. poteſt, 56.* nec teſtamento mili, qui ex ſpeciali privilegio, ſicut pro parte rerum teſtari poteſt, *§. hereditate, verſ. neque enim* ita etiam pro parte temporis *ff. de teſtam milit. l. miles ita. 41. in princ.* [Sed uti moribus n- partim inteſtatus decedere poteſt. *v. ſup. §. 5. not.* ita etiam ad tempus, vel ex certo tempore inſtitui hæres poteſt: ita ut pen- te vel exiſtente die hæreditas ad hæredes ab inteſtato deferat. *Vinn. hic nu. 5. & Tuld. c. 3. vid. & Sand. lib. 5. tit. 1. def. 2. & tit. 3. def. 4. Gail. 2. obſ. 143. Menoch. 4. preſ. 133. nu. 1.*]

Impoſſibills conditio.

a Quid ſi impoſſibilis conditio ſit addita?

10. § a Impoſſibilis conditio in inſtitutionibus & l- tis, nec non in fideicommiſſis & libertatibus pro uon - pta habetur.

III. Impoſſibilis conditio ultimæ voluntati adjecta, pro n- ſcripta habetur: ita ut non vitiet ultimam voluntatem, ſed - tur. §. 10. *h. n.* Exempli cauſa, *Titius ſi cœlum digito tetigit, heres eſto.* ex hac inſtitutione Titius ſtatim ad hæredit- vocatur, quaſi pure & ſimpliciter ſcriptus heres: hoc aute- favore ultimæ voluntatis, unde obtinet etam in legatis & - commiſſis; & libertatibus, quæ in teſtamento, vel codicil- licta ſunt, ſed alia eſt ratio contractuum, qui per impoſſib- conditionem adjectam vitiantur: ut puta, hæc ſtipulatio eſt - tilis, *Si cælum digito tetigero, decem dabis. infra de inutil. ſ. §. ſi impoſſibilis.* [uti quoque donationes mortis cauſa. *per - hujus §. Deſſel. in Soeſ. hic. nu. 18* Sed quod nec moribus n- talis inſtitutio, uti non ſeria ſed ridicula, non ſubſiſtat, n- voluntas dicenda ſit. *v. Grot. lib. 2. p. 18. nu. 31. Groenew. & - hic.*] Item quod dictum eſt de conditione impoſſibili, obtin- tiam in conditione, quæ eſt contra jus, vel bonos mores: v- *ſi adulterium commiſerit*, vel, *ſi nudus in foro ſaltaverit, hæ- ſto. D. de cond. inſt. l. conditiones quæ. 9. l. conditiones contra -*

& l q. [vel ſtulta. *v. Tulden. hic. c. 4. 5.*] non item in conditione p plexa, quæ cum ex duabus poſſibilibus conſtet, ob earum conj ctionem & mutuum impedimentum impleri nequit, veluti, *Si Titius heres erit, Sejus heres eſto. Si Sejus heres erit, Titius heres eſto.* nam ejuſmodi inſtitutiones ſunt inutiles, *D. eod. l. Si Titius*, 16. [*Tuld. d. c.* 5. aliud eſt ſi ſit conditio difficilis: nam non impleta deficit inſtitutio. *Tuld. d. c. 5. Cujac.* 21. *obſ.* 39. *l.* 4. §. 1. *de ſtatu lib.* Si conditio adjecta ſit de non faciendo præ nda eo nomine cautio quæ Muciana vocatur: niſi tamen ſolus heres ſit. *l. 7. ff. h. tit. l. 18. de C. & D.* vel vivo legatario exiſtere conditio poſſit. *Tuld. hic. c. 6. per l.* 100 §. *pen. l.* 105. *de C. & D.* In obligationibus autem huic cautioni locus non eſt, niſi pecunia ſolo modo promiſſa ſit. *Tulden. d. c. 6. Cujac.* 14. *obſ.* 32. *per Nov.* 22. & *l.* 58. § 1. *ff. locat.*]

Plures conditiones.

II. § [a] Si plures conditiones inſtitutionibus adſcriptæ ſunt ſi quidem conjunctim, ut puta, *ſi illud & illud factum fuerit*: omnibus parendum eſt, ſi ſeparatim, veluti, *ſi illud aut illud factum erit*: cuilibet (conditioni) obtemperare ſatis eſt.

[a] Quid ſi plures conditiones adjiciantur?

IV. Si plures inſtitutiones conjunctim adſcriptæ ſint, veluti, *Si navis ex Aſia venerit. & Titius conſul. fuerit, Mævius heres eſto.* Mævio nihil prodeſt, quod una conditio ſit impleta: quia non poteſt fieri heres, niſi utraque conditio extiterit. §. 11. *h. n.* V. Si ſimul us conditiones disjunctim, ſive alternatе hæredis inſtitutioni adjectæ ſint, veluti, *Si navis ex Aſia venerit, aut Titius conſul fuerit, Mævius hæres eſto*: ſufficit alteram conditionem impleri ut Mævius hereditatem adire poſſit. *d. §. 11. h. n.* [interdum tamen in teſtamentis alternativa eſt loco conjunctivæ. idque ne defraudetur quis commodo teſtatoris. *Perez. hic per l. pen. de V. S. adde l. 53. ff. eod.* Si inſtitutio repetitur ſub alia atque alia conditione, quæcunque ex iis prima extiterit locum faciet inſtitutioni. *l. 17. ff. de condit. inſt.* Si pure inſtitutus mox dein ſub conditione inſtituatur, manet nihilominus pura inſtitutio. *l.* 17. & *ibi Cujac. de hær. inſt.* Aliud eſt in legatis: nam his per diverſas conditiones iteratis, utique ex iis ultima eſt implenda. *l.* 57. *l.* 81, & *ſeq. de C. & D. Tuld. hic.*

Inſtitutio ignoti.

III. § [a] Ii, quos nunquam teſtator vidit, hæredes inſtitui poſſunt. veluti ſi fratris filios peregrinantes, ignorans qui eſſent, heredes inſtituerit. ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit.

[a] Quid ſi hæres ſcriptus ſit ignotus?

In

In ſexta parte, quæ eſt in §. *ult. h. n.* docet Imp. non obeſ inſtitutioni, quod heredes teſtatori ſint ignoti; cum fieri poſſi ut etiam qui nobis ſanguine juncti ſunt, nobis ſint ignoti: velu ſi frater noſter peregre degat, atque in remota regione liber ſuſcipiat [modo ex alio capite non ſint incapaces. *v. l. 1. D. eod.* e *Vinn. not. hic.* Civitas quoque hæres iuſtitui poteſt. *l. 12. C. h. ti* nam ærario hæreditas attribuenda. *l. 2. de reb. dub. Tulden. hic.* 9.] Quod ait Imper. *peregrinantes.* Cujacius non ineleganter mendat *peregrinatos.* Si quis tamen minus a recepta lectione r cedere velit, fortaſſe non male leget *peregrinantis* ut hoc ve bum referatur ad fratrem, non ad filios fratris. nam licet a quis peregrinetur, facile poteſt nobis eſſe notus; ſed liberi ex peregre ſuſcepti, nobis ſolent eſſe ignoti.

AXIOMATA.

1. *Id quoque noſtrum eſt, in quo alius habet uſumfructum,* princ. *conjun.* l. recte dicimus, ff. de verb. ſign.
2. *Sublato antecedente tollitur conſequens*: ibid. verſ. eſt tame.
3. *Id, in quo uſumfructum habemus alienum eſt.* d. verſ. eſt tame.
4. *Neceſſarius hæres non fit, niſi ex eodem teſtamento libertate & hæreditatem accipiat*, §. 1.
5. *In quæſtione cui acquiratur hæreditas, ſpectatur tempus aditi nis*, §. 1.
6. *Cum hæreditariis ſervis eſt teſtamenti factio.* §. 2
7. *Jacens hæreditas repreſentat perſonam defuncti.* d. §. 2. *conju* pr. tit. infra de ſtip. ſervor.
8. *Qui eſt in utero, pro jam nato habetur.* d §. 2. *conjun.* l. 7. & pen. ff. de ſtat. hom.
9. *Plurium ſervus ſingulis dominis acquirit pro dominii portio* §. 3. *conjun.* §. ult. infra de ſtip. ſerv.
10. *Tot unciæ aſſem efficiunt, quot teſtator vult*. §. 5.
11. *Paganus pro parte inteſtatus, pro parte inteſtatus deced non poteſt.* d. §. 5. verſ. neque enim.
12. *Militis ſola voluntas in teſtando ſpectatur*, eod. verſ.
13. *Dies inſtitutioni heredis adjectus, pro non ſcripto habetur.* §.
14. *Impoſſibilis conditio in ultimis voluntatibus pro non ſcrip habetur.* §. 10.
15. *Si plu res conditiones conjunctim conceptæ ſint, omnium eve tus exſpectatur: ſi disjunctim, unam impleri ſufficit*, §. 1
16. *Ignorentia teſtatoris inutilem inſtitutionem non facit*, §. ult

DE
['/ULGARI SUBSTITUTIONE.

TITVLVS. XV.

Nſtitutionum duo ſunt genera, nempe inſtitutio ſpecialiter & proprie dicta, & ſubſtitutio: ſpecialis inſtitutio eſt, quæ fit in imo gradu: ſubſtitutio autem, quæ fit in ſecundo, vel ulterio- gradu. nam teſtator quotcunque gradus heredum vult, in ſuo ſtamento facere poteſt, ut inquit Imp. *in princ. hujus tit.* Id- rco ſubſtitutio vocatur ſecundi heredis inſtitutio. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ex facto.* 43 §. *Lucius,* 2. ſecundum hæredem itellige, ſive ſecundo, ſive tertio, ſive ulteriori gradu ſit inſtitu- is: ut enim ſecundarum nuptiarum appellatione ſignificamus mnes nuptias, quæ poſt primas contrahuntur, ita ſecundi here- s, vel ſecundi gradus appellatione omnes heredes & omnes gra- us poſt primum complectimur. Porro in gradibus diſtinguen- s non ſpectatur ordo ſcripturæ, vel ſucceſſionis. nam ſive teſta- ıentum ita concipiatur, *Titius heres eſto, ſi Titius heres non e- it, Mævius heres eſto.* Sive ita, *Si Titius heres non erit, Mævius eres eſto: Titius heres eſto*: utroque caſu Titius eſt heres inſtitu- ıs in primo gradu, Mævius in ſecundo: quamvis in priori caſu 'itius primo, Mævius ſecundo loco heredes ſcripti ſint, in ſe- undo autem caſu loca ſint inverſa, quia primo loco ſcriptus eſt Iævius, poſtea Titius. *D. de hered. inſt. l. Si ita quis inſtitutus.* 28. *& de vulg. & pupill. l.* 2. §. *ſed ſi quis.* 5. *&* §. *ſeq.* Subſtitutio- is quatuor ſunt ſpecies: vulgaris, pupillaris, quaſi pupillaris, quam)oct. exemplarem vocant, & militaris, nam fideicommiſſaria ninus proprie dicitur ſubſtitutio, ut notabo *in fin. tit. ſequent.* 'ulgaris dicitur, quia vulgo quilibet teſtator cuilibet heredi ſub- tituere poteſt, pupillaris, quia fit pupillis, quaſi pupillaris quia it quaſi pupillis, i.e. furioſis, aut mente captis: militaris; quia it a teſtatore milite, & ſuſtinetur ex militari privilegio. Vulga- is fit in primum caſum, i. e. *ſi primus heres non erit*: reliquæ n ſecundum caſum, id eſt, *ſi primus heres deceſſerit.* Caſus ſt eventus, in quem ſubſtitutio confertur, ac ſunt duo tantum generales caſus, quos modo retuli: videlicet, *Si heres non erit*, &, *ſi deceſſerit.* [Et ſubſtitutus alicui eo caſu quo is hæres eſ- ſe noluerit, cenſetur & ſubſtitutus eo caſu quo hæres eſſe non po- tuit. Niſi alia teſtatoris mens probetur. *Tuld. hic.* c. 2. *&* C. *de impub. ſubſt. nu.* 8. Diſſent. poſt. *Mantic. de* C. U. *V. lib* 5. *tit.* 1. *nu.* 3. *Fachin.* 4. *contr.* 51. *Vinn. hic. nu.* 3.] Sed ſecundus caſus ſubviditur in tres nimirum. *Si in ætate pupillari deceſſerit: ſi in*

furore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

furore ſeu mente captus deceſſerit, & *quandocumque deceſſerit*, i. e. ſi quovis tempore poſt pubertatem ſanæ mentis deceſſerit. Ita que pupillaris ſubſtitutio eſt, quæ confertur in eum caſum, *ſi primus in ætate pupillari deceſſerit*. vel (quod idem valet) *ſi priu moriatur quam in ſuam tutelam venerit*. Quaſi pupillaris eſt, *ſi in furore deceſſerit*: vel, *ſi prius moriatur, quam mentis compo factus ſit*. Militaris eſt, quæ excedit pupillarem ætatem hæredi ſana mente præditi, veluti *quandocumque deceſſerit*: aut, *ſi priu deceſſerit, quam ad legitimam ætatem pervenerit*.

Gradus ſubſtitutionum.

Quot gradus fieri poſſunt in ſubſtitutione?

POteſt autem quis in teſtamento ſuo plure gradus hæredum facere: ut puta, *Si ille hære non erit, ille hæres eſto*: & deinceps, in quan tum velit teſtator: ut noviſſimo loco in ſub ſidium vel ſervum neceſſarium hæredem in ſtituere poſſit.

Hoc tit. Imp. agit de vulgari ſubſtitutione: ac primo *in princ tit*. docet, quot gradus heredum fieri poſſint. unde colligitur pri ma diviſio ſubſtitutionis vulgaris: quia vel fit ſecundo, vel tertio vel ulteriori gradu. Ait Imperator, *noviſſimo loco*, id eſt, ultimo gradu) poſſe inſtitui, (id eſt ſubſtitui,) ſervum ipſius teſtatoris, tanquam heredem neceſſarium: quia ſervus domino ſuo fi heres neceſſarius *infra de hæred. qual.* §. 1. videlicet ſi ex eodem te ſtamento libertatem & hæreditatem accipiat. *ſupra tit. prox.* §. 1 Sed cur ait, *noviſſimo loco?* An quia (ut Accurſ. putat) fruſtra e ſubſtitueretur, cum ſit heres neceſſarius? Non puto hoc verum quid enim, ſi ſervus vivo teſtatore poſt teſtamentum ab eo factum moriatur; certe ſubſtituto locus erit, non quia ſervus nolit, ſed quia non poteſt eſſe heres, quid ſi ſcribatur heres ſub conditione, *ſi volet*? certe non eſt heres neceſſarius, ſed voluntarius. *D. de condit inſt. l. verba*, 12. Et ſimiliter, cum ei a domino ſubſtituitur, puto eum eſſe heredem voluntarium, & poſſe repudiare hereditatem arg *l. ſi filius heres*, 16. *ff. delib. & poſt. & l. ſi is qui ſolvendo*, 57. *ff. de hered. inſt.* Ergo Imperator ideo ait, *noviſſimo loco*, quia expreſſe loquitur de ſervo herede neceſſario. quem teſtator, in defectum aliorum heredum ſubſtituet: non eſſet enim neceſſarius niſi ultimo gradu heres ſcriptus eſſet.

Numerus ſubſtitutorum.

a Quot poſſunt ſubſtitui?

1. § [a] Et plures in unius locum poſſunt ſubſtitui, vel unus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum vel invicem ipſi, qui hæredes inſtituti ſunt.

Secundo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Secundo *in* § 1. *h.n.* affert alteram vulgaris ſubſtitutionis di-v onem: quia vel ſubſtituuntur plures uni veluti, *Si Titius he-r non erit, Sejus & Mævius heredes ſunto*: vel unus pluribus. ve-l i, *Si Titius & Mævius heredes non erunt, Cajus heres eſto.* vel ſ guli ſingulis, veluti, *Si Titius heres non erit, Mævius heres eſto ſ ejus heres non erit, Sempronius heres eſto*: vel ipſi heredes inſti-t i ſubſtituuntur ſibi invicem, veluti, *Titius, & Mævius heredes unto: ſi Titius heres non erit, Mævius heres eſto, ſi Mævius hæres erit, Titius heres eſto.* [vel Titius & Mævius hæredes ſun-t eoſque invicem ſubſtituo, quam *Reciprocam* ſive *Breviloquam* cant. *v. Tuld. c. 4. & Perez. hic.* & continet vulgarem & pupilla-r n ſubſtitutionem ſi ambo impuberes ſive partes ſint, alias ve-r non niſi aliud teſtator expreſſerit. *v. l. 4. §. 2. ff. h. tit. l.* 45 *. eod. chin. 4. con.* 68. Subſtitutio vero puberi directis verbis facta ſt aditam hæreditatem nequidem jure fideicommiſſi ſubſiſtit. *ff. h. tit. Fachin. 4. con.* 44. § *fin. tit. ſeq. hic.* aliud eſt in codi-c lis, & teſtamento militis. *l. 76. ad Trebel. l. 15. h. tit.* quod & in nnibus moribus noſtris obtinet. *v. Groenew. d. §. fin.*

Subſtitutio facta ſcriptis ex inæqualibus partibus.

9. §[b] Et ſi ex diſparibus partibus heredes ſcriptos invicem bſtituerit, & nullam mentionem in ſubſtitutione partium abuerit: eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in iſtitutione expreſſit: & ita divus Pius reſcripſit.

a Quid ſi ſubſtitutio reciproce fiat inter ſcriptos ex diſparibus partibus?

Tertio docet quæ portio hæreditatis ad ſubſtitutum, uti ad ſin-ulos ſubſtitutos pertineat. qua in parte tres caſus decidit. I. Ca-is eſt, cum teſtator plures heredes ex certis inæqualibus parti-us inſtituit: deinde eos, non deſignatis in ſubſtitutione partibus, ivicem ſubſtituit: veluti, *Primus ex ſemiſſe, Secundus ex triente, ertius ex ſextante heredes ſunto: ſi quis eorum heres non erit, eliqui heredes ſunto.* Hoc caſu credere aliquis poſſet, tacite n ſubſtitutione partes æquales datas videri. arg. §. *Si plures*, 6. *in rinc. ſupra tit. prox.* Contrarium tamen Imp. reſpondet: Imp. eſpondet: quia partes in inſtitutione expreſſæ, cenſentur tacite in ubſtitutione repetitæ. ut in d. exemplo, ſi Primus repudiet he-editatem, portio ejus Secundo & Tertio debetur jure ſubſtitutio-nis, non pro partibus æqualibus: ſed quia Secundus ex Triente, Tertius ex ſextante heredes ſcripti fuerunt, idcirco e-iam portio Primi inter Secundum & Tertium pro Triente & ſextante dividitur: adeo ut Secundus conſequatur beſſem, vide-licet quatuor uncias jure inſtitutionis, ac totidem jure ſubſtitu-tionis: Tertius autem accipiat trientem, hoc eſt, duas uncias jure inſtitutionis, & alteras duas vi ſubſtitutionis, §. *& ſi ex diſpa-ribus. & C. de impub. & al. ſub. l.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota primo, hanc deciſionem tum demum obtinere, cum teſtator ſub appellatione heredum eos ſubſtituit. nam ſi propriis nominibus ſubſtitutos deſignaſſet, veluti, *Si primus heres non erit, Secundus & Tertius heredes ſunto*: partes æquales in ſubſtitutione datæ Secundo & Tertio intelligerentur, arg. *l. Si heredes. 124. ff. de legat. 1. & l. nonnunquam 25. ff. ad ſenatuscon. Trebell.*

Nota ſecundo, cum Imperator ait eas partes in ſubſtitutione datas videri, quæ in inſtitutione expreſſæ fuerunt, non eſſe hoc accipiendum de inſtitutione ejus, cui teſtator ſubſtituit, ut Theophilus male interpretatur, ſed ejus quem ſubſtituit: ut ſenſus ſit, quam partem quiſque accipit ex inſtitutione, eandem accipiet ex ſubſtitutione. *ff. hoc tit. l. Si in teſtamento, 5. & l. Si plures. 24.* [quia non eſt veriſimile teſtatorem eum pluris feciſſe cum ſubſtitueret quam cum inſtitueret, *per l. 74. de leg. 1. v. tamen d. l. 124. eod. & l. 24. C. ad SC. Trebel. Tulden. hic. c. 3.*

Subſtitutio facta coheredi ſubſtituto.

a Quid ſi inſtituto herede ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus ſit?

4. § a Sed ſi inſtituto heredi, coherede ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus fuerit: divi Seuerus & Antoninus ſine diſtinctione reſcripſerunt, ad utramque partem ſubſtitum admitti.

II. Caſus deciditur in §. 3 *h. n.* Teſtator duos heredes ſcripſit in primo gradu, Titium & Mævium: ac Titio Mævium ſubſtituit: item Mævio Semproniumſubſtituit, veluti, *Titius & Mævius hæredes ſunto. ſi Titius hæres non erit, Mævius hæres eſto: ſi Mævius heres non erit, Sempronius heres eſto*, finge nec Titium nec Mævium hæredes eſſe, ſed utrumque repudiare hæreditatem, quæritur utrum Sempronius, qui fuit Mævio ſubſtitutus, accipiat ſolam partem Mævii jure ſubſtitutionis, an etiam partem Titii, prima fronte videtur ſubſtitutus ſoli Mævio. Imp. tamen reſpondet, hoc caſu non eſſe diſtinguendum inter partem Titii, & partem Mævii, ſed ad utramque Sempronium jure ſubſtitutionis admitti: quia cum Mævius ſit ſubſtitutus Titio, & Sempronius Mævio, conſequenter Sempronius eſt ſubſtitutus etiam Titio. [Nam ſubſtitutus ſubſtituto, intelligitur etiam ſubſtitutus inſtituto. *Vinn. hic.*] Et hoc eſt, quod Imp. ait, *ſine diſtinctione.* [mortis ſcil. & ſcripturæ ita ut nihil intereſt prior ſubſtitutus, poſt inſtitutum, an ante deceſſerit, nihil quoque utrum ante primam ſubſtitutionem ſecunda facta ſit, an poſtea. *v. l. 41. pr. eod. Vinn. hic.*] ſuppoſito enim caſu quem expoſui, non eſt diſtinguendum inter dictas partes Titianam & Mævianam. Quamquam ſi teſtamentum, quod in contextu proponitur generaliter conſideretur, tres caſus ſunt diſtinguendi, aut enim ſolus Titius, aut

ſolus

ſo s Mævius, aut neuter adit hereditatem. Primo caſu, Sem-
pr nius nihil accipit: Secundo caſu ſolam Mævii partem obtinet:
te o caſu, qui ſolus in contextu deciditur, utramque partem con-
ſe itur, tam Titii quam Mævii, qui revera utrique eſt ſubſtitu-
tu icut enim heres mei heredis dicitur eſſe meus heres. *D.de verb*
ſi l.heredis.64.& C.de hered.inſtit.l.ult.verſ ſed ſi quidem.ita
et m ſubſtitutus meo ſubſtituto eſt mihi ſubſtitutus [& ſubſti-
tu s eo caſu ſuccedit, ipſi teſtatori, non ei cui facta eſt ſubſtitu-
ti *Perez. hic.*] Non obſtat. *l.qui habebat,47.D.de vulg.& pu-*
ip. ubi pupillariter ſubſtituti ſunt. Primo Secunda, Secundæ
T tia & Quarta. Primi autem hæreditatem Secunda ad Ter-
ti n & Quartam non tranſmittit, propterea quod vivo Primo de-
ce it. nam ſi primo pupillo ſuperſtes fuiſſet, deinde in ætate pu-
p ari deceſſiſſet, procul dubio tam Primi, quam Secundæ here-
d s ad Tertiam & Quartam perveniſſet. Hæc deciſio potiſſimum
ſ m utilitatem oſtendit, ubi ſunt plures heredes. nam in dicto
e emplo neceſſe eſt univerſam hæreditatem pertinere ad Sem-
p nium, etiamſi ſubſtitutus eſſet ſoli Mævio non etiam Titio:
q andoquidem portio Titii ei accreſceret, ne defunctus videre-
t pro parte teſtatus pro parte inteſtatus deceſſiſſe. [Quod cum
m oribus noſtris fieri poſſit. & illud non ex voluntate teſtatoris, ſed
e lege jus accreſcendi receptum non ſit, aliud dicendum erit &
T tii non adeuntis portio ad hæredes ab inteſtato perveniret. *v.*
n.§.5.nu.7.tit.præced.& ibid.Groenw.nu.3.v.tamen Tuld.hic.
5.] Sed finge tres eſſe hæredes in primo gradu, Titium, Mævi-
m, Cajum: & Titio ſubſtitui Mævium, Mævio Sempronium: dein-
Titium & Mævium repudiare hereditatem. certum eſt partem
ævii pertinere ad Sempronium: ſed de parte Titii dubitari
teſt, ad Cajumne pertineat jure accreſcendi, an ad Semproni-
n jure ſubſtitutionis. ſane ſi Sempronius non ſit Titio ſubſtitutus
rtio Titii ſpectabit ad Cajum, ſed quia diximus, Sempronium
on ſolum in partem Mævii, ſed etiam in partem Titii eſſe ſub-
itutum: conſequens eſt ut ex portione Titii Cajus nihil accipiat;
m certi juris ſit, ſubſtitutionem, quæ eſt expreſſa teſtatoris vo-
ntas, præferri jure accreſcendi, quod venit ex tacita & præ-
impta voluntate. [& ſic per ſubſtitutum ſuſtinetur teſtamen-
m defuncti, excluſo hærede inſtituti, ad quem hæreditas non
dita non tranſmittitur niſi ad liberos ſuos ex potentia ſanguinis.
Perez. hic.& aliis paucis caſibus *de quibus vid. Tuld.C.de his qui*
nte apert.tab. Si vero poſt aditam hæreditatem moriatur, hære-
i ejus accreſcit portio tunc demum deficiens, quia heredis hæres,
tiam teſtatoris hæres eſt. *l.1.C.quand.non pet.part.Tuld.inf.lib.*
4.tit.4.c.2.]

Servo

Servo alieno, qui putatur liber, ſubſtitutus.

a Quid ſi ſervo, qui putabatur eſſe liber ſit ſubſtitutus, liber?

4. § a Si ſervum alienum quis patremfamilias arbitratus, hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non eſſet Mævium ei ſubſtituerit: isque ſervus juſſu domini adierit hæreditatem: (Mævius) ſubſtitutus in partem admittitur. Illa enim verba, *Si hæres non erit*, in eo quidem, quem alieno juri ſubjectum eſſe teſtator ſcit, ſic accipiuntur: ſi neque ipſe heres erit, neque alium hæredem effecerit. in eo vero, quem patremfamilias eſſe arbitratur, illud ſignificant: ſi hæreditatem ſibi, vel ei, cujus juri poſtea ſubjectus eſſe cœperit, non acquiſi erit. Idque Tiberius Cæſar in perſona Parthenii ſervi ſui conſtituit.

III. Caſus deciditur *in § ult. h. n.* Teſtator ſervum meum, quem putabat eſſe hominem liberum, quia pro libero ſe gerebat, hæredem ſcripſit: eique vulgariter (id eſt, ſi hæres non eſſet) Mævium ſubſtituit: mortuo teſtatore, cum appareat hæredem inſtitutum eſſe meum ſervum, oritur quæſtio inter me & Mævium ſubſtitutum. ego namque aſſero hæreditatem per ſervum meum juſſu meo adeuntem mihi acquiri, ſecundum doctrinam ſupra traditam, *per quas perſonas nobis acqu. §. item nobis. verſic. ſed ſi hæres. & ſupra tit. prox. §. 1.* Mævius autem ſubſtitutus contendit ſervum meum non poſſe eſſe hæredem: quia non poteſt ſibi hæreditatem acquirere ſecundum teſtatoris intentionem, qui cum putaret eum eſſe liberum, non potuit habere hunc animum, ut hæres ſcriptus mihi hæreditatem acquireret, ſed potius ſibi ipſi. Imperator hanc quæſtionē decidens, partem hæreditatis Mævio tribuit. Ne intelligas partem dimidiam, ut quidam interpretantur; ſed quadrantem: quia Juriſconſ. *in l. ſi paterfam. 40. ff. de hæred. inſtit.* (unde hæc deciſio ſumpta eſt) hæreditatem dividit in duos ſemiſſes, & alterum ſemiſſem mihi hæredis inſtituti domino tribuit, alterum inter me & Mævium æqualiter dividit. Huic interpretationi favet ratio, quæ ſubjicitur in contextu: quia illa verba, *Si heres non erit*, etiamſi referantur ad hominem liberum, tamen ita accipiuntur ut homo ille liber poſſit hæreditatem alteri acquirere, & ita ſubſtitutum excludere, ſi forte, antequam adeat, alterius poteſtati ſubjiciatur. quamvis enim voluntas teſtatoris dubia ſit: tamen ratio facit, ut magis inclinemus in eam partem, quæ inſtituto favet: ideoque Juriſconſultus *in d. l. ſi paterfam.* & Imperator hic tantum in eo laborant, ut oſtendant eſſe aliquam dubitationem contra inſtitutum, adeo ut pars aliqua non immerito tribuatur ſubſtituto. Nam prima facie videtur ſubſtitutionis conditio omnino defeciſſe: quia ſub-

ſubſtitutus eſt ſub conditione, ſi Primus hæres non eſſet, id eſt, neque ſe, neque dominum hæredem feciſſet: ſic enim verba ſubſtitutionis ſervo factæ accipi conſtat: atque juſſu meo adeundo me hæredem fecit: ergo ſubſtitutus eſt conditione defectus, conſequenter repellendus. Reſpondet Imperator in verſ. *Illa enim vera*, hanc objectionem & interpretationem procedere in hærede inſtituto, quem teſtator ſciebat eſſe ſervum: ſed in caſu propoſito habebat eum pro libero: ergo dicta argumentatio non valet. Replicare aliquis poteſt, etiam eum, quem teſtator putat eſſe patremfamilias, ſi adeundo vel ſe, vel alium hæredem faciat, excludere ſubſtitutum. Reſpondet Imperator in verſ. *in eo vero*, hoc eſſe verum, ſi hæres inſtitutus poſtea dominio alterius ſubjiciatur, eique acquirat, non item ut ei acquirens, qui tempore teſtamenti dominus eſt, ſicut in caſu noſtro contingit, ſubſtitutum excludat: quia voluntas teſtatoris ſubſtitutum excludentis ſi hæreditas per hæredem inſtitutum domino acquiratur, non poteſt referri ad eum qui tempore teſtamenti erat dominus hæredis inſtituti, cum hoc tempore teſtator putaret eum eſſe liberum. Quare concludendum eſt, voluntatem teſtatoris dubitatione non carere, ideoque dominum hæredis inſtituti non gravate ferre debere, ut pars hæreditatis inſtituto concedatur. Ergo rationes firmiores ſunt pro me, quam pro Mævio, quia tamen res dubitatione non caret, & ſubobſcura eſt teſtatoris voluntas, ideo particula aliqua hæreditatis tribuitur ſubſtituto. [quamvis alias *pars* ſimpliciter poſita dimidiam ſignificet. *l.* 43. *de uſufr. l.* 164 §. 1. *de V.S. Vinn. hic* Nota hic quod & judex in ambiguitate juris vel facti quandoque rem dividere poſſit. *per hunc* §. *ul. Tulden. Inſtitut. lib.* 1. *tit.* 6. *c. in fin. arg. l.* 11. *de C. & D. vid. & Cujac.* 17. *obſ.* 21. *Theſaur. c.* 89.]

AXIOMATA.

Quotcunque gradus hæredum velit, teſtator facere poteſt, in pr.

Pars data in inſtitutione, cenſetur tacite repetita in ſubſtitutione. §. 2.

Subſtitutus ſubſtituto, eſt etiam ſubſtitutus primo inſtituto, §. 3.

Hæres fieri dicitur etiam is, qui alteri acquirit hæreditatem, §. *ult. quamvis alio ſenſu dici poſſit eum hæredem non fieri, quatenus ſibi non acquirit.* ſupra tit. prox. §. ſervum autem a domino, verſ. nam ipſe alienatus, & ff. de acqu. hæred. l. placet, 79.

DE PUPILLAR
SUBSTITUTIONE.
TITVLVS. XVI.

HOc tit. agitur de pupillari, & obiter de quaſi pupillari ſub-
tutione: quia ſunt inter ſe ſimiles utraque fit in ſecundu
caſum: ac pupillus, cui ſubſtituitur pupillariter, & furioſus, i
ſubſtituitur quaſi pupillariter, æquiparantur. *infra de inutil. ſ.*
§. *ſed quod diximus*, 10. quia parum intereſt, utrum quis æta,
an moribus puer ſit: διαφέρει δ᾽ οὐθὲν νέος τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος ν-
εὸς, ut ſcribit Ariſtot. 1. *Eth. Nicom. cap. 2. partic.* 9. undei
exemplum pupillaris ſubſtitutionis introducta eſt a Juſtin. qu
pupillaris, *infra hoc tit.* §. 1. Sunt tamen inter has ſubſtitutio s
multæ differentiæ, I. Is tantum ſubſtituit pupillariter, qui ha
liberos in poteſtate: quaſi pupillariter autem etiam is, qui non l-
bet in poteſtate, ut mater. II. Pupillariter ſubſtituitur liberis i-
puberibus: quaſi pupillariter, liberis furioſis, aut mente cap,
quod ſi iidem ſint impuberes, & mente capti, omiſſis aliorum ſ-
tentiis, puto utroque modo eis ſubſtitui poſſe. nam ſi eis ſubſtit-
tur ſub hac conditione, *ſi in ſi pupillari ætate deceſſerint.* ſine
bio eſt ſubſtitutio pupillaris. ſi vero ita ſubſtituatur, *ſi in fur*
deceſſerint, eſt ſubſtitutio quaſi pupillaris, nec ratio ulla juris-
ſeri poteſt, cur non liceat utroque modo his liberis ſubſtituere.
Qui vult quaſi pupillariter ſubſtituere filio ſuo, legitimam p-
tionem ei relinquere debet: quod de pupillari ſubſtitutione c-
tum non reperitur, ſed ſimpliciter pupillis exhæredatis ſubſti
poſſe. IV. Pupillariter quemcunque ſubſtituere licet: quaſi pu
lariter certas perſonas ſubſtituere oportet, nempe furioſi, vel m-
te capiti liberos, aut his deficientibus, fratres, ſi extent. [Si plures
ſubſtituerint, cujuſque valebit in bonis ab eo profectis. *Tulden*
c. 9. Sichard. in l, 9. C. h. tit. nu. 8.] V. Pupillariter ſubſtitui
hoc modo, *ſi in pupillari ætate deceſſerit*: quaſi pupillariter h
modo, *ſi prius deceſſerit, quam mentis compos factus fuerit.* u
oritur. VI. Differentia quod ſubſtitutio pupillaris finitur pub-
tate: pupillaris quaſi finitur mentis ſanitate. [niſi vivo adhuc te-
tore redierit. *v. Tuld. hic. c.* 8. 9.] Hæ differentiæ colliguntu
hoc tit. & ex *l. humanitatis* 9. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* [Si ab-
teſtato quis in furore decedat, proximus patri, etiam præmort
non vero proximus furioſo ipſi ſuccedit. *Sand. lib. 4. tit. 8. def.*
per l. ult. §. 7. 8. C. de cur. furioſ. v. tamen Goth. d. l. ult. §. 2.
Gudel. de I. N. lib. 2. c. 18. §. *nu.* 8. poteſt enim furioſus ceſſa

mor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

n rbo teſtari & ſi non teſtetur parenti ſucceditur ex diſpoſitione es. *vid. Tulden. hic. c. 9.*]

Jus & modus ſubſtitutionis pupillaris.

LIberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate quis habet, non ſolum ita, ut ſupra diximus, ſubſtituere poteſt, id eſt, ut ſi hæredes ei non exſtiterint, alius ſit ei hæres: ſed eo amplius ut ſi hæredes ei exſtiterint, & adhuc impures mortui fuerint, ſit eis aliquis hæres: veluti ſi quis dit hoc modo, *Titius filius meus hæres eſto. Et ſi filius meus hæ mihi non erit, ſive hæres erit & prius moriatur, quam in ſuam elam venerit; tunc Sejus hæres eſto.* quo caſu, ſiquidem non titerit hæres filius: tunc ſubſtitutus patri ſit hæres: ſi ro exſtiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit: ſi filio ſit hæres ſubſtitutus: nam moribus inſtitutum eſt, quum ejus ætatis ſint, in qua ipſi filii ſibi teſtamentum cere non poſſunt: parentes eis faciant. Quibus & quomodo ſit ſubſtitutio qupillaris?

Nunc analyſim hujus tit. aggrediamur. Primo Imper. quatuor ecies declarat, in quibus pupillariter ſubſtituitur. I. Species eſt *prin. tit.* cum pater in eiſdem tabulis una conſignatione obſiatis, filium impuberem, quem in poteſtate habet (ſupple, mor- ipſius teſtatoris futurum ſui juris, nec recaſurum in alterius poſtatem. *ff. de vulgar. & pupil. ſubſt. l. moribus 2. in princ.*) hædem inſtituit, eique tam vulgariter, quam pupillariter ſubſtiit. [Cum vero mater filios in poteſtate non habeat, ideo pupilriter ſubſtituere nequit, uti nec pater filio emancipato. *l. 2. C. d. t.*, imo nec avus nepoti ex filio quem in poteſtate habet, niſi ex ormula Legis Vellejæ. *Si filius Mævius ſuus hæres eſſe deſierit. l. 2. l. 41. §. 2 eod. Vinn. hic.* & cum moribus noſtris ſingularis æc poteſtas patria obſoleta ſit, pupillaris & exemplaris ei ſimilis ubſtitutio in deſuetudinem abiit. *Grot. lib, 1. p. 6. nu. 8. & lib. 2. p. 9. in fin. Vinn. §. ult. nu. 2. h. tit. Gudel. de I. N. lib. 2. c. 5. nu. 8. Groenew. hic v. tamen Deſſel. in Soeſ. §. ult. hic. nu. 21. & Car. de Mean. obſ. 61. ad jus civil. Leodienſ.*] Hujus teſtamenti effectus delaratur per diſtinctionem. nam ſi ſubſtitutus ſuccedat ex vulgari ſubſtitutione, ſit hæres patris, non pupilli. [etamſi impubes, patri ſuperſtes, hæreditate paterna abſtineat. *arg. l. 67. pr. de rit. nupt. l. 68, de leg. 1. Vinn. hic.*] ſi vero ſuccedat, ſit hæres ipſius pupilli: quia hæc ſubſtitutio habetur pro teſtamento filii: ita ut pater dicatur teſtamentum pro filio facere, eo quod ipſe filius per ætatem teſtari nequit. & ſi pupillus extiterit hæres patri, ſub-

ſti-

ſtitutus ei non tantum ſuccedit in bonis quæ a patre obvenerunt ſed etiam quæ aliunde. *l.* 10 §. 5. *h. tit.* excluſis filiis legitimis hæredibus & ipſa quoque matre. *l.* 8. §. 5. *de inoff. teſt. c.* I. *de teſta.* & *Vinn. hic* nec ſubſtitutus paterna bona capere poteſt, ac alia repudiare. *d. l. Tuld. hic c.* 8. *confer. inf.* §. *not.*]

Subſtitutio quaſi pupillaris.

aQuomodo & quibus fit ſubſtitutio quaſi Pupillaris ſive exemplaris;

I. § a Qua ratione excitati etiam conſtitutionem poſuimus in noſtro Codice, qua proſpectum eſt, ut ſi qui mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cujuſcunque ſexus vel gradus; liceat eis, etſi puuberes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, certas perſonas ſubſtituere. Sin autem reſipuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari. & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ poſtquam pupillus adoleverit infirmatur.

Hinc colliguntur duo corollaria. Primum corollarium eſt quod ſubſtitutioni pupillari ſimilis eſt, & ad ejus exemplum introducta ſubſtitutio quaſi pupillaris, quæ exponitur *in* §. I. *h. t.* ſed eam explicare anteverti, proponens ſimilitudines & differentias inter eam & ſubſtitutionem pupillarem.

Teſtamenta in ſubſtitutione pupillari.

a Quot teſtamenta ſunt in pupillari ſubſtitutione?

2. § a Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum præfatum modum ordinata, duo quodammodo ſunt teſtamenta: alterum patris, alterum filii, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet: aut certe unum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum.

Secundum corollarium eſt *in* §. 2. *h. n.* quod cum teſtator ſupra dicto modo ſubſtituit, aut ſunt quodammodo duo teſtamenta alterum patris, ratione inſtitutionis, & vulgaris ſubſtitutionis alterum filii pupilli, ratione pupillaris ſubſtitis, quam dicimus haberi pro teſtamento ipſius filii: aut ſaltem unum teſtamentum duarum hæreditatum, paternæ & pupillaris: quod quidem verius proprius ſit, quia ſi revera duo teſtamenta eſſent ſolemnitates eſſent duplicandæ: ut requirerentur 14. teſtes, cum tamen 7. ſufficiant [nec opus ſit, ut eodem tempore fiant: ſi tamen ex intervallo adjiciatur alterum ſolennitas teſtamentaria repeti debet. *Tulde hic. c.* 8. *per. l.* 16. §. I. *ff. h. tit.*] Idcirco autem Imp. ſub disjunctione loquens rem ſub dubio relinquit: quia tabulæ pupillares modo habentur pro teſtamento patris, modo pro teſtam. filii, *de inoffic. teſt. l. Papinianus.* 8. §. *ſed nec impuberes* 5. ubi igitur ſt

[te]ſtamentum filii dicitur, certe duo teſtamenta ſunt. ubi autem [ſu]bſtitutio pupillaris dicitur eſſe teſtamentum patris, conſequen[ter] dicendum eſt, unum eſſe teſtamentum duarum hæreditatum. [Te]rtium corollarium addi poteſt: quia cum dictum ſit ſubſtitu[tio]nem pupillarem haberi pro teſtamento filii, quem teſtator in [po]teſtate habet, certe opus eſt, ut hic filius morte teſtatoris fiat [ſu]i juris, nec recidat in alterius poteſtatem: alioquin ſubſtitutio [pu]pillaris diceretur eſſe teſtamentum filiifam. contra doctrinam [tr]aditam *ſupra quibus non eſt permiſ. fac. in princip.* [Sed notan]d[um] quoque quod per ſubſtitutionem pupillarem non impedi[tu]r pupillus bona alienare, uti per ſubſtitutionem fideicommiſſa[ri]am, quia per hanc teſtatori ſucceditur non hæredi. *Tuld. hic c. 7. in n. Gail. 2. obſ. 137. nu. 12.*]

Cautio in ſubſtitutione pupillari.

[3] . §[a] Sin autem quis ita formidoloſus ſit, ut timeat, ne [fi]lius ſuus pupillus adhuc, ex eo, quod palam ſubſtitutum [ac]ceperit, poſt obitum ejus periculo inſidiarum ſubja[ce]at: vulgarem quidem ſubſtitutionem palam facere, & in primis teſtamenti partibus (ordinare) debet: illam au[te]m ſubſtitutionem per quam ſi hæres exſtiterit pupillus, [&] intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur: ſepa[r]atim in inferioribus partibus ſcribere, eamque partem [pro]prio lino, propriaque cera conſignare: & in priore par[te] teſtamenti cavere, ne inferiores tabulæ vivo filio & ad[hu]c impubere aperiantur. Illud palam eſt, non ideo minus [val]ere ſubſtitutionem impuberis filii, quod in eiſdem ta[bul]is ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque heredem inſtituiſſet, [qua]mvis pupillo hoc periculoſum ſit.

a Quomodo caute fit ſubſtitutio pupillaris?

[1]. Species eſt *in §. 3. h. n.* cum teſtator in prioribus tabulis in[ſti]tutionem & vulgarem ſubſtitutionem ſcribit, in poſteriori[bu]s vero tabulis ſeorſum conſignatis ſubſtitutionem pupillarem [ad]jungit: ut prioribus tabulis poſt mortem teſtatoris apertis, ta[bul]æ pupillares clauſæ maneant; nequis ſcire poſſit, quis ſit futurus [pupi]llo heres; ne forte ſpe hereditatis, vitæ pupilli inſidias ſtruat. [Qu]od ait in hoc §. Imperator *proprio lino propriaque cera*, ne in[tel]ligas proprium teſtatores, ſed proprium ſecundarum tabularum [ſub]ſtitutionem pupillarem continentium, quæ in hac ſpecie ſeor[ſu]m a primis tabulis obſignantur, cum in ſuperiori ſpecie eodem [lin]o & eadem cera, atque adeo una conſignatione totum teſta[me]ntum obſignaretur, atq; ita linum & cera & omnino ſignacula

utriq; ſubſtitutioni communia eſſent. Et quod ait *lino*, debet tanquam exempli gratia dictum accipi, nam leges tantum requirunt ut ſignacula teſtamentis apponantur; nec refert, utrum lino, an charta trajecta id fiat.

Subſtitutio exheredato facta.

a Poteſtne & exheredatis fieri ſubſtitutio? b Quid conſequetur ſubſtitutus exheredato? c Poteſtne & poſthumo exheredato dari ſubſtitutus?

4. § [a] Non ſolum autem hæredibus iuſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, ut ſi heredes eis exſtiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit ei heres is, quam ipſi voluerint: ſed etiam exheredatis. [b] Itaque eo caſu ſi quid (exheredato) pupillo ex hereditatibus, legatiſve, aut donationibus proprinquorum atque amicorum adquiſitum fuerit: id omne ad ſubſtitutum pertinebit. [c] Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel heredum inſtitutorum, vel exheredatorum, etiam de poſthumis intellgimus.

III. Species eſt *in* §. 4. *h.n.* cum ſubſtituitur liberis exheredatis. quamvis enim exheredatus non poſſit legato, vel fideicommiſſo onerari, ſi ei a teſtatore nihil relictum ſit, *D. de fideicom. l. a eo*, 9. tamen pupillariter ei ſubſtitui poteſt: quia ſubſtitutio pupillaris nihil oneris continet, ſed eſt merus favor pupilli cujus teſtamentum eſſe cenſetur. IV. Species eſt *in vers. quacunque*, cum poſthumo inſtituti, vel exheredato ſubſtituitur.

Ordo teſtandi in hac re.

a Quis ordo teſtandi obſervatur in ſubſtitione pupillari?

5. § [a] Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat. nam pupillare teſtamentum pars & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeo, ut ſi patris teſtamentum non valeat, nec filii quidem valebit.

Secundo docet pupillarem ſubſtitutionem pendere a teſtamento paterno, ita, ut ſine eo non conſiſtat. §. 5. *h.n.* generalis enim regula juris eſt, acceſſorium non conſiſtere ſine principali. *ff. de div. reg. jur. l. cum principalis.* 178. [Ideoque & ſibi prius pater facere debet teſtamentum deinde filio, ſi in diverſis tabulis fiat. *l.* 2. §. 1. 4. *ult. h. tit. l.* 1. *l.* 20. §. 1. *eod.* ſi in eodem tempore & contextu conjunctim fiant licet ordinem convertere. *d. l.* 2. §. 5. *Vinn. hic.*] Quæri poteſt ſi teſtamentum paternum pro parte reſciſſum ſit, puta per querelam inofficioſi, an ſubſtitutio pupillaris pro parte infirmetur. Reſpondeo, ſubſtitutionem in totum valere: quia ſufficit pars teſtamẽti paterni, ut ſubſtitutio pupillaris ſuſtineatur *de inoff. ff. teſt. l. Papinian.* 8. §. *ſed nec impuberis.* 5. Rurſus quæri poteſt, ſi teſtamentum evertatur tantum jure prætorio per bono-

rum

... poſſeſſionem contra tabulas, an ſubſtitutio pupillaris infir... ur? Reſpondeo, non infirmari: quoniam ad eam ſuſtinendam ſu... cit, quod teſtamentum parentum non infirmat ut jure civili, *ff. ... vulg. & pupil. ſubſt. l. ex duobus.* 34. §. *ult.*

Quibus pupillariter ſubſtituatur.

... § [e] Vel ſingulis liberis, vel ei, qui eorum noviſſimus ... ubes morietur, ſubſtitui poteſt. ſingulis quidem, ſi ... inem eorum inteſtatum decedere voluerit: noviſſimo, ... legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſto... velit. e Poteſtne ſingulis & univerſis ſubſtitui?

...ertio oſtendit ſubſtitui poſſe vel uni, vel pluribus liberis. ... autem uni tantum noviſſime morituro ſubſtituitur, tunc ... prius morientibus, ſuccedi, ab inteſtato. §. *6. h. noſtro* [*& i... uld. c. 4.*] Non obſtat. *l. Titia.* 87. §. *Seia.* 2. *ff. de legat.* 2. ubi ... tor, qui duobus libertis Vero & Sapido fundum reliquit, ... que alienari prohibuit, & eum, qui noviſſimus morietur, ... um illum Symphoro & aliis quibuſdam reſtituere rogavit, ...etur eum, qui primus morietur, rogaſſe ut eundem fundum ...gatario ſuperſtiti reſtitueret, proinde hunc illi ſubſtituit: ni... im quia hic non aliter totum fundum, ſecundum teſtatoris ...ntatem, Symphoro ac cæteris reſtituere poſſet, quam ſi in ...ione primi morientis ei ſubſtitutus eſſet. quæ ratio ſpeciei in ...ro §. propoſitæ accommodari non poteſt, cum fratri... præmorientibus fratres ſuperſtites ſine ſubſtitutione ſucce... ab inteſtato. [Niſi tamen noviſſime morienti ſubſtitutus ſit ...ta hære ditate. *Tuld. d. c.* 4. *Buſ. d. l.* 37. *Diſſ. Fach.* 4. *con.* 76. ... *not. ſup. ad fin. pr. h. cit*] Sed notandum, quod ait Imp. in...um jus legitimarum hereditatum inter fratres impuberes ...odiri, ſumptum eſſe ex *l. vel ſingulis* 37: *ff. de vulg. & pupill.* ... Modeſtinus reſpicit ad ſua tempora, quibus frater conſan...eus fratri ſuccedebat ſolus, excluſa etiam matre. *infra de ſe... Tertull.* §. *præferuntur.* 3. *verſ. frater.* jure autem novo mater ... fratre admittitur, *infra eod.* §. *ſed cum antea.* & fratres præ...ntur filiis fratrum. *infra de legitima adgnat. ſucceſſ.* §. *hoc e...* 4. *in fi.* Sed jure noviſſimo non ſolum parentes una cum fra...us ſuccedunt, ſed etiam filii fratrum prædefunctorum cum ...ibus concurrunt, ſi parentes non extent. *Nov.* 118. *cap.* 2. ...no etiam cum defunctis parentibus ac fratribus ſuccedunt ex ... 127. *cap.* 1.

Modus ſubſtituendi pupillariter.

... § [a] Subſtituitur autem impuberi aut nominatim a Tantumne nominatim ſit ſubſtitutio?

 veluti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

veluti *Titius*: aut generaliter, ut *quiſquis mihi hæres erit.* Qu
bus verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo f
lio, illi qui & ſcripti ſunt hæredes, & exſtiterunt, & pr
qua parte hæredes facti ſunt.

Quarto docet ſubſtitutum exprimi vel nominatim, veluti,
filius meus in ætate pupillari deceſſerit, Titius hæres eſto. vel g
neralibus verbis veluti, *Quiſquis mihi heres erit, idem filio m*
impuberi heres eſto. De qua ſubſtitutione his verbis facta, *qui*
quis mihi heres erit, Juſtin. duo notat. *in* §. *h.n.* Unum eſt du
conditiones hujus caſus proprias præter id quod ſemper requi
tur, nt filius teſtatoris in ætate pupillari mortuus ſit. I. Ut is; q
vult ex dicta ſubſtitutione ſuccedere, ſit heres inſtitutus ex h
reditate paterna: unde, nec heres heredis, nec is qui paterna
hæreditatem per filium acquiſivit, cum ipſte heres ſcriptus n
eſſet, ad pupillarem hereditatem admittitur. II. Ut heres in
tutus extiterit, quapropter ſive paternam hereditatem repud
vit, ſive eam alteri, ut patri, vel domino acquiſivit, a pupilli
hereditate ſummovetur. vide *l.* 3. *l. qui liberis.* 8. §. 1. *l. ſed ſi plus*
13. *in princ. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Alterum eſt, ſi plures pa
heredes fuerint omnes admitti ad hereditatem defuncti pup
pro eiſdem partibus, pro quibus patri ſucceſſerunt: adeo ut
majorem partem accepit ex hereditate paterna, majorem accip
etiam ex pupillari: & qui ex illa minorem eſt conſecutus, ex
quoque minorem obtineat. [Notandum autem quod & in
preſſa pupillari ſubſtitutione contineatur tacita vulgaris: & v
verſa, tacita pupillaris includatur vulgari expreſſæ, applica
eam impuberi: ita ut ſi filius ex aſſe inſtitutus, cui pupillar
pater ſubſtituit, deceſſerit ante patrem adhuc ſuccedat ſubſti
tus *Fach. 4. con. 66. 67. Tuld. hic c. 2. v. amen. etiam. c. 8. hic.*
pupillaris tacita comprehenſa in vulgari expreſſa, non valet ac
cludendam matrem licet ſubſtitutus ſit pulli frater, *Perez. hic*
Tuld. c. 2, Secus ſi ſit expreſſa pupillaris. *Perez. Tuld. ibid.*]

Ætas, ad quam ſubſtitutio fit.

a Ad quam ætatem fit ſubſtitutio?

8. § a Maſculo igitur uſque ad quatuordecim annos ſ
ſtitui poteſt: fœminæ uſque ad duodecim annos: & ſi
tempus exceſſerint, ſubſtitutio evaneſcit.

Quinto *in* §. *pen. h. n.* oſtendit pupillarem ſubſtitution
non excedere ætatem pupillarem, ſed extingui, ſi filius teſtat
ad pubertatem pervenerit. cum enim ea ætate facere teſtam
tum poſſit. *D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 5.* non admittendu
dum, ut pater hoc caſu teſtamentum pro eo faciat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Subſtitutio facta extraneo.

9 [a] Extraneo vero, vel filio puberi heredi inteſtituto, ita ıuſtituere nemo poteſt, ut ſi hæres exſtiterit, & intra ali od tempus deceſſerit, alius ei ſit hæres: ſed hoc ſo- lum ermiſſum eſt, cum per fideicommiſſum teſtator obli- get lii hæreditatem ejus vel totam, vel pro parte reſtitue- re, quod jus quale ſit, ſuo loco trademus. a Quomodo extraneo aut puberi ſubſtituitur?

n tto in §. *ult. h.n.* quia ſupra docuit, pupillariter ſubſtitui li- ber impuberibus in teſtatoris poteſtate conſtitutis, jam tractat de is perſonis. i. e. de his, qui vel ſunt puberes, vel non ſunt in tatoris poteſtate, ut extranei, inter quos ponuntur etiam fili mancipati *ff. de vulg. & pupill. l. moribus in princ.* De his igit duo docet. I. Eis non poſſe ſubſtitui, nec pupillariter, nec qu pupillariter, id eſt, ut, ſi heredes ſint, & intra aliquod tem- pus eceſſerint, alius ſit eis heres. Cujus dicti duplex ratio affer- tur p eſt, una eſt quia nemo poteſt heredem facere ad tempus, vel ex mpore. *ſupra de hered. inſtit.* §. *ſed & pure* 9. [*ubi vid. not. ad* .9.] niſi ſit miles, cui hoc ex ſpeciali privilegio conceſſum eſt *ff. teſtam. mil. l. milites* 5. *l. miles ita* 41. §. *pen. & C. eo. l. 6.* Al- ter eſt; quia regulariter nemo poteſt alteri facere heredem, ſeu teſ mentum. Excipiuntur tantum ab hac regula, qui habent li- beros impuberes in poteſtate, vel liberos furioſos,, ſeu mente ca- ptos. Sed notum eſt exceptiones firmare regulam in caſibus non exceptis: In aliis igitur omnibus caſibus regula obtinet. Opponi- tur *ſi mater* 33. *in princ. ff. de vulg. & pupill.* ubi tabulæ pupil- lar a matre fieri dicuntur. Reſpondeo dici tabulas pupillares, no quia pupillarem, ſed quia vulgarem pupillo factam ſubſti- tu nem continent. [*v. Bronch.* 3. *aſſ.* 35.] II. Quibus no poteſt pupillariter ſubſtitui: his ſi heredes inſtituan- tur ſubſtitui poſſe per fideicommiſſum. *d.* §. *ult. verſ. ſed* ho Verum hæc improprie dicitur ſubſtitutio propterea quod ſu titutus heredi proprie dicitur ille, qui in ejus locum ſuccedit id t, fit heres: fideicommiſſarius vero diſtinguitur ab herede, ta- men quia fideicommiſſarius univerſalis, cui hereditas reſtituta eſt pro herede habetur. *infra de fideic. hereditatibus*, §. *reſtituta.* id eo ſæpe vocatur ſubſtitutus. Ut ſit, fideicommiſſaria ſub- ſti tio non pertinet ad hunc locum, ſed ad dictum tit. *de fidei-* co *miſſ. heredit.* [*confer. ſup.* 2. *ad fin. not.*]

AXIOMATA.

1 *x Vulgari ſubſtitutione ſucceditur patri, qui ſubſtituit. ex pu- pillari autem ſucceditur pupillo, cui ſubſtitutum eſt.* in pr.

2 *n ſubſtitutione pupillari ſunt duo quodammodo teſtamenta*, §. 2 2.

 3. *Ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

3. *Exheredatio non tollit ſuitatis effectum.* §.4.

5. *Pupillaris ſubſtitutio eſt pars & ſequela teſtamenti paterni, quo ita pendet. ut ſine illo valere non poſſit.* §.1.

5. *Pupillaris ſubſtitutio non excedit annos pubertatis.* §.pen. l. 14.D.de vulgar.& pupill. ſubſtit.

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMENTUR.

TITVLVS. XVII.

HActenus dictum eſt de teſtamentis conſtituendis; conſ quenter agitur de iiſdem infirmandis. Teſtamenta infi mantur tribus modis.1.vel ipſo jure per ſententiam judicis,vel j re prætorio per bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Ipſo a tem jure infirmantur, vel in totum, ut adgnatione poſthum poſteriore teſtamento,capitis diminutione teſtatoris: vel pro pa te, ut quia teſtator partem cancellavit,vel delevit. *ff. de his q in teſtam.delen.l.cancellaverat.* 2. aut quia hæres obſequium t ſtatori furioſo non præbuit, raptumve ab hoſtibus redimere n glexit.*Nov.*115.*cap.*3.§.*ſi quis de prædictis parentibus furioſ & occaſionem.* De ſententia judicis dicetur *tit.ſeq.* De bonoru autem autem poſſeſſione contra tabulas agetur: *lib.*3.*tit.*10. deletis,aut cancellatis tractatur, *d.tit. de his quæ in teſt.delent* De teſtatore neglecto agitur *d. Nov.* 215.*cap.*3.Hic ergo titul declarat modos quibus teſtamenta ipſo jure in totum infirmant

Infirmatio teſtamenti.

Semperne valet teſtamentum jure perfectum.

TEſtamentum jure factum uſque eo valet, d donec rumpatur:irritumve fiat.

Primo Imperator duos modos infirmandi t ſtamenta proponit:quia,vel rumpuntur, vel irri fiunt.

Modus rumpendi teſtamenti primus.

a Quomodo primo rumpitur?

1. § a Rumpitur autem teſtamentum, cum in eode ſtatu manente teſtatore ipſius teſtamenti jus vitiatur. S quis enim poſt factum teſtamentum adoptaverit ſibi f lium per Imperatorem, eum, qui eſt ſui juris: aut pe prætorem ſecundum noſtram conſtitutionem, eum, q

in poteſtate parentis fuerit: teſtamentum ejus rumpitur, quaſi adgnatione ſui hæredis.

Secundo de teſtamento rupto duo declarat, videlicet difinitionem & cauſas. Definitio eſt *in princ.* §. 1. *h. n.* ubi dicitur teſtamentum rumpi, cum teſtatore manente in eodem ſtatu jus teſtamenti vitiatur. nam ob mutationem ſtatus teſtatoris teſtamentum non diceretur ruptum, ſed irritum. *infra hoc tit.* §. *alio.* Intellige vitari duobus ſequentibus modis, id eſt, duabus ſequentibus cauſis. Nam cauſæ rumpendi teſtamenti duæ tantum ſunt. Prima cauſa eſt adgnatio, vel quaſi agnatio, poſthumi ſubaudi, qui nec ſit in teſtamento heres inſtitutus, nec ita ut oportet exhæredatus, ut diximus ex tit. *de exher. lib.* Quaſi agnationis exemplum proponitur *in d.* §. 1. *verſ. ſi quis enim.* ſi teſtator poſt factum teſtamentum aliquem adoptaverit. Aliud exemplum habuimus *in* §. *poſtumorum.* 2. *ſupra de exher. liber.* ſi nepos moriente filio ſuccedat in locum ſui heredis. De adoptato notandum ſpecialiter eſt, eum, ſi in teſtamento ante adoptionem facto præteritus fuerit, rumpere teſtamentum, ſi ſit inſtitutus, non rumpere. *ff. de lib. & poſthum. l. filio.* 23. §. 1. *& de injuſt. rupt. l. ſi quis heres.* ſi vero ſit exheredatus diſtinguendum eſſe nam ſi filius emancipatus exheredetur, deinde adoptetur, exheredatio ei nocet, quominus rumpat teſtamentum. ſi vero exrraneus exheredetur, mox adoptetur, teſtamentum rumpit: quoniam exheredatio in perſona extranei non valet, quamvis in filio emancipato valeat. *ff. de bonor. poſſ. cont. tab. l. non putavit.* 8. §. *ſi quis emancip. & ſeq.* [extranei enim præteritio & ſilentium pro exhæredatione eſt, ideo nec alio reſpectu locus eſt exhæredationi ejus quam voluntati teſtatoris paritum non fuerit: *uti in. l.* 41. §. 8. *de leg.* 1. *l.* 27. *ad l. falc.* Sed hæc, de adoptato hodie in uſu non ſunt: *ut dixit. ſup. de adopt. id fin.*]

Secundus rumpendi modus.

2. § [a] Poſteriore quoque teſtamento quod jure perfectum eſt, ſuperius rumpitur nec intereſt, exſtiterit aliquis hæres ex eo, an non. hoc enim ſolum ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideoque ſi quis aut noluerit hæres eſſe, aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus antequam hereditatem adiret, deceſſerit: aut conditione, ſub qua hæres inſtitutus eſt, defectus ſit: in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur. Nam & prius teſtamentum non valet ruptum a poſteriore: & poſterius æque nullas habet vires, cum ex eo nemo hæres exſtiterit. a Quomodo ſecundo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Secunda cauſa eſt poſterius teſtamentum ejuſdem teſtatoris. §. 2. *h.n.* quamvis enim poſſit aliquis decedere cum pluribus codicillis, & ſi plures codicillos fecerit inter ſe non diſcrepantes. omnes valeant *infra de codicill.* §. *ult.* & *C. eod. l.* 3. tamen nemo poteſt decedere cum duobus teſtamentis, ſed poſteriore rumpitur prius, etiamſi ex poſteriori teſtamento heres ſcriptus aut nolit, aut quacumque de cauſa non poſſit adire hereditatem. Hoc tantum requiritur, ut poſterius teſtamentum pefectum ſit. [Etſi in eo nulla prioris mentio facta fuerit. *Tuld. hic. c.* 2. quod & hodie obtinet. Si tamen prius habeat clauſulam derogatoriam poſterioris teſtamenti, equidem revocatur per poſterius, modo mentio ſpecialis clauſulæ ejus, etſi juratæ, fiat, & revocatio expreſſa facta ſit, vel alias contineat clauſulas ex quibus liquet de mutata volũtate, vel liberi inſtituti ſint, vel propria manu ſcripſerit. *v. Tuld. hic c.* 5 *Sand. lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 10. *Fach.* 4. *c.* 8. 92. *Grot. lib.* 2. *p.* 24. *nu.* 6. & *ibi. Groenew. Math. de teſt. diſp.* 8. *th.* 12. & *in Auct. th.* 41.] Quin etiam hæc conditio remittitur, ſi aut poſterius teſtamentum jure militari ſit factum, aut in eo heres ſcriptus ſit, qui ſuccederet [ſolus] ab inteſtato. *ff. de injuſt. rupt. l. Tunc autem,* 2. [vel ſi plures ſuccederent omnes. *v. Tuld. hic. c.* 5.]

Secundo teſtamento inſtitutus ex re certa.

a Quid ſi quis inſtitutus in ſecundo fuerit ex certis rebus?

3. §. a Sed & ſi quis priore teſtamento jure perfecto poſterius æque jure fecerit: etiamſi ex certis rebus in eo heredem inſtituerit: ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe, divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, cujus conſtitutionis verba [& hic] inſeri juſſimus, quum aliud quoque præterea in ea conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Sevrerus & Antoninus Cocceio Campano: Teſtamentum ſecundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres ſcriptus ſit, perinde jure valere, ac ſi rerũ mentio facta non eſſet: ſed & teneri heredem ſcriptum, ut contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta fideicommiſſi verba, quibus, ut valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur.

Hinc oriuntur duę quęſtiones, quæ deciduntur *in* 3. *h.n.* Prior quęſtio eſt ſi in priori teſtamento hæredes ex partibus hereditariis, in poſteriori vero alii heredes ex certis rebus inſtituti reperiantur, utrum teſtamentum valeat. dubitationem enim facit: quia prius teſtamen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

te mentum recte factum eſt, poſterius non videtur recte fa-
ct u,cum certi juris ſit hereditatem eſſe univerſitatem quandam
bo orum,ideoque heredem ex certis rebus fieri non poſſe. Re-
ſp ndet Imp. teſtamentum poſterius valere,atque eo prius teſta-
m tum rumpi: nec obſtare quod in poſteriori teſtamento here-
de ſcripti ſunt ex certis rebus quia nihilominus fiunt heredes u-
ni erſales, perinde ac ſi ſimpliciter & ſine certarum rerum adje-
ct ne heredes ſcripti eſſent. *ff. de hered. inſtit. l. 1. §. ſi ex fundo.*
4. Hodie tamen moribus prius teſtamentum per poſterius non
r tur niſi quoad res in ſecundo teſtamento expreſſim relictas. *v.*
G enew. hic. & §. ult. h. tit.] Poſterior quæſtio eſt, ſi
t ator in ſecundo teſtamento juſſerit etiam prius teſtamentum
v ere,an hæc voluntas rata ſit. Reſpondet Imperator poſterius te-
ſt nentum valere jure directo, tamquam verum teſtamentum:
p us autem, quia non poteſt valere jure directo, ne ſint duo te-
ſt menta ejuſdem teſtatoris,trahi ad fideicommiſſum: ita ut he-
r ſcriptus in ſecundo teſtamento, teneatur reſtituere heredita-
t heredibus ſcriptis in priori teſtamento, deductis iis, quæ ſi-
b a teſtatore relicta ſunt: & inſuper ſuppleta quarta Falcidia, ſeu
T ebellianica.ſi minus ei a teſtatore relictum fuerit. lex enim
F lcidia quæ de legatis locuta eſt, ad fideicommiſſa in in teſta-
m ento relicta producta fuit per ſenatuſconſultum Pegaſianum.
i fra fideic. hered. §. ſed quia heredes. quemadmodum ad fidei-
c mmiſſa relicta ab inteſtato producta eſt per conſtitutionem
D vi Pii, *ff. ad leg. Falcid. l. filiusfamilias.* 11. quod Juſtinianus
t anſtulit in ſenatus conſultum Trebellianum. *infra eod., tit. §.*
ſ d quia ſtipulationes. 7. unde hæc quarta pars,quam heres de fi-
d icommiſſis detrahit, in legum contextu Falcidia, a Do-
ct oribus autem noſtris Trebellianica nominatur. Expoſi-
t s eſt primus modus teſtamenti rumpendi, id eſt, ſalvo
te ſtatoris ſtatu; qui modus in duos diviſus fuit, adgnationem,vel
q uaſi adgnationem poſtumi, & poſterius teſtamentum.

Irritum teſtamentum.

4. § [a] Alio autem modo teſtamenta jure facta infir- a Quomodo teſtamentum ſit irritum?
m antur: veluti cum is, qui fecit teſtamentum, capite
d eminutus ſit. quod quibus modis accidat, primo libero
r etulimus.

Tertio explicat ſecundum modum, quo teſtamenta infirman-
t ur, videlicet cum teſtator capite minuitur: ſive ſit maxima, ſive
m edia, ſive minima capitis deminutio. §. 4. *h. n.* quia res ad
e um caſum pervenit. id eſt, teſtator in eum caſum deductus eſt,
q uo non poteſt facere teſtamentum. [*v. not. ſup §. 1. ad fin.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota primo, teſtamentum hoc modo infirmari regulariter: ſed excipi teſtamentum militis, [ut expoſitum eſt *in §. denique. pen. ſupra de milit. teſtament.*]

Nota ſecundo, teſtamentum dici irritum etiam eo caſu, quo nemo ex teſtamento adit hereditarem. ff. *de injuſt. rupt. l.* 1, ſed minus proprie dici hoc caſu irritum. *infra de hered. quæ ab inteſt. defer. in princ.* proprie autem dici deſtitutum. *infra eod. §. hoc autem. 6.*

Explicatio vocabulorum rupti, irriti.

a Semperne diſtinguitur inter rupta ac irrita vel nulla teſtamenta?

5. § a Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ ſtatim ab initio non jure fiunt, irrita ſint. ſed & ea, quæ jure facta ſunt, & poſtea per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſane commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideo quædam non jure facta dicuntur quædam jure facta rumpi vel irrita fieri.

Ex his, quæ dicta ſunt de teſtamento irrito, duæ quæſtiones oriuntur. Prima quæſtio eſt, quomodo teſtameentum irritum a rupto diſtinguatur: quia cum capitis deminutione teſtatoris irritum ſit, certe rumpi videtur. Sane ſi ab initio & ipſo jure eſſet inutile, non poſſet proprie dici rumpi: ſed cum ab initio valuerit & poſtea infirmetur, omnino videtur rumpi. Reſpondet Imp. in §. 5. *h. n.* teſtamentum ruptum, & teſtamentum irritum, non diſtingui ex propria vocabulorum ſignificatione, ſed ex uſu juris, quo facilius diverſi modi teſtamentorum infirmandorum dignoſci poſſint ἐπεὶ γὰρ διαφέρῃ, βέλτιον, ὄνομα ἔχειν ἴδιον. *nam quia differt, melius eſt, ut proprium nomen habeat,* ut utor verb. Ariſt. *lib. 1. Ethic. Nicomach. cap.* 1. [Hinc teſtamentum quod ab initio non jure factum eſt poteſt dici irritum eſſe: non item rumpi aut irritum fieri. *Vinn. hic per. l.* 5. *h. tit,* Dicitur & irritum fieri teſtamentum, cujus tabulæ inciſæ ant inductæ ſunt. *in l.* 3. *in fin. l.* 5. *de his quæ in teſt. del.*]

Irriti teſtamenti reſtitutio.

a Nunquam reviviſcunt irrita?

6. § a Non tamen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionem irrita facta ſunt. nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt, poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere, ſi modo defunctus, & civis Romanus, & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum, quia civitatem, vel

v etiam libertatem teſtator amiſit, aut quia in adoptio-
n n ſe dedit, & mortis tempore in adoptivi patris pote-
ſt e ſit: non poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas bo-
n rum poſſeſſionem petere.

Altera quæſtio eſt, an teſtamentum, quod ſemel factum eſt
i tum, omnino & in perpetuum ſit inutile. Reſpondet Imp. in
§. *h. n.* hoc teſtamentum jure prætorio convaleſcere, dummo-
d ſeptem teſtium ſignis obſignatum ſit, & teſtator ad priſtinum
ſt um revertatur, ita ut mortis tempore ſit civis Romanus, &
ſi juris. hoc enim modo ſublata cauſa quæ teſtamentum everte-
r, tollitur etiam ejus cauſæ effectus, nempe everſio teſtamenti
a ue ita teſtamentum iterum ratum fit [cum tamen tranſeun-
c in alienam familiam a diſpoſitione ſua receſſiſſe cenſeatur re-
quiritur etiam nova aliqua voluntatis confirmatio. *Vinn. hic per.
j t. §. 2. ſec. tab.* ſecus eſt in reſtituto a Principe qui damnatus
f rat, is enim quaſi jure poſtliminii omnia recuperat. *per l. 1 & l.
f. C. de ſent. paſſ. vid. Soeſ. hic. nu.* 10.] Ideo autem Imp. requi-
r ſigna ſeptem teſtium: quia diximus teſtamentum convaleſcere
j e prætorio, per bonorum ſcilicet poſſeſſionem ſecundum tabu-
l : quo jure ſeptem teſtium ſigna in teſtamentis requiruntur.
j r. de teſtament. §. ſed prædicta. 2. & §. ſed. [ideoque in teſta-
m nto ſcripto locum habet, non in nuncupativo. *Perez. hic.*]

Revocatio prioris & inchoatio poſterioris.

7. § [a] Ex eo autem ſolo non poteſt infirmari teſtomen-
m, quod poteſtea teſtator id noluerit valere: uſque adeo,
& ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius fa-
re cœperit: & aut mortalitate præventus, aut quia eum
us rei pœnituit, id non perfecerit: divi Pertinacis ora-
one cautum ſit ne alias tabulæ priores jure factæ irritæ
nt, niſi ſequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint.
m imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt.]

a Sufficitne ad infirmationem teſtamenti quod teſtator noliт valere vel aliud inceperit?

Quarto *in §. 7. h. n.* proponit modum, quo teſtamentum non
firmatur, id eſt, contrariam teſtatoris voluntatem. ut enim te-
amentum per pœnitentiam a teſtatore revocetur, non ſufficit
da voluntas, ſed opus eſt poſteriore teſtamento, quod jure per-
ctum ſit. *ſupra eod. §. poſteriore.* [quamvis etiam teſtamento
ilitis & parentum inter liberos imperfectis, & poſteriore im-
erfecto, in quo hæredes ſcripti qui ab inteſtato veniunt, priora
te revocata intelligantur. *Vinn. hic per l. 2. h. tit. l. 21. §. 2. cum
uth. ſeq. & §. 2. C. de teſtam. v. & Tuld. hic c. 4. & 5.* [Excep-
tiones

tiones duæ hic ſunt notandæ I. Niſi teſtator vel apud acta, vel coram tribus teſtibus dixerit ſe nolle teſtamentum valere, & integrum decennium poſt factum teſtamẽtum vixerit, dictum teſtamentum non valere. *C. de teſtam. l. ſancimus.* 27. II. Niſi teſtator expreſſerit ſe velle decedere inteſtatum: tunc enim hereditas ſcripto heredi, qui non habet teſtatoris voluntatem aufertur, & bonorum poſſeſſio datur his, ad quos ab inteſtato pertinet. *ff. ſi tab. teſtam. nul. extab, l. 1. §, ſi heres.* 8. [Diſſ. *Math. de teſt. diſp. 8. th.* 18. ubi *in Auth. th.* 43. ait quoque revocari coram tabellione & teſtibus ſola declaratione teſtatoris. *Sic & Groenw. hic & Deſ. in Soeſ. nu.* 11. *ſic Fab. C. lib. 6. tit. 5. def. 29. Mantic. C. U. V. lib. 2. tit. 15. nu.* 19. 20.]

Princeps inſtitutus litis cauſa.

a Quid ſi quis in imperfecto teſtamento litiſque cauſa inſtituerit Principem?

8. § [a] Eadem oratione expreſſit, non admiſſurum ſe hæreditatem ejus, qui litis cauſa principem reliquerit hæredem: neque tabulas non legitime factas, in quib. ipſo ob eam cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nuda voce hæredis nomen admiſſurum: neque ex ulla ſcriptura, cui juris auctoritas deſit, aliquid adepturum. Secundum hoc divi Severus & Antoninus ſæpiſſime reſcripſerunt. Licet enim (inquiunt) legibus ſoluti ſimus, attamen Legibus vivimus,

Quinto §. *ultim. h. n.* obiter addit Imperator nec hereditatem admittere ſibi litis cauſa relictam, (id eſt, ut potens adverſarius ei qui contra teſtatorem litigat, opponatur: quod invidioſum eſt. *ff. de hered. inſtituend. l. penult.*) nec aliquid accipere ex teſtamento vel alia ſcriptura, quæ non rite & ſolenniter facta ſit. quamvis enim princeps ſit legibus ſolutus, id eſt, legum ſolemnitatibus, ut expoſui *Centur. 7. quæſtione* 82. tamen ſponte ſua ſe legibus ſubjicit, & ſecundum leges vivit. [*vid. late Tulden C. de ll. nu.* 5. Sic & adeundo hæreditatem obligatur Princeps creditoribus. *l. 1. ff. de offic. Proconſ.* etiam ultra vires hæreditarias ſi non fecit inventarium *Nov. de hæred. & falc.* niſi agatur de bonis quæ ex cauſa delicti aut vacantia fiſco deferuntur, *l. 1. §. an bona. l. 11. ff. de jur. fiſc. Fach. 4. contr,* 21. Diſſ. *Leonin. ad l. 5.* C. *de bonis proſcript.* [Idcirco autem hæc obiter addit: quia cautum fuit iiſdem conſtitutionibus quibus conſtitutum fuit, quod proxime diximus teſtamentum poſteriori nuda teſtatoris voluntate non infirmari, ſolet enim Imperator ita conjungere, quæ iiſdem conſtitutionibus introducta fuerunt, & ſupra *De ſatiſd. tut. §. pen.*]

AXIO-

AXIOMATA.

1 *Adoptione quaſi adgnaſcitur ſuus heres.* in princ.
2 *Nemo poteſt decedere cum duobus teſtamentis.* §. 2.
3 *Noviſſima teſtatoris voluntas ſervanda eſt.* d. §. 2. *conjun.* l. 6. in fin. ff. de adim. legat.
4 *Nemine hereditatem adeunte, teſtamentum non valet.* d. §. 2. *conjun.* l. ſi nemo. 181. ff. de diver. reg. jur.
5 *Ex certis rebus inſtitutus, ſimpliciter heres fit detracta rerum mentione.* §, 3. *conjunt.* l. 1. §. ſi ex fundo, ff. de hered. inſtit.
6 *Singulæ cauſæ ſingulis appellationibus diſtingui debent.* §. 5. *conjun.* l. 7. ff. de codicill.
7 *Teſtamentum ſola contrario teſtatoris voluntate non infirmatur.* §. pen.
8 *Imperfectum teſtamentum nullum eſt, id eſt, ipſo jure non valet.* d. §. pen.
Princeps, licet legibus ſolutus ſit, tamen ſecundum leges vivit §. ult. *conjun.* l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. & l. princeps 31. ff. de legib. & l. 4. C, eod. & l. 3. C. de teſtament.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TITVLVS. XVIII.

POſtquam expoſiti ſunt modi, quibus teſtamentum ipſo jure infirmatur, conſequenter agitur de querela inofficioſi, qua fit, ut teſtamentum per ſententiam judicis reſcindatur. Teſtamentum inofficioſum eſt, in quo aliquis contra officium pietatis eſt exheredatus vel præteritus. hanc enim querelam parit exheredatio, vel præteritio, quæ pro exheredatione habetur, i. e. præteritio facta a matre, vel avo materno, vel aliquo ex liberis, vel certis caſibus a fratre, aut ſorore. nam horum præteritio pro exheredatione habetur. *ſupra de exher. liber.* §. *ult. ff. eo l. pater.* 14. Proinde etiam exheredatio ab his facta locum facit querelæ. Præteritio autem filii emancipati non habetur pro exheredatione. Idcirco emancipatus, ſi a patre exheredetur, de inofficioſo teſtamento queri poteſt: præteritus autem non habet querelam inofficioſi, ſed confugere debet ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas. *ſupra de exher. liber.* §. *emancip. & ff. hoc. tit. l. ſi ponas.* 23. *in princ.* In ſumma datur hæc querela tantum exheredatis, & illis præteritis, qui pro exheredatis habentur. Jam vero modo vocatur

catur

catur querela, modo actio, modo accuſatio, proprie autem nec eſt actio, quia nullam rem perſequitur, ſed tantum teſtamentum reſcindi petit. ideoque eſt præparatoria futuræ actionis. id eſt, petitionis hereditatis. [quin potius una eademque & reſcindi teſtamentum petitur & vindicatur hæreditas tanquam ab inteſtato. *Cujac. par. C. eod. l.* 8. §. 8. *l.* 20. §. 21. §. *ult. l.* 27. §. 3. *ff. eod.*] nec eſt proprie accuſatio, quia non perſequitur aliquod crimen: ſed eſt imploratio officii judicis ut teſtamentum in officioſum reſcindet.

Ratio querelæ teſtamenti inofficioſi.

a Quæ eſt ratio querelæ inofficioſi teſtamenti & quis ejus color?

Quia plerunque parentes ſine cauſa liberos ſuos exhæredant, vel omittunt: inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento agere poſſint liberi qui queruntur, aut inique ſe exheredotos, aut inique præteritos: hoc colore quaſi non ſanæ mentis fuerint, cum teſtamentum ordinarent. Sed hoc dicitur non quaſi vere furioſus ſit, ſed recte quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi vere furioſus ſit, nullum teſtamentum eſt.

Primo docet Imperator *in princ. tit.* cur hæc querela ſit introducta: nimirum, quia cum parentes liberos ſuos exheredant, plerumque id faciunt ſine juſta cauſa, novercalibus delinimentis atque inſtigationibus corrupti. *ff. eod. l.* 4. cum naturalis ratio liberis hæreditatem addicat. *ff. de bon. damnat. l.* 7. *in princ.* Secundo in verſ. *qui queruntur*, docet, quid hæc quærela contineat, ſeu quæ ſit ejus cauſa, ſive actoris intentio. actor enim ait ſe eſſe inique & contra pietatem exheredatum, aut præteritum, ita ut teſtator pene furioſus fuiſſe videatur. Qua propter contra veracundiam naturæ facere videtur, qui teſtamentum parentis arguit tanquam inofficioſum. *infra hoc tit.* §. *ſed hoc ita.* 3. immo Valer. Max, *lib.* 71. *cap.* 8. non ſolum laudat Afraniam, quæ noluit matris ſuæ ſupremum judicium convellere, ſed etiam Pompejum Rheginum, qui noluit fratris teſtamentum in quo fuerat præteritus, accuſare. Hic enim color, ſeu prætextus eſt quærelæ, quod teſtator quaſi furioſus fuerit. Non dicimus fuiſſe vere furioſum, quia teſtamentum ipſo jure non valeret, nec opus eſſet hac querela. rurſus non dicimus eſſe ſanæ mentis, quia teſtamentum ejus ex lege duodecim tabularum jus faceret, & vim legis haberet. *Novel.* 22. *cap.* 2. auctor *ad Heren. lib.* 1. ſed dicimus fuiſſe quaſi furioſum, ut teſtamentum ipſo jure conſtare, & ſalva legis duodecim tabularum actoritate, impugnari poſſit.

Quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Quibus detur.

§ [a] Non autem liberis tantum permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare, verum etiam liberorum parentibus. Soror autem & frater, turpibus perſonis ſcriptis hæredibus, ex ſacris conſtitutionib. prælati ſunt. Non ergo contra omnes hæredes agere poſſunt, ultra fratres igitur & ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes vincere. a Quibus datur querela?

Tertio exponit, quibus hæc querela competat. ubi dat tres regulas. I. Regula eſt: Hæc querela datur liberis, vel parentibus, vel, ſi turpis perſona ſit hæres inſtituta, fratribus & ſororibus teſtatoris, etiam levi infamia notata *l.* 27. *C. eod.* dummodo, fratres ipſi quoque turpes non ſint. *Tuld. hic c.* 2. inter turpes non habentur baſtardi ſimplices.. *Tuld. hic c.* 3. *Paleott. de noth. c.* 55. *per l.* 6. *de decur.* neque nupta quæ antea meretrix fuit. *Covar. de ſponſ.* 2. p. §. 11. *per. c.* 20. *de ſponſ. Diſſ. Tuld. hic c.* 4. *arg. l.* 5. *ff. vi bon. rapt. or.* neque ea quæ ſpe & ſpecie matrimonii illuſa fuit. *Tuld. d. c.* 4. *& ſup. de exhær. liber c.* 5. Non datur autem querela hæc fratrum filiis, quamvis commodum quærelæ per fratres ſolos motæ reſciſſo teſtamento, etiam ad hos pertinere incipiat ab inteſtato. *per l.* 6. §. 1. *ff. tit. h.* Diſſ. *videtur. Vigl. hic.*] non aliis perſonis. §. *h. n.* [ſi tamen alii egerint & nemine eos repellente, obtinuerint, prodeſt eorum victoria proximis ab inteſtato. *l.* 6. §. 1. *ff. eod.*]

Nota primo has perſonas non ſimul ad querelam vocari, nam ſi liberi extent, ſoli de inofficioſo queruntur, nec datur querela parentibus eo caſu quo liberi teſtatoris conqueruntur. *ff. hoc tit. l. per* 14.

Nota ſecundo, non omnibus fratribus & ſororibus hanc querelam competere, ſed tantum his, qui ſunt ex eodem patre ſive ſint emancipati, ſive integri juris, non etiam uterinis. *C. eod. l. fratres* 27 [qui Hebræorum jure pro fratribus non habebantur. *Vinn. hic.*]

Nota tertio hanc querelam liberis, vel parentibus indiſtincte dari, id eſt, contra quoſcunque hæredes ſcriptos: fratribus autem, vel ſororibus non dari, niſi contra turpes perſonas, id eſt, contra notatos infamia juris, vel facti. *d. l. fratres* 27.

Nota quarto, cæteros ultra fratres non poſſe de inofficioſo teſtamento jure agere, quod ſi re ipſa, & (ut loquimur) de facto agant, non poſſunt judicio obtinere. Non obſtat *l. poſthum.* §. *Si quis de his.* 1. *ff. h. t.* ubi is, qui ab inteſtato non ſuccedit, de inofficioſo agit, & cum a nemine repellatur, caſu obtinet. nec *l. ſi non mortis.* §. 1. *ff. h.* ubi is, qui non poteſt de inofficioſo agere, ad querelam

lam admiſſus reſcindit teſtamentum pro parte hæredis cont quem agit: quoniam neutro loco extraneus, vel remotior frat egit de inofficioſo teſtamento: ſed ideo dicitur agere, quia ali eum precedebat verbi gratia, filiis defuncti ſilentibus, pater d functi egit de inofficioſo: poterat ergo repelli, quia filii præterui tur, ut paulo aute notavi, ſed caſu obtinuit, cum nemo id ei o poneret, eumque repelleret. [*v. tamen not. paulo ſupr. & ibid. a leg.*]

Modus, quo inſtituitur & ceſſat querela.

a Qnando querela inſtituitur & ceſſat primo?

2. §. Tam autem naturales liberi, quam ſecundu noſtræ conſtitutionis diviſionem adoptati ita demum c inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ſi nullo alio jure a defuncti bona venire poſſint. Nam qui ad hæreditate totam vel partem ejus alio jure veniunt, de inofficio agere non poſſunt. Poſthumi quoque, qui nullo alio ju venire poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt.

II. Regula eſt: Hæc querela datur tam liberis naturalibu quam adoptivis. §. 2. *h. n.* [id eſt ex juſtis nuptiis quæſitis. *vi Sup. de adopt. in pr.* uti & poſtea de legitimatis *Nov.* 89. Mat autem teſtamentum etiam ſpurii inofficioſum dicunt. *l.* 21. §. *eod.* niſi tamen illuſtris ſit, & alios liberos habeat. *l. pen. C. SC. Orphit.* Patri vero cum ſpurii non ſuccedant: contra teſtame tum ejus querela iis non competit, uti nec adoptatis. *Soeſ. hic. n* 5. *& ibid. Deſſel.*] Hic adduntur duæ limitationes. I. Limitat eſt: quia non datur liberis adoptivis, niſi adoptati ſint ſecundu conſtitutionem Juſtin. de qua dictum fuit. *in §. ſed hodie, 2. ſup de adopt. & in §. ſed hæc quidem. 5. ſupra de exhered. liber.* id eſt niſi adoptati ſint a parente naturali, vel ſint arrogati non adopta Secunda limitatio eſt: quia ita demum datur liberis hæc querel ſi nullo alio jure ad bona paterna venire poſſint. ſubaudi, ſalvo t ſtamento: nam ſi ſalvo teſtamento liberis ſuccurri poſſit, æquit ſuadet, ut teſtamentum ſuſtineatur, ergo hæc querela non co currit cum aliis remediis teſtamentum non infirmantibus, ſ poteſt cum iis concurrere, quæ ſimiliter impugnant teſtame tum, veluti ſi teſtamentum dicatur eſſe inofficioſum, & ruptu vel irritum, *ff. hoc. tit. l. Papinianus* 8. §. *ſi quis & irritum.* 12. [*l. l.* 12. *l.* 14. *l.* 16. *C. eod. Tulden. hic. c.* 5.] Hæc poſterior limitati poteſt accipi generaliter de quibuſcumque liberis: mihi tantu videtur Juſtin. ut in ſuperiori limitatione, reſpicere ad liberos doptivos; quorum nonnullis alio jure proſpicitur, ideoque no datur querela, nempe impuberibus arrogatis, qui in bonis arro gatoris quartam partem obtinent, ex conſtitutione. D. Pii. D.

Papi

pianus. §. ſi quis impubes. 15. *& ſupr. de adopt §. cum autem impubes, verſ. ſed etſi decedens.* III. Regula eſt: Hæc querela datur m poſthumis, quam liberis jam natis, dummodo (ut dixi) nullo alio jure ad bona defuncti venire poſſint. *d. §. tam ... v. 2. verſ. poſthum.* 5. [*Vinn. Zoeſ. & Perez. hic.*]

Secundus modus quo ceſſat querela.

§. [a] Sed hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus a ...toribus teſtamento relictum eſt. quod noſtra conſti... ad verecundiam naturæ introduxit. Sin vero quan...que pars hæreditatis vel res eis fuerit relicta: de inof...ſo querela quieſcente, id, quod eis deeſt, uſque ad ...tam legitimæ partis repleatur: licet non fuerit adje...u, boni viri arbitratu debere eam compleri. a Quomodo ceſſat ſecundo?

...arto declarat ea, quæ hanc querelam excludunt, qua in ... dantur tres regulæ. I. Regula eſt: Is: cui teſtator aliquid, ...vis minus legitima, reliquit, de inofficioſo teſtamento ... non poteſt, ſed legitimæ ſupplementum petere debet. ... Juſtinianus ad verecundiam naturæ conſtituit, §. 2. ... quoniam verecundiæ fines tranſilire videtur, qui defuncti ...ertim parentis teſtamentum inofficioſum dicit, cum eum ...ſanæ mentis fuiſſe arguat; ut *in princ. hujus tit.* dictum fuit. ...o hoc ſupplementum petitur condictione ex lege, id eſt, ...onſtitutione Juſtinian. *C. h. tit. l. omnimodo.* 30. Olim qui... ſupplebatur legitima ex conſtitutione Conſtantini, ſi te...or in teſtamento juſſerat eam boni viri arbitratu ſuppleri. *C. ...od. eod. tit. l. cum ſcribit.* 4. ſed Juſtinianus omnimodo ſupple...oluit, etiam ſi teſtator id non juſſerit. Hoc ſupplementum ...Doctorum veriſſima ſententia intra triginta annos peti poteſt: ... tam diu actiones perſonales durant. *C. de conſt. pecun. l.* 2. ...*ic. ſed ſive pre ſe.* quamvis inofficioſi querela finiatur quin...unio a die aditæ hæreditatis. C. *hec tit. l. ſi quis filium filium in fi. & l. penult. §. ult.* [quia ſic tabite nunciaſſe cenſetur. ...*ez. hic per l.* 10. *in fin. l.* 23. §. 1. *& l. ult ff. h. tit.*

...Nota quod & querela ceſſet, mortuo eo cui ea competebat, ad ...redem enim non tranſmittitur hæc actio, uti injuriarum, ni...pta & præparata ſit per defunctum. *l.* 34. *l.* 37. *in fin. C. eod.* ...ipe filium qui, hærede ſcripto adhuc deliberante de adeundo ...reditatem, deceſſit. *d. ll. Zoeſ. & Perez. hic.*]

Tutor agnoſcens legatum nomine pupilli.

4. § [a] Si tutor nomine pupilli, cujus tutelam gerebat, a Si tutor nomine pupilli agnoverit legatum, poteſtne ſuo agere?

ex teſtamento patris ſui legatum acceperit, cum nihil erat ipſi tutori relictum a patre ſuo: nihilominus poterit nomine ſuo de inofficioſo patris de teſtamento agere.

II. Regula eſt. Qui judicium teſtatoris quoquo modo probavit, veluti qui legatum ex teſtamento petiit, non poteſt amplius teſtamentum illud per inofficioſi querelam impugnare. *ff. eod. l. nihil*, 12. *&* *C. eod. l. parentibus*. 8. §. 1 [jure tamen novoupereſt filio petitio legitimæ. *l.* 35. §. 2. *C. eod. Goth. d. l.* 12. adeoque & querela, ſi deeſt titulus inſtitutionis. *Buſ. in l.* 8. §. 10. *h. t.* Diſſ. *Tuld. hic. c.* 5.] Hæc regula valet etiam contra eos, qui alieno nomine in judicio fuerunt, veluti contra Advocatos. nam ſi patrocinatus ſim petenti legatum ex teſtamento patris mei, in quo ſum exheredatus, non poſſum amplius hoc teſtamentum inofficioſum dicere, *ff. eo. l. ult.* Hanc regulam Imp. hoc loco non tradit ad eam reſpiciens, excipit tutorem, qui in teſtamento patris ſui fuit exheredatus, & neceſſitate officii coactus petiit legatum pupillo ſuo in eodem teſtamento relictum, hic enim tutor excuſatur, nec admittit quaream inofficioſi. §. 4. *h. n.* [quod non idem eſt in advocato cum ejus officium ſit liberum. *Tuld. hic. c.* 5 *per d. l. ult.*]

Tutor agnoſcens ſuo nomine.

a Si ſuo nomine acceperit? poteſtne pupilli nomine quæri?

5. § a Sed ſi e contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt: ipſe (tutor) quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non amittit.

Quemadmodum e contrario non amittit legatum ſibi relictum a patre pupilli, ſi pupilli nomine teſtamentum inofficioſum dixerit, & ſuperatus fuerit. §. 5. *h. n.*

Notandum eſt, quod Imp. requirit, ut tutor nomine pupilli de inofficioſ. teſtam. agens, ſi non obtinuerit, ſecundum hæc jura procedere: quia hoc jure teſtamento per inofficioſi querelam reſciſſo legata & fideicommiſſa non debentur. *D. eod. l. Titia.* 13 *& l. cum mater.* 38. ſed hodie ex *Nov.* 125. legata & fideicommiſſa ſuſtinentur: quia inofficioſi querela tantum inſtitutiones hæredum reſcindit. ergo jure novſſiimo cum tutor pupilli nomine de inofficioſo teſtamento egit, ſive eo judicio obtinuerit, ſive ſuperatus fuerit, indiſtincte poteſt petere legatum, ſibi eo teſtamento relictum. [etiam cum teſtamentum invalidum eſt ob filii præteritionem. *d. Nov.* 115. §. *aliud.* Niſi tamen ignoravit ſe filium habere. *Tuld. hic c.* 1. Atque cum non ſuſtinetur in vim fideicommiſſi per clauſulam codicillarem. *Tuld. hic. c.* 3. Ex teſtamen

ento tamen fratris in quo turpis perſona inſtituta fuit: legata
n debere putat *Tuld.hic.c.2.item Theſſ.dec.* 121. *per. l.*13.*ff.h.*
.Diſſ.*Fach.*4.*cont.*91.

Titulus quo relinquitur legitima.

6. § a Igitur quartam quis debet habere, ut de inofficio- agere non poſſit, ſive jure hæreditario, ſive jure legati, l fideicommiſſi, vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fue- , vel inter vivos: in iis tantummodo caſibus, quorum men- nem facit noſtra conſtitutio: vel aliis modis, qui (in no- is) conſtitutionibus continentur. Quod autem de quar- diximus, ita intelligendum eſt: ut ſive unus fuerit, ſive ures, quibus agere de inofficio teſtamento permittitur: a quarta eis dari poſſit, ut ea pro rata eis diſtribuatur.

a Quo titulo relinquenda eſt quarta?

III. Regula eſt: Quarta portio, quæ vulgo vocatur legitima, erelam excludit, id eſt, qui quovis titulo quartam habet ex bo- s defuncti, non poteſt ejus teſtaſſientum tanquam inofficio- m accuſare- §. *ult.* [*vid. inf. verſ. Nota ſecundo.*]

Nota primo in legitimam imputari quæcumque in ultima vo- ntate relinquuntur. quæ vero inter vivos donantur, non omnia nputari, ſed tantum certis caſibus, id eſt, I. Quod liberi a parenti- us acceperunt dotis, vel donationis propter nuptias conſtituen- e cauſa. *C.h.t.l. quoniam. Novella* 29. Cur non idem dicam, ſi a atribus acceperint, ratio nulla eſt II. Militia quam filius ex pecu- ia paterna habet mortis ejus tempore, excepta militia ſilentiario- m, qui in palatio vel conſiſtorio principis excubias agunt. *C. eo. omnimodo* 30. §. *ult.* III. Donata hoc pacto, ut in legitimam nputentur. *C. eo. l. ſi. quando* 35. §. *penult.*

Nota ſecundo dictam quartam ſecundum Doct. tolli per *No- ell.* 125. ubi putant conſtitui, ut legitima titulo inſtitutionis, re- nquatur. [ita hodie obtinere putat. *Groenew. hic.*] Sed falluntur rimum, quia Juſtin non loquitur de fratribus, ſed tantum de beris, & parentibus, ergo regula ſaltem in fratribus, manet. Deinde quia non jubet liberos, vel parentes inſtitui heredes in le- itima, ſed ſimpliciter inſtitui. ſi igitur ex minima portione hære- les inſtituantur, & alio titulo legitima eis relinquatur, ſatisfa- tum erit illi conſtitutioni, ac teſtamẽtum per quereiam non re- cindetur. [ita *Gudel. lib.* 2. *tit,* 7. *nu.* 4. & *ſeqq. Vinn. hic. Tuld. hic.* 7. Nam & patrimonii diviſio inter liberos inſtitutionis titulo on eget. *l.* 10. *C. fam, eriſc.* idem de teſtamento inter liberos pri- ilegiato. *l. ult. C. d tii. Nov.* 137. idem eſt cum liberis ultra le- itimam etiam id ſolenni teſtamento legatur. *Tulden, d. c.* 7, idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

teſtator liberos quos cum aliis inſtituit jubet deinde certis rebus eſſe contentos *Tulden. d. c, 7. Dekker. 1. diſſert. 7. nu. 17. Nov. 115, §. hæc autem.* Denique ſupplet titulum inſtitutionis, vulgaris clauſula: Valeat omni meliori modo. *Dekker. 1. diſſert. 1. in 2. aſſert.*

Nota tertio, hanc legitimam noviſſimo jure eſſe auctam: ita ut, ſi quatuor ſint liberi vel pauciores, legitima ſit triens: ſi vero plures, legitima ſit ſemis. *Nov. 18. cap. 1* Quæritur. an ſimiliter aucta ſit legitima parentibus, vel fratribus debita. Plerique putant hoc argumẽtum produci tantum ad legitimam parentum, non etiam fratrum. Sed & extrema verba dicti *cap. 1.* perſpicue oſtendunt in omnibus perſonis augmentum illud locum habere. [*v. Tuſch. conci. 185. nu. 6. vol. 6. litt L.*]

Nota quarto ex ultimis verbis contextus, legitimam (id eſt, hoc jure quartam, jure noviſſimo trientem, vel ſemiſſem) eſſe partem omnium bonorum, ac diſtribui inter eos qui de inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ita ut quartam ſuæ virilis portionis quam ab inteſtato acciperent, ſinguli obtineant. Hoc loco operæ pretium eſt decidere quæſtionem inter Doct. agitatam. Finge teſtatorem, matre ac fratribus præteritis, vel exheredatis extraneo hærede inſtituto deceſſiſſe. certum eſt; ſi heres inſtitutus ſit perſona honeſta, ſolam matrem admitti ad inofficioſi teſtamenti querelam, *C. h. tit. l. fratres 27.* ſed quæritur, utrum matri debeatur triens totius aſſis. an ejus portionis, quam ab inteſtato acciperet. nam ſi defunctus teſtamentum non feciſſet, mater ab inteſtato non eſſet hæres ex aſſe, ſed inter ipſam & fratres defuncti divideretur hæreditas in capita. *Nov. 118. cap. 1.* Jacob. Butrigarius dat ei trientem aſſis: Bart. *in l. pater filiam. 14. ff. eod.* dat ei trientem virilis portionis. Butrigarii ſententia vera eſt: quia noſter contextus quartam totius aſſis dat iis ſolis, qui ad inofficioſi querelam vocantur, etenim qui de inofficioſo queri non poſſunt, partem non faciunt iis qui queruntur. vide *Centur. 3. quæſt. 32.*

Nota quinto hanc legitimam deberi a morte teſtatoris, ipſo jure. *C. hoc tit. l. pen. in princ.* ſine delatione, & ſine omni onere. *C. eod. l. quoniam in prioribus. 32.*

Nota ſexto in quantitate legitimæ æſtimanda ſpectari bona, quæ defunctus mortis tempore reliquit. *C. eod. l. 6.* deducto ære alieno, impenſis funeris, & pretio ſervorum in teſtamento manumiſſorum. *D. eod. l. Papinianus. 8. §. quarta. 9.*

AXIOMATA.

1. *Exheredatio vel præteritio liberorum plerumque fit ſine juſta cauſa*, in princ- *conjun.* l. 4. ff. eod.

2. Qu

2 *Qui contra officium pietatis teſtatur quaſi furioſus videtur* eod. princ.
3 *Furioſi teſtamentum nullum eſt*, ibid. *conjun*. §. 1. ſupra quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.
4 *Qui non poteſt agere, non poteſt agendo vincere* §. 1.
5 *Inofficioſi querela eſt odioſa*. §. 2. *quia eſt contra naturæ verecundiam*. §. 3.
6 *Quamdui poteſt proponi remedium ordinarium non eſt locus extraordinario*, §. 2. h. l. in cauſa. 12. D. de minor. *maxime Si ſit odioſum*. §. 2.
7 *Qui officio coactus facit, excuſatur*. §. 4.
8 *Qui legatum agnovit ſuo nomine de inofficio non poteſt agere* §. 4. h.
9 *Præcipue attendendum eſt, qua qualitate quid geratur*. §. 4. h.
10 *Quarta querelam inofficioſi teſtamenti excludit*. §. ult.

DE HÆREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

TITULUS. XIX.

QUæ hucuſque de ultimis voluntatibus dicta ſunt, ea omnia pertinent ad quæſtionem, an teſtamentum valeat, id eſt, an teſtamentum ab initio conſtiterit, necne; & an poſtea ſit infirmatum necne: deinceps enaranda ſunt teſtamentorum accidentia: quę quidem quatuor ſunt, nimirum heredum qualitas, legata, fideicommiſſa, & codicilli. In his igitur accidentibus explicandis reliqua hujus libri pars conſumitur. Qualitas hæredum eſt triplex; unde hic tit. inſcribitur. *de hæredum qualitate & differentia*, i.e. de hæredum qualitate diverſa ac differenti.

Diſtinctio hæredum.

HÆredes autem, aut neceſſarii dicuntur, aut ſui & neceſſarii, aut extranei. Quomodo diſtinguuntur hęredes?

Primo itaque Imperator *in principio*, affert heredum diviſionem ab eorum qualitate ſumptam, & inquit, alios eſſe neceſſarios, alios ſuos & neceſſarios, alios extraneos.

Neceſſarius hæres

1. §, [a] Neceſſarius hæres eſt ſervus hæres inſtitutus. Ideoque a Quis eſt heres neceſſarius?

que ſic appellatur, quia ſive velit, ſive nolit, omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius hæres fit. [b] Unde qui facultates ſuas ſuſpectas habent: ſolent ſervum ſuum primo aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu hæredem inſtituere: ut ſi creditoribus ſatis non fiat, potius ejus hæredis bona, quam ipſius teſtatoris a creditoribu poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos dividantu [c] Pro hoc tamen incommodo, illud ei commodum præſtatur: ut ea, quæ poſt mortem patroni ſui ſibi adquiſierit ipſi reſerventur. Et quamvis bona defuncti non ſufficiant creditoribus [iterum] tamen ex ea cauſa res ejus, quas ſibi adquiſierit, non veneunt.

b Ex qua cauſa ſit heres neceſſarius?

c Quod eſt commodum hæredis neceſſarii?

Secundo *in* §. 1. *h. n.* de hæredibus neceſſariis tres quæſtio nes diſſolvit. Prima quæſtio eſt, quis ſit heres neceſſarius. Re ſpondetneceſſarium heredem eſſe ſervum heredem inſtitutun ſubaudi, a domino ſuo, non ab extraneo. ita ut ex eodem teſt mento libertatem accipiat. *ſupra de her. inſt.* §. 1. *& qui &* quib. cauſ. man. non poſſ. §. 1. Secunda quæſtio eſt, cur dicatu neceſſarius nempe quia velit nolit, heres eſſe cogitur. Tert quæſtio eſt, quæ ſit utilitas hujus deciſionis, ſeu cur ſtatutum ut aliquis invitus cogatur fieri heres. Reſpondet Imper. hoc j eſſe utile tam domino, quam ipſi ſervo. Domino utile eſt: qu fortaſſe non poſſet habere alium heredem, & ejus bona a cred toribus diſtraherentur: quod aliquam ignominiam contine conjunge *d.* §. 1, *ſupra qui, & ex quib. cauſ. manum. non po* Servo utile eſt non ſolum quia libertatem conſequitur, ſed etia quia poteſt, antequam bonis hereditariis ſe immiſceat, a præto impretrare bonorum ſeparationem. *ff. de ſepar. l.* 1. §. *ult.* qu impetratio ad hoc ei proderit, ut ſola bona a defuncto relic creditoribus obnoxia ſint: quæ vero ipſe aliunde acquiſivit ea mnia ſalva habeat.

Suus & neceſſarius hæres.

2. § [a] Sui autem & neceſſari hæredes ſunt, veluti fili filia; nepos neptiſve ex filio, & deinceps cæteri liberi, c in poteſtate morientis modo fuerint. [b]Sed ut nepos, nept ve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum eamve in poteſtate a mortis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, ut pater ejus vivo p tre ſuo deſierit ſuus hæres eſſe, aut morte interceptus, a qualibet alia ratione liberatus a patris poteſtate: tunc en

a Qui ſunt ſui & neceſſarii hæredes?

b Quomodo nepos ſit ſuus hæres?

nep

r pos neptiſve in locum patris ſui ſuccedit. [c] Sed ſui qui-dn hæredes ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſit, & vivo quoque patre quodammodo domini exiſti-nntur. Unde etiam ſi quis inteſtatus moriatur: prima c ſa eſt in ſucceſſione liberorum. [d] Neceſſarii vero ideo duntur, quia omnino, ſive velint,, ſive nolint, tam ab ineſtato, quam ex teſtamento (ex lege duodecim tabula rn) heredes fiant. [e] Sed his prætor permittit volentibus altinere hæreditate: ut potius parentes, quam ipſorum bna ſimiliter a creditoribus poſſideantur.

c Quare hæredum aliqui ſui dicuntur?

d Quare neceſſaris?

e Suntne hodie neceſſarii?

Tertio in §.*h. n.* de ſuis & neceſſariis heredibus tres quæſtio-n diſſolvit. Prima quæſtio eſt, quinam ſint tales heredes. Re-ſpondet ſuos & neceſſarios heredes eſſe liberos qui in poteſtate mrientis fuerunt, dummodo inter eos & teſtatorem defunctum nla ſit perſona interjecta. Exempli cauſa, filius eſt ſuus heres pa-trniſi ab eo emancipatus: nepos autem ut ſuus heres dici poſſit, ni ſufficit eum non eſſe emancipatum, ſed inſuper quiritur ut pater ejus, vel emancipatus ſit[, vel alia ratione d poteſtate exierit, nam ſi pater ſit avo & nepoti interjectus, ne-p non poteſt dici ſuus heres avo. Secunda quæſtio eſt, cur di-ctur ſui heredes. Reſpondet Imper. quia ſunt domeſtici here-ci, & vivo quoque patre ſunt quodammodo domini, adeo ut morte parentis non tam videantur hæreditatem paternam acqui-re. quam dominium in earum perſona continuari. *infra de hæ-r. quæ ab inteſt. defer. §. ſui autem hæredes.* 3. *& ff. de lib. & ptu. l. in ſuis* 11, Tertia quæſtio eſt, cur dicuntur neceſſarii. Reſpondet, quia jure civili, ſive velint, ſive nolint, coguntur eſ-ſe heredes: quamquam jure prætorio abſtinere poſſunt. prius-cam ſe immiſceant. *ff. de acquir. hered. l. ei qui ſe.* 12. [ita ut jam n ſint amplius hæredes neceſſarii ſed tantum ſui: unde tamen n præſumitur eos eſſe heredes, ſed probanda eſt a creditoribus i mixtio. *v. Tulden. hic. c.* 2. *& Gomeſ. reſ.* 9. *nu.* 25. *de teſtam. in. hic.* Sed hodie mores noſtri ſuos hæredes non agnoſcunt, nneſque ſunt voluntarii. *Groenew. hic* Quamvis filii primoge-i utique illuſtrium familiarum imaginem ſuorum hæredum ſe ferre videantur, eamque ſpem tranſmittant ad filium quo-e ſuum primogenitum, excluſo patruo. *Oldrad. cauſ.* 223. *Deſ-.in Soeſ. hic nu.* 2.] Si vero bonis paternis ſe immiſcuerint, aut o hærede geſſerint, aut bonorum poſſeſſionem petierint, non ſſunt amplius abſtinere, niſi propter minorem ætatem ſint in tegrum reſtituendi: *infra hoc tit. §. extraneis* 5. *& C. ſi min. heredit. ſe abſtin. l.* 1. [& ſi ante abſtentionem aliquid ex hæ-

redi-

reditate dolo amoverint, ad abſtinendi beneficium non admittuntur. *l.* 70. *de acq. hæred.* non quaſi adierint hæreditatem, ſed tanquam indigni. *Tulden. hic. c.* 7.]

Extranei hæredes.

a Qui ſunt extranei?

3. § a Cæteri qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, heredes a nobis inſtituti extranei hæredes nobis videntur. Qua de cauſa, & qui hæredes a matre inſtituuntur, eodem numero ſunt: quia fœminæ in poteſtate liberos non habent. Servus quoque hære[s] a domino inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo ma[-] numiſſus eodem numero habetur.

Quarto de extraneis hæredibus duo exponit. Primum eſt in[ ] 3. *h. n.* quinam ſint hæredes extranei Reſpondet Imper. omnes eſ[ſe] hæredes extraneos, qui non ſunt in poteſtate teſtatoris morienti[s] ſive ſint liberi emancipati, ſive ſervi manumiſſi, ſive aliæ qua[-] cunque perſonæ. Sed *Nov.* 11. *cap.* 2. excipit eos, qui per dignate[m] exierunt de patris poteſtate: hi namque ex ſpeciali privilegi[o] perinde ſui hæredes ſunt, ac ſi in patris poteſtate manſiſſent. H[ic] oritur ſubobſcura quęſtio, quales dici debeant nepotes ab avo h[æ-] redes inſtituti, eo caſu, quo pater interjectus obſtat quominus d[i-] ci poſſint ſui hæredes? Non eſt dubium quin in dicta hæredu[m] diviſione ſint prætermiſſi. cujus omiſſionis rationem eſſe puto quia non acquirunt ſibi hæreditatem, ſed patri ſuo quamvis ex[-] hæredato. *D. de acquiren. heræd. l. qui in aliena* §. *interdum*: 5: & quidem, illico ei acquirunt, ut nullum vel minimum tempori[s] momentum ſit poſt mortem teſtatoris, quo hæreditas per nepo[-] tem hæredem inſtitutum non ſit patri quæſita. *ff. eod. l. placet.* 7. Secundum eſt, quæ ſint proprietatis extraneorum hæredum Sunt autem tres.

Tempora capacitatis hæredum.

a Quibus temporibus debent heredes extranei eſſe capaces inſtitutionis ſive hereditatis?

4. § a In extraneis hæredibus illud obſervatur, ut ſ[it] cum eis teſtamenti factio; ſive hæredes ipſi inſtituantur ſive hi, qui in poteſtate eorum ſunt. & id duobus tempo[-] ribus inſpicitur: teſtamenti quidem (facti) tempore, u[t] conſtiterit inſtitutio: mortis vero teſtatoris, ut effectu[m] habeat: hoc amplius & cum adit hæreditatem, eſſe debe[t] cum eo teſtamenti factio, ſive pure, ſive ſub condition[e] hæres inſtitutus ſit, nam jus hæredis eo maxime temp[o-]

re

re ſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem. [b] Medio aut m tempore inter factum teſtamentum, & mortem te toris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem muta juris non nocet heredi: quia (ut diximus) tria tempo inſpici debent. [c] Teſtamenti autem factionem non ſol n is habere videtur, qui teſtamentum facere poteſt: ſe tiam qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt: ve lii adquirere, licet non poſſit facere teſtamentum. t leo furioſus & mutus, & poſthumus, & infans, & fil sfamilias, & ſervus alienus teſtamenti factionem habe: dicuntur. Licet enim teſtamentum facere non poſ , attamen ex teſtamento vel ſibi vel alii adquirere poſ ut.

b Quid ſi medio tempore quis ſit incapax?

c Quis habet teſtamenti factionem?

rima proprietas eſt teſtamenti factio, de qua in §. 4. *h. t.* ve. *Teſtamenti.*

Nota primo, duplicem eſſe teſtamenti factionem: alia namque eſ ctiva, ut cum Doctoribus loquar, alia paſſiva. illa eſt facul a teſtandi. hæc eſt facultas capiendi ex teſtamento: illa eſt in te atorem; [hæc eſt in hæredem.]

Nota ſecundo, in eo, qui vult hæreditatem acquirere, teſtam nti factionem paſſivam requiri, id eſt, requiri ut ſit capax hæ itatis, ſive ipſe ſit hæres inſtitutus, ſive ſervus ejus: quia cum ſer v ire civili pro mortuis habeantur. *D. de diver. reg. jur. l. quod inet,* 32 *& l. ſervitus.* 209. cum ſervis teſtamenti factio eſt e perſona dominorum. *ff. de hered. inſt. l. non minus.* 31. quemad odum & ex perſona dominorum ſtipulari poſſunt. *infra de ſtip. ſerv. in pr.*

Nota tertio teſtamenti factionem activam in teſtatore regula er neceſſariam eſſe tantum tempore teſtamenti. *ſupra quibus n eſt permiſ. fac teſtam.* §. 1. Dixi *regulariter*; quia oportet teſta em etiam tempore mortis eſſe civem Romanum, & ſui juris *ra quibus mod. teſtam. infirm. §. non tamen. & ff. de injuſt. rupt Si quis filio.* 6. *§. pen.* Idcirco teſtamentum ejus qui poſtea ab ſtibus captus eſt, non valeret, niſi fictione legis Corneliæ, vel e poſtliminii confirmaretur. *dict. l. ſi quis filio.* 6. *§. qua us. pen. & qui teſt. fac. poſſ. l. lege.* 12. In hærede autem te menti factio paſſiva tribus temporibus requiritur. I. Cum fit tamentum: quia teſtamentum ab initio valere debet: alio i regula Catoniana vetat teſtamentum confirmari eo quod ſtator diutius vixerit. *ff. de reg. Caton. l.* 1. II. Cum teſta r moritur: quia teſtamentum morte teſtatoris confirma r. III. Cum hæres ſcriptus [ſub conditione & ea exiſtente.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Vinn. hic.] III. Dum hæres ſcriptus adit hæreditatem: quia ho tempore hæreditatem acquirit: proinde non poſſet eam acquire re, niſi ejus capax eſſet.

Nota quarto Imperatorem in initio hujus §. teſtamenti factio nem in herede [pure inſtituto] requirere *duobus temporibus* poſte tertium tempus addere, ideoque concludere *tria tempora inſpici* [*v. Vinn. hic*] Sic Ariſt. *Categor. cap.* 12. proponit *prius* accip quatuor modis, deinde quintum modum adjicit, & ita quinqu exponit, ac quinque modis dici concludit. Quocirca cum Impe perator *infra de actionib.* §. 1. dividit actiones in reales & perſo nales, male Donellus inde colligit nullas eſſe actiones mixtas, cum hoc membrum dictæ diviſioni adjiciatur *in* §. *quædam.* 20. *eod tit.* nec habeat Donellus, quod reſpondeat ad *l. hæreditatis.* 7. *de petit. hæred.* Sed hoc obiter dictum eſt: redeo ad proprietat hæredum extraneorum.

Jus deliberandi, inventarii.

a Eſtne extraneis liberum adire vel non adire hereditatem vel deliberare? b Quid ſi quis ſe immiſcuerit hæreditati vel eam adierit minor vel majorennis?

5. § a Extraneis autem hæredibus deliberandi poteſt eſt de adeunda hæreditate, vel non adeunda. b Sed ſi is, cui abſtinendi poteſtas eſt, immiſcuerit ſe bonis hæ reditatis: ſive extraneus, cui de adeunda hæreditate de liberare licet, adierit: poſtea relinquendæ hæreditat facultatem non habet, niſi minor ſit viginti quinque a nis. Nam hujus ætatis hominibus, ſicut in cæteris o mnibus cauſis deceptis: ita & ſi temere damnoſam hæ reditatem ſuſceperint, prætor ſuccurrit. Sciendum e tamen divum Hadrianum etiam majori vigintiquinqu annis veniam dediſſe, cum poſt aditam hæreditatem gran de æs alienum, quod aditæ hæreditatis tempore latebat emerſiſſet. Sed hoc quidem divus Aadrianus cuidam ſpe ciali beneficio præſtitit: divus autem Gordianus poſte militibus tantummodo hoc conceſſit. c Sed noſtra bene volentia commune omnibus ſubjectis Imperio noſtr hoc beneficium præſtitit: & conſtitutionem tam æquiſſi mam, quam nobiliſſimam ſcripſit: cujus tenorem ſi obſer vaverint homines, licet eis adire hæreditatem, & in tan tum teneri, quantum valere bona hæreditatis contingit ut ex hac cauſa neque deliberationis auxilium ſit eis neceſ ſarium, niſi omiſſa obſervatione noſtræ conſtitutionis, & deliberandum exiſtimaverint, & ſeſe veteri gravamini ad ditionis ſupponere maluerint.

c Eſtne & aliud quod ſoli dici inventarii beneficium?

Secunda proprietas eſt jus deliberandi: de quo *in* §. *pen. h. t.* cum enim extraneus hæres ſit voluntarius, cumque hæreditas po

ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſive lucroſa, vel damnoſa, recte datur hæredi tempus ad deliberandum utrum velit adire, an repudiare hæreditatem. [& ſi creditor vel alius nemo urgeat poteſt hęres etiam intra 30. annos adire: ſi vero inſtent, adire debet aut tempus deliberandi petere *l. 9. C. de jur. delib.* ut interim inſtrumenta hæreditaria & rationes defuncti inſpiciat. *l. 5. ff. eod. l. 28. de acq. hæred.* pro arbitrio judicis, tat ne habita qualitatis hæreditatis, & ſitus bonorum hæriditarium, &c. *v. Tuld. hic. c. 3. Vinn. §. 5. hic. Soeſ. ibid. nu. 6. & ibi l.* & termino dato elapſo alium inſuper impetrare poteſt. *Cujac. l. 15. de diverſ. præſcr. Tuld. d. c. 3.*] Sed Juſtin. introduxit beneficium inventarii: quo ſi hæres utatur, non eget deliberatione: item ſi antequam hæreditatem adeat, inventarium rerum hæreditariarum rite conficiat, [*v. Soeſ. hic nu. 8. & Waſſen. prax. jud. c. nu. 7. & ſeqq. Tuld. hic c. 4.*] creditoribus hæreditariis non tenetur ultra vires hæriditarias. vide *l. ult. C. de jur. deliber.* [& jus ſuum contra defunctum ei ſalvum manet, Falcidiam detrahit & impenſas funeris ac inventarii facti. *Perez. hic. l. ult. C. de jur. delib. Sich. in l. 7. nu. 45. C. de pact.* Neglecto vero inventario, omnia beneficia perdit & præſumitur hæreditatem fuiſſe locupletem, ita ut creditoribus & legatariis in ſolidum teneatur. *d. l. ult. & Nov. 1. c. c. §. 2.* niſi tamen certo conſtet plus in bonis non fuiſſe *id. Tuld. hic. c. 5. Soeſ. ff. de jur. delib. nu. 14. Fach. 6. con. 24. Covar. ad c. 1. de teſt. nu. 16. 17. Gomeſ. ad l. Tau. 3. nu. 121. & ſeq.* Sed & in ſolidum tenetur hæres ſi dolo aliquid ex hæreditate celat. *vid. Sand. lib. 4 tit. 12. defenit. Fab. C. lib. 6. tit. 11. def. 20. vel. dec. 143. nu. 8. 9. 10.* ob debita vero omnia omiſſa inventarium non vitiatur, nec falcidiam amittit, quia non ſunt in bonis defuncti, ſed creditorum. *vid. Sand. d. tit. 12. def. 4.* neque ſi aliqui creditores vocati non ſint, ideo non valet inventarium niſi quoad non vocatos, ne iis res inter alios acta præjudicet. *Fab. d. tit. 11. def. 17.* Sed beneficium inventarii ceſſat, ſi alius ex eadem familia pure adiit aut adire velit: etiam in gradu remotiore, niſi ipſe renunciet beneficio & pure adeat. *vid. Groenw. hic. Sand. d. tit. 12. def. 3* Maritus vero conſanguineus uxori, hæredibus non præfertur. *Neoſt. ſup. cur. dec. 7. Groenw. in l. ult. C. jur. delib.*]

Modus acquirendi hæreditatem.

6. § [a] Item extraneus hæres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hæreditatem vocatus, poteſt aut pro hærede agendo, aut etiam nuda voluntate ſuſcipiendæ hæreditatis hæres fieri. [b] Pro hærede autem gerere quis videtur, ſi rebus hæreditariis tanquam hæres uta-

a Quibus modis aditur hæreditas?

b Quid eſt pro herede gerere?

utatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia cole do locandove & quoquo modo voluntatem ſuam dec ret, vel re vel verbo de adeunda hæreditate: dummo ſciat eum, in cujus bonis pro hærede gerit, teſtatum in ſtatumve obiiſſe, & ſe ei heredem eſſe. Pro hærede en gerere, eſt pro domino gerere. veteres enim, hæred pro dominis appellabant. [c] Sicut autem nuda volunta extraneus hæres fit: ita contraria deſtinatione ſtatim hæreditate repellitur. [d] Eum qui ſurdus, vel mutus nat vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro hærede gerere, adquirere ſibi hæreditam: ſi tamen intelligit, quod agit

c Quomodo repudiatur hæreditas? d Poteſtne ſurdus mutus adire?

Tertia proprietas eſt aditio, vel repudiatio hæreditatis. nam vel neceſſarii hæredes non dicuntur adire, vel repudiare, ſed immiſcere, vel abſtinere. Aditio autem hæreditatis fit; ſive ver ſive re oſtendatur voluntas acquirendæ hæreditatis. [Dicens men ſe velle adire vel non adire, nondum hæres eſt vel abſtin, niſi hoc dixerit coram iis quorum intereſt, nec appareat de reſe vata ulteriore deliberatione. *Tulden. hic. c.* 8. Diſſ. *Fachin.* 6. *co* 42. 50.] Qui vero hæreditatem adit, puta res hæreditarias ve dendo, aut aliter de iis diſponendo, proprie dicitur pro hære gerere: quanquam hæc appellatio producitur etiam ad verbale aditionem, ſed tunc minus proprie dicitur pro hærede geri. [N vero cenſetur adire qui furandi cauſa aliquid amovit. *l.* 21. *ff. acqu. hær.* neque qui ſuo tempore hæredibus non reſtituit hæred tatem, vel aliud quod iis debetur, ſi nolit adire. *Tulden. hic. c.* *Fach*, 6. *cont.* 51. Neque is qui fructus ex fundis hæreditariis pe cipit. *Fachin.* 6. *cont.* 52. niſi & eos in uſus ſuos convertat. *l.* 1. *de repud. hær. Tuld. d. c.* 7. ita ut non ſit neceſſariũ, ut proteſtet ſe non animo adeundi percipere, quamvis hoc ſecurius ſive tutiu ſit. *Tuld. ibid. per l.* 20. §. 1. *de acq. hær.*] Denique tam aditio, quai repudiatio etiam nuda voluntate perficitur: adeo ut qui adivi non poſſit amplius repudiare: & qui ſemel repudiavit, non poſſ amplius adire. [niſi ſit minor, qui reſtituitur rurſus ad repudian dam, vel adeundam hæreditatem. *l.* 4. *l. pen. C. de re. hæ. l.* 8. §. 5. *eod. Perez. hic.*]

AXIOMATA.

1. *Sui hæredes ſunt domeſtici hæredes, & vivo quoque patre quo dammodo domini.* §. 2. *conj* l. in ſuis. §. 1. ff. de lib. & poſtu

Fœminæ in poteſtate liberos non habent. 3. conjun. §. fœmin ſupra de adoption.

3. Te

3. T[e]ſtamenti factio in hærede requiritur tribus temporibus, videcet facti teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditæ hæreditatis. 4.

4. T[e]ſtamenti factio duplex eſt: activa. & paſſiva. d. §. 4.

5. E[xt]raneis hæredibus deliberandi poteſtas eſt de hæreditate a[d]eunda, vel repudianda. §. penult. conjun. §. quantitas. infra [d]e leg. Falcid.

6. [Qu]od ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. §. pen. conj[u]n. §. aliæ, ſupra de donat. & §. quæ de fullone infra [d]e oblig. quæ ex delict. & l. Pomponius. 6. de negot, geſt. & [l.] 5. C. de oblig. & act.

7. [Pr]o hærede gerere, eſt, pro domino genere. §. ult.

DE LEGATIS.

TITULUS. XX.

[N]On ut hæredis inſtitutio, ita etiam legata in teſtamentis ne[c]eſſaria ſunt: ſed vel relinqui, vel omitti poſſunt. Legatum hic anguſte accipitur pro ſpecie quadã ultimæ voluntatis: [n]on [l]ate, ut in duodecim tabulis, in quibus legandi verbum o[m]nem voluntatem complectitur. ff. de verb. ſignif. l. verbis legis [1]2. Varias hujus vocabuli ſignificationes expoſui Iſagog. D. de leg. I.

Ratio continuationis.

POſt hæc videamus de legatis: quæ pars juris extra propoſitam quidem materiam videtur. (nam loquitur de iis juris figuris, quibus per univerſitatem res nobis adquiruntur) ſed cum omnino de teſtamentis, & de hæ[r]edibus, qui in teſtamento inſtituuntur, loquuti ſi[mus]: non ſine cauſa ſequenti loco poteſt hæc juris mate[ria t]ractari. Cur de legatis hic agendum eſt

[D]e his tractans Imp. Princ in princ. tit. rationem affert, pro[pter] quam hic agit de legatis.

Definitio legati.

[1].§ a Legatum itaque eſt donatio quædam a defuncto re[li]cta, ab hærede preſtanda. a Quid eſt legatum?

[S]ecundo in §. 1. h. n. legatum defin it donationem quandam a [defu]ncto relictam, ab hærede præſtandam. [id eſt, ex hereditate [præſt]andam, Perez. hic. nam & cuicunque aliquid ex teſtameneo

capienti

capienti legatum injungi poteſt. *l. 5. §. fin. l. 6. de leg. 3.* Hæc
nitio planior eſt, quam ea, quæ habetur. *in l. legatum 36. D. de*
11. ubi legatum dicitur eſſe donatio teſtamento relicta. N
ſentior iis, qui hoc loco delent ea verba *ab herede præſtanda*
ſunt enim otioſa, ſed legatum ſeparant a fideicommiſſo,
non tantum ab hærede, ſed etiam a legatorio & fideicomm
rio præſtari poteſt. *infra de ſing. reb. per fideicom. relict. in*
Separat etiam a donatione cauſa mortis, cui perquam ſimi
legatum, *ſupra de donat.* §. 1. etenim ipſe donator rem don
tradere ſolet. *D. de reb. cred. l. omnis 12. & de mortis cauſ. do*
ſenatus 35. §. ſed mortis. 2. & §§. ſeqq. l. Seja. 42. §. ult. [Sed lo
nans aliquid in teſtamento præſenti & acceptanti, legatu ni-
hilominus cenſetur vel ſaltem effectu. *Tulden. hic. c. 4. per. l.*
V. S. vid. Fachin. 5. con. 33. niſi poſt abſolutum teſtamenti
donetur: aut coram duobus tantum teſtibus. *v. Surd. dec. 49.*
nu. 16. 17.] Opponitur, quod legatum non ſemper præſtar
hærede, ſed interdum preſtatur, quod legatum non ſemper
ſtatur ab hærede, ſed interdum præſtatur ab ipſo teſtatore. *De le-*
gat. 11. l. Lucius 22. & C. de legat. l. filia. 11. Interdum ipſe
tarius accipit a ſemetipſo. *D. de legat. 11. l. Titia cum teſtam*
dotis leget. *v. Tuld. hic c.* 12. *l. un.* §.3. *C. de rei ux act.* Nam &
credit

...tori pignus a debitore legetur poterit non eo minus ſibi debi-...tu exigere. *l.16.C.d.tit.l.85.de leg.2. Tuld. d. c.12.*] Tertius ...ca...s eſt, cum teſtator, qui nullam dotem accepit, falſa demon-...ſtr...ione in dote leganda uſus eſt: veluti, *Centum quæ dotis no-...m... accepi, uxori meæ do lego* vel, *Fundum Tuſculanum, quem in do...m accepi, uxori meæ do lego.* hoc caſu legatum pecuniæ, vel fu...li ſuſtinetur: quia falſa illa demonſtratio adjecta, *quæ*, ſeu *qu...n in dotem accepi*, non nocet legato. *infra hoc tit.* §. *huic pro-xi...t* 30. [niſi tamen donatio inter virum & uxorem ſtatuto ſit pr...ibita jure Ultrajectino. *vid. D. Rodenb. de marit. pot. in uxor. ...c.4.nn.5.7.8.*]

Interitus rei legatæ.

...6. § [a] Si res legata ſine facto hæredis perierit, legatario ...dit. Et ſi ſervus alienus legatus ſine facto hæredis m...umiſſus fuerit, non tenetur heres. Si vero hæredis ...us legatus ſit, & ipſe eum manumiſerit: teneri ipſum ...an. ſcripſit. nec intereſt, ſciverit an ignoraverit a ſe le-g...um eſſe. Sed & ſi alii donaverit ſervum, & is, cui do-na...us eſt, eum manumiſerit: tenetur heres, quamvis igno-ra...rit a ſe eum legatum eſſe. a Quid ſi res legata interierit?

...II Quæſtio bipertita eſt in §.16. *h. n.* an legatum extingua-tu...ſi res legata pereat, vel deſinat eſſe in commercio? Reſpondet I...erator per diſtinctionem. nam ſi id facto heredis accidat, ve...ti ſi ſervus legatus moriatur, aut à domino extraneo manu-m...atur, legatum extinguitur: ſin autem facto hæredis id contin-ga... veluti ſi hæres ſervum legatum occidat, vel manumittat, [e-...ſi ignoret eum legatum eſſe; legatum nihilominus debetur, id...t; rei legatæ æſtimatio præſtabitur. [Niſi merentem occide-... *33. §. 3. de le8, 1.*]

...otandum tamen eſt, ut interitus rei legatæ liberet hæredem, ...ſufficere quod ſine facto ejus res intereat, niſi ante ejus mo-ra... hoc eveniat. *D. de leg.* I. *l. cum res.* 47. §. I. generalis enim ...la juris eſt, interitu ſpeciei tum demum debitorem liberari ...ante moram periit. *D. de verbor. oblig. l. ſi ex legati.*23.

Res plures æque principales.

...7. § [a] Si quis ancillas cum ſuis natis legaverit, etiam ...cillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. [b] Idem ...& ſi ordinarii ſervi cum vicariis legati fuerint: quia ...t mortuo ſint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt.

a Quid juris in grege legato? b Quid ſi plures res quæ vel æque principales vel quarum una principalis altera acceſſoria, ſint legatæ?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Sed ſi ſervus fuerit cum peculio legatus: mortuo ſervo vel manumiſſo, vel alienato, peculii legatum extingui-tur. Idem eſt, ſi fundus inſtructus, vel cum inſtrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & inſtrumenti legatum extinguitur.

XIII. Quæſtio eſt in §. 17. *h.n.* cum plures res legatæ ſunt, quædam pereant, vel deſinant eſſe in commercio, vel per alienationem a teſtatore factam, adimantur legatario, num reliquę debeantur? Reſpondetur per diſtinctionem. nam ſi omnes res ſint æque principales, quibuſdam peremptis, reliquæ nihilominus legatario debentur. ſi vero quædam earum aliis accedant extinctis rebus principalibus, acceſſoriæ non debentur. Utriuſque membri dicta diſtinctione poſiti bina exempla ponuntur in contextu. Primum exemplum rerum æque principalium eſt *in princ.* §. ubi teſtator legavit ancillas cum ſuis natis, & mortuis ancillis nihilominus nati debentur legatario; quia nati non accedunt ancillis. Secundum exemplum eſt verſic. *idem eſt, & ſi ordinarii.* ubi teſtator legavit ſervos ordinarios cum vicariis, & mortuis ordinariis vicarii legato cedunt, contra quoque mortuis vicariis ordinarii ſine dube cederent legato, & in priori ſpecie natis mortuis non eſt dubium quin ancillæ deberentur legatario. Differunt autem vicarii ſervi ab ordinariis, quia vicarius eſt in peculio ordinarii proinde eſt quaſi ſervus ordinarii. hinc Horat. *lib. 2. ſat. 7.*

Vicarius eſt qui ſervo paret.

Et Martialis *lib. 2. epigram.* 18.

Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe. [Ideoque ordinarius cum peculio legetur. illius interitus facit non deberi vicarium uti acceſſorium, *l. pen. de pecul. leg.*].

Primum exemplum legati, in quo altera res eſt principalis, altera acceſſoria, eſt in verſ. *ſed ſi ſervus*, ubi legatus eſt ſervus cum peculio: & mortuo, vel manumiſſo ſervo, non ſolum extinguitur legatum ſervi. ſed etiam legatum peculii, propterea quod peculium eſt acceſſio ſervi. Alterum exemplum eſt in verſic. *item ſi fundus.* ubi legatus eſt fundus inſtructus, vel fundus cum inſtrumento. parum enim intereſt utrovis modo teſtator legat, quia utroque caſu legatario debetur fundus tanquam res principalis, & inſtrumentum tanquam res acceſſoria: adeo ut ſi fundus legatus adimatur, etiam inſtrumenti legatum extinguatur. Sed tamen inter hæc duo legata notandæ duæ differentiæ. Prima differentia eſt, quod legatum fundi inſtructi eſt plenius, quam legatum fundi cum inſtrumento. ex hoc enim legato tantum inſtrumenta fundi, ut aratra, ligones, &c. legatario debentur: ex illo autem omnia teſtatoris inſtrumenta debentur legatario, id

q

qu:cumque teſtator in eo fundo habuit ut eſſet inſtructior, adeo ut non ſolum inſtrumenta fundi, ſed etiam inſtrumenta domeſtici ipſius patrisfamil. ut ſcamna, menſæ, lecti, legato cedant. *D. de ſtruct. vel inſtrum. legat. l. quæſitum.* 12. §. *ſed ſi fundus.* 27. *& ſeq.* Altera differentia eſt, quod cum legetur fundus inſtructus, ſi teſtator fundum alienaverit, nihilominus inſtrumentum legatario deberi poterit, videlicet ſi quo modo appareat hanc fuiſſe teſtatoris voluntatem. *D. eod. l. Si cui fundum.* 5. quamvis in dubio teſtator cenſeatur, dum alienavit fundum, voluiſſe adimere etiam legatum inſtrumenti, ut hoc loco inquit Imp. cum enim teſtator legavit fundum cum inſtrumento, & poſtea fundum alienavit, indiſtincte dicimus legatarium non poſſe petere inſtrumentum. *ff. eod. l.* 1. Intellige alienationem, per quam legatum fundi extinguatur, ſecundum ea quæ expoſita fuerunt in §. *ſi rem ſuam.* 12.

Gregis legatum.

18. § [a] Si grex legatus fuerit, & poſtea ad unam ovem pervenerit: quod ſuperfueret, vindicari poteſt. Grege autem legato, etiam eas oves quæ poſt teſtamentum factum gregi adjiciuntur, legato credere, Julianus ait. [b] Eſt autem gregis unum corpus ex diſtantibus capitibus, ſicut ædium unum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus.

[a] Quid juris in grege legata?

[b] Quid eſt grex?

XIV. Quæſtio eſt, ſi quid rei legatæ accedat, vel decedat utrum id ad legatarii, an ad hæredis lucrum, vel damnum ſpectet. Reſpondet Imp. tam augmentum, quam decrementum ad legatarium pertinere. Hujus deciſionis dat tria exempla. Primum exemplum in §. 18. *h. n.* eſt corporis conſtantis ex partibus diſtantibus, ut gregis. nam grex legatus legatario augetur, vel minuitur. Notandum eſt, tria eſſe corporum genera, ut docet Jureconſultus *in l. rerum mixtura.* 36. *D. de uſurp. & uſucap.* & Seneca *lib.* 17. *epiſt.* 103. Primum genus eſt corporum, ἡνωμένων, id eſt, unitorum, quæ uno ſpiritu conſtare dicuntur, & a Seneca continua nominantur, ut ſervus, equus, bos: de quibus hoc loco nihil dicitur. Secundum genus eſt corporum συνημμένων. id eſt, conſtantium ex partibus coherentibus, cujuſmodi ſunt ædes. armarium navis. [Et quidem ædibus legatis, columnæ, & marmora poſtea addicta legato cedunt, *hic.* ita ſi & vicinam domum, hortum, apothecam, &c. poſtea emit & ædibus legatis conjunxit & eodem animo ad uſum unius habitationis perpetuo nexu aptavit. legato iſtæque cedunt. *Tulden. hic. c.* 15. *Viv. dec.* 176. *per l.* 91. §. 4. *& ſeq. l.* 33. *de leg.* 3. *l.* 24 §. *pen. de leg.* 1. *v. tamen l.* 31. §. 1. *l.* 41 §. *de leg.* 3. Tabernæ vero legato quid contineatur. *v. Tuld. hic.*

c. 13. Bibliotheca legata quoque cenſetur, libris legatis; niſi ædificio adhæreat. *l.* 52. §. 3. 7. *& ibi Goenw. de leg.* 3.] Tertium genus eſt corporum conſtantium ex diſtantibus, qualia ſunt grex, armentum, legio, populus: ergo primum exemplum fuit corporis conſtantis ex diſtantibus, id eſt, gregis, qui conſtat ex pluribus diſtantibus, puta decem ovibus, vel quatuor porcis. *D. de abig. l. ult.* Quare cum una ovis non facit gregem, debetur tamen legatario, cui grex legatus eſt: quia quod ex re noſtra ſupereſt, noſtrum eſt, *D. de rei vindicat. l. ſolum.* 49. §. 1. [Animalis tamen mortui reliquiæ non debentur legatario. *l.* 53 §. 1. *de leg.* 1. *l.* 49, *de leg.* 2.]

Adjectio ad ædes legatas.

a Quid ſi ædib. legatis quid ſit adjectum?

19. § a Ædibus denique legatis, columnas & marmora quæ poſt teſtamentum factum adjecta ſunt, legato (dicimus) cedere.

Secundum exemplum eſt in §: 19. *h. n.* corporis compoſiti e partibus cohærentibus, id eſt, ædium. [Domo autem ſimplicit legata ſi teſtator nullam haberi. inutile eſt legatum. *juxta l.* 71 *de leg.* 1. Jure vero Canonico & ex æquitate debetur ei domus ſ cundum vires patrimonii & legatarii qualitatem. *vid Groenw.* *l.* 71. *Grot. lib.* 2. *p.* 12. *nu.* 37.] Obiter nota, qua ratione dixi, ſi e grege legato una ovis ſuperſit, eam legatario deberi, eadem r tione. ſi ædes legatæ corruant, aream deberi legatario. *D. de le* 1. *l. ſi grege.* 22. Alia eſt ratio uſufructus. qui re [& rei forma e ſentiali] perempta extinguitur, etiamſi aliquid ex ea maneat. *ſ pra de uſufr.* §. *pen. in fi. & ff. quibus. mod, uſufr. amitt. l. p & ult.* [*Tuld. hic. c.*]

Peculii legatum.

a Quid juris in peculio legato?

20. § a Si peculium legatum fuerit: ſine dubio, qui quid peculio accedit, vel decedit vivo teſtatore, legata lucro vel damno eſt. Quod ſi poſt mortem teſtatoris an aditam hæreditatem [aliquid] ſervus adquiſierit: Juli nus ait, ſi quidem ipſi manumiſſo peculium legatum fu rit: omne, quod ante aditam hæreditatem adquiſitum e legatario cedere, quia hujuſmodi legati dies ab adita h reditate cedit. ſed ſi extraneo peculium legatum fue non cedere ea legato, niſi ex rebus peculiaribus auctu fuerit peculium. Peculium autem, niſi legatum fuerit, m numiſſo non debetur: quamvis ſi vivus manumiſerit, ſ ficit, ſi non adimatur: & ita divi Severus & Antoninus r ſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt, peculio legato, non d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

erid relictum ,'ut petitionem habeat pecuniæ , quam in cat nes dominicas impenderit. Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum , cum rationibus redditis liber eſſe juſſus eſt, & ex eo reliqua inferre.

Tertium exemplum in §.20.*h.n.*non eſt alicujus corporis, ſed peculii , quod eſt univerſitas quædam, etiam jura continens. De peculio igitur docet Imperat. augmentum ejus & decrementum, quæ ante diem legati cedentem contigit,ad legatarum pertinere. Cedere dies legati dicitur cum deberi incipit , ita ut ſi legatarius prius moriatur , quam legatum accipiat , id ad ſuos ſucceſſores transmittat : ac regulariter cedit a die mortis teſtatoris, ſed excipiuntur legata, quæ perſonalia ſunt,id eſt quæ non poſſunt ad hæredem legatarii tranſmitti: hæc enim ab adita hæreditate cedunt: ut usfructus legatus , libertes ſervo legata , nec non peculium cum libertate ſervo relictum. Ergo nec ante mortem teſtatoris, nec poſt aditam hæreditatem cedit,niſi ſit legatum conditionale, cujus dies ante conditionem exiſtentem cedere non poteſt. *D. de verb. ſignif.l.cedere diem.*213.His præmunitis,facilius intelligetur diſtinctio,quam Juſtinianus tradit in contextu. Aut enim,inquit, vivo teſtatore , aut poſt ejus mortem,hæreditate nondum adita, peculium auctum , vel deminutum eſt.Primo caſu augmentum & decrementum indiſtincte ad legatarium pertinet , quia indiſtincte verum eſt,diem legati nondum ceſſiſſe. Secundo caſu ſubdiſtinguitur: quia vel ipſi ſervo cum libertate, vel extraneo peculium legatum eſt. Si ſervo ad eum pertinet augmentum, vel decrementum quia dies legati nondum ceſſit.Si extraneo,ad eum non pertinet (niſi peculium ex rebus peculiaribus auctum ſit , ut quia ancillæ peculiares pepererunt)quia legati dies ante ceſſerat morte teſtatoris. In ſumma augmentum peculii uſque ad hæreditatem aditam, ad legatarium pertinet, uno caſu excepto, cum peculium legatum eſt extraneo, & auctum eſt extrinſecus,puta ſervo hæreditatem adeunte, non ex rebus hæreditariis.

XV. Quæſtio eſt,an peculium ſervo manumiſſo debeatur,ſi ei non ſit expreſſe relictum. Reſpondetur, ei qui in teſtamento manumiſſus,non deberi niſi expreſſe legatum ſit,quia tacite legatum non intelligitur : quamvis ſi ſervus inter vivos manumittatur, dominus eo ipſo quod peculium ſervo non adimit,illud ei concedere videtur, verſ. *peculium autem.* ubi hæc diſtinctio ſumitur ex reſcripto Serveri& Antonini,quod non extat,ſed conſtitutum eſt a Diocletiano & Maximiano. *C. de pecul.ejus qui libert.mer.l.un.* Ad prius diſtinctionis membrum de manumiſſis in teſtamento ſæpe,niſi teſtator juſſeris ſervum,cui libertatem reliquit,rationes

 admini-

adminiſtrationis ſuæ reddere, & ex peculio reliqua ſolvere: tunc enim peculium legaſſe cenſetur, verſ. *iidem reſcripſerunt, peculium.* Ad prius membrum de manumiſſis inter vivos excipe, niſi pupillus manumittat, quia peculium non ſequitur manumiſſum. *ff. de manum. vindict. l. pen.*

XVI. Quæſtio eſt. an is, qui peculium ſervo ſuo legavit (ſub. cum libertate: quia non poſſet accipere legatum, niſi liber fieret) cenſeatur ei legaſſe, quod naturaliter ei debebat. quia ſervus in dominicas rationes aliquid impenderat? Reſpondet Imper. in d. verſ. *iidem reſcripſerunt. peculium,* hoc legatum non videri, quamvis alias in peculium imputetur, & augeat peculium. *ff. de peculio. l. Quam Tuberonis. 7. §. pen.* Excipitur niſi dominus ſolitus erat ſervo reddere, quod ſervus in rationes dominicas impenderat: tunc enim peculio legato, hoc etiam continetur, ut ſervus manumiſſu petat, quod in rationes dominicas impemdit. *D. de pec. legato. l. dominus Sticho. 23. §. 1. in fin.*

XVII. Quæſtio eſt, ſi dominus ſervo ſuo libertatem leget, it ut jubeat eum rationes eorum quæ geſſit, reddere, & ex peculio reliqua ſolvere, an cenſeatur ei peculium legare? Reſpondet Imper. peculium legatum videri, quia ſervus manumiſſus non poteſt ex peculio reliqua ſolvere, niſi peculium habeat. d. verſ. *iidem reſcripſerunt, peculium.* Hinc habemus exceptionem ad deciſionem quæſtionis.

Res quales legentur.

a Quæ res legari poſſunt?

21. §. a Tam autem corporales res legari poſſunt, quam incorporales: & ideo quod defuncto debetur, poteſt alicui legari, ut actiones ſuas hæres legatario præſtet, niſi exegit vivus teſtator pecuniam. nam hoc legatum extinguitur. Sed & tale legatum valet, *damnas eſto heres meus domum illius reficere*, vel, *illum ære alieno liberare.*

XVIII. Quæſtio eſt, utrum res corporales duntaxat legari poſſint, an etiam res incorporales & facta? Reſpondetur, tam corporales, quam incorporales, & facta legari poſſe. §. 21. *h. n.* Corporalium rerum exempla ſupra habuimus, ut ancillarum, gregis ædium, &c. Incorporalium exemplum eſt, ſi quis Titio legaverit, quod ſibi a Mævio debetur. nam obligationem & actionem ſibi competentem adverſus Mævium legare intelligitur, quapropter hæres hanc actionem Titio cedere cogitur, ſed & ante ceſſionem Titius utili actione experiri ac debitum petere poterit C. *hoc tit. l. ex legato* 18. [idem de annuis reditibus legatis: quia jura & actiones tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt, ita ut legato

bonorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

...rum immobilium & mobilium non contineantur. *Sand.* *lib. tit.4.def.6.Covar.2.reſ.2.nu.3.Menoch, 4.præſ.* 142. *nu.* 29. Porro hoc legatum extinguitur, ſi ipſe teſtator a debitore, contra quem actio legata competebat, debitam pecuniam exegerit. Excipe, niſi legatarius probet teſtatorem, qui a debitore exegit, non habuiſſe animum adimendi legati. *D. de adim.leg.l. ſen. ult.* Facti exemplum duplex eſt. alterum, cum hæres jubetur ... ficere ædes legatarii: alterum: cum jubetur ſolvere quod legatarius aliis debet. [& illo caſu non liberatur hæres dando ... um, ſed præciſe facere tenetur ad quod adeundo ſe obligavit. 11.*in fin. de leg.*3.*Soeſ.hic.nu.* 44.]

Legatum generaliter relictum.

... § [a] Si generaliter ſervus vel res legetur electio legatarii eſt, niſi aliud teſtator dixerit.

[a] Quid ſi quid generaliter ſit relictum?

IX. Quæſtio eſt in § 22.*h.n.* cum enim genus legatum eſt, ... at aliquam ſpeciem ſub eo genere contentam ſolvi debere. ... itur ergo; utrum ſpeciei ſolvendæ electio ſit legatarii, an hæredis? Reſpondetur electionem eſſe legatarii, id eſt, legatarium poſſe petere, quam ſpeciem velit. veluti ſi teſtator, qui tres ſervos Stichum, Pamphilum, Erotem habebat, ſervum legaverit: ille ſervus legatario ſolvendus erit, quem ipſe eliget. [Niſi teſtator aliud dixerit. *uti hic*. id eſt niſi ab ipſo hærede legatum dari juſſerit, tum ... hæredis eſt electio: uti legatarii cum eum vindicare jubet. *Vin.hic. nu.*5.6.*Bronk.*3. *aſſ.* 49. *Hunn.*2.*var.reſ.*128.*qu.*15. ... enim etiam optimum vindicare ei licet. *Perez.hic.* §. 22. Si ... in genere animal legatum ſit vel domus aut fundus, neque teſtator, domum vel fundum ullum habeat, inutile eſt legatum, ... riſorium. *l.*69.§.4.*de jur.dot fac.l.*71.*de leg.*1. quia iſta certam determinationem a natura non habent. *l.*24.§.3.*tit.eod.*]

Nota primo hoc eſſe ſpeciale favore ultimæ voluntatis. nam in obligationibus ex contractu electio eſt debitoris quod ſolvat, non creditoris quod petat. *infra de act.*§.*ſi quis agens.*33. *verſ. præterea ſi quis generaliter.*

Nota ſecundo, hanc deciſionem habere locum in corporibus legatis, ut in dicto exemplo, non in quantitate legata, verbi gratia, ... ſtator habens varia tritici genera, modium tritici legaverit, electio eſt hæredis non legatarii. *ff. de trit. vin.l.* 4. ergo in hoc appellatione rei ſignificatur corpus, ut & *in l. ſi in rem.* 7. *ff. de rei vind.* & *in l. plane ubi.* 34.§.*ſed hoc ita.*4 *ff. de leg.*1.

Nota tertio, electionem legatario non competere, niſi in rebus teſtatoris. ut puta legato ſervo, non poteſt alium ſervum eligere, quam unum ex ſervis hæreditariis, quod adeo verum eſt, ut, ſi teſtator

ſtator nullum ſervum habeat, huic electioni locus non ſit. *D.* *optione legat. l. quotiens.* 2.

Nota quarto, hanc electionem, ſeu hanc facultatem eligen eſſe limitatam: quia legatarius, ut non cogitur eligere deteri mum ſervum, ita etiam non poteſt eligere optimum. *ff. de leg.* 1. *l. legato.* 37. [uti nec hæres electionem habens poteſt dare d terrimum. *vid. Perez. hic.*]

Optionis legatum.

a Quid ſi optio ſit relicta?

23. § a Optionis legatum, [id eſt,] ubi teſtator ex ſe vis ſuis, vel aliis rebus optare legatarium juſſerat, habeb olim in ſe conditionem: & ideo niſi ipſe legatarius viv optaſſet, ad hæredem legatum non tranſmittebat: ſed conſtitutione noſtra, & hoc in meliorem ſtatum refo matum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarii opta [ſervum,] licet vivus legatarius hoc non feceret. Et ligentiore tractatu habito, & hoc in noſtra conſtitutio additum eſt: ſiue plures legatarii extiterint, quibus op relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo: ſive un legatarii plures hæredes [ſint,] & inter ſe circa opta dum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, pereat legatum (quod plerique prudentium contra ben volentiam introducebant) fortunam eſſe hujus optio judicem, & ſorte hoc eſſe dirimendum, ut ad quem ſo venerit, illius ſententia in optione præcellat.

XX. Quæſtio eſt in §. 23. *h. n.* cum teſtator expreſſe elect nem legatario conceſſit, ſi legatarius priuſquam eligat, moria an hæredes ejus eligere poſſint: &, ſi vel plures legatarii, vel plu hæredes unius legatarii in electione diſſentiant, ut quia alius ali ſervum eligere velit, utrum alicujus optio prævaleat, an legat reddatur inutile: Reſpondetur facultatem eligendi, quæ lega rio competit, ad hæredem ejus tranſire, & ſi plures in electione cienda diſſentiant, rem ſorti committi, adeo ut ille eligat, quem ſors cadet, ac rem totam ſibi retineat, collegatariis aut vel eorum hæredibus æſtimationem partium ad eos pertinenti perſolvat, *C. commun. de legat. l. ult. princ.*

Notandum eſt olim differentiam fuiſſe inter optionem & e ctionem legatam ut inter actum ſolemnem, & non ſolemne ſed hodie ſolemnitatibus ſublatis, nulla eſt inter hæc legata dif rentia. [*vid. Tulden. hic c,* 17. etiam quoad tranſmiſſionem hæredes. *Chriſt. dec.* 48. *num.* 4. *vol.* 4. *Papon. lib.* 15. *tit.* *arr.* 14.

Perſo

Perſonæ legatorum capaces.

24. § a Legari autem illis ſolum poteſt, cum quibus te- a Quibus poteſt legari?
menti factio eſt.

Sexto tractat de perſonis quibus legatur; ubi dat varias regu-
.I. Regula eſt. illis ſolis legari poteſt, cum quibus teſtamenti
tio eſt, §. 24. *h. n.* intellige teſtamenti factionem paſſivam,
am habent hi, qui ex teſtamento capere poſſunt. *de quibus*
.tit. 14 *in pr, & §.fin.*]

Incerta perſonæ.

25. § a Incertis vero perſonis legata neque fideicom- a Poteſtne incertis perſonis quid relinqui?
iſſa olim relinqui conceſſum erat. Nam ne miles qui-
em incertæ perſonæ poterat relinquere, ut divus Ha-
rianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur,
uam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubjiciebat:
eluti ſi quis ita dicat, *quicumque filio meo filiam ſuam in matri-
onium dederit, ei hæres meus illum fundum dato.* Illud quoque
uod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum
rimi conſules deſignati eſſent: æque incertæ perſonæ le-
ari videbatur, & denique multæ aliæ hujuſmodi ſpecies
unt. Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur
oſſe dari: quia placebat nominatim ſervos liberari. Sub
erta vero demonſtratione, id eſt, ex certis perſonis, in-
ertæ perſonæ recte legabatur: veluti, *ex cognatis meis, qui
unc ſunt, ſi quis filiam meam uxorem duxerit, ei hæres meus illam
rem dato.* Incertis autem perſonis legata vel fideicommiſſa
relicta, & per errorem ſoluta repeti non poſſe, ſacris con-
ſtitutionibus cautum erat. [*l.* 13, *l.* 19. *de cond. indeb. l.* 10.
de O. & A.]

II. Regula eſt, Incertis perſonis & poſthumo aliquo hodie lega-
ri poteſt, ſublata juris antiqui prohibitione. §. 25. *h. n.* cum duo-
bus §§. ſequentibus. [quatenus tamen perſona ex futuro eventu
poteſt fieri certa. *Soeſ. hic. nu.* 49. *Mantic. de conj. ult. vol. lib.* 8. *c.*
8. Si enim de perſona dubium oritur non tenebit legatum & ac-
creſcit hæredi. *Sand. lib.* 4. *tit.* 4. *def.* 1. *l.* 3. §. *ſi duobus ff. de reb.
dub.* Si tamen Titio legatum ſit, & duo ſint Titii Pater & filius, ſi-
multer legatum accipiunt. *contra l.* 3. § 7. *de adim. leg: & ibi Groe-
new. & in l.* 30. *ff. de adim. leg.* ubi idem ſtatuitur in tutore dato
Titio. Receptum quoque eſt ut pauperibus. *l.* 24. *C. de epiſc. &
cler.* civitatibus. *l.* 26. *ad SC. Treb. l.* 122. *de leg.* 1. Corporibus &
Collegiis licitis. *l.* 12. *C. de hær. Inſt. l.* 1. §. 15. *ad Treb.* relicta
rata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

rata ſint. *Vinn. hic.*] Alienus poſthumus opponitur ſuo poſthumo: ſicut enim ſuus poſthumus appellatur, qui naſciturus eſt ſuus hæres: ita alienus poſthumus eſt, qui natus inter ſuos hæres futurus non eſt, id eſt, qui non eſt naſciturus ſuus hæres, in §. 26. & §. 27. *h. n.* tutelam incertæ perſonæ committi non poſſe, quoniam hoc eſſet pupillo periculoſum. [& non ſatis cautum. *l. 20. de teſt. tut. adde Groenew. l. 23. de teſt. tut. & in l. 30. eod.*]

Jus vetus in poſthumo alieno, quod legatum.

a Potuitne poſthumo alieno olim legari? b Quis eſt poſthumus alienus?

26. § a Poſthumo quoq; alieno inutiliter (antea) legabatur. b Eſt autem alienus poſthumus, qui natus inter ſuos, hæres teſtatori futurus non eſt. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthumus avo,

Jus novum.

a An & hodie poſthumo alieno poteſt legari? b Poteſt tutor incertus dari?

27. § a Sed nec hujuſmodi ſpecies penitus eſt ſine juſta emendatione relicta. quum in noſtro Codice conſtitutio poſita ſit, per quam & huic parti medemur, non ſolum in hæreditatibus, ſed etiam in legatis & fideicommiſſis: quod evidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit. b Tutor autem nec per noſtram conſtitutionem incertus dari debet: quia certo judicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati cavere.

Inſtitutio poſthumi alieni.

a Poteſtne poſthumus alienus ſcribi hæres

28. § a Poſthumus autem alienus hæres inſtitui & ante poterat, & nunc poteſt. niſi in utero ejus ſit quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt.

Et obiter addit Imp. in §. 28. *h. n.* alienum poſthumum, quamvis olim ei legari non poſſet, tamen potuiſſe hæredem inſtitui, ita ut olim potuerit, & hodie poſſit inſtitui hæres, quibus verbis videtur ſignificare nullam hac in parte differentiam eſſe inter jus vetus, & jus novum: ſed verba ſic accipi non debent, quia ſententia falſa eſſet, quandoquidem alieni poſthumi inſtitutio olim ſuſtinebatur tantum jure prætorio per bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas hodie vero ex Juſtin. conſtitutione valet etiam jure civili, ita ut hæreditatem adire poſſit. *infra de bonorum poſſeſ. in pr.* Subjicit Imp. exceptionem, *niſi in utero ejus ſit, quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt*, id eſt, cujus nuptiæ ſunt omnino interdictæ: veluti ſi quis in inſtituat poſthumum naſciturum ex virgine Veſtali, nam hujuſmodi teſtatoris voluntas reprobatur.

Error

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Error in nomine, &c.

9. §. [a] Si quidem in nomine, cognomine, prænomine, (agnomine) legatarii teſtator erraverit: cum de perſona conſtat, nihilominus valet legatum. Idemque in hæredibus ſervatur, & recte. [b] Nomina enim, ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt: qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt.

a Error in nomine legatarii vitiatne legatum? b Quare error is non obeſt legato?

I. Regula eſt in §. 29. *h. n.* Error teſtatoris in nomine, vel cognomine, vel prænomine, vel agnomine legatarii non nocet legato, dummodo conſtet de perſona, cui teſtator legare vult: veluti ſi teſtator dicat, ſe legare Publio fratri ſuo, cum frater ejus non appelletur Publius, ſed Gajus.

Nota primo majorem haberi rationem voluntatis, quam verborum: ſic *infra hoc t. §. ante heredis* 24. *&* *C. comum. de legat. l. une. 2. in fin.*

Nota ſecundo, quod diximus de legatis, obtinere etiam in hæredum inſtitutionibus. ut ait Imp. in verſic. *idemque.*

Nota tertio, nomen apud veteres proprie dictum eſſe quod ſignificabat gentem: cognomen autem, quod indicabat familiam; quia in una gente erant plures familiæ, quæ habebant idem cognomen: agnomen vero dicebatur, quod adjungebatur cognomini. veteres tamen, ut M. Tullius, & alii ejuſdem ætatis ſcriptores, hoc quoque appellant cognomen, quod poſteriores vocarunt agnomen. Sed prænomen dicitur, quod certam perſonam ſignificat; quia nomini, cognomini, & agnomini præponi ſolet, ut in hac oratione. *Publius, Cornelius, Scipio Africanus.* Publius eſt prænomen: Cornelius nomen: Scipio, cognomen. Africanus, agnomen, ſive alterum cognomen.

Demonſtrotio falſa.

30. § [a] Huic proxima eſt illa juris regula, Falſa demonſtratione legatum non perimi: veluti ſi quis ita legaverit, *Stichum ſervum meum vernam do lego*: licet enim non verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſervo conſtat, utile eſt legatum. Et convenienter, ſi ita demonſtraverit, *Stichum ſervum quem a Sejo emi*, ſitque ab alio emptus: utile eſt legatum, ſi de ſervo conſtat.

a Nocetne falſa demonſtratio?

IV. Regula eſt in §. 30. *h. n.* Falſa demonſtratio non vitiat legatum.

Nota primo hanc regulam obtinere tam in perſona legatarii

D. de.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

D. de condit & demonſtr. l. falſa. 33. in pr. & l. ſeq. in pr. quam i re legata, ut hic §. docet. id eſt, ſive teſtator falſo aliquo argu mento demonſtret legatarium, veluti ſi dicat, *Titio, Medicin. Doctori centum do lego.* cum Titius non ſit Doctor Medicinæ, ſe Juris. ſive falſo demonſtret rem legatam, veluti, *Titio fundum quer a Sejo emi; do lego*: cum non emerit a Sejo, ſed a Sempronio: utro que caſu legatum valet. quia magis habetur ratio voluntatis te ſtatoris, quam verborum.

Nota ſecundo, Imp. in contextu exemplum proponere rei le gatæ, quamvis commodius fuiſſet exemplum perſonæ, cui lega tur; quia in præſentia non tractat de rebus legatis, ſed de legatariis [Et error in rei nomine appellativo vitiat, legatum. uti cum ve ſtem legare vellet ſupelectilem ſcripſerit, quia rerum vocabula na tura conſona & immutabilia ſunt. *Vinn. hic per l. 4. de leg. 1. l. 7 §. 2. de ſuppel. leg. vid. Tuld. hic. c. 21.*]

Nota tertio differentiam inter falſam demonſtrationem, de qu hic agitur, & errorem in nomine legatarii, de quo dictum fuit *i §. præced* quia proprie loquendo demonſtratio vocatur, cum re non ſuo nomine, ſed aliqua circumſcriptione indicatur.

Falſa cauſa.

a Nocetne falſæ cauſæ adjectio?

31. §[a] Longe magis legato falſa cauſa (adjecta) non no cet. veluti cum quis ita dixerit: *Titio, quia me abſente negoti mea curavit, Stichum do lego*: vel ita; *Titio, quia patrocinio eju capitali crimine liberatus ſum, Stichum do lego.* Licet enim ne que negotia teſtatoris unquam geſſerit Titius, neque pa troncinio ejus liberatus ſit, legatum tamen valet: [b] Sed conditionaliter enunciata fuerit cauſa: aliud juris eſt, vel uti hoc modo, *Titio, ſi negotia mea curaverit, fundum (meum, do lego.*

b Semperne non nocet falſitas cauſæ?

V. Regula eſt in. §. 31. *h. n.* Falſa cauſa legato adjecta non vitia legatum: quia legato non cohæret, id eſt, non eſt pars legati, ſe perinde habetur, ac ſi ſcripta non eſſet. [& ſupervacur.] *ff. de cond & demonſtr. l. cum tale. 72. § falſam. 6.* [ſed tamen plerumque dol exceptio locum habebit ſi probetur alias legaturus non fuiſſe. *d. § 6.*] Exempla ſunt in contextur. A falſa cauſa diſtinguitur conditio quia niſi conditio legati vere exiſtat. legatum deberi non poteſt ut in contextu dilucide explicatur. [nempe etiamſi conditio ſit po teſtativa & legatarius caſu impeditus ſit implere. *Soeſ. hic nu. 35* niſi tamen impeditus fuerit per hæredem aut eum in cujus per ſona eſt adimplenda. *l. 24. l. 31. de C. & D.* aut caſu non impedi mentum ſupervenerit vivo teſtatore, neque enim perficere tene

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ante mortem teſtatoris, uti qui potuiſſet equidem revocare. 8.7.*de condit. Inſt.l.4.de adim.leg.*]

Legatum ſervo hæredis relictum.

§ [a] An ſervo hæredis recte legemus, quæritur. & co tat pure inutiliter legari, nec quicquam proficere, ſi vi teſtatore de poteſtate hæredis exierit: quia quod in- uti foret legatum ſi ſtatim poſt factum teſtamentum de ſſiſſet teſtator, hoc non debet ideo valere, quia diu- tiu teſtator vixerit. Sub conditione vero recte legatur ſervo,) ut requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hæredis non ſit.

a Poteſtas ſervo hæredis quid relinquit.

I. Regula eſt in §. 32. *h.n.* Legatum ſervo hæredis pure reli- ctum non valet: ſub conditione autem relictum valet, ſi hæres ſcrtus ante diem legati cedentem, id eſt, ante conditionem legati extentem, eum ſervum alienet, vel manumittat. Ut hujus & ſe- quntis regulæ ratio intelligatur, ponenda ſunt quędam fundamen- ta. Primum fundamentum eſt quod ſervus domino etiam igno- ra i & invito acquirit legatum: non acquirit autem domino hæ- re tatem, antiquam juſſu adeat, *ſupra per quas perſ.nobis acq.§. it nobis.3.verſ.ſed ſi hæres.* Secundum fundamentum eſt, quod idem non poteſt eſſe hæres, & legatarius: quia hæres legatum de- bet legatario: idem autē non poteſt ſibi ipſi debere. *ff.de leg.1.l.& idem.18.l.legatum.* 117.§.1. Tertium fundamentum eſt quod regula Catoniana, quæ non vult legata, quæ ab initio non valent, e poſtfacto confirmari, habet locum in legatis pure relictis, non in conditionalibus. *ff.de regul.Caton.l.1.in pr. & l.plaut.* 4. His poſitis, facile eſt intelligere rationem hujus & ſequentis regulæ. Diximus primo in hac regula, quod ſervo hæredis pure legari non poteſt. ratio eſt, quia ipſi hæredi ex ſua perſona debetur hæreditas, & ex perſona ſervi debetur legatum: ergo in eandem perſonam concurrent hæreditas, & legatum contra ſecundum fundamen- tum poſitum. & ſi quis dicat poſſe contingere, ut priuſquam hæ- res adeat hæreditatē, manumittat, vel alienet ſervum legatarium; unde fiet, ut legatum non debeatur ipſi hæredi, ſed alteri: reſpon- deo hoc eſſe contra tertium fundamentum, id eſt, contra regu- lam Catonianam. Diximus ſecundo poſſe ſervo hæredis legari ſub conditione, ut legatum valeat, ſi ante conditionem exiſtentem ſervus alienetur, vel manumittatur. quamvis enim legatum in- fecto initio non videatur poſſe conſiſtere: tamen ex poſt facto convaleſcit: quia regula Catoniana, quæ vetat legata ex poſt facto convaleſcere, non pertinet ad legata conditionalia, ut diximus in tertio fundamento.

Relictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Relictum domino hæredis.

a poteſtne domino ſervi hæredis quid legari?

33. § [a] Ex diverſo, hærede inſtituto ſervo, quin domino recte etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam etſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſerit teſtator, non tamen apud eum, qui hæres ſit, dies legati cedere intelligitur: cum hæreditas a legato ſeparata ſit: & poſſit per eum ſervum alius hæres effici, ſi prius, quam juſſu domini adeat, in alterius poteſtatem tranſlatus ſit: vel manumiſſus ipſe hæres efficitur: quibus caſibus utile eſt legatum. Quod ſi in eadem cauſa permanſerit, & juſſu legatarii adierit: evaneſcit legatum.

VII. Regula eſt in §. 33. *h. n.* Si alienus ſervus hæres inſtituatur, domino ejus legari poteſt tam pure, quam ſub conditione: ſed legatum non habebit effectum, niſi ſervus a domino alienetur ve manumittatur, antequam ejus juſſu adeat hæreditatem, Quæro quæ ſit ratio differentiæ inter hanc regulam, & præcedentem, ic eſt, cur domino hærede inſtituto, non poſſit pure legari ejus ſervo: ſed ſervo hærede inſtituto, poſſit pure legari ejus domino. Ratio differentiæ pendet ex fundamentis antea poſitis: quia legatum ſtatim ac teſtator mortuus eſt, per ſervum acquiritur domino etiam ignoranti, vel invito: hæreditas autem non prius acquiritur, quam ſervus juſſu domini adeat: ergo in ſuperiori caſu cum dominus erat hæres & ſervus legatarius, ſtatim hæreditas & legatum concurrunt in eandem domini perſonam: proinde legatum non valet, per ſecundum fundamentum. in poſteriori autem ſpecie, ubi dominus eſt legatarius, & ſervus eſt hæres ſcriptus, non poſſumus dicere in eandam perſonam concurrere hæreditatem & legatum. quamvis enim legatum ſtatim a morte teſtatoris domino debeatur tamen hæreditas nondum ei eſt acquiſita, quia ſervus nondum ejus juſſu adivit. [Sed ſervo adeunte juſſu domini hæreditatem, legatum infirmatur: ne idem ſit hæres & legatarius. *Perez. hic.*]

Legatum ante inſtitutionem ſcribi poteſt.

a Potuitne olim ante hæredis inſtitutionem legatum ſcribi? b Quid juris hodie & quæ ejus ratio?

24. § [a] Ante heredis inſtitutionem inutiliter antea legabatur: ſcilicet quia teſtamenta vim ex inſtitutione hæredis accipiunt. & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius teſtamenti hæredis inſtitutio. [b] pari ratione nec libertas ante hæredis inſtitutionem dari poterat. Sed quia incivile eſſe putavimus, ſcripturæ ordinem quidem

eodem ſequi (quod & ipſi antiquitati vituperandum fuerat viſum) ſperni autem teſtantis voluntatem: per noſtram conſtitutionem & hoc vitium emendavimus: ut liceat & ante hæredis inſtitutionem, & inter medias hæredum inſtitutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cujus uſus favorabilior eſt.

Septimo tractat de modo & ratione legandi qua de re dat tres regulas. I. Regula eſt in §. 34. *h.n.* Legari poteſt in quacumque parte teſtamenti, id eſt, vel ante, vel poſt heredum inſtitutionem, vel ita ut legatum hæredum inſtitutionibus interjiciatur: quia non habetur ratio ordinis ſcripturæ, ſed voluntatis: id eſt, legata pendent ab inſtitutionibus hæredum, etiamſi ante inſtitutiones ſcripta ſint. [Quin & moribus hodiernis legata non pendent ab inſtitutione hæredis, cum nec ipſa inſtitutio paſſim ſit neceſſaria aut recepta. *Gudel. de I. N. lib. 2. c. 5. in pr. Groenw. hic. & Vinn. §. ult. n. 1.*]

Legatum poſt mortem.

35. § [a] Poſt mortem quoque hæredis aut legatarii ſimili modo inutiliter legabatur: veluti ſi quis ita dicat, *cum hæres meus mortuus fuerit, do lego*. Item, *pridie quam hæres aut legatarius morietur.* Sed ſimili modo & hoc correximus, firmitatem hujuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quam fideicommiſſorum inveniatur.

[a] Poteſtne hodie quid poſt mortem heredis vel legatarii legari?

II. Regula *in §. penult.* Legatum poteſt conferri in tempus, quo hæres, vel legatarius mortuus erit, vel predie quam hæres, vel legatarius morietur: ut in his exẽplis. *Titius hæres meus poſt mortem ſuam centum Seio dato. Titius heres meus Sejo poſt mortem ejus centum dato.. Heres meus pridie quam morietur, centum Seio dato. Hæres meus pridie quam Sejus morietur, centum ei dato.* Hæc legata olim non valebant, propter antiquam juris regulam, quod actio poteſt non incipere ab hærede, neque contra hæredem: quando-quidem hæres ſuccedit in jus defuncti, & omnino uti debet eodem jure. Sed ea regula ex bono & æquo ſublata eſt. *C. ut actiones ab hæred. & contra hæred.* conſequenter dicta legata ſuſtinentur. Hæc autem legata, *Cum hæres morietur*, & *Cum legatarius morietur*, etiam olim valebant. *D. quan. dies legat. ced. l. ſi cum.* 4. §. 1. propterea quod is, qui moritur, nondum eſt mortuus ſed adhuc vivit. *D. de manum. teſtam. l. qui duos.* 18. §. 1. Quæ diximus de legatis, eadem diximus de ſtipulationibus. *infra de inutilib. ſtipul. §. poſt mortem,* 13. *& ita autem.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Legatum pœnæ nomine.

a Valuitne olim legatum pœnæ nomine relictum?

39. § a Pœnæ quoque nomine inutiliter (antea) legaba
tur & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nc
mine legari videtur; quod coercendi hæredis cauſa relir
quitur, quo magis aliquid faciat: veluti ſi quis ſcripſeri
hæres meus, ſi filiam ſuam in matrimoniam Titio collacaverit: v
ex diverſo, *ſi non collocaverit. dato decem aureos Sejo*: aut ſi i
ſcripſerit: *hæres meus ſi ſervum Stichum alienaverit.* vel ex d
verſo, *ſi non alienaverit, Titio decem aureos dato.* Et in tantu
hæc regula obſervabatur, ut quam plurimis principalib
conſtitutionibus ſignificaretur, nec principem agnoſc
re, quod ei pœnæ nomine legatum ſit, nec ex militis qu
dem teſtamento talia legata valebant, quamvis aliæ mil
tum voluntates in ordinandis teſtamentis valde obſerv
bantur, quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari po
ſe placebat. eo amplius nec hæredem pœnæ nomine a
jici poſſe, Sabinus exiſtimabat: veluti ſi quis ita dicat, T
tius hæres eſto ſi Titius filiam ſuam in matrimonium Sejo coll
caverit, Sejus quoque hæres eſto. Nihil enim intererat, qua r
tione Titius coerceretur, utrum legati donatione an coh
redis adjectione. b Sed hujuſmodi ſcrupuloſitas nobis n
placuit, & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet poen
nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium tranſlat
nihil diſtare a ceteris legatis conſtituimus, vel in adime
do, vel in transferendo: c exceptis videlicet iis, quæ imp
ſibilia ſunt, vel legibus interdicta, aut alias probroſa. H
juſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſe
meorum temporum non patitur.

b Quid juris hodie in legato pœnæ nomine relicto?

c Nullane exceptio eſt a regula juris novi in hac ſpecie?

III. Regula eſt *in §. ult.* Legatum pœnæ nomine relictum v
let, niſi relictum ſit quo magis aliquid impoſſibile, vel cont
leges, aut bonos mores fiat. Exempli cauſa, hoc legatum val
Hæres meus niſi juri operam dederit, Titio centum dato, hæc a
tem legata non valent: *Hæres meus, niſi cœlum digito tetiger*
vel *niſi Sempronium occiderit*, vel, *niſi nudus in foro ambulaveri*
Sejo centum dato.

Nota primo pœnam & conditionem non diſtigui ex verbi
ſed ex voluntate teſtatoris. eadem enim verba efficient legatu
conditionale, aut legatum pœnæ nomine relictum, pro ut teſtat
voluerit. Exempli cauſa, ſi ſcopus teſtatoris ſit honorare Seju
legatarium ſub hac conditione, ſi hæres filiam ſuam in matrim

piu:

…um ei collocaverit, hoc legatum erit conditionale. *Hæres* …, *ſi filiam ſuam Sejo nuptui dederit, centum ipſi Sejo dato.* ſi … ſcopus teſtatoris ſit coercere hæredem, quo minus filiam … nuptui det Sejo & in eum eventum infligat ei pœnam cen- … ejo ſolvendorum, idem legatum, id eſt, iiſdem verbis reli- …tu, *hæres meus*, &c. non dicetur conditionale, ſed pœnæ nomi- … ictum. *D. de his quæ pœn. nom. l. final.* [a pœna tamen hodie …s & legatarius excuſatur ex juſta & rationabili cauſa. *Sand.* … *tit. 6. def. 1. & tit. 7. def. 2. Menoch. 4. præſ. 98. Covar. in c.* …*aldus. §. 1. nu. 7. de teſtam.*

…ota ſecundo differentiam inter hæc legata, quia impoſſibi- …ta conditionis non vitiat legatum. *ſupra de hæred. inſtituend. §.* …*ſſibilis.* 10. impoſſibilitas tamen vitiat legatum pœnæ nomi- … ictum ut docet Imperator in fine hujus tit. [uti & conditio- … noribus hodiernis. *v. not ſupra d. §. impoſſibilis.*]

AXIOMATA.

…*ngula ſuis locis ſunt explicanda.* in princ. *conjun.* §. ult. ſu- …ra per quas perſonas nobis acq.

…*egatum eſt titulus lucrativus*, §. 1: verb. donatio quædam.

…*gatum ab hærede præſtandum eſt* §. 1.

…*ſtatoris voluntas verbis præfertur.* §. 2.

…*gata & fideicommiſſa ſunt inter ſe exæquata.* §. 3.

…*fficultas in juvenibus erudiendis vitari debet.* dicto. §. 3.

… *ſimplicioribus inchoandum.* d. §. 3.

…*us probandi incumbit actori.* §. 4. *conjun. l.* verius. 31. ff. de …robat.

…*ſtatoris voluntati eſt obtemperandum.* §. 5.

…*uæ lucrativæ cauſæ in eandem perſonam & eandem rem …oncurrere non poſſunt.* §. 6.

…*ui pretium abeſt ipſa res abeſſe videtur.* d. §. 6. *conjun.* l. ſi ſer- …vus. 21. §. & ideo. ff. de eviction.

…*ſufructus, non partis, ſed ſervitutis vicem obtinet.* §. 9.

…*uod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri nequit.* §. 10. *conjun.* l. … & an eadem. 14. §. pen. ff. de except. rei judic. & l. non ut ex pluribus. 159. ff. de div. reg. jur.

…*Legatum, quod ab initio non valet, ex poſt facto non confirma- tur.* d. §. 10. & 32. *conjun.* l. 1. ff. de reg. Caton. *Simile eſt axio- ma* 5. ſupra quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. & axiom. 1. ſupra de exhered. liberorum.

…*lus valet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione.* §. 11.

…*Eadem eſt ratio totius ad totum, & partis ad partem.* §. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

conj.§.nihil autem.& §.ſi quis una, verſ. ult. infr. de fideic hæred.& l.quæ de tota.76.in pr.ff.de rei vindicat.

17.*Legatum non valet, niſi aliquam utilitatem afferat legatario* §.ex contrario.& §.14.

18.*Legatum ſuſtinetur etiamſi ad eam cauſam pervenerit, a qu incipere non poteſt*.d.§.14.

19. *Falſa demonſtratio non vitiat legatum*.§.14.& 30. *conjun* l. demonſtr. 17.in princ.& §.1.ff.de condit.& demonſtr.

23.*Interitu ſpeciei debitor liberatur, ſi nec ejus facto perierit*.§ 16. *neque moræ, ſeu culpæ reus ſit*. ff. de verb.oblig.ſi ex le legati.23.

21.*Sublato uno ex diverſis æque principalibus alterum non toll tur*§.17.*h*.

22. *Sublato principali, tollitur acceſſorium*.§.17. *conjun*. l. nih dolo.120.§.1.& l.cum principalis.178.ff.de div.reg.jur.

23 *Augmentum, vel decrementum rei legatæ uſque ad diem leg ti cedens, vel ex rebus legatis contingens, ad legatarium pe tinet*.§.28.& §§.ſeqq.

24.*Grex eſt unum corpus ex diſtantibus capitibus*.d.§.18.

25.*Ædium eſt unum corpus ex tignis cohærenitbus*.eod.§.

26. *Legari poteſt iis, quibuſcum eſt teſtamenti factio*. §.24.

27. *Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt, quæ alio quolibet modo intelligantur nihil intereſt*.§.22.

28.*Falſa legandi cauſa legato non nocet*.§.31.*conjun*.l.demonſt 17.§. quod autem.ff.de condit.& demonſtr.

29. *Incivile eſt, ſcripturæ ordinem ſequi, ac ſperni teſtatoris v luntatem*.§.34.

30. *Libertas eſt favorabilior lucro pecuniario*.d.§.34.*conjun*.§ infra de eo cui libert.cauſ.bona addict.

31.*Voluntates teſtatorum impoſſibiles, aut legibus interdictæ, alias probroſæ non valent*.§.ultim.

DE ADEMPTION LEGATORUM.

TITVLVS. XXI.

SUperiori titulo dictum eſt de legatis relinquendis:nunc agi de iiſdem adimendis,ſimulque de transferendis:quia tranſl ſimul uni adimit, & alteri tribuit.*inf.hoc.tit.l.fin.*

Ademp

Ademptio legati.

ADemptio legatorum (ſive eodem teſtamento adimantur, ſive codicillis) firma eſt: ſed & ſive contrariis verbis fiat ademptio: veluti ſi quis ita quid legaverit, *do, lego*: ita adimatur, *non do, non lego*: ſive non contrariis, ſeu &is quibuſcunque verbis.

a Poteſtne legatum ſcriptum adimi?

Primo de ademptione legatorum duo docet *in pr.t.* Unum eſt od legatum poteſt adimi tam in eodem teſtamento, in quo re- tum fuit, quam in codicillis poſt teſtamentum factis. [teſta- nto autem vel codicillis teſtamento confirmatis, ipſo jure. *l.16 vulg. & pup.* codicillis nudis, per prætoris tuitionem oppoſita enti doli mali exceptione. *l.4.§.10. de dol. mal. excep.*] Alterum ,quod poteſt adimi quibuſcumque verbis, dummodo teſtato- voluntas appareat. [etiam tacita ademptione fit: ut ſi teſtator lla cogente neceſſitate. *l.11.§ 12. de leg.3.* legatam rem poſtea idat, vel alteri donet. *l.18. eod. tit. de ademt. leg.* vel alio modo in m transferat. *Perez. hic.* Sic ademta re principali cenſetur & a- nta tacite acceſſio ejus. *Tuld. hic. c.4.5. vid. tit. præc. §.17. not.* ani hæredum prædium prælegavit, & alteri precium ejuſdem: rædium diſtraxit teſtator, utrumque ademtum cenſeturs, ut ualitas ſervetur. *l. 25. ff. h. tit.* Tacite quoque legatum adem- n cenſetur debiti, ſi teſtator illud dein a debitore exegit. *l.11. § 3. de leg. 3.* ſecus ſi debitor ſolvens pecuniam teſtator ſerva- , vel in emtionem prædii collocavit, vel alias de mente teſta- is non mutata probetur *l. 25. h. tit.* Voluntas namque tacita a trario ſenſu collecta, etiam tacite revocata cenſetur. *l.6.§. li- de codicill. Tuld. hic c.1.2.* Et quod pure alicui legatum fuit ſi ri ſub conditione legetur, priori ſub contraria conditione reli- ſſe intelligitur. *l.7. h. tit. & l.6. quando dies legat.*]

Tranſlatio legati.

1. § ᵃTransferri quoque legatum ab alio ad alium po- t: veluti ſi quis ita dixerit, *hominem Stichum, quem Titio vi, Sejo do lego*: ſive in eodem teſtamento, ſive in codi- lis hoc fecerit. quo caſu ſimul (&) Titio adimi videtur Sejo dari.

a Poteſtne legatum in alium transferri?

ecundo *in §.1. h. n.* de tranſlatione legatorum ſimiliter duo do- . Unum eſt, poſſe legatum transferri ab uno legatario ad al- um, puta a Titio ad Sejum, tam in eodem teſtamento, in quo ctum fuit Titio, quam in codicillis poſtea factis. Alterum eſt

quod ad effectum tranſlationis pertinet , in tranſlatione contines
tam ademptionem quam dationem legati.dum enim teſtator le
gatum transfert a Titio ad Sejum,ſimul adimit Titio,& dat Sejo
veluti ſi quis in teſtamento Stichum Titio legaverit,deinde in eo
dem teſtamento adſcribat.*Stichum,quem Titio legavi,Sejo do le*
go:hæc enim verba legatum a Titio ad Sejum transferunt.[*l.5.ff*
hic.Tuld.hic.c.7.Fachin.5.con.52.Hunn.2.reſ.tr.8.qu.17.] Se
ſi ita adſcribat,*Stichum Sejo do lego*.vel *Eundem Stichum Sejo d*
lego utrique legatum debetur,ac dicuntur re conjuncti, ut expo
ſui.§.*ſi eadem*.8 *ſupra tit.prox.* [Nota hic quod res in ſpecie al
cui legata non intelligatur ad eum tranſlata , cui poſtea univerſ
tas legatur eam quoque rem complectens : quia ſemper gene
per ſpeciem derogatur. *l.41.§ 3.& ibi Goth de leg.3.Tuld.hic.*
6.Tranſlatio autem cenſetur fieri cum onere priori injuncto:n
novum onus adjunxit.*l.24.l.28.l.32.h.tit.& ibi Goth.l.13.de*
lim.legat Et ademto onere cenſetur etiam legatum ademtum
onus per fideicommiſſum rei legatæ injunctum fuit. *l.31.§.*
hic.vel ſi adſcriptum fuit in *vim modi.l.30.§.1.d.tit.& ibi Go.*
Secus ſi in vim conditionis. l.53.*ff.de C.& D.l.40.§.fin.eod.*
Tuld.hic.c.3. Nota vero quod inutilis tranſlatio legatum pe
mat.*l.34.pr.de leg.1.& ibi Goth.l.20.& ibi Goth.l.24.ff.h.ti*

AXIOMATA.

1. *Voluntas ultima eſt ambulatoria ad extremum vitæ ſpiritu.* *l.4.* D. h. t.
2. *Legatum in teſtamento relictum, tam in eodem teſtamen[to] quam in codicillis adimi poteſt*: in princ.
3. *Legatum quibuſcumque verbis adimi poteſt*. ibid.
4. *Legatum tam in eodem teſtamento,quam in codicillis transf[erri] ad alium poteſt*.§.1.

DE LEGE FALCIDI[A].

TITVLVS. XXIII.

LEgata relinqui, adimi, transferri, minui dicuntur. De le
tis relinquendis dictum fuit *tit.*20.de iiſdem adimendis .
transferendis actum eſt *tit.prox* quod igitur ſupereſt de leg
minuendis, hoc titulo abſolvitur. & quoniam hac de re obſe
ur lex Falcidia,idcirco titulus *de lege Falcidia* inſcribitur,

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Argumentum & ratio legis falcidiæ.

Quid comprehenſum eſt lege Falcidia?

Supereſt, ut de lege Falcidia diſpiciamus, qua modus noviſſime legatis impoſitus eſt. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare (quippe [cum] ea lege ita cautum eſſet: *uti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita jus eſto*) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum gratia proviſum eſt, ob id, quod plerumque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro ullo aut minimo lucro hæreditates adire. Et cum ſuper hoc tam lex Furia quam lex Voconia latæ ſint, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: noviſſime lata eſt lex Falcidia, qua cavetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum bonorum: id eſt, ut ſive unus hæres inſtitutus ſit, ſive plures, apud eum eumve pars quarta remaneat.

Primo Imper. *in princ. h. tit.* explicat originem hujus legis, declarans diverſa jura, ſeu diverſas leges, quæ cum non ſatisfacerent, neceſſaria viſa fuit lex Falcidia. Primum jus eſt lex xij. tab. quæ ampliſſimam poteſtatem teſtatori dedit his verbis; *Uti quiſque legaſſit, ita jus eſto. D. de verborum ſignific. l. verbis legis.* 120. Hæc lex diſplicuit: quia cum hæreditas legatis ſæpe oneraretur, vel exhaurireretur, hæredes ſcripti propter minimum, aut nullum lucrum nolebant adire hæreditatem, ita teſtamenta deſtituebantur: conſequenter legata non valebant. [ita ut legatariis quoque hac lege Faldidia demum conſultum ſit. *l. 4. ff. de teſt. tut. Ilden. hic c. 2.*] reliqua jura lege xij. tabul. poſteriora ſunt plebiſcita. Secundum igitur jus fuit lex Furia, lata a Furio tribuno plebis, ne cui ultra mille aſſes legare, vel mortis cauſa donare liceret. Ita voluit lex coercere facultatem legandi: quam teſtatores ampliſſimam habebant ex lege xij. tab. Hæc lex non ſatisfecit, quia ſi teſtator mille aſſes, vel paulo amplius habens in bonis, mille aſſes leget, contra legem non facit; hæredi tamen nullum, aut minimum lucrum relinquit. Tertium jus eſt lex Voconia, lata a Voconio tribuno plebis, ne legatarius plus accipere ex teſtamento poſſit, quam hæres. Hæc lex non ſatisfacit: quia ſi quis multis perſonis in teſtamento leget, fieri poteſt, ut tam ſinguli hęredes, quam ſinguli legatarii minimum quid accipiant; proinde hæredes, quibus ſolis incumbunt onera hæreditaria, nolint adire hæreditatem. Quartum jus eſt lex Falcidia, lata, a P. Falcidio tribuno plebis.

bis. qua nunc utimur, ne teſtator legare poſſit ultra dodrantem bonorum, ut quarta pars hæreditatis penes heredes maneat. Hæ igitur lex prohibet, ne teſtator hæreditatem legatis oneret, ve exhauriat. [Idque præcipue favore teſtatoris & hæredis, ne teſta mentum deſtituatur: Hac enim lege non juvatur legatarius aut fi deicommiſſarius, ſi ab ipſis legetur ultra dodrantem ejus quod ca piunt. *l.* 47. §. 1. *hic.* niſi aliquando legat æquitate hoc ſuadente. *l.* 32. §. 4. *d. tit. Goth. in d. l.* 47. §. 1. [Dicitur autem teſtator hæredi tatem legatis onerare, quando legat, ultra dodrantem, ſic tamen ut aliquid maneat penes hæredem. Rurſus dicitur hæreditatem exhaurire, cum omnia bona ſua legat, ita ut nihil maneat pene heredem.

Lex falcidia locum habet in ſingulis.

a Hæbetne lex facidia in ſingulis locum?

1. § [a] Et cum quæſitum eſſet, duobus hæredibus inſti tutis (veluti Titio & Sejo) ſi Titii pars, aut tota exhauſt ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra mo dum onerata: a Sejo vero aut nulla relicta ſint legata, at quæ partem ejus duntaxat in partem dimidiam minuant an, quia is quartam partem totius hæreditatis aut amplit habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retine re liceat; ut quartam partem ſuæ partis ſalvam habeat placuit poſſe retinere. etenim in ſingulis hæredibus rati legis Falcidiæ ponenda eſt.

Secundo in §. 1. *h. n.* docet rationem legis Falcidiæ ſeorſum ſpe ctari in ſiingulis hæredibus, id eſt, ſi multi ſint hæredes ſcripti e certis portionibus, quilibet debet ſalvam habere quartam parten ſuæ portionis. quamvis enim teſtator quartam partem totius hæ reditatis apud unum hæredem illibatam relinquat, quia pauca vel nulla legata ab eo relinquat: tamen alius hæres poterit con queri, & uti beneficio legis Falcidiæ, ſi portio ejus ſit legatis one rata, vel exhauſta. Finge teſtatorem habentem 100. in bonis ſcr bered duos hæredes ex æquis partibus, Titium, & Mævium: a Ti tio nulla legata relinquere, a Mævio legare quadraginta: certe Ti tius habet dimidiam partem bonorum, nimirum 50. non tame propterea teſtator ſatisfecit legi Falcidiæ: quia Mævio ſalvam nc reliquit quartã partem ſuæ portionis. cum enim Mævius jure hæ reditario ſemiſſem accipiat in quo inſunt 50. ſecundum legem Fa cidiam debet ſalvam habere quartã partem bonorum 50 id eſt ha bere. 12. cum ſemiſſe, atqui juſſus a teſtatore eſt legatariis ſolve re. 40. manent igitur apud eum tantum 10. proide minus quart

erg

e o lex Falcidia legatariis adimit duo & ſemiſſem: quoniam hæc il: 10. adjuncta conficiunt heredi quartam partem. [Et ſi portio n onerata accreſcat prægravato is non magis Falcidia utetur, am ſi ab initio inſtitutus ex aſſe fuiſſet. Si vero onerati portio iciens accedat non oneratæ non confundentur. Sed ſeparatim imabuntur portiones. *Tulden. hic cap.* 5. *v. l.* 78. *l.* 1. §. 13. *l.* 11. *en. h. tit. Cujac.* 8. *obſ.* 35. Diſſent. *Duaren. c.* 8. *ff. h. tit.*]

Tempus computandæ.

2. § [a] Quantitas autem patrimonii, ad quam ratio le- Falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpectatur. Itaque erbi gratia) ſi is qui centum aureorum patrimonium in nis habeat. centum aureos legaverit: nihil legatariis odeſt. ſi ante aditam hæreditatem per ſervos hæredita- os, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu corum tantum acceſſerit hæreditati, ut centum (au- s) legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem reditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, ut nihilominus arta pars legatis detrahatur. Ex diverſo, ſi ſeptuaginta inque legaverit, & ante aditam hæreditatem in tantum creverint bona incendiis forte (aut naufragiis, aut mor- ſervorum) at non amplius, quam ſeptuaginta quinque ureorum ſubſtantia,) vel etiam minus relinquatur: ſo- la legata debentur. Nec ea res damnoſa eſt hæredi, cui berum eſt non adire hæreditatem: quæ res efficit, ut ſit ceſſe legatariis, ne de deſtituto teſtamento nihil con- quantur, cum hærede in portione paciſci. [Neque enim gatarii aut fideicommiſſarii particulares hæredem coge- poſſunt, ut hæreditatem adeat, uti poſſunt fideicommiſ- rii univerſales qui & onera ſuſcipiunt. *l.* 14. §. 5. *& ſeqq. ad* *Trebell.*]

[a] Quo tempore debet ſpectari quantitas patrimonii.

Tertio in §. 2. *h. n.* docet quantitatem patrimonii, cujus dixi- us quartam partem debere penes hæredem manere, tempore ortem teſtatoris ſpectari, id eſt, heres debet habere quartam rtem eorum bonorum, quæ teſtator habebat mortis tempore. od ſi poſtea hæc bona deminuuntur, puta ſervorum, aut peco- m heraditariorum morte, vel quacumque ratione augeantur, crum, vel damnum ad heredem pertinet: quia nec bonorum gmentum legata auget, nec decrementum legata minuit. [Sed ereditatem quam & fructus augent. *l.* 34. *l.* 37. *h. tit.* niſi tempore ortis adhuc rei legatæ adhæreant & pendentes ſint, vel ex re le- ta pendente die aut conditione legati præceptæ ſint, *Tuld. hic. c* *Gail.* 2. *Obſ.* 133. *nn.* 1. 8. *per l.* 78. §. *fin. h. tit.* Imputatur autem

 quantitati

quantitati quoque hæreditatis id quod hæres defuncto debuit, quamvis is non ſolvendo erat. *l.* 1. §. *pen. h. tit.* Sed tamen damnum circa ipſam rem legatam contingens legatarium ſequitur hæresque interitu rei legatæ liberatur. §. 16. *ſup. de leg.* ut alii omnes certæ rei debitores. *l.* 24. *de V. O. adde l.* 30. *h. tit.*]

Deductio æris alieni.

a Quæ debent deduci, ut quantitas l. Falcidiæ inveniatur?

3. § a Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur æs alienum: item funeris impenſa & prætia ſervorum manumiſſorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres vero partes inter legatarios diſtribuantur: pro rata ſcilicet portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet quadringentorum eſſe: quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quod ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus, octava debet detrahi. Quod ſi quingentos legaverit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet. Ante enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

Quarto *in* §. *ult. h. n.* docet, quædam prius de bonis defuncti deduci, quam ratio legis Falcidiæ ineatur. hæc autem ſunt, æs alienum, quia bona intelliguntur deducto ære alieno. *D. de verb. ſignific. l. ſubſignatum.* 39. §. *bona.* & funeris impenſa. *D. hoc tit. l.* 1. § *ult.* favore religionis (qui tantus eſt, ut qui in funus impendit omnibus creditoribus hereditariis præferatur. *D. de relig. l. pen.* [v. *Surd. dec.* 255. idem de exequiarum expenſis. *l. pen. & ibi Goth. de relig. & ſumt. fun. l.* 2. §. 17. *de hær. vend.* & de impenſis in curatione morbi ultimi factis. *v. Tuld. hic. c.* 6.)] & pretia ſervorum in teſtamento manumiſſorum, [etiam alienorum quos hæres rogatus eſt redimere & manumittere. *l.* 37. §. 1. *h. tit.*] favore libertatis, id eſt, cum ſpectamus patrimonium, quod teſtator tempore mortis reliquit, primum ex eo patrimonio ſolvimus impenſam factam in funus teſtatoris: deinde ſatisfacimus creditoribus hereditariis. item detrahimus ſervos, quibus teſtator libertatem legavit: [permiſit & Juſtin. deductionem aliarum impenſarum, quæ modo hæreditatis ſuſcipiendæ cauſa factæ ſunt. *l. ult.* §. 1. *C. de jur. de lib.* atque his omnibus de hæreditate deductis, in eo quod reſiduum eſt, tribuimus hæredi quartam ex lege Falcidia, & dicimus ſalva hac quarta & quatenus hæc quarta ferre poteſt, ſolvenda eſſe legata. [& ſi hæreditatem æs alienum abſorbeat, ceſſat Falcidia, non ſolum

ſo m, ſed etiam Trebellianica. *l.* 1. §. *pen. ff. ad Trebel. l.* 1. *C. eod.* *l.* .*ff. de VS.* ceſſat & deductio Falcidiæ in teſtante militariter *l.* 7. *h. tit.* item jure noviſſimo in pias cauſas legans juxta *commu-ne Dd. opin. per Auth. ſimiliter C. h. tit. vid. tamen Nov.* 131. *c.* 12 *and. lib* 4, *tit.* 8. *def.* 10. *Soeſ. hic. n.* 12.. *& ibi Deſſel.* idem ſi teſtator expreſſe vetet eam detrahi. *v. Tuld. hic. c.* 2. *Fach.* 5. *con.* ita ut non ſufficiat, ſi teſtator juſſerit integra legata ſolvi. *Fach* 5. *ont.* 13. *Soeſ. hic nu.* 10. *Boër. dec.* 44. *nu.* 33. Si integra legata, non ignorantia juris, ſed facti ignorantia, ſolvit. *l.* 9. *C. hic.* vel ſolvere promiſit. *l. fin. ff. h. tit.* non tamen poteſt prohiberi liberis primi gradus, quatenus eorum quarta ſemiſſem non excedit. *Gen. ad Grot. lib.* 2. *p,* 23. *nu.* 17. 12. nec detrahitur de re alienari prohibita. *Auth. Sed & in ea. C. h. tit. Soeſ. hic nu.* 22. Quid ſi hæres inventarium facere neglexerit. *v. ſup. tit.* 19. §. 5. *& ibi not. ad fin. Soeſ. ibid. n.* 20. 11.]

AXIOMATA.

1 *Voluntas teſtatoris vim legis habet,* in princ. *conjunct.* Nov. 22: cap. 2.

2 *Ratio legis Falcidiæ ſeorſum in ſingulis hæredibus ponitur.* §. 1.

3 *Quantitas patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpectatur.* §. 1.

4 *Augmentum, vel detrimentum hæreditatis poſt mortem teſtatoris contingens, ad hæredem, non ad legatarium ſpectat.* d. §. 2.

5 *Hæredi extraneo liberum eſt adire, vel repudiare hæreditatem.* d. §. 2 *conjunct.* §. in extraneis. ſupra de hæred. qual. & l. nec emere. 16. C. de jur. delib.

6 *Ex teſtamento deſtituto legata non debentur.* d. §. 2.

7 *Ante detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt: deinde, quod ex bonis apud hæredem manere oportet.* §. ult.

DE FIDEICOMMISSARIIS HÆREDITATIBUS: [ET AD Senatuſconſultum Trebellianum.]

TITVLVS. XX.

Fideicommiſſa quoque teſtamẽtis accidunt: Fideicommiſſum eſt quod precativo modo relinquintur. Ulpian. *tit. de legat. in princ.*

princ.& de fideicom. in *princ.* veluti quod his aut ſimilibus verbi fit, *peto, rogo, volo. mando fidei tuæ committo. infra tit. prox.* §. *ult.* Fideicommiſſa multis modis a legatis differunt. I. Fideicommiſſum fit verbis precariis, legatum verbis imperativis. *d.* §. *ult.* Ulpian. *dictis locis.* quæ etiam vocantur verba directa. *D. de teſtam. l. quoniam:* 15. *& de fideicom. l. cum quam.* 14 *& comm. de legat. l omne.* 1. vel civilia. *D. de vulg. & pupil. l. verbis.* 7. vel legitima. *C de teſtam. tut. l. ult. & de teſt. manum l. penult.* [Formulas verborum ex quibus fideicommiſſum vero dividitur in univerſale, de quo eſt hic tit. & particulare de quo agitur, *tit ſeq.* idcirco dicitur hæreditas fideicommiſſaria, non dicitur hereditas legataria. III Legata non valent, niſi ex teſtamento: fideicommiſſa relinqui poſſunt etiam ab inteſtato. *infra hoc tit.* §. *præterea,* 13. [*ubi vide.* IV. Legatarius poteſt onerari fideicommiſſo, non legato. *infr. tit prox. in princ* Non obſtar, quod Juſtin. exæquavit legata fideicommiſſis, ut docui ad §. *ſed non uſque.* 3. *ſupra de legat.* Jam explicemus ſeriem hujus tit. quem divido in quatuor partes.

a Cur nunc de fidei- commiſſis? & de quibus agendum primo?

Continuatio ſive ratio ordinis.

NUnc tranſeamus ad fideicommiſſa. ſed prius eſt, ut de hæreditatibus fideicommiſſariis videamus.

Prima pars *in princip. h. n.* declarat ſcopum & nexum ipſius tituli.

a Quę eſt origo fidei- commiſſo- rum & quę juris de iis ratio?

Origo & ratio Juris de fideicommiſſis.

1. § a Sciendum itaque eſt, omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe, quia nemo invitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant (hæreditatem.) Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo juris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea divus Auguſtus primus ſemel iterumque gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, juſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia juſtum videbatur, & populare erat: paulatim converſum eſt in aſſiduam juriſdictionem tantuſque eorum favor factus eſt, ut paulatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

…is jus diceret, quem fideicommiſſarum appellabant.

…ecunda pars *in* §. 1. *h. n.* originem & etymologiam fideicommi…orum enarrat. Ubi notandum, fideicommiſſa non eſſe odioſa; …favorabilia; quamvis videatur in fraudem legum introducta, …s relinqueretur, qui ex teſtemento capere non poterant. ratio …uia leges illæ erant odioſæ, tantum locupletandi ærarii cauſa … ut lex Julia & Papia. [Prohibitio tamen alienationis in fidei…miſſo facta in commodum ſubſtitutorum, odioſa eſt, ideoque …te accipienda. nec de uno gradu ad alium extendenda. *Grot. lib.* … *2. n. 20. 21. Sand. de prob. alien. p. 3. c. 1. per l. 23. §. fin. de leg. 2.* …cet in perpetuum facta ſit prohibitio non tamen progreditur …a quartum gradum, incipiendo ab hærede fideicommiſſario …10. *Grot. d. loc. nu. 22. Nov. 159 2 verſ. quod autem, IC. Holl.* … *251. vol. 1. Leon. conſ. 77. nu. 8. vid. Mant. de C. U. V. lib. 6. tit.* … *nu. 14*, Niſi tamẽ appareat mentẽ teſtatoris fuiſſe, quod volue…lterius pogredi. *Groenw. in d. Nov. 159. Sand. lib. 4. tit. 5. def.* … *de prob. alien. d. p. 3. c. 5. nu. 19. & ſeqq. Fachin. 4. contr. 100.*]

Fideicommiſſa. in teſtamento.

§ [a] In primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe, ut ali…s recto jure teſtamento hæres inſtituatur: ejuſque fidei …mittatur, ut eam hæreditatem alii reſtituat. alioqui …tile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur. …m igitur aliquis ſcripſerit, *Lucius Titius hæres eſto*: poteſt …cere, *rogo te Luci Titi, ut cum primum poteris hæreditatem …m adire, eam Cajo Sejo reddas, reſtituas.* [b] Poteſt autem quis… & de parte reſtituenda hæredem rogare. Et liberum …, vel pure, vel ſub conditione relinquere fideicommiſ…, vel ex certo die.

a Quomodo relinquitur univerſale fideicommiſſum in teſtamento?

b Valetne & fideicommiſſum de parte?

…tertia parte agitur de fideicommiſſis relinquendis, & de eo…n effectu. In hac parte declarantur tres caſus. Primus caſus eſt, …n hæres inſtitutus oneratur fideicommiſſo. Hunc caſum ex…cans Imp. Primo in §. 2. *h. n.* generalem doctrinam tradit, quod …s eſt, ut in teſtamento recte facto hæres inſtituatur, qui fidei…mmiſſo oneretur. Intellige hoc requiri in dicto primo caſu. pa… enim, hoc non requiri in ſecundo caſu, id eſt, cum fideicom…iſſum relinquitur ab inteſtato. [& in codicillis, non tamen cui… ut olim, ſed tantum capaci. §. 24. *ſup. de legat. Perez. hic &* … *nn.*] Secundo varias diviſiones adjungit, quo melius dictus ca…s intelligatur. Prima diviſio eſt in verſic, *cum igitur.* quod hęres …gatur reſtituere vel totam hæreditatem, vel ejus partem. Se-

cunda

cunda diviſio eſt in verſic. *& liberum.* quod fideicommiſſun relinquitur vel pure, veluti, *Titius hæres eſto: rogo te Titi heredi tatem meam Sejo reſtituas:* vel ſub conditione, veluti; *Rogo te, u hereditatem Sejo reſtituas, ſi navis ex Aſia venerit:* vel ex die, ve luti, *Rogo te, ut hæreditatem Sejo reſtituas poſt biennium quam d ceſſero.* pure autem fideicommiſſum relictum ad hæredes fide commiſſarii tranſmittitur etiã non agnitum, non vero ſub cor ditione relictum, niſi de contraria teſtatoris voluntate ex conj cturis veriſimilibus appareat. *Perez. hic. v. l. 74. de leg. 1. l. 41. ſ de C. & D.*

Hæredis fiduciarii & fideicommiſſarii differentia.

a Manetne fiduciarius, heres, cum hereditas eſt reſtituta?

3. § a Reſtituta autem hæreditate, is quidem, qui re ſtituit, nihilominus heres permanet: is vero, qui recip hæreditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loc habetur.

Tertia diviſio eſt in §. 3. *h. n.* quod fideicommiſſarius modo ol tinet locum heredis, modo legatarii, licet hæres, qui hereditate fideicommiſſario reſtituit, nihilominus hęres maneat. regula nan que juris eſt: Qui ſemel eſt heres, non deſinit eſſe heres. *D. de m nor. l. Ait prætor. 7. §. ſed quod Papinianus. in fid. & de hered. i ſtit. l. ei qui. 88.* Quamvis autem heres maneat, tamen cum fide commiſſarius pro hærede habetur, conſequenter ipſe hæres inſt tutus perinde habetur, ac ſi heres non eſſet, ut ex ſeqq. §§. intell getur [& nudum tantum nomen hæredis retinet. *Vinn. hic.*]

SC. Trebellianum.

a Quid cautum fuit SC. Trebelliano?

4. § a Et Neronis quidem temporibus Trebellio Max mo & Annæo Seneca conſulibus ſenatusconſultum factu eſt: qua cautum eſt, ut ſi hæreditas ex fideicommiſſi cau reſtituta ſit: omnes actiones, quæ jure civili hæredi, & i heredem competerent, ei, & in eum darentur, cui ex f deicommiſſo reſtituta eſſet hereditas. Poſt quod ſenatu conſultum prætor utiles actiones ei, & in eum, qui recip hereditatem, quaſi heredi, & in heredem dare cœpit.

Ut enim hoc melius intelligatur, Juſtin. *in ſeqq.* §§. varia jur declarat. Primum jus eſt Senatuſconſ. Trebellianum, prout ab in tio conditum fuit: de quo in §. 4. *h. n.* Hujus juris proprium eſt, t actiones hereditariæ tam activæ, quam paſſivæ transferantur a fideicommiſſarium, adeo ut fideicommiſſarius pro hærede h beatur. conſequenter huic ſenatuſconſulto prætor utiles actio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[fid]eicommiſſario, & fideicommiſſarium dabat quaſi hæres [e]ſſ. [ut eum incommoda ſequantur, quem ſequuntur com[mo]da manentibus actionibus directis apud & contra hæredem fi[d]uciarium: qui ſi conveniatur directis actionibus liberatur exce[pti]one reſtitutæ hæreditatis: qua ſi non utatur, & ſolvat, poteſt ſo[lu]m repetere a fideicommiſſario. *v. Perez. hic.*]

SC. Pegaſianum.

[5] § [a] Sed quia hæredes ſcripti, cum aut totam hæredi[tat]em, aut pene totam plerumque reſtituere rogaban[t]u, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum re[cu]ſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: po[st]ea Veſpaſiani Auguſti temporibus Pegaſo & Puſione co[n]ſulibus ſenatus ceſuit: ut ei, qui rogatus eſſet here[d]itatem reſtituere, perinde liceret quartam partem reti[ne]re, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere concedi[tu]r. Ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum re[li]nquuntur, eadem retentio permiſſa eſt. Poſt quod [ſen]atuſconſultum ipſe heres onera hæreditaria ſuſtinebat. Il[le] autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat, partem he[red]itatis, legatarii partiarii loco erat, id eſt, ejus legata[rii] cui pars bonorum legabatur; quæ ſpecies legati, partitio v[o]cabatur: quia cum herede legatarius partiebatur hære[di]tatem. Unde quæ ſolebant ſtipulationes inter heredem & partiarium legatarium interponi: eædem interpone[ba]ntur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit heredita[t]em, & hæredem, id eſt, ut lucrum & damnum heredi[tatu]m pro rata parte inter eos commune eſſet.

a Quid cautum fuit SC. Pegaſiano?

Secundum jus in §. 3. *h. n.* eſt SC. Pegaſianum: cujus juris pro[pri]a hęc ſunt. Primum hæredi fideicommiſſam hæreditatem re[ſti]tuturo permittitur quartæ detractio. Deinde hæres ſuſtinet o[ne]ra hæreditaria: fideicommiſſarius vero habetur loco legatarii, [&] comparatur ei, cui pars bonorum legabatur. unde inquit Im[p]. eas ſtipulationes, quæ inter hæredem & legatarium partia[ri]um interponebantur, etiam inter heredem & fideicommiſſa[ri]um interponi ſolitas eſſe: hoc eſt, promittebat heres fideicom[m]iſſario ſe ei reſtituturum dodrantem eorum, quæ a debitoribus [hæ]reditariis exegerit. item promittebat fideicommiſſarius here[di] ſe ei reſtituturum dodrantem eorum, quæ creditoribus hære[di]tariis ſolverit.

Collatio

Collatio Senatusconſultorum.

a In quo diſtinguebatur Trebellianum a Pegaſiano?

6. § a Ergo ſi quidem non plus, quam dodrantem heri ditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere: tunc ex Tr belliano ſenatuſconſulto reſtituebatur hereditas, & in trumque actiones hereditariæ pro rata parte dabantur: heredem quidem jure civili: in eum vero, qui recipieb hereditatem, ex ſenatuſconſulto Trebelliano tanquam i heredem. At ſi plus, quam podrantem, vel etiam totu hereditatem reſtituere rogatus eſſet: locus erat Pegaſi no ſenatuſconſulto: & heres, qui ſemel adierat heredit tem (ſi modo ſua voluntate adierat) ſive retinuerat qua tam partem ſive retinere noluerat: ipſe univerſa, one hereditaria ſubſtinebat. Sed quarta quidem retenta; qu partis & pro parte ſtipulationes interponebantur, ta quam inter partiarium legatarium & heredem. ſi vero t tam hereditatem reſtitueret: emptæ & venditæ herec tatis ſtipulationes interponebantur. Sed ſi recuſabat ſcr ptus heres adire hereditatem; ob id, quod diceret ea ſibi ſuſpectam eſſe, quaſi damnoſam: cavebatur Pegaſi no ſenatusconſulto, ut deſiderante eo, cui reſtituere r gatus eſſet, juſſu prætoris adiret, & reſtitueret hæredit tem: perindeque ei & in eum, qui reciperet hereditaten actiones darentur, ac juris eſt ex Trebelliano ſenatu conſulto quo caſu nullis ſtipulationibus eſt opus: qu ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas datur; & actione hæreditariæ ei & in eum transferuntur, qui recipit here ditatem, utroque ſenatuſconſulto in hac ſpecie concurrer te.

Cum igitur eſſent duo Senatuſconſulta, Trebellianum, & Peg ſianum, modo ex hoc, modo ex illo reſtituebantur hæreditate ut explicatur in § *6. h. n.* Nam ſi fideicommiſſum non excedeb dodrantem hereditatis, reſtituebatur ex ſenatuſconſulto Tr belliano, ut docet Imp. *in princ. d.* §. Si vero dodrantem exc debat, & heres ſponte ſua hereditatem adibat, reſtitutio fiebat Pegaſiano: tuncque ſolebant inter heredem & fideicommiſſariu interponi ſtipulationes emptæ & venditæ hæreditatis, ſi her totam hereditatem ſine detractione quartæ reſtituebat. Id eſt, h res quemadmodum promittebat emptori hereditatis ſe ei r ſtituturum quicquid a debitoribus hæredirariis exegeri

i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ita etiam idem promittebat fideicommiſſario. Rurſus, quemadmodum emptor hæreditatis, ita etiam fideicommiſſarius promittebat hæredi ſe ei reſtituturum, quicquid creditoribus hæreditariis ſolverit. verſ. *at ſi plus.* Denique cum hæres ſcriptus nolebat adire hæreditatem, locus erat utrique ſenatuſconſulto: quia ex Pegaſiano hæres cogebatur adire & reſtituere hæreditatem: ex Trebelliano autem transferebantur actiones in fideicommiſſarium, tam activæ quam paſſivæ verſic. *ſed ſi recuſabat*, Immo etiam ex Pegaſiano: quia Pegaſiano Trebellianum ad hunc caſum producebatur id eſt, cavebatur ut hæres cogitur hæreditatem adire, eamque fideicommiſſario reſtituere, atque actiones ex Trebelliano transferre.

Transfuſio SCti. Pegaſiani in Trebellianum.

§ [a] Sed quia ſtipulationes ex ſenatus conſulto Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt, & quibusdam caſibus captioſas eas homo excelſi ingenii Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas, quam difficultas placet: ideo omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quam differentiis utriusque ſenatus conſulti placuit, exploſo ſenatus conſulto Pegaſiano, quod poſtea ſupervenit, omnem auctoritatem Trebelliano ſenatus conſulto præſtare, ut ex eo fideicommiſſariæ hereditates reſtituantur: ſive habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartam, ſive plus, ſive minus, ſive nihil penitus: ut tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra auctoritate retinere, vel repetere ſolutum quaſi ex Trebelliano ſenatus conſulto: pro rata portione actionibus, tam in heredem, quam in fideicommiſſarium competentibus, ſi vero totam hereditatem ſponte reſtituerit omnes hereditariæ actiones fideicommiſſario, & adverſus eum competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegaſiani ſenatusconſulti fuerat, ut quando recuſaret hæres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire, neceſſitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hæc tranſpoſuimus ad ſenatuſconſultum Trebellianum, ut ex hoc ſolo neceſſitas heredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fideicomuisſſarius deſideret reſtitui ſibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente.

a Ex quo SCto. & quomodo hodie in fideicommiſſis jus dicitur?

Ter-

Tertium jus in §. 7. *h. n.* eſt jus Juſtinianeum: quia Juſtin.
ſuſtulit ſenatuſconſultum Pegaſianum: & quod in eo utile erat
tranſtulit ad Trebellianum. Hujus juris propria hæc ſunt. I.
Fideicommiſſariæ hereditates reſtituuntur indiſtincte ex Trebel-
liano: Nam Juſtinianus Pegaſianum ſuſtulit: quoniam ex eo
interponebantur ſtipulationes, quibus heres a fideicommiſſario
ſtipulabatur ſibi reſtitui quod ſolviſſet, & invicem promittebat
ſe ei reſtituturum quod exegiſſet: commodius eſt autem vitare
hunc circuitum, & actiones recta via tranſire ad fideicommiſſa-
rium, quod fit ex ſenatuſconſulto Trebelliano. II. Quarta par
hereditatis manere debet penes heredem, niſi heres ſponte ſua
malit totam hereditatem reſtituere. [Ceterum quarta hæc de
trahitur ex tota hæreditate, etiam ex legatis. *Fach. n. 5. contr. 8*
ita ut legatorum onus in ſolidum reſpiciat fideicommiſſarium
quoties ei non minus dodrante reſtituitur. *Tulden. hic. c. 6. per*
l. 2. §. penult. & ult. hic. & l. ult. C. eod. Si vero hæres majo
rem partem retineat, etiam pro rata tenetur ad legata. *l. 2. C*
d. tit. Cujac. par. C. hic.] III. Si hæres quartam retineat, a
ctiones hæreditariæ inter eum & fideicommiſſarium dividuntur
ita ut pro quarta parte maneant penes hæredem, & pro dodran
te tranſeant ad fideicommiſſarium. Si vero totam hæreditatem
reſtituat, omnes actiones tam activæ, quam paſſivæ in ſoli
dum tranſeunt ad fideicommiſſarium. IV. Si hæres nolit ad
re, cogitur ex Trebell. hæreditatem adire, & reſtituere, i
ut nihil commodi, vel incommodi ſentiat, ſed omnia emolu
menta & onera tranſeant ad fideicommiſſarium. hæc dicta ſin
de tertia diviſione. Sed hic notandum quod in quartam hæ
imputentur fructus ante aditam hæreditatem percepti. *l. 22. §*
2. ad Trebell. ſcil. ſi negligentia fuerit in hærede gravato. *l. 18*
d. tit. ſecus ſi negligentia in fideicommiſſario ſit. *d. § 2. Gome*
1. var. reſ. 5. nu. 15. Soeſ. hic nu. 14. & ibi Deſſ Sed quoti
dilatio reſtitutioni fideicommiſſi a teſtatore adjicitur, nu
quam heres reſtituit fructus, aut alia emolumenta medio tem
pore percepta: quia hæredis gratia dilatio adjecta cenſetur. *De*
ſel. d. loc. Coſtal in l. 3. §. 2. de uſur. Quod an etiam extend
tur ad fructus pendentes a teſtatore ſatos. *vid. Coren. conſ. 1*
Menoch. 2. arb. 256. nu. 3. Mant. lib. 7. tit. 10. nu. 11.
C. U. V. Sed nec liberis primi gradus fructus in quartam imp
tantur. *l. 6. C. ad Trebell. Sand. lib. 4. tit. 7. def. 5. 6.* verum
imputantur & in Trebellianicam quæ jure legati vel fideicom
miſſi, vel conditionis implendæ cauſa judicioque defuncti c
piuntur. *l. 74. ad L. Fald.* quamvis in Falcidiam nihil in
putetur, niſi quod jure hereditario habet hæres. *Tuld. ti*

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

4. *per l. 91. ad l. Falc. Fachin.* 5. *con.* 15. & fideicommiſ-cularia ſubjiciuntur SC. Trebellianico, non L. Falcidiæ. *Fach.* 5. *con.* 12. *Diſſ. Tuld. d. c.* 4. Verum detractio Trebel-ianiæ a teſtatore prohiberi poteſt uti Falcidiæ quoque cum ea-dem ratio. *Perez. hic.* Diſſ. *Tuld. hic c.* 3. *Gail.* 2. *obſ.* 136. quod tamen ceſſat in liberis primi gradus. *Perez. hic Fach.* 5. *contr.* 5. ita ut hi poſſint detrahere legitimam & hanc quartam *Fab. lib.* 6. *tit.* 27. *def.* 4. *Fachin.* 5. *contr.* 2. *Sand. lib.* 4. *def.* 3. 4. ob omiſſam tamen inventarii confectionem non ... ur. *Tulden. Gail. Bronk. d. loc. Soeſ. & Perez. hic.* Diſs. ... *in. c, Rainutius.* §. 11. *nu.* 10. *Vaſq. de ſucceſ. creat. lib.* ... *nu.* 14.]

De qua re quis rogatur.

1 a Nihil autem intereſt, utrum aliquis ex aſſe hæ-res inſtitutus, aut totam hereditatem, aut pro parte re-... rogatur: an ex parte hæres inſtitutus, aut totam ... partem, aut paatem partis reſtituere rogatur. Nam ... hoc caſu eadem obſervari præci præcipimus, quæ in to-... hereditatis reſtitutione diximus.

a De quo reſtituendo debet rogari fiduciarius, ut SC tum habeat locum?

Quarta diviſio eſt in §. 8. *h. n.* quod fideicommiſſo onoratur ... hæres inſtitutus aſſe, ex aut inſtitutus ex parte: & uterque vel ... rogatur reſtituere totum quod accipit, vel partem ejus [*v. inf.* ... 8.]

Fideicommiſſum relictum deducta re certa

9 a Si quis una aliqua re deducta, ſive præcepta, ... quartam continet (veluti fundo vel alia re) rogatus ... reſtituere hereditatem: ſimili modo ex Trebelliano ſe-... conſulto reſtitutio fiet, perinde ac ſi quarta parte ... ta rogatus eſſet reliquam hereditatem reſtituere: ſed ... intereſt, quod altero caſu, id eſt, cum deducta, ſive ... præcepta aliqua re, reſtituitur hereditas, in ſolidum ex eo ... tuſconſulto actiones transferuntur: & res quæ rema-... apud hæredem, ſine ullo onere hereditario apud eum ... manet, quaſi ex legato ei adquiſita; altero vero caſu, id ... cum quarta parte retenta, rogatus eſt heres reſtituere ... hereditatem, & reſtituit: ſcinduntur actiones, & pro do-... rante, quidem transferuntur ad fideicommiſſarium, pro ... quadrante remanent apud heredem. Quin etiam licet una ... aliqua deducta, aut præcepta, reſtituere aliquis here-

a Quid ſi quis ſit rogatus totam reſtituere deductis certis rebus?

 dita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ditatem rogatus ſit, in qua maxima pars hereditatis co
tineatur, æque in ſolidum transferuntur actiones. Et ſ
cum deliberare debet is cui reſtituitur hereditas, an e
pediat ſibi reſtitui. Eadem ſcilicet interveniunt, & ſi du
bus pluribuſve deductis, præceptiſve rebus, reſtitue
hereditatem rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma dedu
præceptave, quæ quartam vel etiam maximam partem h
reditatis continet, rogatus ſit aliquis hereditatem reſtitu
re: idem juris. Quæ ſautem diximus de eo, qui ex aſſe i
ſtitutus eſt: eadem transferimus & ad eum, qui ex pa
heres ſcriptus eſt.

Ad quintam diviſionem pertinet. §.9. *h.n.* Cum enim teſtat
rogat hæredem ut hæreditatem reſtituat: vel ei permittit ut r
neat certam rem, puta fundum, ſive certas res, puta fundum &
des: vel certam ſummam, puta centum, vel partem hæreditati
quadrantem: vel nullam detractionis mentionem facit, ſed ſi
pliciter jubet hæreditatem reſtituere, Primo & ſecundo caſu e
rem, vel res, ſive ſummam habet quaſi legatarius, id eſt, non
ſtinet onera hæreditaria, ſed omnia transferuntur in fideico
miſſarium [etiamſi res ea ſive ſumma quam habet quartam
peret. *v. Tuld. hic c.5. per §.10. ſeq. hic.* creditoribus tamen te
rei nomine tenetur in ſubſidium. *v. Grot. lib.2. p.20. n.6. & ſq.*
per l.4. ad L. falcid.] Tertio caſu pro ea parte, quam retinet, ac
nes hereditariæ tam activæ quam paſſivæ ad eum pertinent. ex
pli gratia, ſi detrahit quartam partem creditoribus hæredit
pro hac parte tenetur, & debitores hereditarios pro hac p
convenire poteſt. Differentiæ inter hujus & ſuperiorum caſu
deciſiones ratio eſt: quoniam actiones & onera hereditaria
ſequuntur res hereditarias quæ non ſunt partes hereditatis, i
pſam hereditatē. *ff. ad ſenatuſconſ. Trebell. l.1. §. ſi heres. 56*
timus caſus omittitur in contextu: ſed ejus deciſio non eſt ob
ra, cum enim dictum ſit hæredem poſſe quartam deducere,
lit: certe, ſi eam deducat, pro eadem parte onera ſubit
vero nihil deducat, ſed totam hereditatem fideicommiſſari
ſtituat, omnia onera in eundem fideicommiſſarium transfe
tur. *ſupra hoc tit. §. ſed quia ſtipulationes 7.* [Rogatus vero r
tuere tantum quod ſupererit ex hæreditate tempore mortis,
tur ad minimum quartam reſtituere.. *Auth. contra rogatus.*
Trebell. Fachin. 5. con. 53. Gomeſ. 1. reſ. 4. Menoch. 4. præſ.
Rogatus vero cum licentia alienandi, poteſt omnem hæredit
alienare. *Menoch. d. loc. nu. 5.* Sed & tenetur cavere de reſtitu
quarta, priore caſu, niſi ſit inter parentes vel fratres. *Grot. lib.*

..nu.27.& ibi Groenw.& ſi plus conſumſerit de eo hæredes e-
..quoque tenentur, bonaque poſtremo alienata ad eam quanti-
..tam revocari & vindicari poterunt. *Grot. ibid.* excipe niſi &
..rta tota ſit alienata pro redimendis captivis, vel dote neceſſa-
..ri *Grot.d.loc.*] Expoſitus eſt primus caſus principalis, id eſt,
..cu heres inſtitutus oneratur fideicommiſſo.

Regula ab inteſtato

..o. § [a] Præterea inteſtatus quoque moriturus, poteſt ..are eum, ad quem bona ſua, vel legitimo jure, vel ho..ario pertinere intelligit: ut hereditatem ſuam totam, ..temve ejus, aut rem aliquam (veluti fundum, homi..n, pecuniam) alicui reſtituat: cum alioqui legata, niſi ..eſtamento, non valeant.

[a] Habetne SCtum locum cum quis eſt rogatus ab inteſtato?

..ecundus caſus eſt in §. 10. *h. n.* cum fideicommiſſo oneratur ..es ab inteſtato. Hic notetur, fideicommiſſa valere, non ſolum ..eſtamento, ſed etiam ab inteſtato: quamvis legata non va..t, niſi ex teſtamento, de qua legatorum & fideicommiſſorum ..erentia ſupra dixi [hodie vero etiam ab inteſtato directe re..qui poſſunt ob confuſam legatorum & fideicommiſſorum na..m. *l.2.C.comm.de leg.*]

Gradus ſubſtitutionum.

..1. § [a] Eum quoque, cui aliquid reſtituitur, poteſt ro..e, ut id rurſum alii aut totum, aut partem, vel etiam ali..d aliud reſtituat.

[a] Danturne diverſi gradus ſubſtitutionum?

..ertius caſus eſt in §. *pen.* cum fideicommiſſarius fideicom..ſo oneratur, id eſt, cum ille, qui ex cauſa fideicommiſſi he..tatem accepit, eandem hæreditatem, vel partem ejus, vel .. ſingularem, puta fundum, jubetur alteri reſtituere. Nota ..: fideicommiſſario, qui fideicomiſſo oneratus eſt, non dari ..actionem quartæ. *D. ad SC. Trebell. l. mulier. 12. §. ult.* ..*chin. 5. con.7.Fab. C lib. 6. tit. 27. def.* 1. niſi tamen prius ..quam detracta fuerat, tum enim deducere fideicommiſſarius ..nus, & ſi nec ille deduxit ſubſequens poterit. *l.* 1.§. 19. *l.* 2. ..*Trebell.*] Hæc de tertia tituli parte.

Fideicommiſſum ſine teſte relictum.

..2. § [a] Et quia prima fideicommiſſourm cunabula a fide ..edum pendent, & tam nomen, quam ſubſtantiam ac-

[a] Eſtne ullus caſus, quo ſine teſte valet fideicommiſſum?

ceperunt: ideo divus Auguſtus ad neceſſitatem juris retraxit. Nuper & nos eundem principem ſuperare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentiſſimus, Quæſtor ſacri palatii ſuggeſſit, conſtitutionem fecimus: per quam diſpoſuimus, ſi teſtator fidei heredis ſi commiſit, ut vel hæreditatem: vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat, & neque ex ſcriptura, neque ex quinque teſtium numero (qui in fideicommiſſis legitimus eſſe noſcitur) poſſit res manifeſtari: ſed vel pauciores, quam quinque, vel nemo penitus teſtis intervenerit: tunc ſive pater heredis, ſive alius, quicunque ſit, qui fidem hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit: ſi heres perfidia tentus adimplere fidem recuſat, negando, rem ita eſſe ſubſecutam: ſi fideicommiſſarius jusjurandeum ei detulerit, cum prius ipſe de calumnia juraverit: neceſſe eum habeat vel jusjurandum ſubire, quod nihil tale a teſtatore audiverit: vel recuſantem, ad fideicommiſſi vel univerſalis, vel ſpecialis ſolutionem coarctari: ne depereat ultima voluntas teſtatoris fidei heredis commiſſa. b Eadem obſervari cenſuimus, & ſi a legatario vel fideicommiſſario aliquid ſimiliter relictum ſit. Quod ſi is, a quo relictum dicit, [poſtquam negaverit,] confiteatur quidem aliquid a ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem recurrat, omnino ſolvere cogendus eſt.

b Quid ſi quid relictum ſit a legatario vel fideicommiſſario?

Quarta pars in §. *ult.* novum jus conſtituit favore ultimæ voluntatis, ut fideicommiſſa valeant, etiamſi per nullos teſtes probari poſſint, ſi modo teſtator hæredem præſentem & audientem rogavit hæreditatem reſtituere, ac fideicommiſſarius de calumnia jurans, eidem hæredi jusjurandum deferat. nam hæres vel cogetur jurare id fidei ſuæ commiſſum non fuiſſe, ut hæreditatem alteri reſtituere: vel ſi jurare nolit fideicommiſſum ſolvere compelletur.

Nota primo, hanc deciſionem non obtinere in fideicommiſſo relicto ab herede abſente. quoniam abſens habet juſtam ignorandi cauſam: ideoque cogi non debet de re ſibi ignota jurare, & praeceps perjurium ſubire.

Nota ſecundo, unum eſſe in hac deciſione ſpeciale, ut fideicommiſſum coram nullis, vel paucioribus quam quinque teſtibus relictum debeatur, quia (ut dixi) ipſe hæres præſens a teſtatore rogatus dicitur. [ita ut etiam minor 25. annis præſtare debeat fideicommiſſũ quod fatetur a ſe relictum, etſi nulli teſtes fuerint adhibiti. *Sand. lib. 4. tit. 5. def. 18. & tit. 7. def. 8. Gomeſ. I. reſ.*

nu. 5. *Trentac. 2. reſ. 41. de confeſſ. Tuld. hic c. 4. Grot. lib. 2. p. 20*
nu. *& ibid. Groen.*] reliqua ſpecialia non ſunt nec hujus caſus
proṗria, nempe ut fideicommiſſarius deferens jusjurandum,
pri jurat de calumnia *ff. de jurejurand. l. jusjurandum & ad pe-*
cuniis. 34. §. qui jusjurand. 4. & ut hæres cui jusjurandum dela-
tum eſt, aut ſolvere, aut jurare cogatur. *d. l. jusjurandum & ad pe-*
cunias. § ait pretor.

ota tertio, Tribonianum in hoc §. vocari quęſtorem ſacri pa-
lati: ut & *in §. ult. verſ. ſed hoc etiam, ſupra quibus alien. lic. vel*
cor:um in procemio appelletur exquęſtor: nimirum quia procе-
mi n poſt quatuor Inſtitutionum libros confectos conſcriptum
ui quo tempore Tribonianus hoc magiſtratu functus fuerat.

ota quarto, verba illa, *poſtquam negaverit*, quæ in quibuſdam
exemplarib. habentur, in extremo §. recte abeſſe a libris ſcriptis,
&c Theophilo videri ex falſo Accurſii gloſſemate irrepſiſſe in
contextum: delenda igitur ſunt, ut facile quivis fatebitur, qui dili-
genter expendet ſuperiora verba hujus § & verba *l. ult. C. de fideic.*
cujus ſententia hoc loco refertur. Denique Imp. non punit men-
daciṁm ejus qui fideicommiſſo oneratus eſt, ut falſo Accurſius exi-
ſtimavit, ſed ejus perfidiam; quia quod ſoluturum non recuſavit
teſtatori roganti, id jam ſolvere nolens, fidem expreſſe, vel tacite
teſtatori datam fallit. [Nota denique ceſſare ſive extingui fidei-
commiſſum revocatione, repudiatione, præmoriente fideicom-
miſſario, non adita hæreditate: niſi ab inteſtato fuerit repetitum:
item deficiente conditione, aut mortuo ante eventum ejus fidei-
commiſſario, quia prius fideicommiſſi dies non cedit: Hinc filio
gravato reſtituere poſt mortem ſuam, non eſt, locus fideicommiſ-
ſo ſi liberos relinquat: ea enim conditio ſubintelligitur ſi liberos
non relinquat. *v. Perez. hic l. 14. C. de fideic. l. 3. §. 1. 2. de adim. leg.*
tit. de C. & D. l. 6. § 1. C. de Inſt. & ſubſt. Secus ſi collateralis ita
gravatus ſit. *v. Sand. lib. 4 tit. 6. def. 5.*]

A X I O M A T A.

1. *Quod alterius voluntati committitur, neceſſitatem non inducit.* in pr.
2. *Hæredis fideicommiſſum non præſtantis perfidia coercenda eſt.* §. 1. & §. ult
3. *Fideicommiſſa ſunt favorabilia.* d. § 1.
4. *Inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur.* d. § 1.
5. *Qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres* §. 3. *conj.* l. 7. §. ſed quod Papianus. ff. de minoribus & l. ei qui ſolvendo. 88. ff. de hered. inſtit. *Vide hujus regulæ exceptionem* in §.

per

per contrarium infra de hered. quæ ab inteſt. defer.

6. *Fideicommiſſarius pro hærede habetur.* d. §. 3. *conjun.* l. 5. §. D. quod cum eo.

7. *Circuitus eſt vitandus.* §. 7.

8. *Eadem eſt ratio totius ad totum, & partis ad partem.* §. 8. §. 9. verſ. ult. *conjun.* §, ſi rem. ſupra de legat, & l. quæ tota. 76. ff. de rei vindicat.

9. *Onera hæreditaria ſequuntur hereditatem, non res hæreditar.* d. §. 9. *cunjun.* l. 2. §. 1. hæres. ff. ad S. C. Trebellian.

10. *Fideicommiſſa tam in teſtamento, quam ab inteſtato relinqui poſſunt: legata vero niſi ex teſtamento non valent.* §. 10.

11. *Qui jusjurandum defert, prius de calumnia jurare debet.* §. *conjun.* l. jusjurandum & ad pecunias. 34. §. qui jusjurandum. & §, ait prætor. ff. jurejur.

12. *Ultima voluntas tuenda eſt, ne pereat.* §. ult.

DE SINGULIS REBUS. PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

TITULUS. XXIV.

QUemadmodum fideicommiſſum univerſale eſt, quo relinquitur univerſitas, id eſt, hereditas: ita particulare eſt, quo ſingulæ res relinquuntur. atque ejuſmodi fideicommiſſa ſunt ... ſtin. exæquata legatis. [Ideoque non valent ſi hæreditas non ſit ... vendo, univerſale vero fideicommiſſum nihilominus valet, ... univerſalis fideicommiſſarius ſit loco hæredis. *Perez. hic.*]

Singularum rerum fideicommiſſum.

Poteſtne quis ſingulas res per fideicommiſſum relinquere?

POteſt tamen quis etiam ſingulas res per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, [&] pecuniam numeratam: & vel ipſum heredem rogare, ut alicui reſtituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non poſſit.

Primo Imp. oſtendit ejuſmodi particularia fideicommiſſa ... re recepta eſſe, adeo ut ſingulæ res per fideicommiſſum relinqui poſſint. *in princ. tit. h. n.* Secundo docet quinam fideicommiſſo poſſint onerari: & ait fideicommiſſum relinqui poſſe non ſolum ab herede, ſed etiam a legatario: quamvis a legatoro legari non p[oſſit].

…ſit. verſ. *& vel ipſum.* [quæ tamen differentia hodie quoque …ſublata eſt quod enim a legatario legatum eſt, valet nunc jure fi…deicommiſſi: *arg. l.2. C. comm. de leg. Vinn. hic.*]

…Nota primo diſcrimen fideicommiſſi & legati: de quo diſcri…mine ſupra dixi.

…Nota ſecundo, non ſolum heredem, vel legatarium, ſed etiam fi…deicommiſſarium poſſe onerari fideicommiſſo. *infr. §. prox. & …ſupra. t. prox. §. pen*: denique omnes poſſunt rogari, ut aliquid reſti…tuant, qui quovis titulo aliquid ex teſtamento acceperunt. Sed q… non ſunt a teſtatore honorati, non poſſunt fideicommiſſo one…rari. *C. de fideicommiſſ. l. ab eo.* 9.

…Rei propriæ, hæredis, legatarii, alienæ fideicommiſſum.

1. § a Poteſt autem non ſolum proprias res teſtator per f…ideicommiſſum relinquere: ſed & hæredis, aut legatarii, a… fideicommiſſarii, aut cujuſlibet alterius. Itaq; & lega…tarius & fideicommiſſarius non ſolum de ea re rogari po…teſt, ut eam alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit: ſed etiam de …a, ſive ipſius, ſive aliena ſit. b Hoc ſolum obſervandum …, ne plus quiſquam rogetur alicui reſtituere, quam ipſe … teſtamento ceperit. nam quod amplius eſt, inutiliter …linquitur. c Cum autem aliena res per fideicommiſſum …linquitur: neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſum redi…mere, & præſtare, aut æſtimationem ejus ſolvere.

a Poteſtne teſtator tantum proprias res fideicommiſſo onerare? b Quæ eſt regula generalis in fideicommiſſo? c Quid juris in aliena re per fideicommiſſum relicta?

…Tertio in §. 1. *h. n.* declarat, quæ res poſſint per fideicom…miſſum relinqui. ubi dat regulam, quod teſtator poteſt ita relin…quere vel res ſuas, vel res heredis, vel legatarii, vel fideicommiſ…ſarii, vel cujuſlibet alterius, id eſt, extranei, cui nihil eſt in teſta…mento relictum. Quod dictum eſt de fideicommiſſario, intelligi …debet de eo, qui fideicommiſſum præſtat, non de eo, qui accipit: …quia ſicuti res legatarii fruſtra ei legatur. *ſup. de legat. § ſed rem.* …2. ita etiam res fideicommiſſarii fruſtra ei relinquitur. Dicimus …ergo rem fideicommiſſariis per fideicommiſſum relinqui poſſe: …quia qui jure fideicommiſſi aliquid accipit, rogari a teſtatori po…teſt, ut illud ipſum, vel aliam rem alteri reſtituat, & ita Juſtin. in…terpretatur in verſ. *itaque*, Addit Imper. limitationem in verſ. *hoc ſolum* quia non poteſt aliquis rogari ut plus reſtituat, quam ex te…ſtamento (ſupple, alia, defuncti voluntate) ceperit, verbi gratia, …qui 100. a teſtatore ſunt relicta, hic non tenetur reſtituere 200. …Nihil autem refert, utrum per ſe ceperit, quia ſibi relictum eſt, an …per alium, puta quia filio ipſius, vel ſervo relictum fuit. *D. de legat.*

legat, 3. *l. A patre* 4. *& l. ſi fuerit* 5. §. *ult*, [Qui tamen certa quantitatem percepit, & rogatus fuit alteri præſtare fundum ſuum (ſecus ſi alienum) fundum ſuum præſtare debet etſi plus: vale: videtur enim acceptando, non pluris eſtimaſſe, & probaſſe. *Soc hic nu.* 3. *& perez. per l.* 70. § 1. *de leg.* 2. *& l.* 6. *de fideic. liber* Et ſi reſtitutio poſt tempus mandata ſit computabitur increme tum uſurarum vel fructuum interim perceptorum. *d. l.* 70. § 1. 2. Sic ſi ei cui uſumfr. legavit injunxit ut Titio alimenta præſtar finientur alimenta, finito uſufr. niſi teſtator aliud voluerit, & fr ctus percepti æquivaleant oneri huic in poſterum. *l.* 19. *l.* 20. § *de ann. leg.* Quamvis alias fideicommiſſum alimentorum tranſ ad hæredē hæredis a quo relictum fuit. *Tuld hic c.* 2. *per l.* 2. §. 10. *l.* 16 *de alim. leg.*] Deinde in verſ. *cum autem*, declarat effectu illius fideicommiſſi, quo res aliena relicta eſt, nimirum ut ro- tus eam rem præſtare, cogatur eam emere, & fideicommiſſa ſolvere; vel, ſi non poteſt emere. ſive quia immodicum pretiu petat, æſtimationem ejus fideicommiſſario ſolvat. Confer. huc verſ. com §. *ſi res aliena* 4. *ſupra de legat.* quod enim ibi de le- tis dictum fuit, hic de fideicommiſſis repetitur. quapropter e loci interpretatio huc transferri debet. [& hic conſiderari deben defunctus ſciverit rem alienam eſſe. ſi enim ignoraverit non - lebit: niſi conjectura voluntatis aliud ſuadeat. *l.* 10. *C. de leg. Vi hic.*]

Libertas fideicommiſſaria.

a Quid juris in libertate fideicommiſſaria?

2. § a Libertas quoque ſervo per fideicommiſſum di poteſt ut heres eum rogetur manumittere, vel legatari, vel fideicommiſſarius. nec intereſt, utrum de ſuo prop ſervo teſtator roget, an de eo, qui ipſius heredis, aut le- tarii, vel etiam extranei ſit. Itaque & alienus ſervus re- mi & manumitti debet. Quod ſi dominus eum non v- dat: ſi modo nihil ex judicio ejus, qui reliquit libertat receperit: non ſtatim extinguitur fideicommiſſaria lib- tas, ſed differtur, quod ad poſſit tempore procedente, u- cumque occaſio ſervi redimendi fuerit, præſtari liber. Qui autem ex fideicommiſſi cauſa manumittitur, non ſtatoris fit libertus, etiam ſi teſtatoris ſervus ſit, ſed ej qui manumittit. b At is. qui directo ex teſtamento li eſſe jubetur, ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiam orci eſſe jubetur, ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiam orci appellatur. Nec alias ullus directo ex teſtamento liber tem habere poteſt, quam qui utroque tempore teſtat fuerit, & quo faceret teſtamentum, & quo moreret

b Quid juris in libertate directo data?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

D ecta autem libertas tunc dari videtur, cum non ab al ſervum manumitti rogat, ſed velut ex ſuo teſtamen- tc ibertatem ei competere vult.

'oſt hęc in §.2.*h.n.*docet etiam libertatem per fideicom iſ- ſu relinqui poſſe, non ſolum ſervo proprio, vel hæredis, ſive le tarii, aut fideicommiſſarii, ſed etiam ſervo alieno, ita, ut q ndocumque poſſit redimi redimatur, & manumittatur. Intel- li redimi poſſe ſive dominus eum vendere juſto pretio velit. *ff. de gat.3. l. non dubium* 14.§ *ult.* ſive vendere cogatur, ut quia al uid ex eodem teſtamento accepit. *C. de fideicommiſſ. libert. l. ſi* te 3. Differentia autem ponitur inter libertatem fideicommiſſa- ri n, & libertatem jure directo relictam: quoniam hanc ſervus i nediate conſequitur a teſtatore, ita ut vocetur libertus orci. ni ,ab orco, quia eſt libertus ipſius defuncti: fideicommiſſariam v accipit ab hærede, vel ab alio, qui manumittere rogatus eſt, & ujus manumittentis fit libertus, non defuncti. [nemo enim d ecto ex teſtamento libertatem habere poteſt quam qui tem- p e teſtamenti & mortis teſtatoris ſervus fuit. excipe tamen vos qui apud hoſtes ſunt utroque tempore: nam hi ſpe ſaltem tatoris erant. *Perez. hic v. l.* 33. *l.* 35. *de manumiſ. teſt.*]

Verba fideicommiſſorum.

3. §. Verba autem fideicommiſſorum hæc maxime uſu habentur: *peto, volo, mando, fidi tuæ committo.* quæ rinde ſingula firma ſunt, atque ſi omnia in unum con- ſta eſſent. e Quę ſunt verba fideicommiſſorum?

Quarto in §. *ult. h. n.* proponit verba maxime uſitata in fidei- mmiſſis relinquendis. [Hodie autem omne verbum teſtatoris nſum declarans validum eſt. *l.* 2. *C. comm. de leg.* manente ea fferentia, ut ſit legatum quod non ab alio ſed directe & imme- ate venit ab ipſo teſtatore. fideicommiſſum vero quod mediate r manum & ex fide hæredis relinquitur. *v. Soeſ. hic in fin. & i Deſſel.*]

AXIOMATA.

Nemo poteſt rogari, ut plus reſtituat, quã a teſtatore capiat. §. 1.

Nemo poteſt directo libertatem ex teſtamento capere, niſi & tam tempore, facti teſtamenti, quam mortis tempore teſtatoris, in ejus dominio fuerit §. 2.

Directo datur libertas, cum nullus rogatur ad eam dandum, ſed Dominus ſimpliciter eam relinquit. §. 2. in fin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DE CODICILLIS.

TITVLVS XXV.

Codicilli, cum a teſtatore fiunt, teſtamento accidunt: cum autem ab inteſtato, vicem exhibent teſtamenti. *D. de jur. codicill. l. ab inteſtato.* 16. nam codicilli ſunt teſtamentum quoddam imperfectum. idcirco hæres in codicillis inſtitui non poteſt. *infra hoc tit. §. penult. & D. eod. l. quod per manus.* 10.

Origo Codicillorum.

a Quæ eſt origo codicillorum?

ANte Auguſti tempora conſtat codicillorun jus in uſu non fuiſſe: ſed primus Luciu Lentulus (ex cujus perſona etiam fideicom miſſa [eſſe] cœperunt) codicillos intrc duxit. Nam cum decederet in Afric ſctipſit codicillos teſtamento confirmatos, quibus ab Au guſto petiit per fideicommiſſum, ut faceret aliquid. E cum divus Auguſtus voluntatem ejus impleſſet: deincep reliqui ejus auctoritatem ſequuti, fideicommiſſa præſta bant: & filia Lentuli legata, quæ jure non debebat, ſol vit. Dicitur autem Auguſtus convocaſſe ſapientes viros interque eos Trebatium quoque, cujus tunc auctorita maxima erat, & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, nec abſo nans a juris ratione codicillorum uſus eſſet: & Treba tium ſuaſiſſe Auguſto, quod diceret utiliſſimum & ne ceſſarium hoc civibus eſſe propter magnas & longas pe regritationes, quæ apud veteres fuiſſent: ubi ſi quis teſta mentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet Po quæ tempora cum Labeo codicillos feciſſet: jam nemi dubium erat, quin codicilli jure optimo admitterentur.

Primo Imper. originem codicillorum declarat in *p. tit.* In ſum ma codicilli ſunt introducta in gratiam eorum, qui non poſſu facere teſtamentum. Intellige eos non poſſe facere teſtamentu propter impedimentum facti, veluti quia in loco peregrino t ſtari volunt, ubi ſeptem cives Romanos reperire nequeunt, ſi quorum præſentia teſtamentum recte confici non poteſt: na ſi ſit impedimentum juris, codicillis locus eſſe non poteſt:

e, qui non poteſt facere teſtamentum, eo quod non habet teſtnenti factionem activam, ut deportatus, vel pupillus, hic quidem codicillos facere poteſt. *ff. eod. l. Divi.* 6. §. *pen. & l. ficiuntur.* 8. §. *codicilli.* 2.

Codicilli qui ante & poſt teſtamentum conduntur.

§ [a] Non tantum autem teſtamento facto poteſt quis clicillos facere, ſed [&] inteſtatus quis decedens fideicnmittere codicillis poteſt. [b] Sed cum ante teſtamenn factum codicilli facti erant: Papinianus ait, non ali vires habere, quam ſi ſpeciali poſtea voluntate confirntur. Sed divi Severus & Antoninus reſcripſerunt: ex i codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicmmiſſum peti: ſi appareat eum qui teſtamentum fecit a vluntate, quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.

a Poſſuntne Codicilli fieri facto teſtamento, vel ab inteſtato?

b Quid ſi ante teſtamentum ſint conditi & non ſint eo confirmati?

Secundo proprietates aliquot codicillorum declarat, quibus cdicilli a teſtamentis diſtinguuntur. Prima proprietas eſt in §. *h. n.* qnod codicilli fieri poſſunt tam ex teſtamento (id eſt, an-, vel poſt teſtamentum) quam ab inteſtato: & cum ante teſtaentum fiunt, non revocantur per ſequens teſtamentum, dumodo quavis ratione appareat teſtatorem non mutaſſe voluntan, quam in codicillis expreſſit. *D. de jur. codic. l. ante tabulas.* [ab inteſtato facti vicem teſtamenti exhibent ſuiſque ipſi viriis ſubſiſtunt, & hæres ab inteſtato relicta codicillis, præſtabit, eim poſtea natus *l.* 3. *l.* 8. *pr. &* §. 1. *l.* 16. *ff. eod.* niſi voluntas hoc parata ſit, ut teſtamentum eſſet, quo caſu non valebit. *l.* 1. 13. §. 1. *d. tit. l.* 14. *C. de teſtam.* Scil. ſi non ſit adjecta clauſula odicillis. *l. antepen. qui teſt. fac. l.* 41. §. 3. *de vulg. & pup. l. t.* §. 1. *C. h. tit. Vinn. hic.* Teſtamento autem facto Codicilli vis ex eo capiunt & jus ejus ſequuntur. *l.* 3. § *ult. d. l.* 16. *eod. l.* 1. *C. d.* Atque Codicilli agnatione poſthumi non rumpuntur. *v. Tuld ic. c.* 2. *per d. l.* 6. Et qui ſe ex teſtamento hæredem geſſit, poſtea d Codicillos non poteſt redire. *l. fin. C. h. tit.* niſi ſit perſona connecta. *Goth. ibid.* vel reus: actor enim variare non poteſt juxta, *l. fin.* ſecus eſt in reo. *v. Sande lib.* 4. *tit.* 2. *def.* 2. *in fin.*]

Codicilli non comprehendunt inſtitutionem vel ſubſtitutinem vel exheredat. ſed fideicommiſſa.

1. § [a] Codillis autem hæreditas neque dari, neqae adimipoteſt: ue confudnatur jus teſtamentorum & codicillorum, & ideo nec exheredatio ſcribi. Directo autem hereditas

a Poteſtne hæres ſcribi vel mutari Codicillis?

ditas, codicillis neque dari neque adimi poteſt: nam per fideicommiſſum hereditas codicillis jure relinquitur.[b] Nec conditionem hæredi inſtituto codicillis adijcere, neque ſubſtituere directo [quis] poteſt.

b Poteſtne adjici conditio inſtitutioni, vel ſubſtitutio fieri

Secunda proprietas eſt in §. *pen.h.n.* quod in codicillis hereditas jure directo nec dari, nec adimi poteſt. Cujus juris duplex ratio affertur: altera hic, ne confundatur jus teſtamentorum, & jus codicillorum: altera a Papiniano *in l. quod per manus.* 10. *ff. eod.* quia per teſtamentum codicilli, & per inſtitutionem heredis teſtamentum confirmantur. quare ſi heres in codicillis inſtitueretur, per codicillos, qui ex teſtamento valent, teſtamentum confirmaretur: quod eſt abſurdum. Quod ait Papinianus de inſtitutione heredis, idem de exheredatione dici poteſt: quoniam exheredatio quoque ad teſtamentum confirmandum valet. *ſupra de exher. lib. in princ.* unde initium teſtamenti olim ab heredis inſtitutione, vel ab exheredatione ſumebatur. *ff. de hered. inſt. l.* 1. *in princ.* Ex dictis colligit Imperator, ſi heres in teſtamento pure inſtituatur, non poſſe huic inſtitutioni conditionem adſcribi in codicillis, quia in defectum conditionis hereditas adimeretur. *ff. de condit. inſtit. l. quibus in ſuo.* 27. *in fin.* Fideicommiſſum tamen, non ſolum particulare, ſed etiam univerſale poteſt in codicillis relinqui. [quo caſu hæres detrahere poteſt quartam Trebellianicam. *Vinn. hic.* Poteſt & hæres in iis declarari, qui teſtamento nominatus non fuit. *l.* 77. *de hæred. inſt. Tuld. hic. c.* 1.] Hæc ita in paganis obtinent, non in militibus, qui etiam in codicillis hereditatem dare, vel adimere poſſunt. *ff. de teſtam. mil. l. militis.* 36. *in princ.* [hodie moribus paganis hoc quoque licet, nulla etenim differentia eſt inter teſtamenta & codicillos: eandemque deſiderant ordinationis ſolennitatem *v. Groenw. hic Argentr. ad Conſ. Brit. art.* 570. *gl.* 1. *nu.* 1. *Grot. lib.* 2, *p.* 25. *nu.* 2. *Coren. obſ.* 21. *nu.* 35. Et fere ex conſuetudine & præſumta mente teſtatoris iis additur clauſula codicillaris, ſive ut omni meliore modo valeat diſpoſitio ultimæ voluntatis de quo *vid. Gail.* 2. *obſ.* 114. *Fachin.* 3. *con.* 11. 12. *Soeſ. ff. hic nu.* 8. *Grivel. dec.* 28. & 526. *nu.* 24. & *ſeqq. Mant. de C.U.V. lib.* 1. *tit.* 7. *nu.* 6. *Maſc. concl.* 1104.]

Plures codicilli ſimul ſubſiſtunt, ac in iis non eſt ſolemnitas.

a Poſſuntne plures fieri codicilli & fine ſolemnitate?

3. §. Codicillos etiam plures quis facere poteſt, & nullam ſolemnitatem ordinationis deſiderant.

Tertio

Tertia proprietas eſt in §. *ult.* quod idem poteſt facere plures codicillos diverſi tenoris, licet non poſſit facere diverſa teſtamenta, quia poſteriori teſtamento prius rumpitur. *ſupra quib. mod. teſt. infirm. §. poſteriore*, 2. ſed poſterioribus codicillis priores non rumpuntur, niſi ſint contrarii. *C. hoc. tit. l. cum proponatur.* 2. Quinta proprietas eſt in verſ. *& nullam.* quod codicilli nullam ſolemnitatem deſiderant, licet in teſtamento multæ ſolemnitates requirantur, quæ *tit.* 10. fuerunt enumeratæ. [hoc tamen pertinet ad codicillos teſtamento confirmatos, alioqui ſolennitates aliquas adhiberi neceſſe eſt & quinque teſtes. *v. l. ult.* §. 2. *C. eod.*]

AXIOMATA.

1. *Qui ob facti impedimentum non poteſt teſtamentum facere, non prohibetur facere codicillos.* in princ.
2. *Codicillis hæreditas jure directo dari, vel adimi nequit.* §. pen.
3. *Aliquis poteſt decedere cum pluribus codicillis.* §. ult.
4. *Codicilli nullam ſolemmitatem deſiderant.* d. §. ult.

ANACEPHALÆOSI

INSTITUTIONUM.

LIBER TERTIUS.

TITVLI.	Ab inteſtato defertur hæreditas aut ingen aut libertini.
1. de *Hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.*	Ingenui hæreditates deferuntur. PRIMO Suis hæredibus, & quaſi ſuis.
	SECVNDO.
2. de *Legitima agnatorum ſuceſſione.*	Legitimis ut agnatis vel quaſi agnatis, pare tibus, qui liberos emanciparunt.
3. de *SC. Tertulliano.*	Matri, &
4. de *SC. Orphitiano.*	Mulieris defunctæ filiis vel nepotibus.
5. de *Succeſſione cognatorum.*	TERTIO Cognatis
6. de *Gradibus cognatorum.*	Secundum gradus prærogativam. Libertis ſuccedunt liberi, fratres, patro patronorum liberi vel cognati.
7. de *Succeſſione libertorum.*	Aut is ex patroni liberis, cui libertus a p
8. de *Aſſignatione libertorum.*	trono fuit aſſignatus. *De hereditatibus hactenus.*
9. de *Bonorum poſſeſſione.*	SECVNDVS acquirendi modus u verſalis eſt bonorum poſſeſſio.
10. de *Acquiſitione per arrogationem.*	TERTIVS eſt Acquiſitio per arrogationem.
11. de *Eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.*	QVARTVS eſt Addictio bonorum libertatum conſervanc rum cauſa.
12. de *Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum vendit. & ex SC. Claudiano.*	Hi quatuor modi ſunt in uſu, fuerunt olim alii duo, id eſt, bonorum emptio, ex SC. Claudiano, qui non ſunt ampl in uſu. *Huc uſque de dominio.*
	Conſequenter agetur de obligationibus, quarum cauſæ quatuor ſunt: PRIMA
13. de *Obligationib.*	Obligationis cauſa eſt contractus.
14. *Quibus reb. contrahitur obligatio.*	Contractus vero aut re perficitur, ut m tuum, commodatum, depoſitum, pign

15 *e Verbor. obligat.*	Aut verbis, ut ſtipulatio: (quæ vel per u-num reum fit, vel per duos reos:)
16 *e Duob. reis ſtipu-indi & promittēdi.*	
de Stipulatone ervorum.	Et vel per homines liberos, vel per ſervos.
de Diviſione ſti-ulationum.	Et vel eſt prætoria vel judicialis: vel com-munis vel conditionalis.
de Stipul. inutil.	Et vel utilis vel inutilis.
de Fideijuſſorib.	Et vel repromiſſio vel ſatisdatio.
de Litterar. oblig.	Aut litteris.
de Oblig. ex conſ.	Aut ſolo conſenſu, ut.
de Empt. & vend.	Emptio & venditio.
de Locat. & cond.	Locatio & conductio.
de Societate.	Societas
de Mandato.	Mandatum.
de Obligationis uſa quaſi cōtract.	SECVNDA Obligationis cauſa eſt quaſi contractus.
Per quas perſonas ꝛobis obligatio ac-quiritur.	Ex his cauſis tam per noſmetipſos, quam per alios obligationem acquirimus.
Quibus modis olitur obligatio.	Et eandem certis modis amittitus.

Tertiam obligationis cauſam vide libro quarto.

INSTI-

INSTITUTIONUM

LIBER TERTIUS.

DE HÆREDITATIBUS QUÆ AB INTESTATO DEFERUNTUR.

TITULUS PRIMUS.

HUc uſque de hæreditatibus ex teſtamento;deinceps agitur d
iis, quæ ab inteſtato deferuntur. Hic duo potiſſimum expli
cantur ,videlicet cui ſuccedatur , & qui ſuccedant. Succeditur a
inteſtato ei, qui teſtamentum non fecit, vel ei cujus teſtamentun
non valet. Succedunt autem hoc jure (nam Juſtin. *Nov*.118. no
vum jus de hęreditatibus inteſtatorum introduxit, ac veteres leg
hac do re loquentes abrogavit.) [de quo *v. Tulden. & Perez. h*
& Gudel. de jur. Nov. lib. c. 13. *& ſeqq.*] Primo ſui hæredes , v
quaſi ſui. Secundo hæredes legitimi , & qui pro legitimis haben
tur. Tertio cognati, quamquam cognati non fiunt jure civili ha
redes, ſed jure prætorio bonorum poſſeſſores. *infra de bonor. po*
verſ. quos autem. Verum Juſtin. hæc duo jura commiſcet, ut & ſu
pra in teſtamentis enarraudis fecit : quia ita ſunt inter ſe conju
cta, ut alterum ſine altero perfecte intelligi non poſſit. Ex his tr
bus hæredum ordinibus tantum primus hoc titulo declaratur: c
reliquis diceretur titulis ſequentibus. Porro hujus tituli quatu
ſunt partes.

Inteſtati deſcriptio.

Quis decedit inteſtatus.

INteſtatus decedit qui aut omnino teſt
mentum non fecit , aut id , quod fecera
ruptum irritumve factum eſt , aut ſi ex e
nemo heres extiterit.

In prima , quæ eſt in principio tituli , defin
Imperator quis dicatur inteſtatus decedere, Ponit igitur quatu

casu

cas quibus aliquis dicitur decedere inteſtatus. I. Caſus eſt cum teamentum non fecit. II, Caſus eſt cum non jure teſtamentum fe. Quamvis autem proprie loquendo tunc dicatur teſtamentu non jure factum eum juris ſolemnitates deſunt: teſtamentu autem, in quo ſuus hæres eſt præteritus, propric dicatur nulli momenti. *D.de injuſt.rup.l.1.* tamen hoc loco teſtamentum nc jure factum latius accipitur, ut ſpeciem utramque complectur. Quin etiam ſub his verbis continetur teſtameutum ab eo fa um, qui teſtamenti factionem non habet. cum enim jure teſta non poſſit, certe ſi teſtamentum fecit, non jure fecit, & improrie dicitur inteſtatus, ut pupillus, vel furioſus, *C. de ſuis & leg.l.1.in princ.* III. Caſus eſt, cum teſtamentum ruptum, vel irrum factum eſt. Intellige teſtamẽtum ruptum, vel agnatione ſu hæredis. *d.l.1.in pr. & ſupra, quibus modis teſtamenta infirm. in inc. & §.1. & 2.* vel per querelam inofficioſi. *D.de inofficioſo. l. pinianus. 8.§.pen.* Adde, ſi libet, cum teſtamentum reſciſſum eſt er bonorum poſſeſſionem contra tabulas: nam hoc etiam caſu icitur ſuccedi ab inteſtato. *C.de collat.l.ut liberis.17.* quanqun minus proprie hoc dici videtur, non ſolum, quia hæc bonoum poſſeſſio eſt juris prætorii, adeo ut nihilominns teſtamentu jure civili valeat, ſed etiam, quia hæc bonorum poſſeſſio ſepatur a bonorum poſſeſſionibus ab inteſtato delatis, ac dicitur eſſe ex teſtamento. *infra de bonor.poſſ.§.1.* Irritum autem teſtamtum intellige per capitis deminutionem teſtatoris. *ſupra qu.mod.teſtam.infir.§.hoc autem.4.* Interdum dicitur teſtamentu irritum etiam illud ex quo hæres inſtitutus non adivit hæreditem: vel quia noluit, vel quia non potuit, *D. de injuſto rupt. l.* ſed hic non continetur appellatione teſtamenti irriti, proinleon refertur ad tertium caſum, quia ſpecialiter in contextu reer ad quartum caſum. IV. Caſus igitur eſt, cum nullus hæres x ſtamento extitit, quo caſu teſtamentum dicitur vel irritum, t odo notavi, vel deſtitutum, ut §.*cum autem, infra hoc tit.* & ec ait Imp. *nemo hæres*, quia ſi ex multis hæredibus inſtitutis in hæreditatem adeat conſtat torum teſtamentum valere. *ff. de eſm.tut.l.nemo,6.* & portionem cohæredum non adeuntium ei co icere, ut explicatur. *C.de caduc.tollen.l.un.§.his ita.10.* [quod aen moribus noſtris ſecus eſt & portio non adeuntium redit ad a des ab inteſtato.

Sui hæredes primo vocantur.

.§ [a] Inteſtatorum autem hæreditates ex lege duode- it Tabularum primum ad ſuos hæredes pertinent.

[a] Ad quos pertinet primo loco hæreditas ab inteſtato

ecunda tit. pars eſt de ſuis hæredibus. nam ſi hæredes dicun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tur, non ſolum ex teſtamento, *ſupra de hæred. qual. §. ſui autem,* 2. ſed etiam ab inteſtato, ut *hic*. Primo itaque Imper. in §. 1. docet ſuos hæredes lege xij. tabul. ad hæreditatem ante omnes alios vocari. [Hodie tamen nepos in poteſtate retentus ut ſuus hæres non excludit patrem emancipatum, ſed ab illo excluditur. *Nov* 118. c. 1. ut proinde nec amplius locus ſit edicto. *D. de conjung cum emancip. lib.*]

Explicatio Suorum.

[a] Qui ſunt veri ſui?

2. § [a] Sui autem hæredes exiſtimantur (ut ſupra dixi
mus) qui in poteſtate morientis fuerint: veluti filius fili
ve, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex n
pote, ex filio nato, prognatus prognatave. Nec intereſt

[b] Quid juris in legitimatis?

utrum naturales ſint liberi, an adoptivi. [b] Quibus conn
merari neceſſe eſt etiam eos, qui ex legitimis quidem n
ptiis vel matrimoniis non ſunt progeniti, curiis tamen c
vitatum dati ſecundum Divalium conſtitutionum, q
ſuper his poſitæ ſunt tenorem, (hæredum) ſuorum ju
nanciſcuntur. Nec non eos, quos noſtræ amplexæ ſu
conſtitutiones, per quas juſſimus, (ut) ſi quis mulier
in ſuo contubernio copulaverit, non ab initio affectio
maritali, eam tamen, cum qua poterat habere conjugiu
& ex ea liberos ſuſtulerit, poſtea vero affectione pro
dente, etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit,
filios vel filias habuerit: non ſolum eos liberos, qui p
dotem editi ſunt, juſtos & in poteſtate patris eſſe: ſed
tiam anteriores, qui & iis qui poſtea nati ſunt, occa
nem legitimi nominis præſtiterunt. Quod obtinere c
ſuimus, & ſi non progeniti fuerint poſt dotale inſt
mentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac l
fuerint ſubtracti. [c] Ita demum tamen nepos neptis,

[c] Quid juris in nepotibus aliisque deſcendentibus?

pronepos proneptisve, ſuorum heredum numero ſu
ſi præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis e
ſive morte id acciderit, ſive alia ratione veluti ema
patione. Nam ſi per id tempus, quo quis moritur, fi
in poteſtate ejus ſit, Nepos ex eo, ſuus hæres eſſe n
poteſt. Idque & in cæteris deinceps liberorum perſoni
ctum (eſſe) intelligimus. [d] Poſthumi quoque, q

[d] Quid juris in poſthumis?

vivo parente nati eſſent, in poteſtate (ejus) futur
rent, ſui hæredes ſunt.

Se-

Secundo in §. 2. *h. n.* definitione, ac tribus diviſionibus decla- , qui ſunt ſui hæredes Definitio eſt in primis verbis, *qui in potestate morientis fuerint.* ſupple, ita ut nemo eos præcedat, ut ipſe p. ſupplet, paulo poſt, in verſ. *ita demum*, & nos expoſuimus d. §. 2. *h. n.* I. Diviſio eſt in verſ. *veluti*, quod ſuus hæres vel in primo gradu, ut filius, filia: vel in ſecundo, ut, nes, neptis: vel in ulteriori ut pronepos, proneptis. II. Diviſio in verſic. *nec intereſt*, quod ſui hæredes vel ſunt ſuſcepti ex juſ nuptiis, vel legitimati, vel adoptivi. Hic de legitimatione etuntur in verſic. *nec non eos*, quæ tradita & expoſita fuere in *ult. ſupra de nupt.* Poſt hunc verſ. Juſtin. in verſ. *ita demum*, it ad primam diviſionem, ac docet nepotem, vel pronepotem n eſſe ſuum hæredem, ſi filius præcedat: quod jam expoſui. I. Diviſio eſt in verſ. *ult.* quod ſui hæredes vel ſunt jam nati, v poſthumi. [ſcil. ſi nemo eos gradu præcedat. §. *pen. de tutel.*]

Furioſi pupilli.

3. § [a] Sui autem hæredes fiunt etiam ignorantes, & licet rioſi ſint, hæredes poſſunt exiſtere: quia quibus ex cau ignorantibus nobis acquiritur: ex his cauſis & furioſis quiri poteſt. [b] Et ſtatim morte parentis quaſi continua- r dominium, & ideo nec tutoris auctoritate opus eſt pillis, cum etiam ignorantibus acquiratur ſuis hæredis hæreditas: nec curatoris aſſenſu acquiritur furioſo, l ipſo jure.

a Suntne furioſi hæredes ſui? b An tutoris authoritate opus eſt in hæreditate acquirenda ſui??

Tertio declarat, quomodo ſui hæredes ſuccedant: ubi dat re- lam, quod fiunt hæredes ipſo jure, proinde etiam ignorantes: abent tamen jus abſtinendi. §. 2. *ſup. de hær. qual.*] quia am vivo parente ſunt quodammodo domini, adeo ut morte entis non tam videantur acquirere hæreditatem, quam do- nium in eorum perſona continuari, quod vivo parente habe- at. §. 3. *h. n.* conjunge *l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſthum.* uod & hodie obtinet, non jure ſuitatis ſed ex potentia ſangui- : ita uti & hæreditatem non aditam tranſmitant ad deſcen- ntes in infinitum. *Gom. 1. var. reſ. 1. nu. 5. Deſſel. ad Soeſ. hic* 7.]

Ab hoſtibus reverſi.

a Quid ſi liberi ante capti poſt obitum patris ab hoſtibus revertantur?

4. § Interdum autem, licet in poteſtate (parentis) mor- tempore ſuus hæres non fuerit, tamen ſuus hæres pa- nti efficitur? veluti (ſi) ab hoſtibus quis reverſus fuerit ſt mortem patris (ſui.) jus enim poſtliminii hoc facit.

Huic regulæ adjungit duas exceptiones. I. Exceptio eſt in §. 4. *h.n.* niſi ſuus hæres tempore mortis parentis ſit in poteſtate hoſtium, & poſtea revertatur ab hoſtibus: tunc enim ſecundum rei veritatem dici non poteſt, quod in regula poſuimus, morte parentis continuari dominium in perſona ſui hæredis: quia hoc tempore, cum ſit in poteſtate hoſtium, nullius rei dominium habere poteſt. *ff. ad leg. Jul. de adult. l. ſic eveniet,* 21. Verum tamen propter fictionem poſtliminii etiam hoc caſu videtur quodammodo continuari dominium, quia jure poſtlimii fingitur ſemper fuiſſe in civitate. *ſupra quib. modis jus patr. pot. ſolvi. § ſi. ab hoſtibus.* [quo jure tamen hodie opus non eſt. *vid. ſup. lib.* I. *tit.* 11. §. 4. *not.*]

Pater perduellis non habet ſuos.

a Quid filius perduellionis ſit judicatus pater?

5. § [a] Per contrarium (autem hoc) evenit, ut licet qui in familia defuncti ſit, mortis tempore, tamen ſuus hære non fiat: veluti ſi poſt mortem ſuam pater judicatus fue rit perduellions reus, ac per hoc memoria ejus damnat fuerit. ſuum enim hæredem habere non poteſt: cum fiſcu ei ſuccedat: ſed poteſt dici ipſo (quidem) jure ſuum hæ redem eſſe, ſed deſinere.

II. Exceptio eſt in §. 5. *h.n.* niſi parentis memoria poſt mo tem damnata ſit ob crimen perduellionis. quamvis enim regul riter crimen morte delinquentis extinguatur, tamen ſpeciale e in hoc perduellionis crimine ut non finiatur morte, ſed mem ria defuncti damnetur, & bona ejus confiſcentur. *D. ad l. Julia majeſt. l. ult.* [*v. Goth. & Groeuw. in l. 6. ff. de publ. delict.*] Quc niam igitur bona confiſcantur, non poteſt filius fieri ſuus hær patri: aut ſi dicamus eum tempore mortis patris fieri ſuum hær dem, quia nondum pater damnatus eſt, certe damnatione poſt ſecuta deſinit eſſe ſuus hæres: atque ita ceſſat ea regula; *Qui ſem eſt hæres. non deſinit eſſe hæres. ff. de min. l. Ait prætor.* 7. §. *ſ quod Papinianus* 10. & *de hær. inſtit. l. ei qui ſolvendo.* 88. lioqui propter delictum patris non confiſcarentur bona filio qu ſita.

Modus, quo deſcendentes ſuccedunt.

a Excluditne inter liberos proximus remotiorem? b Quomodo ſuccedunt liberi poſterioris gradus cum prioris concurrentes?

6. § [a] Cum filius filiave, & ex altero filio nepos nept ve exiſtunt, pariter ad hæreditatem (avi) vocantur: n qui gradu proximior eſt, ulteriorem excludit. Æquu enim eſſe videtur, nepotes nepteſve in patris ſui locu ſuccedere. Pari ratione & ſi nepos neptiſve ſit ex fili & ex nepote pronepos proneptiſve: ſimul vocantur. [b]

qu

ia placuit nepotes neptesſve, item pronepotes prone-
esſve in in parentis ſui locum ſuccedere: conveniens eſſe
ſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem divi-
: ut filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex al-
ro filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. c Item
ex duobus filiis nepotes neptesſve exiſtant, ex altero
us forte aut duo; ex altero tres aut quatuor: ad unum
t duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor
tera dimidia.

c Quid ſi ex uno filio plures quam ex altero ſunt nepotes?

Quarto in §. 7. *h.n.* docet, qua ex parte ſuccedant ſinguli ſui
redes, id eſt, ſi plures ſint, quomodo inter eos dividatur hæredi-
: ac docet eam dividi in ſtirpes, non in capita: quia ſi ſint (exem-
cauſa) ex uno filio prædefuncto tres nepotes, & ex altero filio
edefuncto unus nepos: ſunt quidem quatuor capita, i. e. qua-
or nepotes, ſed hæreditas non dividitur in quatuor partes æqua-
, nec ſinguli tantundem ex hæreditate accipiunt: verum quia
æ ſunt ſtirpes, id eſt, duo filii, ex quibus hi nepotes progeniti
nt, idcirco fiunt duæ partes hæreditatis, ac tantum accipit nepos
ſecundo filio, quantum tres nepotes ex primo filio. [& hæc re-
æſentatio in linea Deſcendenti ſemper locum habet in infini-
m. *Covar. pr. qu. 38. nu. 5. adde not. ſup. §. 3. in fin.*]

Teſtamentum deſtitutum.

7. §. a Cum autem quæritur, an quis ſuus hæres exi-
ere poſſit: eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt
iquem ſine teſtamento deceſſiſſe, quod accidit & de-
ituto teſtamento, b Hac ratione, ſi filius exhæradatus
ierit, & extraneus hæres inſtitutus: & filio mortuo, po-
ea certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento non
eri hæredem, aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non
otuit: nepos avo ſuus hæres exiſtet: quia quo tempore cer-
im eſt inteſtatum deceſſiſſe patrem familias, ſolus inveni-
ir nepos: & hoc certum eſt.

a Quid ſi hæres ſcriptus, non adierit vel non adire potuerit?
b Si filius exhæredatus ſit mortuus & extraneus hæres ſcriptus non ſit ex teſtamento factus hæres, quid juris in nepote?

Quinto in §. 7. *h. n.* docet ſuitatem ſpectari eo tempore quo
ertum eſt, defunctum inteſtatum deceſſiſſe. hoc autem accidit
empore mortis, ſi defunctus teſtamentum non fecit, aut tempore
ſtamenti rupti, vel deſtituti, vel aliter infirmati, ſi teſtamento
acto deceſſerit. ergo qui eo tempore ſuus hæres reperitur, ad
ucceſſionem vocatur lege xij. tab. [*adde not. ſup. §. 3.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Jus nepotis vivo vel mortuo avo concepti, aut poſt patris ſui emancipationem adoptati.

a Quid ſi nepos vivo avo ſit conceptus ſed eo mortuo natus?
b Quid ſi nepos natus & conceptus ſit poſt obitum avi ſui?
c Quid ſi filius emancipatus adoptaverit filium?
d Poſſuntne ii qui non ſunt ſui, petere bonorum poſſeſſionem quaſi proximi cognati?

8. § a Et licet poſt mortem avi natus, tamen avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, poteſteaque deſerto avi teſtamento, ſuus hæres efficitur. b Plane ſi & conceptus & natus fuerit poſt mortem avi, mortuo patre ſuo, deſertoque poſtea avi teſtamento ſuus hæres avo non exiſtet: quia nullo jure cognationis patrem ſui patris attigit. c Sed nec ille eſt inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit. d Hi autem, cum non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi: neque bonorum poſſeſſionem petere poſſunt, quaſi proximi cognati. Hæc de ſuis hæredibus.

Sexto in §. 8. *h. n.* excludit duos nepotes a ſucceſſione in bonis avitis. Unus eſt nepos conceptus poſt mortem avi. hic enim non eſt avo conjunctus, niſi improprie vel potius relatione quadam (id eſt, quia eſt filii filius) loqui velimus, *ff. de ſuis & legit. l. item 8. in princ.* cum enim avus viveret, ipſe nepos nondum erat in rerum natura: & cum nepos eſſet conceptus, jam avus deſierat eſſe in rerum natura. Quod ſi cui durum videatur, propter hanc juris ſubtilitatem nepotem excludi a bonis avitis: reſpondebo, in hac deciſione nullam iniquitatem contineri, cum enim ſupponamus nepotem eſſe conceptum poſt mortem avi, certe pater, qui hunc nepotem ſuſcepit, avo ſuperſtes fuit, id eſt, patri ſuo patre igitur inter avum & nepotem intercedente, facile excludimus nepotem: quia pater hæreditatem pro ſe & liberis ſuis vel acquirit, vel amittit. [Quod & moribus obtinet. Verum nec hodie nepos ſuccedit avo, qui conceptus fuit ex filio exhæredato poſt mortem avi. *Tuld hic. c. 4. per l. 6. §. 1. ff. de injuſt. l. l. 6. l. 7. de ſuis & legit. Diſſ Weſemb. hic per l. 69. §. 2. de leg. 2.* Admittitur tamen ad feudum & emphyteuſin pro deſcendentibus acceptam, & ad jus retractus aliaque beneficia. *v. Surd. dec. 230.*] Alter nepos (ſi tamen nepos dici debet, quia revera non eſt nepos) eſt is, quem filius emancipatus adoptavit. eam avo nec naturali jure conjungitur; quia eſt adoptatus, non ex juſtis nuptiis ſuſceptus: nec jure civili; quia adoptatus eſt ab emancipato: emancipatio namque civile vinculum diſſolvit. *ſupra de legit agn. tut. §. ult.*

Jus emancipatorum.

a Quid juris in emancipatis jure civili?

9. § a Emancipati autem liberi, jure civili nihil juris haben

bent: neque enim ſui hæredes ſunt, qui in poteſtate p entis eſſe deſierunt. neque ullo alio jure per legem d odecim tabularum vocantur. [b] ſed prætor naturali æ- q tate motus, dat eis bonorum poſſeſſionem *Unde liberi*, p inde ac ſi in poteſtate parentis tempore mortis fuiſ- ſet: ſive ſoli ſint, ſive cum ſuis hæredibus concurrant. I que duobus liberis exiſtentibus, emancipato uno, & e qui tempore mortis in poteſtate fuerit: ſane quidem is ui in poteſtate fuit: ſolus jure civili hæres eſt, & ſolus ſ s hæres, ſed cum emancipatus beneficio prætoris in p tem admittitur: evenit, ut ſuus hæres pro parte hæres fi .

b Quidjuris in iiſdem jure prætorio?

Tertia pars eſt de liberis emancipatis, de quibus Imp. explicat do jura, antiquum & novum. Quod ad jus antiquum attinet. pri- o in §. 9. *h. n.* docet, liberos a naturali parente emancipatos, non e ſuos hæredes, nec ſuccedere jure civili, ſed tantum jure præ- r io ſuccedere per bonorum poſſeſſionem *unde liberi*, per quam i m conſequuntur, quod ſui hæredes. Hodie vero, ſublata inter l eros emancipatos, & non emancipatos differentia omnes æque ccedunt jure ciuili, *Nov.* 118. *cap.* 1. [etiam filiæ. & neptes. ex j e repræſentationis: niſi quod jure Ultrajectino, filius major qua bona mobilia præcipiat, & bona feudalia: ita tamen ut ſi c ſtante matrimonio emta ſint major natu reliquis pro rata mmos ſive precium reſtituat quo emta fuere. *vid. ſtat. Ultr. tit.* . *art.* 24. 25. & *tit.* 24. quod & obtinet in legitimatis per ſub- quens matrimonium. *Griv.* 2. *concl.* 141. *Mynſ.* 6. *obſ.* 42. *v.* *ch.* 4. *cont.* 54. Legitimati vero per reſcriptum Principis non mittuntur cum legitime natis: niſi, a Principe ad hoc reſtituti erint. *Zoeſ. hic nu.* 10. *per Nov.* 89. *cap.* 9. in feuda vero nullo odo ſuccedunt. *Tuld. hic c.* 13. Neque conditio ſi ſine liberis gitimis decedat, per hos deficit. *Tuld. d. c.* 13. *Diſſ. Mantic. de* U. *V. lib.* 11. *c.* 9. neque per eos revocatur donatio ex cauſa *l.* 8. *C.* *revoc. don. Tuld. d. c.* 13. *v. tamen Fachin. d. loc.* Naturalibus tan- m ex parte patris nulla eſt ſuceſſio, ex parte matris ſucceſſio eſt s ſalva, cum ſunt cognati. *inf. tit.* 5. §. 4. Ideoque ſibi invicem uoque ſuccedunt. etiamſi diverſis patribus geniti: non vero ex odem patre, diverſis vero matribus geniti. *Fab. C. lib.* 6. *tit.* 31. *ef.* 3. legitimis vero ſuorum genitorum liberis non ſuccedunt. *uld. hic. c.* 12. Idem jus ſtatuunt inter procreatos ex damnato oitu. *citati a Fach.* 6. *cont.* 10. *Diſſ. Fach. ibid.* & *Tuld. hic. c.* 12. Deficientibus deſcentibus hæreditas defertur ad aſcendentes, & uidem proximos, excluſis remotioribus gradu. *Perez. hic.* nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

habita ratione bonorum. Paterna ſint an materna. *Fachin. cont.c.4.fab.C.lib.6.tit.31.def.2.Diſſ.Theſſaur.dec.* 27. Hinc avus maternus excludit patruum defuncti etiam in bonis ex hæreditate paterna profectis, quia ordo aſcendentium præcedit collateralem. *Fab. C. d.tit.*31.*def.*18.& nepti ſive nepoti ſuccedit avia materna excluſo fratre ex altero tantum parente, etſi ab ea parte bona provenerint. *Sande lib.* 4. *tit.* 8. *def.* 4.*Diſſ. Boer.dec.* 185. *nu.* 4. Si plures parentes concurrant ex diverſo latere & gradu æquali, in ſtirpes ſuccedunt: ita ut avus paternus etiam ſolus ſemiſſem habeat, avus maternus & avia ſimul alteram ſemiſſem. *Nov.*118.*c.*2. Avum tamen excludunt fratres utroque latere conjuncti. *Tuld.hic c.* 6. uti qui cum parentibus primi gradus ſuccedunt in capita. *d.Nov.c.*2. *Everh.conſ.*44. Jure tamen Ultrajectino parentes hi excludunt fratres quoſcunque: Sed jure civili cum fratribus utrinque junctis ſuccedunt cum avo fratres prædefuncti filii primi gradus, loco patris in ſtirpes. *Per. hic.* imo etiam ſi nulli fratres ſuperſint. *Sande d. tit.* 8. *d.* 5.*Diſſ.Cujac.d. Nov.*118.*per Novel.*127.§.1.Fratres tamen u[...] cum patre admittuntur avum excludunt. *Soeſ. hic.nu.* 20.

Jus emancipatorum, qui ſe in adoptionem dederunt.

a Quid juris in liberis qui a parente emancipati ſeſe in adoptionem dertunt?

10. § [a] At hi, qui emancipati a parente in adoptionem ſe dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi: ſi modo cum is moreretur, in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab ipſo eſſent, nec unquam in adoptiva familia fuiſſent. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, æque extraneorum loco eſſe incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati ab adoptivo patre: & quantum ad hunc adoptivum patrem pertinet, æque extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum naſciſcuntur: Quod ideo ſic placuit, quia iniquum erat, eſſe in poteſtate patris adoptivi, ad quos bona naturalis patris pertineant. utrum ad liberos ejus, an ad agnatos.

Secundo in §. 10. *h.n.* tractat de filiis emancipatis, qui in adoptionem alteri ſe dederunt? atque ita diſtinguit: Aut manent in familia adoptiva, aut ſunt a patre adoptivo emancipati vivo patre naturali: aut ſunt ab eo emancipati poſt mortem patris natura[...]

ralis. Primo caſu ſunt ſui hæredes patri adoptivo, quoniam optionis habentur pro ejus filiis: non patri naturali, cujus filie non videntur, ne duos patres habere videantur, quod eſt ra naturam. Secundo caſu diſſoluta adoptione, perinde haur, ac ſi emancipati eſſent a patre naturali; ideoque non patri ivo, ſed patri naturali ſuccedunt, per bonorum poſſeſſionem e liberi. Tertio caſu neque patri adoptivo ſuccedunt, propter ncipationem, quæ omnia jura adoptionis diſſolvit. *ff. de aionib. l, in omni,* 13. nec patri naturali, quo moriente erant amilia & poteſtate patris adoptivi: alioquin ſequeretur hæc irditas, quod in patris adoptivi poteſtate eſſet ad quem hæres patris naturalis pertineret: ſi quidem emancipando filium eret, ut is patri naturali ſuccederet; vel non emancipando ret, ut hæreditas illius non ad filium, ſed agnatos petineret. d hæc hodie in deſuetudinem abierunt.]

ferentia ejusque ratio inter filios naturales & adoptivos emancipatos.

11. § a Minus ergo juris habent adoptivi (filii,) quam turales. namque naturales emancipati, beneficio Præris gradum liberorum retinent, licet jure civili perent: adoptivi vero emancipati, & jure civili perdunt gram liberorum, & a prætore non admittuntur. b Et re, naturalia enim jura civilis ratio perimere non poteſt, c, quia deſinunt ſui hæredes eſſe poſſunt deſinere filii iæve, aut nepotes neptesve eſſe. adoptivi vero emanpati, extraneorum loco incipiunt eſſe: qui jus nomene filii filiæve, quod per adoptionem conſequuti ſunt, a civili ratione, id eſt, emancipatione, perdunt.

a Eſtne idem in adoptivis quod in naturalib. emancipatis? b Quæ eſt ratio diverſitatis?

Tertio in §. 11. *h. n.* ex dictis colligit, plus juris in ſucceſſione bere filios naturales, quam adoptivos.

Ius emancipatorum circa bonor. poſſeſſionem contra tabulam.

12. § a Eadem hæc obſervantur, & in ea bonorum poſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis ræteritis, id eſt, neque hæredibus inſtitutis, neque, ut portet, exhæredatis, Prætor pollicetur. Nam eos quidem ui in poteſtate mortis tempore fuerint, & emancipatos ocat Prætor ad eandem bonorum poſſeſſionem: eos vero,

a Quid juris in liberis emancipatis circa bonor. poſſeſſionem contra tabulas?

vero, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus naturalis parens morjretur, repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, ſicut nec ab inteſtato, ita longe minus contra tabulas teſtamenti ad bona ejus admittit: quia deſinunt (in) numero liberorum jus eſſe.

Quarto in §.12.*h.n.* obiter loquitur de bonorum poſſeſſione contra tabulas, quam concedit filiis ſuis, & filiis emancipatis in bonis parentis naturalis: denegat autem filiis adoptivis in bonis parentis naturalis: item denegat filiis emancipatis a patre adoptivo in bonis patris adoptivi. [*v. not.* §.10.*ſup.*]

Jus liberorum adoptivorum, qui poſt obitum patris naturalis, qui teſtamentum non condidit, ſunt emancipati.

a Quid ſi Adoptivi liberi poſt obitum patris naturalis qui inteſtatus deceſſit ſint emancipati?

13. § a Admonendi tamen ſumus, eos, qui in adoptiva familia ſunt, quive poſt mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, inteſtato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſſionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, ſcilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, ſi neque ſui hæredes liberi, neque emancipati obſtent, neque adgnatus quidem ullus interveniat. Ante enim Prætor liberos vocat tam ſuos hæredes, quam emancipatos, deinde legitimos hæredes, tertio proximos cognatos.

Quinto in.§.13.*h.n.* obiter loquitur de bonorum poſſeſſione unde cognati, quam concedit liberis in adoptiva familia conſtitutis, vel poſt mortem patris naturalis a patre adoptivo emancipatis: concedit (inquam) in bonis patris naturalis. Hæc de jure quo.

Novum jus in liberis adoptivis.

a Quid juris hodie in liberis adoptivis?

14. § a Sed ea omnia antiquitati (quidem) placuerunt: aliquam autem emendationem a noſtra conſtitutione ceperunt, quam ſuper iis perſonis compoſuimus, qui a patribus ſuis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos caſus, in quibus filii & naturalis

... parentum ſucceſſionem propter adoptionem a-... ...bant, & adoptione facile per emancipationem ſo-... ad neutrius patris ſucceſſionem vocabantur. Hoc ... more corrigentes, conſtitutionem ſcripſimus, per ... definimus, quando parens naturalis filium ſuum ...andum alii dederit, integra omnia jura ita ſervari, ... ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet, nec pe-... adoptio fuiſſet ſubſecuta: niſi in hoc tantummodo ...it poſſit ab inteſtato ad patris adoptivi venire ſucceſ-...n. Teſtamento autem ab eo facto: neque jure ci-... ...eque Prætorio, ex hæreditate ejus aliquid perſequi ...t: neque contra tabulas bonorum poſſeſſione agni-..., ...eque inofficioſi querela inſtituta, cum nec neceſſi-... ...atri adoptivo imponatur, vel hæredem eum inſtitue-..., ...el exhæredem facere: utpote nullo vinculo naturali ...latum, neque ſi ex Sabiniano Senatus-conſulto ex ...s maribus fuerit adoptatus. Nam & in ejuſmodi caſu, ... quarta ei ſervatur, neq; ulla actio ad ejus perſequu-...m ei competit. Noſtra autem conſtitutione exce-... eſt, quem parens naturalis adoptandum ſuſceperit. ...que enim jure tam naturali, quam legitimo in hanc ...onam concurrente, priſtina jura tali adoptioni ſerva-..., quemadmodum ſi paterfamilias ſeſe dederit adro-...lum, quæ ſpecialiter & ſingulatim ex præfatæ conſti-...onis tenore poſſunt colligi.

...is novum ponitur in §. 14. *h.n.* ubi repetitur doctrina tradita ... *ſed hodie. ſupra de adop.* quod adoptio non valet, ſi quis ab ...aneo adoptur, niſi quantum ad hoc, ut adoptatus patri adopti-... accedat ab inteſtato. Quod Juſtin. in contextu ait de Sabinia-... ...enatuſconſulto, id explicatur perſpicue a Theophilo. Cave-...r enim eo Senatuſconſulto, ut ſi quis habens filios maſculos, ...m ex his in adoptionem daret, huic pater adoptivus cogere-... quartam bonorum partem relinquere. [Sed & hæc obſoleta ...:.]

Novum jus in deſcendentibus, maſculis aut ſœminis.

15. § a Item vetuſtas ex maſculis progenitos plus di-...ens, ſolos nepotes vel neptes, qui (quæve) ex virili ſexu

a Quid juris hodie in nepotibus, & neptibus aliiſq deſcendentibus maſculis aut fœminis?

ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabat ſucceſſionem, & re adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui filiabus nati ſunt, & pronepotes, qui ex neptibus, cogn torum loco connumerans, poſt adgnatorum lineam e vocabat, tam in avi vel proavi materni, quam in aviæ proaviæ, ſive paternæ ſive maternæ ſucceſſionem. Di autem principes non paſſi ſunt talem contra naturam juriam ſine competenti emendatione relinquere: ſed cu nepotis, & pronepotis nomen commune ſit utriſqu tam qui ex maſculis quam qui ex fœminis deſcendu ideo eundem gradum & ordinem ſucceſſionis eis don verunt, ſed ut amplius aliquis ſit eis, qui non ſolum na ræ, ſed etiam veteris juris ſuffragiis muniuntur, port nem nepotum, vel neptium, vel deinceps (de quibus ſup diximus) minuenda eſſe exiſtimaverunt: ut minus t tia parte acciperent, quam mater eorum, vel avus pat nus, ſive maternus, quando fœmina mortua ſit, cu de hæreditate agitur: iiſque (licet ſoli ſunt) adeuntib adgnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex d decim tabularum filio mortuo, nepotes vel neptes, p nepotes & proneptes in locum patris ſui ad ſucceſſion avi ſui vocat, ita & principalis diſpoſitio in locum ma ſuæ, vel aviæ, eos cum jam deſignata partis tertiæ di nutione vocat.

Quarta pars tituli eſt de deſcendentibus ex fœminis: de q bus Imper. duo declarat. Primo docet, in quo ordine ſucceda ubi diſtinguit inter jus antiquum, & jus novum. Jure antiq vocabantur in tertio ordine tamquam cognati. §. *pen. h. n.* J autem novo ſuccedunt in primo ordine, tanquam liberi ver *Divi.*

Secundo docet, quam hæreditatis partem accipiant. diſtingui poſſunt tres caſus. nam autem ſunt ſoli deſcendente feminis: aut concurrunt cum deſcendentibus ex maſculis: concurrunt cum adgnatis. I Caſus in contextu prætermittitur, conſtat, hoc caſu deſcendentes ex fœminis ſuccedere in ſtir ut de ſuis hæredibus dictum fuit in §. *cum filius.* hoc aut colligitur cum ex dict. verſic. *Divi.* tum etiam ex *ſeq.* §. *ſic. ita tamen.* II. Caſus dedicitur in verſic. *ſed ut ampli* ubi dicitur, portionem deſcendentium ex feminis pro te parte minui, ita ut ea tertia pars accreſcat deſcendentibu maſculis. Finge ad ſucceſſionem vocari duos nepotes, alter ex filio, alterum ex filia: certe ſi ambo eſſent nepotes ex fi ſing

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

aberent ſemiſſem : ſed quia unus eſt nepos ex filia, ahitur tertia pars, id eſt, duæ unciæ, quæ adjiciun- nepoti ex filio. ita fit, ut nepos ex filia conſequatur id eſt 8. uncias, & nepos ex filia accipiat trientem, id uor uncias. Hujus differentiæ ratio eſt:quia deſcenden- minis ſunt tantum naturaliter conjuncti : deſcendentes maſculis, non ſolum naturaliter, ſed etiam civiliter i ſunt, quippe qui ſunt in eadem familia, ideoque di- ſe etiam veteris juris : id eſt, legis duodecim tabula- ragiis minuti. Sed hoc jus correctum eſt. *Nov.*118.*cap.* nſtituitur, ut ſine ullo diſcrimine æque ſuccedant de- es ex fœminis, ac deſcendentes ex maſculis. [quod & oribus noſtris obtinet.]

J: novum circa deſcendentes ex filia & agnatos.

16. [a] Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter & memoratos nepotes, quartam partem ſubſtan- ncti agnatis ſibi vindicantibus ex cujuſdam con- nis auctoritate: memoratam quidem conſtitutio- noſtro Codice ſegregavimus, neque inſeri eam ex ſiano Codice in eo conceſſimus. Noſtra autem itione promulgata, toti juri ejus derogatum eſt: mus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus e, & deinceps, ſuperſtitibus. agnatos nullam mortui ſucceſſionis ſibi vindicare : ne hi, qui ex rſa linea veniunt, potiores his habeantur, qui re- e deſcendunt. Quam conſtiiutionem noſtram ob- ſecundum ſui vigorem & tempora, & nunc ſan- ita tamen, ut quemadmodum inter filios & ne- filio antiquitas ſtatuit, non in capita, ſed in ſtir- idi hæreditatem : ſimiliter nos inter filios & nepo- filia diſtributionem fieri jubeamus vel inter omnes ; & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & einceps perſonas : ut utraque progenies, matris ris, aviæ vel avi portionem ſine ulla deminutione uatur : ut ſi forte unus vel duo ex una parte, ex tres aut quatuor extent : unus aut duo dimidiam, res aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis ha- bean

[a] Quod eſt jus novum in deſcendentibus ex filia concurrentibus cum agnatis ?

III. Caſus decitur in §. *ult.* ubi diſtinguitur inter jus anti- quum & jus novum a Juſtiniano introductum. Jure antiquo adgna-

adgnati quartam hæreditatis partem auferebant deſcenden[tes] ex feminis. Jure novo, adgnatis omnino excluſis ſoli deſcen[den]tes ex feminis ſuccedunt in ſtirpes.

AXIOMATA.

1. *Propter quod aliquid eſt tale, illud quoque tale eſt.* §. 2.
2. *Sui heredes exiſtunt etiam ignorantes.* §. 3.
3. *Quibus ex cauſis nobis ignorantibus acquiritur, ex his eſ[...] etiam furioſis ſine curatore & pupillis ſine tutore acquir[...] teſt.* eod. §.
4. *Filius vivo patre eſt quaſi dominus rerum paternarum.* eo§. *conjun.* l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſtum.
5. *Is cujus bona confiſcantur, non poteſt habere heredem.* § [...]
6. *Filius moriente patre, in ejus locum ſuccedit.* §. 6.
7. *Liberi ſuccedunt in ſtirpes.* d. §. 6.
8. *Cum quæritur, an aliquis ſit ſuus heres, ſpectatur tempus* [...] *certum eſſe cœpit patremfamilias deceſſiſſe inteſtatum:* §[...]
9. *Emancipati jure civili pro extraneis habentur, non etiam* [...] *prætorio.* §. 9.
10. *Iniquum eſt, in poteſtate patris adoptivi eſſe, ad quos bona* [...] *tris naturalis pertineant.* d. §. 9.
11. *Emancipati a patre adoptivo, perinde habentur, ac ſi a pa*[...] *naturali emancipati eſſet.* §. 10. *conjun.* § adoptivis ſupra d[...] her. lib.
12. *Minus juris habent filii adoptivi quam naturales.* §. 11.
13. *Naturalia jura civilis ratio perimere non poteſt.* d. §. 11. [...] *jun.* §. ult ſupra de legit. adgn. tutel.
14. *Duo vincula magis ligant quam unum.* §. 4. *conj.* § ſed he[...] ſupra de adopt. & Nov. 111. cap. 3. §. ſi igitur defunct[...]
15. *Ubi eſt eadem adgnatio, debet eſſe eadem ſucceſſio.* §. 14. [...] *jun.* §. cæterum, verſicul. quare etenim. infra tit. prox. [...]
16. *Transverſales non debent eſſe liberis potiores.* §. ult.

DE LEGITIMA ADGNATORUM SUCCESSIONE.

TITULUS II.

Expoſitus eſt primus ſuorum, & quaſi ſuorum hæredum [...] ſequitur ſecundus, legitimorum hæredum. Legitimi h[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

. Agnati ex lege xij. tab. & quidem cognati, qui ex conſti-
ibus pro adgnatis habentur. II. Pater, qui filium,
acta fiducia, emancipavit. III. Ex Senatuſconſultis mater
ii. De agnatis vel quaſi adgnatis, & de patre qui filium e-
ipavit. h. tit. agitur. de filiis & matre dicitur duobus titu-
quentibus.

ujus itaque tituli duæ ſunt partes. Prima pars eſt de ad-
s vel quaſi adgnatis Secunda de parente qui liberos eman-
it.

Poſt ſuos agnati admittuntur.

SI nemo ſuus hæres, vel eorum, quos inter ſuos hæredes prætor, vel conſtitutiones vocant, exiſtat, qui ſucceſſionem quoque modo amplectatur: tunc ex lege duodecim Tabularum ad adgnatum proximum pertinet hæreditas. *Quando admittuntur ad hæreditatem adgnati?*

n prima parte Imper. initio ſummam rei proponit in *princ.* & oſtendit poſt ſuos hæredes, qui ſuccedunt ex lege xij. tab. & : liberos emancipatos, qui jure prætorio vocantur ad ſucceſ- em quaſi ſui hæredes, & poſt deſcendentes ex feminis, qui vo- ur ex conſtitutionib. Principum, poſt omnes (inquam) hos in no ordine ſuccedentes, vocari in ſecundo ordine ad hæredita- ex lege xij. tab. agnatos proximos.

Definitio agnatorum &c.

1. §. [a] Sunt autem agnati (ut primo quoque libro tradi- nus) cognati per virilis ſexus perſonas cognatione ajuncti, quaſi a patre cognati. Itaque ex eodem patre ti fratres, agnati ſibi ſunt. qui & conſanguinei vocan- r: nec requiritur an etiam eandem matrem habuerint. m patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus eſt. Eo- m numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus trib. procreati ſunt, qui etiam conſobrini vocantur. Qua tione etiam ad plures gradus agnationis pervenire po- rimus. Ii etiam, qui poſt mortem patris naſcuntur, ju- conſanguinitatis nanciſcutnur. [b] Non tamen omnibus nul agnatis dat lex hæreditatem: ſed iis qui tunc pro- miore gradu ſunt, cum certum eſſe cœperit, aliquem teſtatum deceſſiſſe.

a Quid ſunt agnati?

b Pertinetne ad omnes agnatos hæreditas?

Deinde agnatorum definitione, & quatuor diviſionibus hanc mmam latius exponit. Definitio agnatorum repetitur *in* §. 1. *h. t.*

h. n. ex §. 1. *ſuper. de leg. adgn. tut*. Prima diviſio eſt: q
vel ſunt naturales, verſic. *itaque* (ex quo verſ. nota conſang.
nitatem eſſe ſpeciem adgnationis. *infra de ſucceſſ. cogn.* §. *vul*
4. quia conſanguinei dicuntur fratres eodem patre geniti;) vel ſ
adoptivi, qui dicuntur improprie conſanguinei. §. 2. *Per ado*
propterea quod adoptio non affert jus ſanguinis. *ff. de adopt.*
qui in adoptionem, 23. Ergo ut proprie dicantur conſanguin
duo requiruntur. Unum eſt, ut ſint fratres naturales non
doptivi. Alterum eſt, ut ſint ex eodem patre. nec refert, utru
ſint ex eadem matre, an non. *ff. de gradib. l. ult.* §. *ſecundo gr*
du.

Agnatio per adoptionem

r Eſtne quoque agnatio per adoptionem?

2. § a Per adoptionem quoque agnationis jus conſiſti veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum ad ptavit. Nec dubium eſt, quin ii improprie conſangu nei appellentur. Item ſi quis ex cæteris agnatis (tuis) v luti frater, aut patruus, aut idemque is, qui longiore gr du eſt, adoptaverit aliquem, agnatus inter ſuos hæred eſſe non dubitatur.

Jus fœminarum agnatarum.

a Quid juris in fœminis agnatis?

3. § a Cæterum inter maſculos quidem agnationis ju hæreditas, etiam ſi longiſſimo gradu ſint, ultro citroq capitur. Quod ad fœminas vero (attinet,) ita placebat, ipſæ conſanguinitatis jure tantum capiant hæreditatem ſi ſorores ſint, ulterius non capiant: maſculi autem ad e rum hæreditates (etiam ſi longiſſimo gradu ſint) admi tantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel mitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua vero ad illas n pertinebat: Quod ideo ita conſtitutum erat, quia comm dius videbatur, ita jura conſtitui, ut plerumq; hæreditat ad maſculos confluerent. Sed quia ſane iniquum erat, univerſum eas quaſi extraneas repelli. Prætor eas ad b norum poſſeſſionem admittit ea parte, qua proximitat nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur: ex qua part ita ſcilicet admittuntur, ſi neque agnatus ullus, nequ proximior cognatus interveniat. Et hæc quidem lex du decim tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicita tem legibus amicam amplexa, ſimili modo omnes agna

tc

[illegible] ſive maſculos, ſive fœminas cujuſcunque gradus ad ſimilitudinem ſuorum invicem ad ſucceſſionem vacabat. Alia autem juriſprudentia, quæ erat quidem lege duodecim tabularum junior, Imperiali autem diſpoſitione anterior, ſubtilitate quadam excogitata præfatam differentiam inducebat, & penitus eas a ſucceſſione agnatorum repellebat, omni alia ſucceſſione incognita: donec Prætores paulatim aſperitatem juris civilis corrigentes, ſive quod deerat, implentes, humano propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderunt, & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eos adjuvabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ *unde cognati* appellatur. Nos vero, legem duodecim tabularum ſequentes, & ejus veſtigia in hac parte conſervantes, laudamus quidem Prætores ſuæ humanitatis non tamen eos in plenum (huic) cauſæ medelam invenimus. Quare etenim uno, eodemque gradu naturali concurrente, & agnationis titulis tam in maſculis quam in fœminis æqua lance conſtitutis, maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem venire omnium agnatorum: ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad agnatorum ſucceſſionem patebat aditus. Ideo (nos) in plenum omnia reducentes, & ad jus duodecim tabularum eandem diſpoſitionem exæquantes, noſtra conſtitutione ſancimus, omnes legitimas perſonas, id eſt, per virilem ſexum deſcendentes (ſive maſculini generis, ſive fœminini ſint) ſimili modo ad jura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato vocari, ſecundum ſui gradus prærogativam, nec excludendas, quia conſanguinitatis jura, ſicut germanæ, non habent.

[illegible] cunda diviſio eſt in §. 3. *h. n.* quod agnati vel ſunt maſculi, vel fœminæ. Hic diſtinguitur inter jus antiquum & jus novum. [illegible] agnati maſculi utroque jure ſuccedunt uſque ad decimum gradum: fœminæ autem non ſuccedebant jure civili in ſecundo ordine, niſi eſſent ſorores conſanguineæ: ſed jure Prætorio ſuccedebant in tertio ordine. Jure autem novo, cuius auctor eſt Juſtin. ſublata eſt differentia inter agnatos maſculos & fœminas, adeo ut omnes æque ſuccedant uſque ad decimum gradum. [uti & cognati hodie. *Nov.* 118 *inf.* 5. *tit.* 5. *§. ult. & ibi Groenw.* in Gallia ulteriores etiam fiſcum excludunt. *vid. Charond.* 2. *reſp. c.* 9. quod maxime in feudis obtinet. *v. Gudel, de feud. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 8.]

Caſus, quibus cognati cum agnatis admittuntur.

a Annon aliquis gradus ex cognatione in agnatorum ſucceſſioné transfertur?

4. §. [a] Hoc etiam addendum noſtræ conſtiturioni eſtimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradu jure cognationis in legitimam ſucceſſionem, ut non lum fratris filius & filia (ſecundum quod jam definivimu) ad ſucceſſionem patrui ſui vocentur, ſed etiam germæ conſangnineæ, vel ſororis uterinæ filius & filia ſoli, non deinceps perſonæ, una cum his ad jura avunculi perveniant, & mortuo eo, qui patruus quidem eſt fratris filiis, avunculus autem ſororis ſuæ ſoboli, ſim, modo ab utroque latare ſuccedant, tamquam ſi omne maſculis deſcendentes legitimo jure veniant, ſcilicet frater & ſoror ſuperſtites non ſunt. (His etenim pe nis præcedentibus cæteri gradus remaneant penitus moti) videlicet hæreditate non in ſtirpes, ſed in ca dividenda.

Tertia diviſio eſt in §. 4. *h. n.* quod vel ſunt veri agnati, vel caſi agnati, nam Imp. conſtituit, ut filii ſororis, quam vis ſint co tamen ſuccedant in ſecundo ordine quaſi adgnati. *C. de legit red. l. ped.* Deinde conſtituit, ut etiam frater & ſoror uterin privilegio fruantur. *C. de legit. hered l. ult. §. ſed nec fra* quæ conſtetutio eſt Inſttutionibus poſterior nec fuit ſita in prima, ſed tantum in ſecunda Codicis editione. H vero ex. *Novell.* 111. *c.* 4. omnes cognati æquiparantur agnati omnes ſunt hæredes legitimi, ſublata agnationis & cognat differentia.

Nota primo ex fine hujus §. filios fratrum & ſororum h re ſuccedere incapita, non in ſtirpes: quod an ſit correctur dict. Nov. difficilis quæſtio eſt, adeo ut utramque ſententiam meri auctores probent. quia vero hujus quæſtionis deciſio pertinet ad d. Nov. interpretationem, quam ad hunc locum tum breviter dicam, mea ſententia hunc §. eſſe correctum; lios fratrum & ſororum hodie indiſtincte in ſtirpes ſucce [ſcil. patruo. Diſſ. *Perez. hic & Tuld. c. 8. vid. Fab. C. lib. 5. t def. 1.*]

Nota ſecundo, hoc jure fratres & ſorores præferri fili trum: quia ſunt gradu propinquiores, ſed hoc quoque corre eſt. *d. Novell.* 118. *cap. 3. & Nov. 127. cap. 1.* [ita ut ſucced ſtirpes cum fratribus jure repræſentationis. *d. c. 3.* ſi vero ſol trum filii ſint ſuccedunt tanquam proximi jure proprio & pita. *Perez. hic.* Verum jure civili noviſſimo fratres

que

conjuncti excludunt fratres altero tantum parente junctos, & fratribus utrinque junctis admittuntur ex defuncto fratre ſorore nepotes in ſtirpes. *d. c.* 3. Poſt hos veniunt fratres & ores altero tantum parente juncti, æqualiter, ſi omnes ſint ex eo latere, ſi vero ſint uterini & conſanguinei, hi paterna, illi mater- apiunt bona. *l.* 13. §. *fin. C. de legit. hær.* in cæteris vero bonis æ- liter ſuccedunt. *Perez. hic. Soeſ. ibid. nu.* 3 *& ibi Deſſel. Sande.* 4. *tit.* 8. *def.* 1. Diſſ. *Tuld. hic c.* 9. *Fachin.* 6. *con.* 5. Sed & fratrum nque junctorum filii excludunt, junctos ex uno latere. *Sande.* *c. def.* 3. *Perez. hic.* Non tamen ex adverſo avunculus ſuccedens, oris utrinque junctæ filius, excludet avunculum uterinum: ue patruus defuncti excludet ejus avunculum. *Tuld. hic. c.* 7. er autem ex uno latere excludit defuncti patruum, uti gradu otiorem, atqui & filius ejus eundum excludit, licet æquali lu ſit. *Tuld. hic c.* 9. 10. *Gudel de I. N. lib.* I. *c.* 15. *nu.* 9. 10. Si ta- 1 ex linea altera nemo ſit hæres, proximus ex alia linea ſuccedet uſo fiſco. *Tuld. d. Gail. d. loc. vid. tamen Burgund. ad. C. Fl.* 3. *nu.* 26. 29. 30. *& inf. tit.* 5. §. *ult. not.* ultraque fratrum li- os duplicitas vinculi non attenditur, ſed tantum gradus proxi- as *Soeſ. hic nu.* 4. *Everh. conſ.* 44. *Perez. hic.* Verum jure noſtro rajectino nunquam habetur ratio duplicitatis vinculi, ſed omnes res ac ſorores & cum his eorum liberi, in ſtirpes æqualiter ſuc- unt, tam uterini quam conſanguinei, & germani *Stat. Ultr.* 23. *art.* 26.]

Inter agnatos proximus vocatur.

5. § [a] Si plures ſint gradus agnatorum aperte lex duode- Tabularum proximum vocat. Itaque ſi (verbi gratia) defuncti frater & alterius fratris filius, aut patruus er potior habetur. [b] Et quamvis ſingulari numero uſa (duodecim tabularum) proximum vocet: tamen ium non eſt, quin ſi plures ſint ejuſdem gradus, tamen nittantur. Nam & proprie proximus ex pluribus gra- us intelligitur, & tamen non dubium eſt, quin licet s ſit gradus agnatorum, pertineat ad eos hæreditas.

[a] Proximus ne inter agnatos vocatur?

[b] Quis dicendus eſt proximus?

Quarta diviſio eſt, quod vel ſunt agnati proximi, vel remoti. I. . docet, proximos adgnatos præferri remotioribus. §. 5. *h. n.* In verſ. *& quamvis* oſtendit, ſive unus ſit proximus adgnatus, ſolum ſuccedere: ſive multi ſint proximi, (id eſt, ſi multi in eodem gradu) eos omnes ſimul admitti. [ſive ſint ſupe- es ſive inferiores utrinque, vel ex uno latere juncti. *vid. Sand.* 4. *tit.* 8. *def.* 2. *&* 8. *Tuld. hic. c.* 10.] III. In verſ. *nam*

& proprie, oſtendit, ſi unus ſit adgnatorum gradus, puta ſi tatum ſint fratres, nec ſint alii adgnati, tamen huic gradu defe[...] hæreditatem, licet minus proprie dicatur gradus proximus, [...] quod verbum *proximus* eſt relativum, & dicitur proximus relat[...] ne habita ad remotiorem, unde cum nullns eſt remotior, n[...] dicitur proprie proximus.

Quo tempore proximitas ſpectatur.

a Quo tempore proximus quis eſſe debet?

6. § a Proximus autem, ſi quidem nullo teſtamen[...] facto quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritu[...] quo mortuus eſt is, cujus de hæreditate quæritur. Qu[...] ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc tem[...] requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtam[...] to hæredem exſtiturum, tunc enim proprie quiſque in[...] ſtatus deceſſiſſe intelligitur. Quod quidem aliquan[...] longo tempore declaratur. In quo ſpatio temporis ſæ[...] accidit, ut proximiore mortuo, proximus eſſe incipi[...] qui moriente teſtatore non erat proximus.

IV. in §. *6. h. n.* declarat, quo tempore proximitas adgn[...]rum ſpectetur: quemadmodum de ſuitate idem declaravit [...] *tum autem quæritur. 7. ſupr. tit. prox.* oſtendit igitur eum adg[...]tum ad hæreditatem vocari, qui reperitur proximus eo temp[...] quo certum eſt defunctum deceſſiſſe inteſtatum, vel quia te[...]mentum non fecit, vel quia conſtat teſtamentum ejus quocun[...] caſu non valere.

Edictum ſucceſſorium.

Quid juris circa Edictum ſucceſſorium de jure civili veteri?

7. § a Placebat autem in eo genere percipienda[...] hæreditatum ſucceſſionem non eſſe, id eſt, ut quan[...] proximus, qui ſecundum ea, quæ diximus, vocatur ad[...] reditatem, aut ſpreverit hæreditatem, aut antequam a[...] deceſſerit: nihilo magis legitimo jure ſequentes ad[...] tantur. b Quod iterum prætores imperfecto jure corri[...] tes, non in totum ſine adminiculo relinquebant, ſe[...] cognatorum ordine eos vocabant, ut pote agnationis [...] eis recluſo. c Sed nos nihil perfectiſſimo juri deeſſe [...] pientes, noſtra conſtitutione, (quam de jure patron[...] humanitate ſuggerente, protulimus) ſancimus ſucce[...] nem in agnatorum hæreditatibus non eſſe eis dene[...]

b Quid de jure Prætorio?

c Quid de jure novo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

cum ſatis abſurdum erat, quod cognatis a Prætore ...um eſt, hoc agnatis eſſe recluſum: maxime cum in ... quidem tutelarum, & primo gradu deficiente, ſe... ſuccedit, & quod in onere obtinebat, non erat in ... permiſſum.

In §. *penult.* quærit an ſucceſſioni locus ſit in hoc hæredum ... Obſerva ſucceſſionem eſſe verbum homonymum, dici... n ſucceſſio, vel qua hæres defuncto ſuccedit, vel qua de... e aliquo hærede alius ejus locum occupat. Atque hæc po... ſignificatio debet in præſentia accipi. Imp. hoc loco diſtin... a jura. Primum eſt jus civile antiquum, quo remotiores ad... omnino excludebantur ab hæreditate, quamvis proxi... hæreditatem quacumque de cauſa non acquirerent. Se... n eſt jus prætorium, quo iſti remotiores adgnati vocantur ...o ordine per bonorum poſſeſſionem unde cognati. ter... ſt jus Juſtinianeum; quo inter adgnatos admittitur ſuc... d eſt, placet, ut proximioribus hæreditatem non adeunti... quentes adgnati eorum locum occupent: & fiant legitimi ...s. Hujus juris duplicem rationem Juſtinianus affert. Prior ...t ab eo quod minus, ad id quod magis videtur, quod e... gnatis, qui ſolo naturali vinculo conjuncti ſunt, in jure tri..., multo magis civiliter & naturaliter conjunctis tribuen... t: atqui prætor cognatis jus dictæ ſucceſſionis tribuit: ergo ... adgnatis tribuendum eſt. Poſterior ratio eſt a contrario, ...b onere tutelæ ad emolumentum hæreditatis. quod argu... m valere didicimus ex tit. *ſupra de legit paren. tut.* cum i... onere tutelæ ſit ſucceſſio; quia deficiente proximo adgna... ertur adgnato ſequenti: etiam in hæreditate eidem ſucceſ... cus eſſe debet. In verbis, nota *recluſum* accipi pro ſecluſo ... *l. Taurus* 13. *ff. de ſerv. præd. urb. & in l. unic. in princ. C.* ...c. *toll. & in l. unic. C. de uſucap. transform.* & apud Propert. ...eg. 29. *ver. penult.*

Pater contracta fiducia ſuccedit.

3. [a] Ad legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur ...parens, qui contracta fiducia filium vel filiam, ne... vel neptem, ac deinceps emancipat, quod ex no... ſtitutione omnino inducitur, ut emancipationes ... ſemper videantur quaſi contracta fiducia fieri: cum ... eteres non aliter hoc obtinebat, niſi ſpecialiter con... fiducia parens manumiſiſſet.

[a] Quæ eſt legitima parentum ſucceſſio circa liberorum emancipatorum bona?

Secunda tituli pars in §. *ult.* eſt de parente qui filium emanci... ...avit. Hic etiam diſtinguuntur duo jura, antiquum, & Juſtinia-

neum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

neum. Jure antiquo pater filio emancipato non ſuccedebat, n… eum contracta Fiducia emancipaſſet, id eſt, niſi eum patri fiduc… rio ſecundum antiquam juris obſervationem venditum, & … retro venditum manumiſiſſet, manumiſſor enim, tamquam p… tronus, fiebat heres legitimus, ſive pater naturalis, ſive pater fi… ciarius manumiſiſſet. Jure autem Juſtinianeo ſublata eſt illa v… ditionis ſolemnitas ut didicimus ex §. *præterea. 6 ſupr. quib. m. jus patr. poteſt. ſolv.* proinde nullus eſt hodie pater fiduciari, … ſed indiſtincte pater naturalis filio ſuo emancipato ſit heres le… timus. [*v. de his ſup. tit.* I. §. I. *not. ad fin.*]

AXIOMATA.

1. *Fratres adoptivi vocantur improprie conſanguinei, quia n… ſunt ex eodem ſanguine.* §. 2.
2. *Olim commodius videbatur, ita jura conſtitui, ut plerumque … reditates maſculis deferrentur.* §. 3.
3. *Simplicitas eſt legibus amica.* d. §. 3.
3. *Non in omnibus juris articulis deterior eſt conditio fœm… rum, quam maſculorum.* d. §. 4. *conjun.* §. ſed hæc quidem … pra de exhered. liber. *licet in multis deterior ſit.* ff. de ſtat. h… l. in multis. 9,
4. *Ubi eſt eadem adgnatio, debet eſſe eadem ſucceſſio.* d §. 3. … quare etenim. *conjun.* §. item vetuſtas. ſupra tit. prox.
6. *Proximi appellatione continentur etiam plures, qui ſunt i… dem gradu.* §. 5
7. *Proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur: ſed … unus ſit, proximus dici poteſt.* d. §. 10. *conjun.* l. pr… mus. 92. l. prox. 94. & l. in vulgari. 162. in princ. D. de v… ſign.
8. *Succeſſorium edictum tam in adgnatis, quam in cognatis l… habet.* §. pen.
9. *Qui ſentit incommmodum, debet etiam ſentire commodum.* §. pen. *conjun.* l. ſecundum naturam. 10. D. de div. reg … *Item e contareo qui ſentit commodum, debet etiam ſe… incommodum.* ſupra de leg. patro. tut. verſ. eo enim ipſ…
10. *Omnis emancipatio cenſetur quaſi contracta fiducia fieri.* §. …

DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO.

TITVLVS. III.

DIctum eſt de heredibus legitimis, qui ſuccedunt ex lege xii. tab vel ex conſtitutionibus de eadem lege factis, id eſt, de adgnatis, vel quaſi adgnatis, & de patre, qui filium emancipavit: deinceps videndum eſt de heredibus legitimis ex ſenatuſconſultis, vel ex conſtitutionibus ad ea ſenatuſconſulta accommodatis. Sunt autem ſenatuſconſulta duo, nempe Tertullianum, quod legitimam filiorum hereditatem defert matri; & Orphitianum, quod contrario legitimam matris hereditatem defert filiis. Hic titulus eſt de ſenatuſconſulto Tertulliano, dividitur autem in tres partes.

Jus ll. 12. Tabular. & edicti Prætorii circa matris ſucceſſionem.

LEx duodecim Tabularum ita ſtricto jure utebatur, & præponebat maſculorum progeniem, & eos, qui per fœminin ſexus neceſſitudinem ſibi junguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium, filiamve ultro citroque hæreditatis capiendæ jus daret, niſi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem bonorum poſſeſſione, *unde cognati*, accommodata, vocabant. An & matres liberis ſuccedebant jure 12. Ta. & Prætorio?

In prima parte declarantur tria jura S.C. Tertulliano vetuſtiora. Primum jus eſt, lex xij. tabul. qua mater repellebatur ab hereditate filii, vel filiæ *in princ. tit.* Secundum eſt jus prætorium quod matrem vocat in tertio ordine per bonorum poſſeſſionem unde cognat. verſ. *niſi quod.*

Jus Claudianum.

1. § [a] Sed hæ juris anguſtiæ poſtea emendatæ ſunt. Et primus quidem divus Claudius matri ad ſolatium liberorum amiſſorum, legitimam eorum detulit hæreditatem. [a] Quid conſtituit Imp. Claudius in matre?

Tertium jus eſt conſtitutio D. Claudii, qui matri, ad ſolatium liberorum amiſſorum legitimam hereditatem indulſit, §. 1. Suet. *Claud. cad.* 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Ius ex Senatuſconſulto Tertulliano.

a Quid juris in hac re conſtitutum eſt per SC. Tertullianum?

2. § a Poſtea autem Senatuſconſulto Tertulliano, qu divi Adriani temporibus factum eſt, pleniſſime de tri ſucceſſione matri, non etiam aviæ deferenda cautum e ut mater ingenua trium liberorum jus habens, liberti quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur in ſtato mortuorum, licet in poteſtate parentis ſit: ut ſcilic cum alieno jure ſubjecta eſt, juſſu ejus adeat hæreditaten cujus juri ſubjecta eſt.

Secunda pars eſt de Tertulliano Senatuſconſulto & de conſti tionibus ad illud factis. Hoc jure multa requiruntur, ut hæc le tima ſucceſſio matri deferatur. I. Requiritur, ut ea, quæ vult ſ cedere, ſit defuncti, vel defunctæ mater, non avia, vel proavia. *h.n.* ſed hodie omnibus parentibus utriuſque ſexus legitima h reditas defertur. *Nov.* 118. *c.* 2. II. Requiritur, ut hæc mater hab jus trium liberorum, ſi ſit ingenua; vel jus quatuor liberoru ſi ſit libertina. habet autem hoc jus, quæ tot filios peperit, vel h jus a Principe impetravit. Paul. *lib.* 4. *ſent. tit.* 2. Hoc requiſit a Juſtiniano paulo poſt abrogabitur in §. *ſed nos*. 4. III. Requirir, ut ſi hæc mulier ſit in poteſtate patris, hæreditatem filii, vel fi adeat juſſu patris. nam patria poteſtas nuptiis filiorum, vel fi rum non tollitur. *C. de condition. inſert. l. ſi uxorem.* 5.

Qui matri præferuntur & cum ea admittuntur.

a Qui præferuntur ex SCto. matri & cum ea admittuntur?

3. § a Præferuntur autem matri liberi defuncti, i ſui ſunt, quive ſuorum loco ſint, ſive primi gradus, ulterioris. Sed & filiæ ſuæ mortuæ filius vel filia propo tur ex conſtitutionibus matri defunctæ, id eſt, aviæ ſi Pater vero utriuſque, non etiam avus & proavus matri teponitur, ſcilicet cum inter eos ſolos de hæreditate a tur. Frater autem conſanguineus tam filii, quam filiæ cludebat matrem. Soror autem conſanguinea pariter c matre admittebatur. Sed ſi fuerant frater & ſoror conſ guinei, & mater liberis onerata, frater quidem matrem cludebat, communis autem erat hæreditas ex æquis pa bus fratribus & ſororibus.

IV. Requiritur, ut nulla ſit perſona, quæ matri in ſucceſſi præferatur. alii namque matri præferuntur, alii poſtponuntu lii ſimul cum matre ſuccedunt. Quod ut planius intelligatur ſtinguenda ſunt quinque membra. Aut enim mater defuncti,

defun

d unctæ concurrit cum liberis ejus, aut cum parentibus, aut
cu fratribus,vel ſororibus conſanguineis, aut cum aliis perſo-
n legitimis, aut cum cognatis. Singula hæc membra ſervato
c textus ordine decidamus. Cum defunctus, vel defuncta ma-
t m & liberos ſuperſtites relinquit, liberi præferuntur matri,
& ſoli ſuccedunt. *§.3.h.n.in princ. & verſ.1.* Mater autem con-
c rit cum aliis parentibus tribus caſibus. aut enim ſuperſtites
ſ t pater,& mater:aut avus, & mater: aut avus, pater, & mater.
Q od dico de avo idem intellige de proavo. I. Caſu pater præfer-
t matri, & ſolus ſuccedit.II.Caſu mater ſuccedit,excluſo avo.
I. Caſu avus ſuccedit excluſis patre & matre.*d.§.præferuntur.*
2 *verſ.pater.& ff.eod.l.Æquiſſimum* 5. *§.ult.* Hodie vero mater
ſ cedit una cum patre, vel cum avo paterno: quia hæreditas in-
t adſcendentes ita dividitur, ut pars deferatur adſcendentibus
p lineam paternam,pars adſcendentibus per lineam maternam,
& proximiores remotioribus in eadem linea parentibus præferan-
t.*Novell.*118.*cap.*2. Similiter cum fratribus & ſororibus con-
ſanguineis mater concurrit tribus caſibus. Aut enim concurrit
m fratre, aut cum ſorore, aut cum utroque.Idem intellige, ſi
ncurrat cum multis fratribus,vel multis ſororibus. I. Caſu fra-
r excludit matrem,& ſolus ſuccedit.verſ.*frater autem.* II.Caſu
ater & ſoror,vel ſorores ſimul ſuccedunt; ita ut ſi defunctus ſit
aſculus,hæreditas dividatur in capita.ſi vero defuncta ſit fœmi-
a, matri deferatur ſemis, & alter ſemis dividatur inter ſorores,
rſic.*ſoror.autem.& C.Theodoſ.de ſecundis nuptiis.l.*2.III.Caſu
atre excluſa,hæreditas dividitur inter fratres, & ſorores pro æ-
is partibus.verſic.*ſed ſi fuerant.* Sed hanc poſtremam deciſio-
em Juſtinianus corriget in §. *ſed cum antea.* 5. *verſ.ita tamen.*
enique ex dicta conſtitutione.118,fratres & ſorores, ſi per u-
umque parentem ſint defuncto conjuncti, ſuccedunt una cum
arentibus.ſin minus,excluduntur ab hæreditate: quia cedunt pa-
entibus defuncti. Placet, antequam ulterius progrediar, expo-
ere quædam verba d. §.*hoc noſtro.* quæ non carent obſcuritate.
um ait *liberi defuncti,* ne intelligas liberos defunctos. ſed libe-
os ipſius defuncti: ita ut verbum *liberi,*ſit in numero multitudi-
is,in recto caſu & verbum *defuncti* in genitivo ſingulari. Dein-
e cum ait *filiæ ſuæ,* filiam ſuam vocat quæ eſt ſui juris,ut poſſit
abere hæredes. Deinde cum ait *matri defunctæ, id eſt, aviæ ſuæ,*
ntellige matrem defunctæ, eandemque aviam filiorum defun-
ctæ,ita ut verba *matri, & aviæ ſuæ,*ſint dativi caſus ſingularis: &
erbum *defunctæ* ſit genitivi ſingularis. Deinde cum ait *utriusq;*
oc verbo ſignificat filium,vel filiam. & ſenſus eſt,ſive maſculus,
ive femina deceſſerit, pater ejus in ſucceſſione præfertur matri

ejus. Deinde cum ait *inter eos ſolos*, ſignificat quæſtionem de h reditate eſſe inter patrem, & matrem, ita ut avus, nec proavus e ſtent. Deinde cum ait *liberis onerata.* Cujac mavult *liberis ho rata*: hæc enim locutio eſt frequentior, & elegantior, & ma huic loco convenire videtur; in quo non agitur de onere, ſed privilegio, & beneficio ſuccedendi, quod propter liberos ma tribuitur. Quando mater concurrit cum aliis perſonis legitim hic caſus in præſentia prætermittitur, ſed explicabitur in §. *ſed c antea.* Ultimus caſus, quando mater concurrit cum cognatis d functi, vel defunctæ, omnino in hoc titulo prætermittitur. ſed c tum eſt, matrem cognatis præferri. cum enim Juſt. in d. §. *ſed c antea*, matrem præferat omnibus perſonis legitimis, præter f tres & ſorores conſanguineos, ſine dubio præfert eam multo m gis cognatis, qui ſunt poſteriores legitimis heredibus.

Ius novum.

a Quid jure novo in hac cauſa eſt conſtitutum?

4. § a Sed nos conſtitutione, quam in Codice noſt nomine decorato poſuimus, matri ſubveniendum eſſe e ſtimavimus, reſpicientes ad naturam, & puerperium, periculum, & ſæpe mortem ex ex hoc caſu matribus il tam. Ideoque impium eſſe credidimus, caſum fortuitu in ejus admitti detrimentum. Si enim ingenua ter, vel bertina quater non peperit, immerito defraudabatur ſ ceſſione ſuorum liberorum. Quid enim peccavit, ſi n plures, ſed paucos peperit? Et dedimus jus legitimu plenum matribus (ſive ingenuis ſive libertinis) & ſi n ter enixæ fuerint, vel quater, ſed eum tantum vel ea qui quæve morte intercepti ſunt, ut ſic vocentur in libe rum ſuorum legitimam ſucceſſionem.

Tertia tit. pars eſt de conſtitutionibus Juſtiniani, qui quæd ex jure antiquo emendavit. I. In §. 4. *h. n.* abolet ſecundum req ſitum, & idem ſucceſſionis jus tribuit omnibus matribus, qua vis non habeant jus trium, vel quatuor liberorum.

Quibus mater præferatur & cum quibus admittatur:

a Quibus præfertur mater?

5. § a Sed cum antea conſtitutiones jura legitimæ ſu ceſſionis perſcrutantes, partim matrem rejuvabant, pa tim eam pergravabant, nec in ſolidum eam vocaban ſed in quibuſdam caſibus tertiam ei partem obſtrahente

cer

…s legitimis dabant perſonis, in aliis autem contra- …a faciebant, nobis viſum eſt recta & ſimplici via, ma- …m omnibus perſonis legitimis anteponi, & ſine ulla …inutione, filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere, …epta fratris & ſororis perſona, (ſive conſanguinei ſint …ſola cognationis jura habentes) ut quemadmodum …toti alii ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fra- …& ſorores, (ſive legitimi ſint, ſive non) ad capiendas …editates ſimul vocemus, ita tamen, ut ſi quidem ſolæ …ores agnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel de- …ctæ ſuperſint: dimidiam quidem mater, alteram vero …idiam partem omnes ſorores habeant. Si vero matre …erſtite, & fatre vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſo- …ibus, ſive legitima, ſive ſola cognationis jura haben- …is, inteſtatus quis vel inteſtata moriatur, in capita …ribuatur ejus hæreditas.

b Cum quibus admittitur mater & quomodo;

I. In §. 5. *h. n.* abrogat quaſdam conſtitutiones pertinentes …aſum illum ſupr. prætermiſſum, quo mater cum perſonis …itimis concurrit, id eſt, cum aliis, quam cum fatre & ſorore …ſanguineis. Hæ conſtitutiones ita diſtinguebant: aut mater ha- …jus trium, vel quatuor liberorum, aut non habet. Priori caſu …oncurrebat cum fatre, cognato, vel cum patruo, vel cum e- …filio, ſive nepote, ſuccedebat ex beſſe: frater autem, cognatus, …patruus, &c. ſuccedebat ex triente. Sin autem concurrebat …n aliis agnatis, eos excludebat. Poſteriori caſu ſuccedebat ex …ente, adgnati autem ex beſſe *C. Theod. de legit. hæred. l.* 1. 2 … 7. Sed ex Juſt. conſtitutione mater præfertur omnibus legi- …ais perſonis, præterquam quod ſuccedit una cum fratre & ſo- …re ſive conſanguineis, ſive uterinis: & cum ſororibus quidem …cedit ex parte dimidia, cum fratribus autem vel cum fratri- …s & ſororibus ſuccedit in partem virilem, ut diciditur in dicto … *ſed cum antea. verſic. ita tamen.* Hodie vero indiſtincte mater … fratres, vel ſorores ſuccedunt in capita. *Nov.* 118. *c.* 2. [*v. not. p. tit.* 1. §. 9. *ad fin.*]

Neceſſitas petendi tutorem impoſita matri.

6. § a Sed quemadmodum nos matribus proſpeximus, …a eas oportet ſuæ ſoboli conſulere, ſcituris eis, quod ſi …utores liberis non pertierint, vel in locum remoti vel ex- …uſati, intra annum petere neglexerint, ab eorum im- …uberum morientium ſucceſſione merito repellentur.

a Eſtne matri impoſita neceſſitas liberis petendi tutorum?

Quarta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Quarta pars explicat duo, quæ tam jure antiquo obtinebant quam hodie obtinent. Primum eſt in §. *pen.* quod mater non ſuccedit filio in ætate pupillari defuncto, ſi tutorem ei non petierit cum tutore egeret. conjun. *l.* 2. §. 1. *&* 2. *ff. qui pet. tut. vel cura* [Sed ob illud moribus hodie mater pupilli ſucceſſione non privatur: verum ex multorum locorum ſtatutis exigua tantum pecuniæ mulcta punitur, in univerſum enim omnes pœnæ legales privantes aliquem jure ſuo ab uſu receſſerunt. *l.* 8. *C. de legit. hær* *&* *in l.* 25. *C. de legat.*]

Nota I. Idem obtinere in avia. *ff. h. t. l. ſive ingenua.* 2. §. *filii* 18. & cæteris legitimis hæredibus. *C. de legit. hæred. l. ſciant.* 10.

Nota II. Excuſari matrem minorem 25. annis, *C. ſi adv. delict.* *l. fin.*

Mater ſuccedit vulgo quæſitis.

Succeditne mater vulgo quæſitis? 7. § ᵃ Licet autem vulgo quæſitus ſit filius filiave: poteſt (tamen) ad bona ejus mater ex Tertulliano Senatusconſulto admitti.

Secundum eſt in §. *ult.* quod mater filiis quibuſcumque ſuccedit, id eſt, non ſolum ex juſto matrimonio procreatis, ſed etiam vulgo quæſitis. Ratio eſt. quia nova jura, id eſt, legg. xij. tab. poſteriora, inter quæ eſt hoc ſenatuſconſultum Tertullianum, non reſpiciunt ad vinculum civile. ſed ad conjunctionē naturalem. *ff. de cap. min. l. Tutelis.* 7. quę conjunctio repetitur etiā inter matrem & filios vulgo quæſitos. [quod & moribus noſtris convenit quibus mater non parit baſtardos, ut dicitur vulgo. *Grot. lib.* 2. *p.* 31. *nu.* 2. *Chriſt. ad ll. Mechl. tit.* 18. *art.* 3. *nu.* 3. *Gomeſ. ad l.* 9. *Taur. nu.* 10,

AXIOMATA.

1. *Mulieribus jura favent propter partus periculum.* §. 4.
2. *Caſus fortuitus non debet alicui præjudicium afferre.* cod. §.
3. *Non peccavit fœmina, quæ paucos liberos peperit.* d. §. 4.
4. *Cum parentibus conſulitur etiam conſulendum eſt liberis.* §. pen.

DE SENATUSCONSULTO
ORPHITIANO.
TITVLVS IV.

Ut mater filiis ex ſenatuſconſulto Tertulliano ita filii matribus ſuccedunt ex ſenatuſconſulto Orphitiano, quod conſequenter explicatur. Hujus tituli quatuor ſunt partes.

Origo

Origo & ſumma Senatuſconſulti Orphitiani.

PEr contrarium autem liberi ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex Senatuſconſulto Orphitiano, quod Orphitio & Rufo conſulibus effectum eſt divi Marci temporibus, & data eſt tam filio, quam filiæ legitima hæreditas, etiamſi alieno jure ſubjecti ſint, & præferuntur conſanguineis & adgnatis defunctæ matris. Liberi qui jure ſuccedunt matribus?

Prima in princ. tituli explicat dictum ſenatuſconſultum, id eſt quo tempore factum ſit, & quid novi juris conſtituat. In ſumma ex hoc ſenatuſconſulto filii & filiæ matribus ſuccedunt, tanquam hæredes legitimi, ita ut non ſolum præferantur cognatis, ſed etiam conſanguineis & reliquis agnatis.

Ius nepotis & neptis.

1. § [a] Sed cum ex hoc Senatuſconſulto nepotes [& neptes] ad aviæ ſucceſſionem legitimo jure non vocarentur: poſtea hoc conſtitutionibus Principalibus emendatum eſt ut ad ſimilitudinem filiorum filiarumque & nepotes & neptes vocentur. [a] Quid juris in nepote & nepte?

Secunda pars in §. 1. *h. n.* adjungit conſtitutiones ſupplentes, quod ſenatuſc. Orphit. deeſt, id eſt, vocantes ad ſucceſſionem aviæ nepotes & neptes.

Capitis deminutio.

2. § [a] Sciendum autem eſt hujuſmodi ſucceſſiones, quæ ex Tertulliano & Orphitiano ſenatuſconſultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novæ hæreditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, ſed illæ ſolæ, quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur. [a] Tolliturne jus ſuccedendi per capitis deminutionem?

Tertia pars duo declarat, utrique ſeuatuſcouſulto communia. Unum eſt in § 2. *h. n.* quod ſucceſſiones ex his ſenatuſconſultis delatæ nou amittuntur capitis deminutione: (ſubaudi minima, vel emancipatione) atque hoc probatur ex generali regula, quod novæ hæreditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, i. e. hæreditates quæ deferuntur ex jure, xij. tabulis poſteriore, non amittuntur per capitis deminutionem, per quam tolluntur ſucceſ-

ſiones

ſiones ex lege xij. tabul. delatæ. Differenriæ ratio eſt: quia lex x
tabularum reſpicit ad vinculum civile, dum ſuos, vel agnatos
hereditatem vocat: (hæc enim nomina civilia ſunt, ſuus, & adgn
tus) novæ autem leges, & nova ſenatuſconſulta reſpiciunt ad vi
culum naturale, dum ad ſucceſſionem vocant matrem, vel aviar
vel nepotes: quandoquidem hæc ſunt nomina naturalia, id eſ
ſignificantia naturalem conjunctionem: ſcimus autem par capi
deminutionem civile vinculum tolli, non naturale. *ſupr. de leg*
adgn. tut §. ult. ut emancipatione deſinit eſſe ſuus, vel adgnatu
non deſinit autem eſſe filius, vel nepos.

Ius liberorum vulgo quæſitorum.

a Succedunt ne matri liberi ſpurii?

3. § a Noviſſime ſciendum eſt, etiam illos liberos, q
vulgo quæſiti ſunt, ad matris hereditatem ex hoc ſenat
conſulto admitti.

Alterum eſt in §. *pen. h. n.* quia ſicuti mater ſuccedit filio v
go quæſito, ex Tertulliano *ſupr. tit. prox. §. ult.* ita hic filius vul
quęſitus matri ſuccedit ex Orphitiano, ob rationem modo dicta
quia hæc ſenatuſconſulta naturalem conjunctionem ſpectant, q
conjunctio manifeſta eſt intra matrem & filium vulgo quæſitu
utpote cum mater ſemper certa ſit, quamvis pater is demum c
tus ſit, quem nuptiæ demonſtrant. *ff. de in jus vac. l. Quique 5.* [
de not. §. fin. tit. præced.]

Ius accreſcendi.

a Quid ſi aliqui ex legitimis hæredibus non poſſint vel nolint adire hæreditatem?

4. §. a Si ex pluribus legitimis heredibus quidam om
ſerunt hæreditatem, vel morte vel alia cauſa impediti fu
rint, quominus adeant, reliquis, qui adierint, adſcreſ
illorum portio, & licet ante deceſſerint, ad heredes
men eorum pertinet.

Quarta pars in §. *ult.* continet doctrinam omnibus ſucceſſio
bus legitimis communem, nempe ſi plures ſint in eodem gra
vel ordine, qui ſimul ad hereditatem vocentur, aliquo non ade
te, ejus portio cæteris adeuntibus accreſcit. Quid ſi nullus eor
adeat? Jam didicimus ex §. *pen. ſupra de legit. agn. ſucceſſ.*
reditatem ſequentib. perſonis deferri. Sed finge tres ſimul voc
ad legitimam hereditatem: verbi gratia, tres patruos. Prim
Secundum, & Tertium: primus & ſecundus hæreditatem adi
runt: poſtea ſecundus deceſſit relicto filio Sempronio. tand
tertius repudiavit hereditatem. quæritur utrum portio tertii
creſcat ſoli primo, quia ſolus ex tribus illis patruis eſt ſuperſtes
accreſcat etiam Sempronio filio & heredi ſecundi patrui? Juſt
reſpondet portionem tertii utrique accreſcere tam, prim
qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

quam Sempronio. ratio eſt: quia portio portioni, non perſonæ accreſcit: proinde cum ſecundus patruus pro ſua parte hereditatem adiverit, & ad filium ſuum tranſmiſerit, æque hæc portio ad trahit partem tertii vacantem, atque portio primi.

AXIOMA.

1. *Novæ hæreditates legitimæ capitis deminutione non tolluntur.* §.2.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

TITVLVS. V.

ABſolutis duobus heredum legitimorum ordinibus, ſubjicit tertium ordinem, qui non eſt civilis, ſeu legitimus, ſed tantum prætorius. Nam qui in hoc ordine ad ſucceſſionem vocantur ...irum cognati, non fiunt jure civili hæredes ſed jure prætorio bonorum poſſeſſores: idcirco magis pertinet ad tit. *infra de bon. poſſ.* quia tamen bonorum poſſeſſores pro heredibus habentur adeo ut etiam appellatione hęredum interdum contineantur. *infr. de bon. poſſeſ. verſ, quos autem, & ff. de cond. & demonſtr. l. in conditionibus* 19. *& de verb. ſignif. l. hereditatis appellatio.* 138. non ſi... cauſa hoc loco conſiderantur. Hujus tituli duæ ſunt partes:

Succeſſio cognatorum.

POſt ſuos heredes, eosque, quos inter ſuos heredes Prætor & conſtitutiones vocant, & poſt legitimos (quo numero ſunt adgnati, & ii, quos in locum adgnatorum tam ſupradicta ſenatuſconſulta, quam noſtra erexit conſtitutio) proximos cognatos prætor vocat. a Poſt quos vocantur cognati?

In priori parte, ex qua inſcriptio ſumpta eſt, declaratur ſucceſſio cognatorum. In qua parte primo Imperator *in princ. h. n.* generaliter ad ſucceſſionem vocat proximos cognatos in tertio ordine, id eſt, poſt ſuos, vel quaſi ſuos, & poſt legitimos heredes.

Quid cognatio ſit & qui cum cognatis admittuntur. a Quæ cognatio ſpectatur? b Qui cum cognatis vocantur?

2. § a Qua parte naturalis cognatio ſpectatur. b nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti ſunt, ex

lege

lege duodecim tabularum inter legitimos non habentu
ſed a prætore tertio ordine vocantur, exceptis ſolis ta
tummodo fratre & ſorore emancipatis, non etiam libe
eorum, quos lex Anaſtaſiana cum fratribus integri ju
conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hære
tatem, ſive ſororis, non æquis tamen partibus, ſed cum a
qua deminutione, quam facile eſt ex ipſius conſtitutio
verbis intelligere. Aliis vero adgnatis inferioris grac
licet capitis deminutionem paſſi non ſunt, tamen antep
nit eos, & proculdubio cognatis.

Secundo exponit eas perſonas quæ appellatione proximor
cognatorum continentur, & ad hanc ſucceſſionem vocantur. l
perſonæ ſunt. I. adgnati capite diminuti, id eſt, qui per minim
capitis deminutionem deſierunt eſſe adgnati. non tamen de-
runt eſſe cognati: quia emancipatio ſuſtulit adgnationem civil,
non ſuſtulit naturale jus ſanguinis. quocirca hæ perſonæ am-
runt jus ſuccedendi in ſecundo ordine tanquam adgnati, ſed r-
nent jus ſuccedendi in tertio ordine tamquam cognati. Excipi-
tur fratres & ſorores emancipati. quæ exceptio ut intelligat,
diſtinguenda ſunt diverſa jura. Primum eſt jus xij. tabul. quo r
non ſuccedunt. Secundum eſt jus Prætorium, quo vocantu
tertio ordine per poſſeſſionem unde cognati. Tertium eſt con-
tutio Anaſtaſii quæ facit eos hæredes legitimos, & vocat eos in-
cundo ordine; ſic tamen ut aliis quidem agnatis & cognatis p-
ferantur: ſed ſi cum aliis fratribus & ſororibus non emancip
concurrant, deminutionem quamdam patiuntur, adeo ut
tres integri jus duplum conſequantur: quam emancipati, auc
Theophilo hic. nam conſtitutio Anaſtaſii, quæ extabat in pri
editione Codicis, poſtea a Juſtiniano abrogata, & in ſecunda
tione Codicis rejecta eſt. Quartum jus eſt Juſtin. conſtitutio, i
l. ult. C. de legit. hæred. quæ & corrigit hunc §. & abrogata A
ſtaſ. conſtitutione, jubet omnes fratres & ſorores tam ema
patos, quam non emancipatos ex æquis partibus ſuccedere,
omnes ſunt hæredes legitimi. quod privilegium fratribus &
roribus emancipatis hoc jure tributum, noviſſime productum
ad omnes cognatos, *Nov. 118. cap. 3.* [& ita moribus ſervatu

Juncti defuncto per fœminam.

2. § [a] Eos etiam, qui per fœminini ſecus perſona
transverſo cognatione junguntur, tertio gradu proxim
tis nomine Prætor ad ſucceſſionem vocat.

a An & per fœminam juncti hoc ordine vocantur?

II. Conjuncti per fœminas. § 2. *h. n.*

Liberi aliis in adopt. dati.

.§ [a] Liberi quoque, qui in adoptiva familia ſunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu vocantur.

a Quid juris in liberis, qui alii ſunt dati in adoptionem?

II. Liberi naturales qui ſunt in adoptiva familia eo tempore quo pater naturalis moritur §. 3. *h. u.* conjunge §. *admonendi*, 13, *ſu*. *de hered. quæ ab inteſt. defer.*

Vulgo quæſiti.

.§ [a] Vulgo quæſitos, nullos habere adgnatos, manifeſtum eſt, quum adgnatio a patre ſit, cognatio a matre, hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione nec inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitatis jus ſpecies eſt agnationis. Tantum ergo cognati ſunt ſibi, ſicut & matri cognati ſunt. Itaque omnibus iſtis (ex) ea parte competit bonorum poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

a Quid juris in vulgo quæſitis?

V. Vulgo quæſiti, §. *penult. h. u.* Hæc dicta ſint de ſucceſſione cognatorum. [*vide de his not. ſup. tit.* 1. §. 9. *in fin.* Et nec hodie vulgo quæſiti agnatis ſuccedunt, niſi in iis locis ubi hoc iis privilegium a Principe conceſſum eſt. *v. Grot. d. lib.* 2. *p.* 31. *& ibi Groenw.* inſtituti tamen a patre in teſtamento, ſuccedunt ut alii extranei *Groenw. in l.* 2. *C. de natur. lib.*]

Gradus quibus admittuntur agnati & cognati.

§ [a] Hoc loco & illud neceſſario admonendi ſumus, agnationis quidem jure admitti aliquem ad hæreditatem, et ſi decimo gradu ſit, ſive de lege duodecim Tabularum quæramus, ſive de edicto, quo Prætor legitimis hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis vero nomine iis ſolis Prætor promittit bonorum poſſeſſionem, qui uſque ad ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo ſobrino ſobrinaque nato natæve.

a Ad quem uſque gradum admittuntur agnati & cognati?

In poſteriori tituli parte, quæ eſt in §. *ult. h. n.* ponitur diſcrimen inter ſecundum & tertium hæredum ordinem, id eſt, inter agnatos & cognatos: quia ſucceſſio defertur adgnatis uſque ad decimum gradum, cognatis vero regulariter uſque ad ſextum, interdum uſque ad ſeptimum, ex quo gradu ſuccedunt tantum filii

ſobrinorum, vel ſobrinarum propterea quod hi ſoli filiorum lo
lo ſunt , quia inter tranſverſales inferiores collocantur in lo
tranſverſalibus æqualibus proximo. nam atpatruus, & alii in e
dem circulo collocati , nec non abpatrui & ſimilium filius, filia,
tem propatrui & ſimilium nepos, neptis, ponuntur inter tranſve
ſales ſuperiores: ideoque non ſunt loco liberorum, ſed parentu
patruelium autem & conſobrinorum pronepos & proneptis, n
non fratris , vel ſororis atneptis , quamvis æque ſint in ſeptin
gradu, tamen pro remotioribus habentur, quia remotiores ſun
tranſverſalibus æqualibus proinde non videntur loco filioru
ſed illi loco nepotum, hi loco pronepotum. [Hodie tam cogn
quam agnati ad decimum gradum uſque ſuccedunt , iiſque d
cientibus fiſcus totam hæreditatem occupat. *Groenw. hic & C.*
bon. vac. l. 4. adde ſup. tit. 2. §. 3. not. & deficientibus agnatis ex
no latere, cognati intra decimum gradum fiſcum excludunt.
ſup. tit. 2. §. not. ad fin. niſi in locis ubi paterna paternis , mate
maternis, hæredibus cedunt. *v. Groenw. d. l. 4. C. de bon. vac.*]

A X I O M A T A.

1. *Vulgo quæſiti nullos habent agnatos.* § 4.
2. *Agnatio eſt a patre, cognatio a matre.* §. eod.
3. *Vulgo quæſiti nullum patrem habere intelliguntur.* §. eod. *cj.* §. ſi adverſus. ſup. de nupt.
4. *Conſanguinitas eſt ſpecies agnationis.* d. §. 4.

D E G R A D I B U S
C O G N A T I O N U M.

T I T V L V S. VI.

SUperioribus titulis dictum fuit agnatos, vel cognatos , ad
ceſſionem vocari ſecundum gradus prærogativam , ut n
tum proximiores remotioribus præferantur. quapropter h
co gradus non immerito explicantur. Quamquam eoru
gnitio ad ad alios quoque juris partes pertinet , ut jure civ
tutelas, bonorum poſſeſſiones, & teſtimonia perhibenda. *ff.*
l. ult. in princ. jure canonico ad nuptias permittendas , vel p
bendas, 35. *quæſt. 5. can. ad ſedem.* Hujus tituli quinque ſun
tes.

Tituli continuatio: cognationis diviſio,

HOc loco neceſſarium eſt exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. [b] Quare in primis admonendi ſumus, cognationem aliam ſupra numerari, aliam infra, aliam ex tranſverſo, quæ etiam a latere dicitur. ſuperior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex tranſverſo fratrum ſororumve, & eorum, qui quive ex his generantur, & convenienter patrui, amitæ avunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio a primo gradu incipit: at ea, quæ ex tranſverſo numeratur, a ſecundo,

De quo agendum eſt hoc titulo? b Quomodo diſtinguitur cognatio quoad gradus?

ima pars eſt de gradibus cognationum: in qua parte Imp. I. mis verbis rationem affert hujus expoſitionis. atque ita ne- unc titulum eum præcedentibus. II. In verſ. *quare*, genera- de cognatione tractat, eam dividens in ſuperiorem, in qua atur parentes, & inferiorem, in qua ponuntur liberi, & tranſ- em, in qua reliqui cognati collocantur. diſtinctionem au- ponit inter has cognationes, quia ſuperior & inferior inci- a primo gradu, tranſverſalis autem incipit a ſecundo gradu. a pater, vel mater, & filius, vel filia ſunt in primo gradu: s autem & ſorores ſunt in ſecundo gradu, ſed jure Canoni- am fratres & ſorores ſunt in primo gradu. quare hoc diſcri- ure Pontificio non obtinet: ſed omnis cognatio a primo exordium capit. Ratio autem, cur jure civili cognatio tranſ- is incipiat a ſecundo gradu, hæc eſt: quia inter duos fratres, rores interjecta eſt perſona parentis per quam conjun- r, *ff. hoc tit. l. ult. §. nam quoties.* 2. quoniam ex eadem per- geniti ſunt, atque ita reperiuntur duæ generationes, ex qua- na unus frater, & altera alter frater genitus eſt: & genera- , quemadmodum ſunt cauſæ cognationis, ut ſcribit Ari- *. Ethic. cap.* 13. ita etiam ſunt cauſæ gradus; ita ut quot ſunt tiones inter aliquas perſonas interjectæ, totidem ſint gra- *fra hoc tit. §. hactenus,* 7. Juris autem Pontificii triplex eſt Prima ratio eſt, quia numerus graduum diſtincte ſpectatur gulis ordinibus. & ſicut pater eſt in primo gradu aſcenden- quia eſt propinquior cæteris aſcendentibus, & filius eſt in gradu deſcendentium, quia eſt propinquior reliquis de- tibus. ita etiam frater eſt aliis tranſverſalibus. Secunda ra- ia hoc jure gradus notantur pro ratione locorum quæ a ſin- erſonis occupantur in typo, ſeu figura cognationis, ut

poſterius apparebit, æque enim propinqui defuncto reperiunt pater, filius & frater. ſed differentia eſt, quia pater ſuperiori lo ponitur, filius inferiori, frater ad latus. Tertia ratio eſt, quia g neratio aliter accipitur in jure canon. quam in jure civ. nam in j ve civili una eſt generatio unius perſonæ, ac tot dicuntur ge rationes. quot ſunt perſonæ genitæ: jure autem canon. una ge ratio dicitur omnium filiorum ab eodem patre procreatoru altera generatio eſt eorum, qui ab his filiis geniti ſunt: & ita de ceps tertia, quarta, & ulteriores generationes accipiuntur. in p ma igitur generatione, proinde in primo gradu collocantur pa & filii ſive hi ad patrem, ſive inter ſe (qua ratione vocantur f tres) referantur. 35. *quæſt. 5. d. can. ad ſedem. §. quædam*, &c. *parentelæ.*

Primus gradus cognationis.

a Qui ſunt in primo gradu cognationis?

1. § [a] Primo gradu eſt ſupra pater, mater, infra fi s, filia.

Secundus gradus.

a Qui in ſecundo?

2. § [a] Secundo (gradu) ſupra avus, avia: infra ne , neptis: ex tranverſo frater, ſoror.

Tertius gradus.

a Qui in tertio,

3 §. [a] Tertio (gradu) ſupra proavus, proavia: infra p nepos, proneptis: ex tranſverſo fratris ſororisque fi filia, & convenienter patruus, amita, avunculus, ma tera. Patruus eſt frater patris qui Græce πατράδελφος pellatur. Avunculus eſt frater. matris, qui Græce μητρα pellatur. Avunculus eſt frater. matris, qui Græce μητρά φος dicitur, & uterque promiſcue θεῖος appellatur. A ta eſt patris ſoror, (quæ Græce πατράδελφη appellatur. tertera vero matris ſoror, quæ Græce μητράδελφη dici & utraque promiſcue θεία appellatur.

Quartus gradus.

a Qui in quarto?

4. § [a] Quarto gradu ſupra abavus, abavia: infra pos, abneptis: ex tranſverſo fratris ſororisque nep ptiſve, & convenienter patruus magnus, amita m id eſt, avi frater & ſoror, item avunculus magnus, & tertera magna, id eſt, aviæ frater & ſoror, conſobri conſobrina, id eſt, qui quæve ex ſororibus aut fra procreantur. Sed quidem recte conſobrinos eos p

dici utant, qui ex duabus ſororbus progenerantur, quaſi conſobrinos; eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progenerantur, amitinos proprie dici (putant.) Amitæ tuæ filii conſobrinum te appellant, tu illos amitinos.

II Enumerat omnes cognatos, qui in ſingulis gradibus reperiuntur a §. 1. uſque ad d. §. *hactenus* 7. In qua enumeratione ... adhibet ordinem a Gajo Juriſconſulto obſervatum *in l.* 3. *ff. eod.* alio autem ordine utitur Paulus *in l. ult. ff. eod.* ... Iſagogicus ad eundum titulum declarat. Gajus igitur ... Juſtinian. initium numerationis ſumunt ab aſcendentibus, ... ſubjiciunt deſcendentes, ac poſtremo loco collocant tranſverſales, & in his tranſverſalibus recenſendis primum locum tribuunt genitis ex tranverſalibus antea nommatis; tum adjiciunt eos, ad quos referuntur. Ut in tertio gradu fratris, vel ſororis filii proponuntur ante patruum, amitam, avunculum, materteram; quia in ſecundo gradu frater & ſoror poſiti fuerunt. Similiter in quarto in primus locus datur fratris, vel ſororis nepotibus, ut fratris & ſororis linea primum inter tranſverſales locum obtineat, quia primi omnium tranſverſalium nomine ſunt frater & ſoror. deinde ſubjicuintur patruus, amita, avunculus, matertera magni: quoniam inter hos & illos relatio conſtituitur, ut poſterius declarabo ultimo autem loco ponuntur conſobrini.

Quintus gradus.

§. 5. a Quinto (gradu) ſupra atavus, atavia: infra atnepos, atneptis ex tranſverſo fratris ſororisque pronepos, proneptis: & convenienter propatruus, proamita, id eſt, proavi frater & ſoror; & proavunculus & promatertera, proaviæ frater & ſoror. Item fratris patruelis, vel ſororis patruelis conſobrini & conſobrinæ, amitini & amitinæ filius, filia, proprius ſobrino, proprius ſobrina. hi patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. a Qui in quinto?

N... a ad §. 5. *h. n.* filium patrui magni, vel amitæ magnæ, vel materteræ magnæ vocari propius ſobrino, vel propiorem ſobrino, ... pater ſobrini, & uno gradu eſt proximior, ſi quidem ſobrinus in ſexto gradu, pater ſobrini in quinto gradu collocantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Sextus gradus.

a Qui in ſexto?

6. § a Sexto gradu ſupra tritavus, tritavia: infra trin pos, trineptis: ex transverſo fratris ſororisque abnepo, abneptis: & convenienter abpatruus, abamita, id eſt, atavi frater & ſoror: abavunculus, abmatertera, id eſt, atavię frater & ſoror. (item propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ, filius, filia, item proprius ſobrino, ſobrinave filius filia) item ſobrini, ſobrinæ, id eſt, qui quve ex fratribus vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur.

Nota ad §.6.*h.n.* in liberis ſcriptis, & apud Theophilum deſiderari hæc verba, *item conſobrini, conſobrinæ nepos, neptis, & convenientur propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ fils, filia*: Quorum verborum loco vulgo hæc inſerunt, *item proprius ſobrini ſobrinæve filius, filia, item conſobrini, conſobrinæ, nepos, neptis.* Sed mihi hæc adjectio non probatur: cum quia Juſtinianeum ordinem a me paulo ante expoſitum pervertit: tum etiam multo magis, quia inepte ponuntur proprius ſobrino ſobrinave filius, filia qui mox in eodem contextu repetuntur, & ſuis nominibus elegantius vocantur ſobrinus, ſobrina.

Graduum reliquorum computatio.

a Quomodo reliqui gradus ſunt computandi?

7. § a Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam eſt intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata perſona gradum adjicit, ut longe facilius ſit reſpondere, quoto quiſque gradu ſit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare.

IV. In §.7.*h.n.* generalem regulam tradit, per quam poſſimus cognoſcere non ſolum ſex gradus jam expoſitos, ſed etiam omnes ulteriores. Regula eſt. Generata perſona gradum adjicit.

Nota primo hanc regulam ſic accipiendam eſſe, ut generata quæque perſona novum gradum adjiciat, non quatenus eſt perſona, ſed quatenus eſt generata, quia generatio eſt cauſa cognationis, & gradus, ut, paulo ante notavi.

Nota ſecundo jure canonico ad gradus cognatorum dignoſcendos dari tres regulas. I. Inter aſcendentes & deſcendentes, quot ſunt perſonæ, una dempta, tot ſunt gradus. Hac ratione inter patrem & filium eſt unus gradus. inter avum & nepotem

io inter proavum & pronepotem tres. Eadem eſt aliorum pa-
ntum & liberorum ratio. II. Tranſverſales æquales, quoto gra-
alteruter diſtat a ſtipite, id eſt, a communi parente, eodem
ſtant inter ſe. Tranſverſales æquales dicuntur qui æque diſtant
tipite: ut fratres qui ſunt in primo gradu: conſobrini, qui ſunt
ſecundo; ſobrini (id eſt conſobrinorum filii) qui ſunt in tertio.
I. Tranſverſales inæquales, (id eſt, quorum alter eſt remotior
ommuni parente, alter eſt ei propinquior, quoto gradu remo-
or diſtat a ſtipite, eodem diſtant in inter ſe. Sic patruus & filius
tris ſunt in ſecundo gradu: quoniam qui illi eſt pater, huic eſt
us, unde a communi parente ille uno, hic duobus gradibus di-
nt. Eadem eſt ratio aliarum ſimilium perſonarum. Ego vero a-
nadverti unam generalem regulam etiam jure canonico dari
ſſe, quam expoſui in Iſagogico tex. *de conſang. & affin.*

Gradus agnationis.

8. § [a] Agnationis quoque gradus eodem modo numeran-
tr.

a Quomodo agnationis gradus computantur?

Secunda tituli pars, in §. 1. *h. n.* docet, agnationis gradus eodem
odo & ſecundum eandem regulam numerari, ac gradus co-
ationis. exempli gratia, ut fratres uterini, qui ſunt cognati; ita
am conſanguinei, qui ſunt agnati, ponuntur in ſecundo gradu,
m ut cognatus avunculus eſt in tertio gradu, ita etiam patruus,
i eſt agnatus.

Graduum deſcriptio.

3. § [b] Sed cum magis veritas oculata fide, quam per
res animis hominum infigatur, ideo neceſſarium duxi-
us poſt narrationem graduum, eos etiam præſenti libe-
ſcribi, quatenus poſſint & auribus & oculorum inſpe-
one adoleſcentes perfectiſſimam graduum doctrinam a-
piſci.

a Sufficitne gradus enarrari, an non & deſcribi eoſdem eſt neceſſarium?

Tertia pars in §. 9. *h. n.* graduum deſcriptionum ſubjicit, qua
nes cognati uſque ad ſextum gradum ob oculos ponuntur,
uno intuitu inſpici poſſunt. Sed quia injuria temporum periit,
n ex mente Juſtiniani reſtituere ſum conatus: & Pontificios
oque gradus adſcripſi, quo facilius hæc duo jura inter ſe confer-
poſſint, ut in ſubjectis Diagrammatibus facile quilibet poterit
ſpicere. [Nota vero hic quod ſi in ſtatuto circa hæreditates fiat
entio graduum, computatio fieri debeat ſecundum jus Ponti-
ium. Si autem in contractu aliiſve cauſis; Jus Civile in foro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Civili, Eccleſiaſticum in foro eccleſiæ ſervabitur, *v. Covar. de ſucceſſ. col.* 11. & *Tuld. h. tit.* 6.] A

Expoſitis ſucceſſionibus quæ ab inteſtato deferuntur jure inſtitutionum, libet eas perſpicuitatis gratia in tabellam referre, & jus noviſſimum ex *Nov.* 111. perinda ſubjungere. B

Servilis cognatio.

a Eſtne ſervilis cognatio? & quid juris in ea?

10. § a Illud certum eſt, ad ſerviles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum poſſeſſio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed noſtra conſtitutione, quam pro jure patronatus fecimus; (quod jus uſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & undique confuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerent[e] conceſſimus, ut ſi quis in ſervili conſtitutus conſortio, liberum vel liberos habuerit, ſive ex libera, ſive ex ſervili conditionis muliere, vel contra ſerva mulier ex liber[o] vel ſervo habuerit liberos cujuſcunque ſexus, & ad libertatem his pervenientibus, ii, qui ex ſervili ventre nati ſun[t] libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ip[ſi] in ſervitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem perve[ne]nerint, ut hi omnes ad ſucceſſionem patris vel matris ve[ni]niant, patronatus jure in hac parte ſopito. Hos enim libe[]ros non ſolum in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſe[d] etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam vocavi[]mus ex illa lege ſpecialiter eos vocante: ſive ſoli inve[]niantur qui in ſervitute nati, & poſtea manumiſſi ſunt ſive una cum aliis qui poſt libertatem parentum concept[i] ſunt: ſive ex eodem patre, (ſive ex eadem matre, ſive e[x] aliis nuptiis, ad ſimilitudinem eorum,) qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt.

In quarta tituli parte (cui libri vulgati perperam præponu[nt] [*Tit. VII.*] DE SERVILI COGNATIONE) Imp. tractat de ſervi[li] cognatione. Servilem autem cognationem appellat; quæ inter l[i]bertinos ſpectatur: ſed ideo dicitur ſervilis, quia tempore ſervit[u]tis originem habuit. Hic diſtinguit inter jus vetus. & jus novum. Jure veteri cognatio ſervilis ad ſucceſſionem non proderat, id e[ſt] liberti jure cognationis non ſuccedebant, ſed omnium libertoru[m] bona lege xij. tab. ad patronos deferebantur, jure autem novo li[]beri vel fratres liberti defuncti præferuntur patrono. verſ. *ſed n[o]ſtra*. Hoc autem accuratius explicabitur *tit. ſeq.* Ad verba conte[xtus.]

No

tus.

p. 424.

DIAGRAMMA JURIS C

COGNATI & AGNATI ſunt i

		1	2	3.	4.	
Superiores. id eſt, parentes, ut		Pater Mater.	Avus. Avia.	Proavus. Proavia.	Abavus. Abavia.	vus. via. pos.
Inferiores, id eſt, liberi, ut		Filius. Filia.	Nepos. Neptis.	Pronepos. Proneptis.	Abnepos. Abneptis.	ptis is,
Transverſales, ſeu laterales, qui ex eodem parente originem ducunt. Hi deſcendunt ex	Patre & matre, ut		Frater. Soror.	Fratris vel ſororis filius, filia.	Fratris, vel ſororis nepos, neptis.	oris os, tis.
	Avo, & avia, ut —			Patruus, Amita, Avunculus Matertera.	Patruelis, Amitinus Amitina. cōſobrinus Cōſobrina.	elis. tini, pro- , pro- s.
	Proavo, & Proavia, ut —				Patruus, Amita, Avūculus Matertera magni.	ini, Sobri lius,
	Abavo, & abavia, ut —					patrui amitæ . nepo tis.
	Atavo, & atavia, ut —					bpatru bamitæ c. filiu lia.

DIAGRAMMA JURIS CIVILIS.

p. 424.

COGNATI & AGNATI ſunt in gradu.

	1	2	3.	4.	5.	6.
Superiores. id eſt, parentes, ut	Pater Mater.	Avus. Avia.	Proavus. Proavia.	Abavus. Abavia.	Atavus. Atavia.	Tritavus. Tritavia.
Inferiores, id eſt, liberi, ut	Filius. Filia.	Nepos. Neptis.	Pronepos. Proneptis.	Abnepos. Abneptis.	Atnepos. Atneptis.	Trinepos. Trineptis.
Transverſales, ſeu laterales, qui ex eodem parente originem ducunt. Hi deſcendunt ex: Patre & matre, ut		Frater. Soror.	Fratris vel ſororis filius, filia.	Fratris, vel ſororis nepos, neptis.	Fratris vel ſororis pronepos, proneptis.	Fratris vel ſororis abnepos, abneptis.
Avo, & avia, ut —			Patruus, Amita, Avunculus Matertera.	Patruelis, Amitinus Amitina. cōſobrinus Cōſobrina.	Patrueles, Amitini, &c. filius, filia.	Patruelis, Amitini, &c. nepos neptis.
Proavo, & Proavia, ut ———				Patruus, Amita, Avūculus Matertera magni.	Propior ſobrino. Propior ſobrina.	Sobrinus. Sobrina.
Abavo, & abavia, ut ———					Propatruus. Proamita. Proavunculus. Promatertera.	Propatrui. Proamitæ, &c. filius, filia.
Atavo, & atavia, ut ———						Abpatruus. Abamita. Abavunculus. Abmatertera.

DIAGRAMMA JURIS CANONICI.

A Ad p. 424.

COGNATI & AGNATI ſunt in gradu.

COGNATI & AGNATI ſunt	1.	2.	3.	4.	5.	6.
Superiores, ut	Pater. Mater.	Avus. Avia.	Proavus. Proavia.	Abavus. Abavia.	Atavus. Atavia.	Tritavus. Tritavia.
Inferiores, ut	Filius. Filia.	Nepos. Neptis.	Pronepos. Proneptis.	Abnepos. Abneptis.	Atnepos. Atneptis.	Trinepos. Trineptis.
Laterales, Hi deſcendūt ex: Patre & matre, ut	Frater. Soror.	Fratris, vel ſororis filius filia.	Fratris, vel ſororis nepos, neptis.	Fratris vel ſororis pronepos, proneptis	Fratris vel ſororis abnepos, abneptis.	Fratris, vel ſororis. atnepos, atneptis.
Avo, & avia, ut		Patruus Amita, Avūculus. Matertera.	Patruelis. Amitinus. Amitina. Cōſobrinus Cōſobrina.	Patruelis, Amitini, &c. filius filia.	Patruelis, Amitini, &c. nepos, neptis.	Patruelis, Amitini, &c. pronepos, proneptis.
Proavo, & Proavia, ut —			Patruus, Amita, Avūculus Matertera magni.	Proprior ſobrino. Proprior ſobrina.	Sobrinus. Sobrina.	Sobrini, vel Sobrinæ filius, filia.
Abavo, & Abavia, ut ———				Propatruus. Proamita. Proavunculus. Promatertera.	Propatrui, Proamitæ, &c. filius, filia.	Propatrui, Proamitæ, &c. nepos neptis.
Atavo, & Atavia, ut ———					Abatruus. Abamita. Abavunculus. Abmatertera.	Abpatrui Abamitæ, &c. filius, filia.

Fol. 424.

DIAGRAMMA SUCCESSIONIS. J. CIV.

B Ad p. 424.

In quo tum ex jure Inſtitutionum, tum ex jure Novell. 118. quo quis ordine ſuccedat, facile poterit inſpici.

SUCCEDUNT

- **I. Ordine.**
  - Sui heredes ex lege 12. tab. & quaſi ſui (id eſt, emancipati, ex edicto Prætoris, deſcendentes ex fœminis, ex conſtitutione Juſtiniani) in ſtirpes. Jure Inſtit.
  - Liberi parentibus, in ſtirpes. Jure Novell.
- **II. Ordine.**
  - Ligitimi. *(Jure Inſtitutionum.)*
    - 1 Filii & filiæ matri ex SC. Orphitiano.
    - 2 Nepotes & neptes aviæ, ex conſtitutionibus.
    - 3 Mater filiis & filiabus ex SC. Tertulliano. Sed cum ea admittuntur fratres & ſorores: ita ut, ſi fratres cum ea concurrant, ſuccedatur in capita: ſi ſolæ ſorores concurrant, mater ſemiſſem accipiat, alter ſemis inter ſorores æqualiter dividatur.
    - 4 Agnati & quaſi agnati (id eſt, fratres & ſorores emancipati, ex conſtitutione Anaſtaſii, & quorumcunque fratrum, vel ſororum filii vel filiæ, ex conſtitutione Juſtiniani) proximiores in capita.
    - 5 Pater filio, quem emancipavit.
  - Parētes proximiores. *(Jure Novellarum.)*
    - Una cum his admittuntur germani fratres, vel ſorores, & talium fratrum, vel ſororum filii & filiæ.
    - Si ſoli parentes ſint, æqualiter ſuccedunt, præterquam quod ſi alii ſint adſcendentes per lineam paternam, alii per lineam maternam, illi ſemiſſem, hi alterum ſemiſſem obtinent.
    - Si una cum parentibus ſuccedunt fratres, vel ſorores, hereditas dividitur in capita.
    - Si ſimul ſuccedunt parentes, & fratres vel ſorores, & fratrum vel ſororum filii: hi ſuccedunt in ſtirpes, reliqui in capita.
    - Si nulli ſunt fratres, vel ſorores germani, filiæ & filiæ fratrum, vel ſororum excluduntur a parentibus.
- **III. Ordine.**
  - Cognati proximiores in capita. Jure Inſtitutionum.
  - Transverſales *(Jure Novell.)*
    - 1 Germani fratres, vel ſorores, & talium fratrum filii vel filiæ, in ſtirpes.
    - 2 Fratres, vel ſorores conſanguinei, vel uterini, & talium fratrum vel ſororum prædefunctorum filii, vel filiæ in ſtirpes.
    - 3 Alii agnati, vel cognati ſecundum gradus prærogativam in capita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 | 41

Not
pari a
& de ſ
guæ La
Nota
tione C
tri liber
ſive ex c
ex diver
gata lect
περὶ τὰς ὁ
eſt, ἢ ἐκ
vocabulu
dicantur
tur eas q
runt, N
etiam ſe
meretur.
recipit,
ctione ſuſ
nio procre
juſtis nu
runt, no
onemcont
niti ſunt,

II. § 2.
apparet n
obtinent,
dem, qui
Cum enir
quos inter
potem vel
trem, aut
ter quiden
mum grad
dum, pro
nepos quar
n non, q
x fœmine
edibus, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nta primo, liberum pro filio, vel nepote, ſeu pronepote uſurpari Juſtiniano, *hic, & C. de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſuo. 33. in pr.* & *de ſecund. nupt. l. ſi quis prioris. 8. §. ultim.* contra regulas linguæ Latinæ, *ff. de verb. ſignif. l. non eſt ſine liberis. 148.*

Nota ſecundo, verbum *nuptiis* abeſſe a Theophilo, & ab editione Cujacii, quo verbo deleto ſenſus erit apertior, nempe fratrem libertino fratrem ſuccedere, ſive ſit frater ex eodem patre, ſive ex eadem matre, ſive ex aliis, ſubaudi, parentibus, id eſt, ex diverſo patre, vel ex diverſa matre. Ferri tamen poteſt vulgata lectio, quæ vera & germana eſſe videtur ex *l. ult. §.* τῶν ϳ ὑ-ποκατὸν *C. de jur. patron.* ubi in hanc ſententiam ſcriptum eſt, ἐκ τῶν αὐτῶν γάμων ἢ ἐξ ἑτέρων. Ac dicendum, nuptiarum vocabulum late & improprie accipi. Cum enim aliæ nuptiæ dicantur, quæ poſt manumiſſionem contractæ ſunt, indicatur eas quoque nuptias eſſe, quæ in ſtatu ſervili contractæ fuerunt. Nuptiarum igitur appellatio hoc loco complectitur ſervile contubernium, quod alias nuptiarum nomen non meretur. *C. de inceſt. nupt. l. 3.* Sed hoc loco nuptiarum nomen meruit, quia nuptiarum effectum habet, cum filii ex ea conjunctione ſuſcepti ſuccedant una cum filiis poſtea ex juſto matrimonio procreatis. Illa igitur verba, *ad ſimilitudinem eorum, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt*, quæ Cujacio difficultatem fecerunt, non reſpiciunt ad liberos ex nuptiis poſt manumiſſionem contractis editos, ſed ad eos, qui ex ſervili contubernio geniti ſunt.

Collatio ordinum & graduum.

I. § [a] Repetitis itaque omnibus, quæ jam tradidimus, apparet non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari. eoque amplius, nec eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe. Cum enim prima cauſa ſit ſuorum hæredum, & eorum, quos inter ſuos hæredes enumeramus, apparet, pronepotem vel adnepotem defuncti potiorem eſſe, quam fratrem, aut patrem matremque defuncti: cum alioquin pater quidem & mater (ut ſupra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater vero ſecundum, pronepos autem tertio gradu ſit cognationis & adnepos quarto. Nec intereſt, in poteſtate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut fœmineo ſexu propagatus eſt. Amotis quoque ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hæredes vocari diximus: agnatus,

a Eſtne ordo gradui præferẽdus, & quid juris in ſingulis gradibus?

tus, qui integrum jus habet agnationis, etiam ſi longi
mo gradu ſit, plerumque potior habetur, quam pro
mior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos avun
lo vel materteræ præfertur. Toties igitur dicimus aut p
tiorem haberi eum qui proximiorem gradum cognat
nis obtinet, aut pariter vocari eos qui cognati ſunt: qu
ties neque ſuorum hæredum, quique inter ſuos hære
ſunt, neque agnationis (jure,) aliquis præferri debeat,
cundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & ſoro
emancipatis, qui ad ſucceſſionem fratrum vel ſororu
vocantur: qui etſi capite deminuti ſunt tamen præfer
tur cæteris ulterioris gradus adgnatis.

In quinta parte, quæ eſt in §. *ult. h.n.* ex iis, quæ hoc tertio
bro hactenus expoſita ſunt, colligit majorem in ſuceſſione ha
rationem ordinis, quam gradus. nam liberi, qui ſuccedunt in
mo ordine, quocunque gradu ſint, præferuntur omnibus agn
etiam proximioribus, ut puta pronepos. qui eſt tertio gradu, p
fertur fratri, qui eſt ſecundo gradu. item adgnati ſuccedentes ex
cundo ordine, præferuntur cognatis, licet proximioribus, qui
cedunt in tertio ordine: ut patruelis, qui eſt quarto gradu, præ
tur avunculo, qui eſt tertio gradu. In fine hujus §. repetitur ex
tio jam tradita in §. 1. *ſupra de ſucceſſ. cog.* quod fratres & ſoro
mancipati, quamvis non ſint agnati, ſed cognati, tamen præferu
non ſolum cognatis, ſed etiam agnatis remotioribus: quia ex c
ſtitutione Anaſtaſii facti ſunt hæredes legitimi. hodie vero ſec
dus & tertius orpo confuſi ſunt: quia ſublata agnationis & cog
tionis differentia, æque cognati atque agnati ſuccedunt ſecund
gradus prærogativam. [*confer. not. ſup. tit. 2. §. 3. & tit. 5. §. 1*]

AXIOMATA.

1. *Cognatio parentum & liberorum incipit a primo gradu: tr verſalium, a ſecundo*, in princ.
2. *Semper generata perſona gradum adjicit, adeo ut tot ſint gra quot ſunt generationes perſonarum.* §. 7.
3. *Facilius eſt dicere cognati gradum, quam cognationis no quia multi cognati propriis nominibus carent, & neceſſ per circumlocutionem ſignificantur, ut fratris filius, fr nepos.* d. §. 7.
4. *Veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominu figitur.* §. 9.
5. *Nulla antiqua lege ſervilis cognatio computabatur,* §. 10. *terquam cum agebatur de nuptiis contrahendis.* ſup *nupt.* §. & illud.

6. n ſucceſſione ab inteſtato major ratio habetur ordinis quam gradus. §.ult.

IE SUCCESSIONE. LIBERTORUM.

TITVLVS. VII.

QUæcumque expoſita ſunt a titulo de teſtamentis ad hunc uſque locum, eapertineut ad ſucceſſionem hominum ingenuorum vel ex teſtamento, vel ab inteſtato: hic autem titulus eſt de ſucceſſione in bonis libertorum: nam ſucceſſio libertorum in hac rubrica dicitur ea, qua ſucceditur libertis, non qua liberti ſuccedunt.

Succeſſio in bona libertorum ex 12. tab.

NUnc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberto patronum ſuum impune teſtamento præterire: nam ita demum lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Itaque inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuum hæredem reliquiſſet, patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et ſi quidem ex naturalibus liberis aliquem ſuum hæredem reliquiſſet, nulla videbatur querela: ſi vero adoptivus filius fuiſſet, aperte iniquum erat, nihil juris patrono ſupereſſe. Quomodo patronus ſuccedit liberto ex jure 12. tab.?

Primo Imp. docet, qui ſuccedant libertis. ubi declarat quatuor jura. Primum jus *in pr. tit. h. n.* eſt leu xij. tabul. quo jure patronus liberto inteſtato ſuccedit: ſed adverſus teſtamentum liberti, in quo ... hæredes ſcripti ſint, nihil juris habet. Quod dixi patronum ab inteſtato ſuccedere, ſic intelligendum eſt, ut dicatur ſuccedere tanquam legitimus hæres in ſecundo ordine: id eſt poſt ſuos hæredes.

Succeſſio ex edicto Prætoris.

1. § a Qua de cauſa poſtea prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata eſt. ſive enim faciebat teſtamentum libertus, jubebatur ita teſtari, ut patrono partem dimidiam bonorum ſuorum, relinqueret, & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas a Quomodo ex jure Prætorio?

las teſtamenti, partis dimidiæ bonorum poſſeſſio. Sive inteſtatus moriebatur, ſuo hærede relicto filio adoptivo: dabatur æque patrono contra hunc ſuum hæredem partis dimidiæ bonorum poſſeſſio, Prodeſſe autem liberto ſolebant ad excludendum patronum, naturales liberi, non ſolum quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiam emancipati, & in adoptionem dati: ſi modo ex aliqua parte ſcripti hæredes erant, aut præteriti, contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex edicto (Prætorio) petierant. nam exhæredati nullo modo repellebant patronum.

Secundum in §.1.*h.n.*eſt jus prætorium:quo jure patronus no[n] ſuccedit,ſi libertus filium naturalem reliquerit:ſuccedit autem e[x] ſemiſſe, ſi reliquerit filium adoptivum.item contra teſtamentu[m] liberti, in quo alii quam filii naturales ſint hæredes ſcripti, ha[-] bet dimidiam partem hæreditatis per bonorum poſſeſſione[m] contra tabulas.

Succeſſio ex l. Papia.

a Quomodo ſuccedit ex lege Papia?

2. § a Poſtea (vero) lege Papia. adaucta ſunt jura patro[-] norum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum e[st] enim, ut ex bonis ejus, qui ſeſtertium centum millium pa[-] trimonium reliquerat, & pauciores, quam tres liberos ha[-] bebat (ſive is teſtamento facto, ſive inteſtatus mortuu[s] erat) virilis pars patrono deberetur. Itaque cum unu[m] (quidem) filium filiamve hæredem reliquerat libertus perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine ull[o] filio filiave inteſtatus deceſſiſſet, cum [vero] duos dua[s-] ve hæredes reliquerat, tertia pars dicebatur patrono:ſi tr[es] reliquerat, repellebatur patronus.

Tertium jus eſt lex Papia in §.2.*h.noſtro.* cujus juris ſumm[a] hæc eſt: Si libertus ſit centenarius, i.e. habeat 100. millia ſeſte[r-] tium,ſeu (quod idem valet) 100. ſeſtertia in bonis, & paucior[es] relinquat quam tres liberos, tunc patrono in hæreditate libe[rti] pars virilis debetur. Quare ſi libertus duos filios relinquat,patro[no] tertia pars debetur, ſi unum, dimidia, quemadmodum & tu[m] accidit, cum libertus ſine liberis teſtatus deceſſit. Dixi *teſtatu[s]* & ita in contextu lego cum Theophilo, & Cujacio: quia cum [li-] bertus ſine liberis inteſtatus deceſſit patronus non ex dimidia pa[r-] te, ſed ex aſſe ſit hæres. *ff. de bon. libert. l. liberto, 17. & de ſuis* [&] *legit. l. 3. in pr.* Seſtertius eſt quarta pars denarii:valet enim du[os]

aſ

aſs cum dimidio, unde dicitur ſeſtertius, quaſi ſemis tertius, quia ſcilicet valet duos aſſes integros, & tertium dimidiatum; ſeſtertium autem valet mille ſeſtertios. [*id eſt*, unum aureum.]

Ex jure & Conſtitutione nova.

3. § ᵃ Sed noſtra conſtitutio (quam pro omni natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus) in hujuſmodi cauſam definivit: ut ſi quidem libertus vel liberta minores centenariis ſint, id eſt, minus centum aureos habeant ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, ut pro mille ſeſtertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione, ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto. tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reſervavit. Cum vero majores centenariis ſint, ſi hæredes vel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſive unum, ſive plures cujuſcumque ſexus vel gradus: ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint, ſi quidem inteſtati, ad omnem hæreditatem patronos patronaſque vocavimus. ſi vero teſtamentum quidem fecerint patronos autem, aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exhæredaverint. vel mater ſive avus maternus, eos prærerierint, ita quod non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta, tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas non dimidiam (ut antea,) ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur, vel quod deeſt eis, ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita ſine onere, ut nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata vel fideicommiſſa præſtentur, ſed ad coheredes eorum hoc onus redundet. Multis aliis caſibus a nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad hujuſmodi diſpoſitionem juris perſpeximus, ut tam patroni patronæque, quam liberi eorum nec non qui ex tranſverſo latere veniunt, uſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum libertarumve vocentur, ſic ut ex ea conſtitu-

ᵃ Quomodo ex jure novo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tione intelligendum eſt: & ſi ejuſdem patroni vel patro
næ, vel duorum duarumque pluriumve liberi ſint: qu
proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſſio
nem, & in capita, non in ſtirpes dividatur ſucceſſio: eo
dem modo & in iis, qui ex tranſverſo latere veniunt, ſer
vando. pene enim conſonantia jura ingenuitatis & liberti
nitatis in ſucceſſionibus fecimus.

Quartum jus in§. 3, *h. n.* eſt conſtitutio Juſtiniani quæ eſt. *l. ult.*
C. de jur. patr. cujus ſummam continetur quinque regulis. I. Cen
tenarius dicitur, non qui habet centum ſeſtertia, ſeu centum mil
lia ſeſtertium, ſed qui habet centum aureos. Aureus autem Juſti
nianicus eſt ſeptuageſima ſecunda pars libræ, & valet ſeſterti
66. cum duobus trientibus. II. Liberto inteſtato defuncto ſucc
ditur hoc ordine: primum vocantur liberi ipſius liberi: deinde fr
tres ejus & parentes: tertio loco patronus: poſtea liberti ipſius p
troni uſque ad quintum gradum: tandem qui ex tranſverſo co
juncti ſunt patrono, ſimiliter ad quintum uſque gradum. III. S
ve liberi ipſius patroni, ſive tranſverſales ſuccedant, tantum pr
ximiores ſuccedunt, & quidem in capita, non ſtirpes, ceſſan
omni jure repæſentationis. IV. Patronus per bonorum poſſeſſi
nem contra tabul. tertiam partem hæreditatis aufert hæredi ſcr
pto a liberto, ſi libertus ſit major centenario, & proprii liberi
non ſuccedant. V. Liberi patronorum, vel libertorum in hoc tr
ctatu intelliguntur, qui ſunt naturales, quamvis dati in adopti
nem: non adoptivi, qui licet in poteſtate adoptantis ſint, tam
pro extraneis habentur.

Diſtinctio libertinorum ſublata.

a Eſtne diſtinctio inter libertinos?

4. § a Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda ſunt qui
civitatem Romanam pervenerunt: cum nec ſint alii libe
ti, ſimul & Dedititiis & Latinis ſublatis, cum Latinoru
legitimæ ſucceſſiones nullæ penitus erant, quia licet ut
beri vitam ſuam peragebant, attamen ipſo ultimo ſpiri
ſimul animam atque libertatem amittebant: & quaſi ſerv
rum bona eorum jure quodammodo peculii ex lege Jun
(Norbana) manumiſſores detinebant. Poſtea vero Se
tuſconſulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumiſ
ris non nominatim exheredati facti, extraneis hæredib
eorum in bonis Latinorum præponerentur, Quibus etia
ſupervenit divi Trajani edictum, quod eundem homine
ſi in

vito vel ignorante patrono, ad civitatem Romanam
re ex beneficio principis feſtinarat, faciebat quidem
m civem Romanum, Latinum vero morientem. Sed
no ra conſtitutione propter hujuſmodi conditionum vices
& ias difficultates cum ipſis Latinis etiam legem Juniam,
& natuſconſultum Largianum, & edictum divi Trajani,
erpetuum deleri cenſuimus, ut omnes liberi civitate
Ro ana fruantur, & mirabili modo quibusdam adje-
ibus ipſas vias: quæ in Latinitatem ducebant, ad civi-
m Romanam capiendam tranſpoſuimus.

cundo in §. *ult. h. n.* docet quibus libertis ſuccedatur: & repe-
uod traditum fuit in §. *ult. ſupra de libert.* ſublatam eſſe dif-
tiam inter libertinos: quia cum olim eſſent tria libertinorum
ra, nempe cives Romani, & Latini, & dedititii, hodie ſunt o-
s cives Romani, idcirco regulæ ſupra traditæ, in omnibus li-
nisæque locum habent. [Sed hic titulus una cum Servitute in
etudinem abiit. *v. Groenw. hic.*]

AXIOMATA.

. *iquum eſt, patrono filium liberti, non naturalem ſed adopti-
uum præferre.* in princ.

. *mnes liberti ſunt cives Roman.* ult. §.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM.

TITULUS VIII.

Uod ſuperiori titulo dictum fuit, liberos patroni ſuccedere liberto, accipit hoc loco limitationem, quia ſi patronus uni beris ſuis libertum aſſignaverit, id eſt, attribuerit, (aſſignare libertum, eſt teſtificari, cujus ex liberis eum libertum eſſe *ff. de verb. ſign. l. libertum.* 107.) ille ſolus erit hæres legi-s liberti.

Poteſtas adſignandi libertos.

IN ſumma (quod ad bona libertorum [atti-net] admonendi ſumus, cenſuiſſe Sena-tum, ut quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejuſdem gradus ſunt, æqualiter bona li-bertorum pertineant: tamen licere paren- Eſtne permiſſum uni ex liberis adſignare libertum?

ti, uni

ti, uni ex liberis adſignare libertum, ut poſt mortem e[illegible] ſolus is patronuus habeatur, cui adſignatus eſt, & cæt[illegible] liberi, qui ipſi quoque ad eadem bono, nulla adſignati[illegible] interveniente, pariter admitterentut nihil juris in his[illegible] nis habeant ſed ita demum priſtinum jus recipiant, ſi[illegible] cui adſignatus eſt, deceſſerit nullis liberis relictis.

Primo Imp. in primis tituli verbis docet hanc aſſignation[illegible] ex ſenatuſconſulto receptam eſſe.

Secundo in verſ. *ut poſt mortem*, declarat effectum hujus aſſi[illegible] nationis: quia ille ſolus inter liberos patroni liberto ſuccedit, [illegible] libertus fuit aſſignatus.

Qui & quibus fiat adſignatio.

a Qui & quibus fit aſſignatio?

1. § [a] Nec tantum libertum, ſed etiam libertam, & [illegible] tantum, filio, neptive, ſed etiam filiæ neptive adſignare [illegible] mittitur.

Tertio *in* §. 1. *h. n.* quærit quis aſſignare poſſit, ac docet [illegible] gnari tam libertum, quam libertam.

Quarto de perſona cui aſſignatur, dat duas regulas. I. Non [illegible] lum aſſignatur filio, vel nepoti, ſed etiam filiæ, vel nepti, ad[illegible] neque ſexus, neque gradus ulla ratio habeatur. *d.* §. 1. *h. n. v*[illegible] *& non tantum.*

Liberi quibus fit adſignatio.

a Quibus liberis fit adſignatio?

2. § [a] Datur autem hæc adſignandi facultas ei, [illegible] duos pluresve liberos in poteſtate habebit, ut eis, [illegible] in poteſtate habet, adſignare libertum libertamve li[illegible] Unde querebatur, ſi eum, cui adſignavit, poſtea e[illegible] cipaverit, num evaneſcat adſignatio? Sed placuit e[illegible] ſcere, quod & Juliano & aliis pleriſque viſum eſt.

II. Regula eſt. Aſſignari poteſt iis qui ſunt in poteſtate, [illegible] liberis emancipatis, immo ſi is, cui patronus libertum aſſig[illegible] poſtea emancipetur, aſſignatio evaneſcit. §. 2. *h. n.* Notan[illegible] hujus regulæ exceptio: quia etſi non poteſt libertus aſſigna[illegible] filio emancipato, tamen ſimul aſſignari poteſt duobus filiis [illegible] rum alter ſit integri juris, alter emancipatus quod enim e[illegible] cipatus non poteſt habere per ſe, id merito fratris in pot[illegible] conſtituti cum quo eſt conjunctus, conſequi poteſt. *ff. h. t. l.* [illegible] 9.

Et in teſtamento & ab inteſtato ſit aſſignatio.

3. § [a] Nec intereſt, [an] teſtamento quis adſignet, an ſine teſtamento, ſed etiam quibuſcumque verbis patronis hoc permittitur facere ex ipſo Senatuſconſulto, quod Claud. temporibus factum eſt, Sabellio Rufo, Aſterio Scapula conſulibus.

a Quomodo & qua voluntatis ultimæ ſpecie fit adſignatio?

Quinto in §. *ult.* docet aſſignationem fieri tam in teſtamento, quam ab inteſtato.

Sexto in verſ. *ſed etiam*, oſtendit quibuſcumque verbis aſſignationem fieri poſſe.

Septimo in verſ. *ex ipſo*, dicet quo tempore, & quo jure aſſignatio recepta ſit. [hodie vero moribus noſtris omnino evanuit. *v. n. ad fin. tit. præced.*]

AXIOMATA.

1 *Quod pervenit ad eum caſum, a quo incipere non poteſt, extinguitur. Hujus regulæ exemplum eſt hic* in §. 2. *ubi aſſignatio liberti facta filio integri juris, per ejus emancipationem, perimitur, quia non poteſt emancipato aſſignare. Ejuſdem regulæ exceptionem habuimus* in §. ex contrario ſupr. de leg.

2 *Interdum aliquis per alium conſequitur quod per ſe conſequi non poteſt.* d. §. 1. *conj.* l. ſi pignore. 22. §. ſi prædo. ff. de pignor. act.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

TITULUS. IX.

Abſolutus eſt per multos titulos primus modus acquirendi per univerſitatem, nempe hæreditas: ſequitur ſecundus modus non abſimilis, id eſt, bonorum poſſeſſio. nam bonorum poſſeſſores vicem hæredum obtinent, *infra hoc tit. verſ. ſed cum eis:* adeo ut interdum appellentur hæredes. *ff. de condit. & demonſtr. l. conditionibus.* 16. §. *ſi patronus. & de verb. ſign. l. hæreditatis.* 38.

Ratio, ob quam introducta bonorum poſſeſſio.

Jus bonorum poſſeſſionis introductum eſt a [a] Prætore, emendandi veteris juris gratia. Nec ſolum in teſtatorum hæreditatibus vetus jus, eo modo prætor emendavit, ſicut ſupra dictum eſt, ſed in eorum quoque, qui

a Quomodo emendandi juris veteris cauſa introducta eſt bonorum poſſeſſio?

teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus poſthu-
mus hæres fuerit inſtitutus: quamvis hæreditatem jure
civili adire non poterat cum inſtitutio non valebat, hono-
rario tamen jure bonorum poſſeſſor efficiebatur, videlicet
cum a Prætore adjuvabatur. ſed & is e noſtra conſtitutio-
ne hodie recte hæres inſtituitur, quaſi & jure civili non
incognitus. Aliquando tamen, neque emendandi, neque
impugnandi veteris juris, ſed magis confirmandi gratia
[Prætor] pollicetur bonorum poſſeſſionem. Nam illis
quoque, qui recte teſtamento facto hæres iuſtituti
ſunt, dat ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem. Item
ab inteſtato ſuos hæredes, & adgnatos ad bonorum poſ
ſeſſionem vocat. Sed & remota quoque bonorum poſſeſ
ſione, ad eos pertinet hæreditas jure civili.

Primo docet cur bonorum poſſeſſiones ſint a prætore introdu
ctæ: quia poſſet alicui videri ſufficere legitimam hæreditatem
Itaque Imper. duas cauſas bonorum poſſeſſionis affert *in pr. ti*
Una eſt, ut jus civile emendetur: veluti cum prętor dat bonoru
poſſeſſionem contra trabulas teſtamenti, quod jure civili val
Apellatione emendationis continetur etiam, quod prætor ſuppl
& addit juri civili, veluti cum ad ſucceſſionem vocat cognatos, q
jure civili neglecti repeṙiuntur. Altera cauſa eſt, ut jus civile con
firmetur: quia noſtri intereſt habere plura remedia, & plures vi
aliquid conſequendi: verbi gratia ſui hæredes ſuccedunt in prin
ordine ex lege xij tab. vel accipiunt jure prætorio bonorum poſſ
ſionem, unde liberi. [Hodie autem cum jus Civile & Prætorium
unum jus ſit redactum; ita ut ii qui ex teſtamento vel ab inteſt
aliis ſuccedunt omnes hæredes appellentur hujus tituli quoq; n
lus uſus eſt. *Vinn. & Groenw. hic.*]

Effectus bonorum poſſeſſionis.

a Poteſtne Prætor facere hæredem?

I. § a Quos autem ſolus vocat prætor ad hæreditat
hæredes quidem ipſo jure non fiunt, nam Prætor hæred
facere non poteſt. per legem enim tantum, vel ſimil
juris conſtitutionem hæredes fiunt, veluti per Sena
conſulta, & conſtitutiones principales: ſed cum eis p
tor dat bonorum poſſeſſionem; loco hæredum con
tuuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores. Adhuc
tem & alios complures gradus prætor fecit in bonor
poſſeſſionibus dandis, dum id agebat, ne quis ſine ſuc
ſore moreretur: Nam anguſtiſſimis finibus conſtitu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

er legem duodecim tabularum jus precipiendarum hæ-
ditatum, Prætor ex bono & æquo dilatavit.

Secundo in §.1.*h.n.* declarat effectum bonorum poſſeſſionis,
ia (ut paulo ante notavi) bonorum poſſeſſor non eſt proprie
res, ſed habetur loco hæredis.

Tertio in verſ. *adhuc* docet multas eſſe bonorum poſſeſſiones.

Diſtinctio bonorum poſſeſſions ex edicto Prætoris.

2. § [a] Sunt autem bonor. poſſeſſiones ex teſtamento idem hæ: Prima quæ præteritis liberis datur, vocatur-e *contra tabulas*. [b] Secunda quam omnibus jure ſcriptis redibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur *ſecundum ulas teſtamenti*. Et cum de teſtamentis prius locutus eſt, a inteſtatos tranſitum fecit. Et primo loco ſuis hæredibs, & iis, qui ex edicto Prætoris inter ſuos hæredes con-merantur, dat bonorum poſſeſſionem, quæ vocatur, *le liberi*. Secundo, legitimis hæredibus. Tertio, decem rſonis, quas extraneo manumiſſori præferebat. Sunt atem decem perſonæ hæ: pater, mater, avus, avia, tam erni, quam materni, item filius, filia, nepos, neptis, a ex filio, quam ex filia: frater, ſororve, conſanguinei v uterini. Quarto, cognatis proximis. Quinto, *tanquam familia*. Sexto, patrono patronæque, liberisque eorum, parentibus. Septimo, viro & uxori. Octavo, cognatis numiſſoris.

[a] Quæ ſunt bonor. poſſeſſiones Prętorię ex teſtamento?
[b] Quæ ſunt ab inteſtato?

Quarto declarat ſingulas ſpecies, & cum omnis bonorum poſ-o vel ſit ordinatia, [quę ex edicto Prætoris datur & inde quo-Edictalis dicitur *Perez. hic.*] vel extraordinaria, initium ſu-ab ordinariis, de quibus duo jura proponit. Primum eſt jus ve-in §. 2. *h.n.* quo jure ſunt decem bonorum poſſeſſiones ordi-æ, videlicet duæ ex teſtamento, & octo ab inteſtato. I. *Con-tabulas*: quæ teſtamentum evertit, & iis datur, qui non ſunt pti hæredes in teſtamento. Hanc inquit Imper. dari liberis teritis in teſtamento paterno. Intellige præteritionem, quæ habetur pro exheredatione: alioquin ceſſat bonorum Poſ-o contra tabulas, & agendum querela inofficioſi teſtam. um liberi a matre, vel avo materno ſunt præteriti. *ſupra de red. liber.* §. *ult.* & *ff. de bon. poſſ. contra tab. l. illud ndum.* 4. §. *pen.* Et adde quod datur etiam patronis contra mentum liberti. *ſupra de ſucceſſ. libert.* §. *qua de cauſa.*

nec non parenti contra tabulas filii, vel nepotis, quem emancipa-
vit. *ff. ſi a paren. quis man. l. 1.* II. *Secundum tabulas*, quæ datur
directa ſcriptis hæredibus, eo quod prætor in teſtamento ſcri-
pturam requirit. *ſupra de teſtam. §. ſed prædicta. & § ſeq.* Utilis
autem datur hæredibus inſtitutis in teſtamento nuncupativo. *C.*
de bonor. poſſ. ſec. tab. l. fin. quod teſtamentum valet jure civili.
ſupra de teſtam. §. ultim. [Daturque omnibus jure ſcriptis hære-
dibus tam extraneis quam liberis: ſive pure ſive ſub conditione, ut
interim poſſideant. *Gom. 1. reſ. 2. nu. 13. Tuld. hic c. 5.* deficiente
autem conditione extranei repelluntur: liberi vero a Prætore de-
fenduntur. *Perez. hic.* Si unus pure alter ſub conditione ſit inſti-
tutus conjunctim. Ille ea pendente hæreditatem obtinebit: ſi dis-
junctim alter obtinebit pro ſua parte. *l. 2. § 4. de bon. poſſ. ſec. tab*
Graſſ. §. bonorum poſſeſſio qu. 28.] III. *Unde liberi*, quæ, ut & ple
ræque aliæ, ſumit appellationem a primis verbis edicti, ac datu
liberis ab inteſtato ſuccedentibus IV. *Unde legitimi*, quæ datu
hæredibus legitimis, veluti adgnatis. V. *Unde decem perſonæ*, qu
competit decem perſonis in contextu enumeratis, ut patri, mat
&c. in bonis emancipati. nam jure civili emancipato ſu
cedebat is, qui eum manumiſerat, quaſi patronus. ſ
ſi contingebat, ut extraneus manumiſiſſet (id eſt, Pater f
duciarius, cum pater naturalis filium ſuum vendiderat:
tunc prætor ei patri fiduciario præferebat defuncti patrem, v
matrem, vel cæteros in contextu nominatos, Sed hæc bonoru
poſſeſſio non poteſt hodie habere locum: quia hodie nulli ſu
patres fiduciarii, ſed antiqua illa emancipandi formula per im
ginarias venditiones ab aula receſſit. *ſupra quibus modis jus pa*
poteſt ſolv. §. præterea. 6. VI. *Unde cognati.* de qua ſupra ſatis ſ
perque dictum fuit. VII. *Tanquam ex familia.* per quam ad ſu
ceſſionem vocantur qui ſunt in in familia patroni. VIII. *Unde p*
troni. &c. Dices, quomodo patronus vocatur poſt eos qui ſunt
familia ipſius patroni? Reſpondeo cum Theophil. patronos bis
cari ad ſucceſſionem. nam quarta bonorum poſſeſſio, *Unde le*
timi, eis competit. & per eam præferuntur iis, qui ſunt in fami
ſed ſi eam amiſerint, ut lapſu temporis, de quo dicetur in §. e
intra. pen. poterunt hanc octavam petere: nec poſſunt conqu
quod poſtponantur iis, qui ſunt in familia; quia hoc ipſor
culpa evenit, eo quod antecedentem bonorum poſſeſſionem
tere neglexerint. IX. *Unde vir & uxor.* per quam uxor mar
vel maritus uxori ſuccedit. [Sed & hæc ſucceſſio unde vir &
xor nunquam apud nos recepta fuit vel obſervata. *v. Grot. l.*
20. §. Want. *Chriſt. dec. 62. vol. 6.* ejuſque loco conjugalis bo
rum communio ſurrogata videtur. *Groen. C. unde vir. & ux.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

en Papon.lib.21.tit.1.arr.19.& Advers.Goris.c.12.nu. 20.ita apud nos fiſcus conjuge præferatur,& multo magis corporibus ſive collegiis. de quibus *C. de hæred.Decur.& Groenw.ibid. not.d.p.30.nu.3.*] X *Unde cognati manumiſſoris* quæ cognatis patroni competit.

Confirmatio aliquorum bonor. poſſeſſionum.

3. § a Sed eas quidem prætoria introduxit juriſdictio: a nobis tamen nihil incurioſum prætermiſſum eſt, ſed noſtris conſtitutionibus omnia corrigentes, *contra tabulas* quidem & *ſecundum tabulas* bonorum poſſeſſiones admiſimus, utpote neceſſarias conſtitutas: nec non ab inteſtato *unde liberi & unde legitimi* bonorum poſſeſſiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco poſita fuerat, id eſt, *unde decem perſonæ*, eam pio propoſito, & compendioſo ſermone ſupervacuam oſtendimus. Cum enim præfata bonorum poſſeſſio decem perſonas præponebat extraneo manumiſſori: noſtra conſtitutio, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eiſdemqne manumiſſoribus contracta fiducia manumiſſionem facere dedit: ut ipſa manumiſſio eorum hoc in ſe habeat privilegium, & ſupervacua fiat ſupradicta bonorum poſſeſſio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum poſſeſſione: in gradum ejus ſextam antea bonorum poſſeſſionem induximus: & quintam fecimus, quam prætor proximis cognatis pollicetur. Cumque antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio, *tanquam ex familia.* & octavo *unde patroni patronæque liberi & parentes eorum*: utramque per conſtitutionem noſtram, quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuimus, quas uſque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus, ut ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia; ſufficit eis tam *Contra tabulas* bonorum poſſeſſio, quam *unde legitimi & unde cognati*: ex quibus poſſunt ſua jura vindicare, omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionum reſoluta. Aliam vero bonorum poſſeſſionem, quæ *unde vir & uxor* apellatur, & nono loco inter veteres bonorum poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſervavimus. & altiore loco, id eſt, ſexto eam poſuimus, decima quoque veteri bonorum poſſeſſione, quæ erat *unde cognati manumiſſoris*, propter cauſas enumera-

a Quæ ſunt approbatæ ab Imp. Iuſtiniano?

ratas merito ſublata: ut ſex tantummodo bonorum poſſeſſiones ordinariæ permaneant, ſuo vigore pollentes. Septima eas ſecuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Noviſſime enim promittitur edicto iis etiam bonorum poſſeſſio, quibus ut detur lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione comprehenſum eſt: quam neque bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato veniunt, neque iis quæ ex teſtamento ſunt, Prætor ſtabili jure connumeravit: ſed quaſi ultimum & extraordinarium auxilium (prout res exigit) accomodavit, ſcilicet iis, qui ex legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibusve principum ex novo jure vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt. Cum igitu plures ſpecies ſucceſſionum Prætor introduxiſſet, eaſqu per ordinem diſpoſuiſſet: & in unaquaque ſpecie ſucce ſionis ſæpe plures exſtent diſpari gradu perſonæ: ne acti nes creditorum differrentur, ſed haberent, quos conver rent, & ne facile in poſſeſſionem bonorum defuncti mi terentur, & eo modo ſibi conſulerent: ideo petendæ bon rum poſſeſſioni certum tempus præfinivit. Liberis itaq & parentibus, tam naturalibus, quam adoptivis in peten bonorum poſſeſſione anni ſpatium, cæteris [autem] adgn tis, vel cognatis,) centum dierum dedit.

Secundum eſt jus novum in §. 3. *h. n.* ubi Imper. quatuor b norum poſſeſſiones tollit, tanquam ſuperfluas, nimirum *un decem perſonæ*, & *tum quem ex familia*, & *unde patroni*, & *u de cognati manumiſſoris*. reliquas vero, tanquam utiles, adm tit & probat. Hæc omnia dicta ſunt de bonorum poſſeſſionib ordinariis, id eſt, quæ certo ordine deferuntur. Poſtea verſ. *ſeptima*, ſubjicitur inter bonorum poſſeſſiones ex ſtamento, vel ab inteſtato, ſed generaliter iis a præt promittitur, quibus lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtituti principis defertur. §. 6 [ex Decreto, unde & Decretalis dicitu cujuſmomodi ſunt duæ tantum una quæ ventri datur ſcil. ux gravidæ ad mariti bona. *l.* 1. *de ventre in poſſ.* altera Carboni quæ datur filio impuberi ad bona patris, dum ei ſtatus quæ moveturl. 1. *l.* 3. *de Carb. edict. Tuld. hic. c.* 7. & hæ repudiari queunt, ut edictales *Tuld. hic. c.* 2. 3.] Quinto loquitur de te pore petēdę bonor. poſſeſſionis: de quo tres quæſtiones occurri I. Quæſtio eſt, intra quod tempus petenda ſit bonorum poſſeſ II. Quis ſit effectus, ſi intra illud tempus non petatur. III. Q modo hoc tempus computetur, id eſt, utrum ſit continuum, a ſile. Eſt autem tempus continuum, quod continenter curr

mn

ibus dieb. indiſtinctè enumeratis, etiamſi ſint dies feriati. utile autem eſt, cum ii tantum dies computantur, quibus aliquid fieri potuit, puta quibus potuit litigari, vel bonorum poſſeſſio peti, vel aliquid aliud fieri pro ſubjecto argumento. Ad primam quæſtionem reſpondet Imp. in verſ. *cum igitur*, liberis & parentibus annum tribui ad petendam bono. poſſeſſionem, cæteris autem perſonis dari centum dies. Rationem hujus edicti affert: quia niſi certum tempus hæredi præſtituatur ad ſucceſſionem amplectendam, vel omittendam, alterum duorum incommodorum accidet, ut vel creditores diu impediantur jus ſuum perſequi, cum jacente hæreditate nemo ſit, quē convenire poſſint: vel mittantur in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, quod durum eſt, nec facile concedi debet. Nota in fi. hujus §. aut delenda eſſe illa verba *agnatis, vel cognatis*. aut cum Theoph. addendum *vel extraneis*: ſed malim ea verba deleri, quia a quibuſdem manuſcriptis abſunt, & generaliter omnes aliæ perſonæ, præter liberos & parentes, habent centum dies.

Jus accreſcendi & jus ſucceſſorii edicti.

§ [a] Et ſi intra hoc tempus, aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, ejuſdem gradus perſonis adcreſcit, vel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionem prætor de ex ſucceſſorio edicto pollicetur, ac ſi is, qui præcedebat, ex eo numero non eſſet. [b] Si quis itaque delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiaverit, non quouſque tempus bonor. poſſeſſioni præfinitum exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur. In petenda autem bonorum poſſeſſione dies utiles ſinguli computantur.

[a] Quid ſi aliqui ex iis qui petere poſſunt ex eodem gradu bonor. poſſeſſionem non petierint? [b] Quid ſi totus gradus non petierit?

Ad ſecundam quæſtionem reſpondet in §. 4. *h. n.* per diſtinctionem, aut enim is cui bonorum poſſeſſio defertur, voluntatem ſuam non patefacit, aut bonorum poſſeſſionem ſibi delatam repudiat. Priori caſu expectatur lapſus totius temporis, intra quod bonorum poſſeſſio peti poteſt, & eo tempore elapſo, ſi alii ſint in eodem gradu, eis accreſcit portio omittentis bonorum poſſeſſionem: ſi vero nulli ſint in eodem gradu, tunc bonorum poſſeſſio ſequentibus defertur ſecundum eum ordinem, quo bonorum poſſeſſiones propoſitæ fuerint in §. *ſed eas.* & §. *ſeq.* Ubi notandum, inter cæteros ipſum quoque, qui excluſus eſt, admitti. Verbi gratia, filius amiſſa bonorum poſſeſſione, unde liberi, poteſt

petere unde legitimi: & hac quoque amiſſa, poteſt petere unde cognati. *ff. de ſucceſſ. edict. l. 2. §. ſed videndum.* Poſteriori caſu non expectamus lapſum temporis, ſed ſtatim ac aliquis bonorum poſſeſſionem repudiavit, aliis accreſcit, vel defertur.

Ad tertiam quæſtionem reſpondet *in §. 4. in fin. h. n.* tempus petendæ bonorum poſſeſſionis eſſe utile, non continuum, id eſt, eos dies tantum computari, quibus bonorum poſſeſſio peti poteſt. *ff. quis ordo. in bon. poſſ. ſerv. l. utile tempus. 2.* [etiamſi 30. anni lapſi eſſent. *Tuld. hic. c. 4.* Adire autem volens hæreditatem poſt triginta annos, petensque ex capite ignorantiæ reſtitui in integrum, non eſt audiendus. *Tuld. ibid.* Sed ſublata bonorum poſſeſſionis tempora ab uſu quoque receſſerunt. *v. Groenw. ff. de ſucceſſ. edict.* & competit hæredi tempus annuum deliberandi a tempore petitionis ejus juris. *v. Grot. l. 1. p. 21. nu. 1. & ibi Groenw Fab. C. l. 6. tit. 11. def. ult. Sand. l. 4, tit. 5. def. 1.* & ſi intra annun moriatur ſciens ſibi hæreditatem delatam jus illud ad hæreder tranſmittit. *Sand. l. 4. tit. 9. def. 1. Gom. 1. reſ. 9. nu. 53.* neſcien autem non tranſmittit, ſed hæredi ejus petenti reſtitutionem concedi eam æquum cenſent. *v. Cancer. 3. var. reſ. 21. nu. 19. & Sand. d. loc.*]

Quo modo petatur poſſeſſio bonorum.

a Quomodo petitur bonorum poſſeſſio?

5. § a Sed bene anteriores Principes & huic cauſæ providerunt, ne quis pro petenda bonorum poſſeſſione curet, ſed quocumque modo admittentis eam judicium (intra ſtatuta tamen tempora) oſtenderit, plenum habeat ea rum beneficium.

Sexto *in §. ult.* docet quomodo bonorum poſſeſſio peti poſſit & ait non eſſe opus ut aliquis pro ea petenda curet, id eſt, ſit ſolicitus, quia non eſt opus ſolemni petitione, quæ olim requireba batur. *C. comm. de ſucceſſ. l. 1. & 2.* ſed ſufficit quocumque mod voluntatem oſtendere amplectendæ bonorum poſſeſſionis. [a deo ut decreto opus non ſit. *v. Fachin. 5. con. 74. Diſſ. Tuld. hic c 4. & c. 1.* ubi ait quod etiam is qui corporaliter defuncti bo na tenet, hanc bonorum poſſeſſionem impetrare interim debea per quam poſeſſionis jus & tutelam obtineat.]

AXIOMATA.

1 *Prætor jus civile modo corrigit, modo ſupplet, modo confirma* in princ.

2. *Hæres non fit a prætore, ſed a lege, vel alia juris civilis part quæ vim legis habeat.* §. 1.

3. B

3. *norum poſſeſſor vicem hæredis obtinet.* d. §.1.*conjun.*l.1.ff. de bonor. poſſeſ.

4. *s ſuccedendi non eſt reſtringendum, ſed dilatandum.* d. §.2. verſ. adhuc.

5. *editorum actiones non ſunt diu differendæ.* §.3. verſ. cum igitur.

6. *editores non facile mittendi in poſſeſſionem bonorum debitoris, licet defuncti.* d. verſ. cum igitur,

7. *mpus petendæ bonorum poſſeſſionis eſt utile, non continuum.* §. pen.

DE ACQUISITIONE PER ADROGATIONEM.

TITULUS X.

Expoſiti ſunt duo modi acquirendi per univerſitatem, hæreditas, & bonorum poſſeſſio: ſequitur tertius modus, nimirum acquiſitio per arrogationem. Tres namque ſunt arrogationis effectus. Unus in perſona arrogati ſpectatur, qui ſubjicitur poteſtati arrogatoris *ſupra de adopt.* §. *pen.* Alter ad arrogati liberos pertinet, qui tranſeunt in poteſtatem arrogatoris, quaſi nepotes *ſupra de adopt.* §. *pen.* Tertius in rebus cernitur: quia res adrogati acquiruntur arrogatori, ut hoc tit. declaratur.

Continuatio hujus tit. cum præcedentibus & fundamentum hujus acquirendi modi.

EST & alterius generis per univerſitatem ſucceſſio, quæ neque lege duodecim Tabularum, neque Prætoris edicto, ſed eo jure, quod conſenſu receptum eſt, introducta eſt. a Annon & conſenſu acquiritur univerſitas?

Primo Imp. nectit hunc titulum cum præcedentibus.

Secundo in verſ. *quæ neque* declarat originem hujus acquiſitionis, quæ moribus introducta eſt, non ſcripto jure.

Jus vetus ex hac cauſa acquiſitionis.

1. § a Ecce enim, cum paterfamilias ſeſe in adrogationem a Quomodo jure veteri acquirebatur per arrogationem?

tionem dat, omnes res ejus corporales, & incorpo
quæq; ei debitæ ſunt, adrogatori antea quidem pleij
re adquirebantur, exceptis iis, quæ per capitis dem
tionem pereunt, quales ſunt operarum obligatione &
jus adgnationis. uſus etenim & uſusfructus, licet ha
tea connumerabantur, attamen capitis deminution mi
nima eos illi prohibuit noſtra conſtitutio.

Tertio docet, quænam res ita acquirantur aut jure veteri aut jure novo. Jus vetus explicatur in §.1.*h.n.*ubi datur regula, od omnes res ſive corporales, ſive incorporales adrogatori acqui tur pleno jure: id eſt, plenum dominium, non tantum nuda prietas, nec tantum uſusfructus arrogatori acquiritur. A exceptio earum rerum, quæ per capitis deminutionem, per adrogationem pereunt. quod enim perit, alicui quæri ne teſt. Harum rerum exempla aliquot ſubjicit. Primum exem ſunt operæ.

Nota I. Operas definiri diurnum officium. *ff.de oper.* *l.* 1.

Nota II. Operas deberi vel a libertis, ut *in dict.tit.de oper* vel a ſervis, ut *in tit de oper ſerv.* non ab hominibus inge *de fidejuſſ. l. ſi quis, 56. in pr.* hoc autem loco intelligere tet operas libertorum, non ſervorum: quandoqnidem Imp peras per capitis deminutionem interire: operæ autem capitis deminutione non pereunt. *ff.de ſerv.l.operæ.2.&de uſufruct.leg.l.hominis.2.*

Nota III. alias eſſe operas artificiales, alias officiales. *ff. con dict.indeb.l.ſi non ſortem.26.§.libertus,12.* Juſtinianum a præſentia loqui de operis officialibus, non de artificialibus niam artificiales cuicumqne deberi, &ad quemcumque tra ri poſſunt: officiales autem ſoli patrono debentur. non alii; de non poſſunt arrogatori acquiri *ff. de oper.libert.l.fabri. l.operæ.9.* Secundum exemplum eſt jus adgnationis. vide *de legit.adgn.tut.§.ult.* Addit Imp. uſum & uſum fructum fuiſſe in harum rerum numero, quæ minima capitis demi ne pereunt: hodie vero manere etiam poſt capitis deminut *ſupra de uſufruct.§.ult.*

Jus novum in hac cauſa acquirendi.

a Quomodo jure novo?

1. § [a] Nunc autem nos eandem adquiſitionem, q
adrogationem fiebat, coarctavimus ad ſimilitudine
turalium parentum. Nihil enim aliud, niſi tantum
uſusfructus, tam naturalibus parentibus, quam adoj
per filios familiarum adquiritur in iis rebus, quæ e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ecu liis obveniunt, dominio eis integro ſervato. Mor-
o utem filio adrogato in adoptiva familia etiam do-
nin m (rerum) ejus ad adrogatorem pertranſit, niſi ſu-
erſ t aliæ perſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra patrem
n ii quæ adquiri non poſſunt, antecedant.

Ju novum ſubjicitur in §. 2. *h. n.* ubi conſtituitur, ut arrogatori
on æratur plenum jus, ſicut olim, ſed tantum uſufructus: mor-
to tem filio arrogato etiam dominium acquiratur arroga-
ri, ſi ſuperſint aliæ perſonæ, quæ arrogatori præferantur ex Ju-
ini i conſtitutione, quæ deſideratur. Probabile autem eſt intel-
gi eros & fratres arrogati, *argum. l. ult. C. commun. de ſucceſſ.*
ed viſſimo jure fratres ex utroque parente conjuncti, ac talium
atim filii ſimul cum parentibus ſuccedunt. *Novell.* 118. *c.* 2. *&*
ov *l.* 127. *cap.* 1.

Effectus acquiſitionis per arrogationem.

3 § a Sed ex diverſo, pro eo quod is debuit qui ſe in do ionem dedit, ipſo quidem jure adrogator non tene- ur ſed nomine filii convenitur, &, ſi noluerit eum de- en re, permittitur creditoribus per competentes no- ro magiſtratus bona, quæ ejus cum uſufructu futura uiſ nt, ſi ſe alieno juri non ſubjeciſſet, poſſidere, & legi- im modo ea diſponere.

a Quis eſt effectus acquiſitionis per arrogationem?

Quarto in §. *ult.* declarat effectum dictæ acquiſitionis. cum
ii bona arrogati transferantur ad arrogatorem, conſequens
t, etiam æs alienum ad eum aliquo modo transferatur: quam-
ſe contractu arrogati non teneatur ipſo jure, id eſt, non tenea-
r j e civili, tamen nomine filii arrogati conveniri poteſt.
Ita, hoc caſu creditores, qui cum arrogato contraxerant ante
rogationem, poſſe agere, vel contra ipſum arrogatum ex edicto
c ite minutis. *ff. de cap. min. l.* 2. §. 1. vel contra patrem qui
ro avit. hic autem conveniri poteſt; vel quaſi defenſor filii, vel
p ulio. *ff. de pact. l. acquirent.* 19. § 1. *& l. ſeq.* quaſi defenſor
li n ſolidum covenitur: & ſi nolit eum defendere, creditores
mittuntur in poſſeſſionem bonorum, quæ arrogatus ad arrogato-
em ranstulit, ut hoc loco Juſtinian. docet. Actione etiam de pe-
cul conveniri poſſe conſtat *ff. de adopt. l. pen. & de pec. l. in arro-*
gat em. 42. quæ non eſt in ſolidum, ſed pro peculii quantitate.
Inſ. de action. § *ſunt præterea.* & hac actione dici poteſt conveni-
ri fi nomine. *ff. de pecun. conſtit. l.* 1. §. *ult. & de ſolut. l. ſi ita ſti-*
pulatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pulatus. 59. quia hæc datur in patrem, non in filium. dici e[...] poteſt conveniri nomine filii. *ff. quib. ex cauſis in poſſ. eat. l. F*[...] *nius. 7. §. ſi quis actione.* 15. quatenus non ex ſuo, ſed ex filii [...] tractu convenitur. Sed verba contextus oſtendunt Juſtinianum [...] loqui de actione, qua arrogator, non de peculio, ſed filii nomine convenitur, ut vel filium defendere, vel miſſionem in bonorum, quæ ad arrogatum pertinebant, poſſeſſionem pati cogatur.

AXIOMATA.

1. *Operarum officialium obligatio eſt perſonalis, quæ perſonam non egeditur.* §. 1.
2. *Jus adgnationis minima capitis deminutione perit.* d. §. 1. j. §. ult. ſupra de legit. adgn. tutel.
3. *Filii arrogati comparantur filiis naturalibus.* §. 2. *conjun.* in plurimis. ſupra de adopt. & §. adoptivi. ſupra de exhæred. liber.

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

TITULUS XI.

HOc titulo declaratur quartus modus aquirendi per univerſ[...] tem, cum defuncti bona, nemine hæreditatem, vel ho[...] rum poſſeſſionem admittente, atribuuntur libertatis cauſa, i[...] attribuuntur ei, qui cavet ſe libertates in teſtamento, vel codi[...] relictas præſtiturum, dummodo etiam caveat de debito cr[...] ribus hæreditariis in ſolidum ſolvendo. Hæc addictio fit per [...] cem competentem. *inf. hoc tit.* §. 1. Is autem, cui bona addict[...] aſſimilatur bonorum poſſeſſori. *ff. de fideic. libert. l. Ergo.* [...] *autem.* 21.

Continuatio hujus tit. cum præcedentibus & hujus ſum[...]

Quomodo hic titulus continuatur, & quid comprehenſum eſt hoc titulo?

ACceſſit novus caſus ſucceſſionis ex c[...] tutione divi Marci. Nam ſi ii, qui lib[...] tem acceperunt a domino in teſtamen[...] quo non aditur hæreditas, velint bo[...] addici libertatum conſervandarum [...] audiuntur.

Primo Imp. nectit hunc titulum cum præcedentibus, & [...] ponit ſummam reſcripti *D.* Marci, quo reſcripto hic mo[...] quirendi introductus eſt, oſtendit ergo iis, qui liberta[...] teſta-

...nto acceperunt, id eſt, quibus teſtator libertatem reli-
...ona defuncti addici, ſi ex eo teſtamento nemo adeat hæ-
...tem.

...I. Bona poſſe addici, non ſolum iis, quibus libertas reli-
... ſed etiam aliis legatariis & fidei commiſſariis: immo
...xtraneis, qui non ſunt nominati in teſtamento. C. *de te-*
...num. l. ult. in pr.

...II. Non ſolum iis poſſe bona addici, quibus in teſtamen-
...tas relicta eſt, ſed etiam iis, quibus relicta eſt in codicillis.
...e tit. §. in primis. 3.

Reſcriptum D. Marci.

[a] Et ita divi Marci reſcripto ad Pompilium Ru- (a Quod eſt de hac re reſcriptum D. Marci?)
...ontinetur, verba reſcripti ita habent; *Si Virginio*
...i, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit,
... ſucceſſore ab inteſtato exiſtente, in ea cauſa bona ejus
...erunt, ut venire debeant, is, cujus de ea re notio eſt,
... rationem deſierii tui habebit, ut libertatum tam ea-
...ua directo, quam earum quæ per ſpeciem fideicommiſſi
... ſunt, tuendarum gratia addicantur tibi, ſi idonee cre-
...us caveris de ſolido, quod cuique debetur, ſolvendo. Et
...em, quibus directa libertas data eſt, perinde liberi e-
...c, ſi hæreditas adita eſſet. Ii autem, quos hæres ma-
...ere rogatus eſt, a te libertatem conſequentur, ita au-
...t ſi non alia conditione velis tibi bona addici, quam ut
...n, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant.
...uic etiam voluntati tuæ, ſi ii, quorum de ſtatu agitur,
...tiant, auctoritatem noſtram adcommodamus. Et ne
... reſcriptionis noſtræ emolumentum alia ratione irri-
...at, ſi fiſcus bona agnoſcere voluerit; & ii, qui rebus no-
...tendunt, ſciant commodo pecuniario præferendam eſ-
...rtatis cauſam, & ita bona cogenda, ut libertas eis ſal-
... qui eam adipiſci potuerunt, ac ſi hæreditas ex teſta-
... adita eſſet.

...a III. Non ſolum opus eſſe, ut nemo hæreditatem adiverit,
...am ut nemo bonorum poſſeſſionem petierit, & generali-
...ullus ſit ſucceſſor ex teſtamento, vel ab inteſtato. *infra* §.
...as ſi deſtituto teſtamento is, qui ab inteſtato venit, hæ-
...em amplectatur, libertates non debentur. *l.* 1. C. *de fideic.*
...]

Se-

Secundo in *d.*§.1.*h.n.* proponit verba dicti reſcripti, cuju[s] ... ſunt partes. Prima pars oſtendit, quænam requirantur ut ... bona addici poſſunt. & inter cætera requirit, ut is, qui bon[a] ... addici poſtulat, idonee, id eſt, ſatisdato caveat de ſolido creditoribus hæreditariis (id eſt, uni nomine omnium. *ff. de fideicom. lib.* *l.* 3. § *creditoribus*) ſolvendo, id eſt, de ſorte & uſuris. *dict. l.* § *de ſolido*. Secunda pars in verſ. & *ii*, declarat illius addictionis effectum. Tertia pars in verſ. & *ne hujus*, producit ſupra dic. ad fiſcum, ſi fiſcus petat bona ſibi addici.

Uſus reſcripti.

a Quæ eſt utilitas reſcripti? quod dedit D. Marcus?

2. § a Hoc reſcripto ſubventum eſt & libertatibus & defunctis, ne bona eorum a creditoribus poſſideantur & væneant. Certe ſi fuerint hac de cauſa bona addicta, ceſſat bonorum venditio, exiſtit enim defuncti defenſor & quidem idoneus, qui de ſolido creditoribus cavet.

Tertio in §. 2. *h.n.* utilitatem oſtendit dicti reſcripti: in quo ſpectatur favor tam eorum quibus libertates relictæ ſunt, ut ad libertatem pervenire poſſint, quam ipſius defuncti, ne ejus bona a credid itoribus diſtrahantur.

Quando reſcriptum habeat locum.

a Quibus caſibus locum habet reſcriptum?

3. § a In primis hoc reſcriptum toties locum habet, quoties teſtamento libertates datæ ſunt. Quid ergo ſi is, qui inteſtatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hæreditas, an favor conſtitutionis debebit locum habere? Certe ſi inteſtatus deceſſerit & codicillis dederit libertatem, competere eam, nulli dubium eſt.

Quarto docet, quibus caſibus hæc bonorum addictio locum habeat. ubi dat aliquot regulas. I. Hæc addictio locum habet ... bertates relictæ ſint in teſtamento, ſive in codicillis ex teſtamento factis, ſive in codicillis ab inteſtato factis, §. 3. *h.n.* Quoniam tem verba hujus §. non carent obſcuritate: ut ea tollatur.

Nota primo in verſ. *quid ergo.* pro, *an favor*, auctoribus ... ſcriptis legendum *favor*, deleta particula *an*.

Nota ſecundo, pro *inteſtatus*, legendum *teſtatus*, ut Th... lus legit, & in vet. libris ſcriptum eſt. Senſus enim totius §. ... na addici poſſe tribus caſibus. Unus eſt, cum libertates da... in teſtamento. alter eſt in verſic. *Quid ergo.* cum libertates ... ſunt in codicillis ab inteſtato factis. Tertius caſus eſt in ... *certe*, cum libertates relictæ ſunt in codicillis a teſtatore fa...

Ceſſat aliquando.

4. [a] Tunc enim conſtitutioni locum eſſe verba oſten- cum nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat. Ergo iu incertum erit, utrum exiſtat, au non, ceſſabit utio. Si vero certum eſſe cœperit, neminem exi- unc erit conſtitutioni locus. a Quando ceſſat hoc reſcriptum?

Addictioni bonorum eſt locus ita demum', ſi certum ſit ſucceſſorem exiſtere. §. 4. *h.n.* Nota, particulam *enim, in* *ujus* §. delendam eſſe, quæ recte abeſt a libris manuſcriptis

Reſtitutio in integrum.

5 Si is, qui in integrum reſtitui poteſt, (abſtinuerit hæ- e, an, quamvis poteſt in integrum reſtitui, poſ- itti conſtitutio, & bonorum addictio fieri? quid ſi poſt addictionem libertatum conſervandarum actam, in integrum ſit reſtitutus? utique non erit um revocari libertates; quia ſemel competierunt, a Quid ſi reſtitutio in integrum fuerit impetrata, an non propterea libertates, quæ competebant impedientur?

Si minor hæres inſtitutus abſtineat hæreditate, bona addi- nt libertatum conſervandaræm cauſa; & ſi poſtea minor tur, ut hæreditatem accipiat, datæ libertates non revocan- .*h.n.* quia regulariter & in univerſum non datur reſtitutio ibertates, quæ ſemel competierunt: *ſupra qui & ex quib. n. non poſſ. §. ſemel. & ff. de min. l. ſi ex cauſa. 9. §. ultim. &* *C. ſi adverſ. libert.*

Modus, quo ceſſat reſcriptum.

6. [a] Hæc conſtitutio libertatem tuendarum cauſa in- a eſt. Ergo ſi libertates nullæ ſint datæ, ceſſat hæc utio. Quid ergo ſi vivus dederit libertates, vel mor- ſa; & ne de hoc quæratur, utrum infraudem cre- n an non, factum ſit, dcirco velint, ſibi addici bo- audiendi ſint? Et magis eſt ut audiri debeant, etſi nt verba conſtitutionis. a Quid ſi libertates non ſint datæ

i nullæ libertates datæ ſint, non admittitur bonorum ad- .*pen. in princ.* V. Si libertates inter vivos datæ ſint, boni oſſunt. ne hæ libertates retractentur, quaſi datæ in frau- editorum. *dict.* §. *penult. verſ. quid ergo.*

Conſtitutio Juſtiniani.

7. [a] Sed cum multas diviſiones ejusmodi conſtitutio- a Quid ab Imp. Ju-

ni

An. circa hanc cauſam eſt conſtitutum?

ni deeſſe perſpeximus, lata eſt a nobis pleniſſima conſ tutio, in qua multæ ſpecies collatæ ſunt, quibus jus huj modi ſucceſſionis pleniſſimum eſt effectum, quas ex pſius lectione conſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

Sunt & aliæ regulæ, quas Imp. non refert hoc loco, ſed ex conſtit. peti jubet in §.*ult.h.n.* id eſt, ex *l.ultim.C. de teſtam.n num*

AXIOMATA.

1. *Libertas præfertur commmodo pecuniario.* §. I. *conjun.* §.a hæredis. ſupr. de legat.
2. *Libertas, quæ ſemel competiit, non revocatur.* §. 5. *conj.* §. ſer. ſupra qui & ex quib. cauſ. man. non poſſ. & l. ſi ex cauſa. ult. ff. de minor. & tot. tit. C. ſi adv. libert.
3. *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.* §. pen.

DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PE[R] BONORUM VENDITIONEM, ET EX SC. CLAUDIANO.

TITULUS XII.

PRæter quatuor modos acquirendi per univerſitatem h[æredi]nus expoſitos, erant olim alii duo, qui hoc titulo proponu[ntur], quamvis non ſint amplius in uſu.

Succeſſio per bonorum venditionem ſublata.

Vigetne hodie ſucceſſio per venditionem bonorum debitoris?

ERant ante prædictam ſucceſſionem oli[m] aliæ per univerſitatem ſucceſſiones, [...] fuerat bonorum emtio, quæ de bonis [...] toris vendendis per multas ambages, [...] rat introducta, & tunc locum hab[...] quando judicia ordinaria in uſu fuerant, ſed cum [...] ordinariis judiciis poſteritas uſa eſt, ideo cum ipſis [...] nariis judiciis etiam bonor. venditiones expirave[runt] & tantummodo creditoribus datur officio judicis [...] poſſidere, &, prout utile eis viſum eſt, ea [...]

, quod ex latioribus Digeſtorum libris perfectius ap-
ar it. [*Soh.tit.de reb,aut jud.poſſ.*]

mus eſt per bonorum emptionem, cum bona debitoris,
n erat ſolvendo, ſolemniter diſtrahebantur. *in pr.tit.* [quod
ie fit. ut ex precio eorum, creditoribus ſatisfiat, quoad fie-
ſt. *l.6.& 9.C.de bonis aut jud.poſſ.* non vero ut bonorum
ſit ſucceſſor univerſi juris. *Vin.hic.*]

Succeſſio ex SC. Claudiano ſublata.

Erat & ex SC. Claudiano miſerabilis per univerſita- dquiſitio: cum libera mulier ſervili amore bacchata libertatem per Senatuſconſultum amittebat, & cum ate ſubſtantiam. quod indignum noſtris temporibus iſtimantes, & a noſtra civitate deleri, & non inferi s Digeſtis conceſſimus.

a Vigetne ſucceſſio per univerſalitatem cum mulier libera ſervo nupſit?

undus erat ex SC. Claudiano, cum mulier ſervo alieno atur contra domini voluntatem. nam ſi poſt trinam domi- unciationem nihilominus ſervo jungeretur, ejuſdem do- erva fiebat, & univerſa ejus bona domino acquirebantur. §. *& C.de SC.Claud.toll.l.un.Ulp.tit.* 51.

AXIOMA.

igum eſt, ut fœmina libera, quæ fidem conjugalem dedit ſer , amittat propterea libertatem & bona ſua. §.1.

DE
BLIGATIONIBUS,

TITULUS. XIII.

cio petimus, aut per rei vendicationem res quę ſunt in no- dominio, aut per condictionem res nobis debitas. Hinc nt capira tractatus de rebus, unum de dominio: alterum de tione. Dominium eſt jus in re: obligatio vero eſt jus ad Quoniam igitur de rerum dominio hucuſque dictum fuit, o nunc agitur de obligationibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Continuatio tituli cum præcedentibus; definitio obligation

a Ad quam materiam nunc fiet tranſitus? b Quid eſt obligatio?

NUnc tranſeamus ad obligationes. [b] Obli-tio eſt juris vinculum, quo neceſſitate a-ſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundu noſtræ civitatis jura.

Primo Imp. hunc tractatum proponit in p-mis tituli verbis Secundo in verſ. *obligatio*, definit obligatione, quam inquit eſſe juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur a-cujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis jura.

Nota I. hic definiri civilem obligationem non naturalem, q minus proprie dicitur obligatio. *ff. de fidejuſſ. l. fidejuſſor.* 16. §. *turales.* 4. [& eſt vinculum æquitatis *Vinn.*] idcirco ait, *ſecun noſtræ civitatis jura.* [& notandum, quod licet naturaris oblig non pariat actionem, effectus tamen aliquos producat, uti ad i-pediendam ſoluti repetitionem. *l.* 60. *l.* 64. *de cond. ind.* item d compenſandum. *l.* 6. *l.* 10. *de compenſat.* quod eis accedat con-tutum. *l.* 1. §. *pen. de conſt. pec.* fidejuſſio. *l.* 1. *l.* 6 *in fin. l.* 7. *de fidejuſ.* pignus. *l.* 14. §. 1. *de pignor.* quod eis fiat novatio præce-tis obligationis. *l.* 1. *de Nov.*]

Nota II. obligationem dici juris vinculum, quamvis pro e loquendo non ſit vinculum, ſed effectus vinculi. juris enim vi-lum eſt contractus, vel quaſi contractus, vel delictum, vel quaſi-lictum: obligatio vero eſt devinctio quæ per hæc vincula fit. is enim vinculis, id eſt, contractibus, aut delictis, quodam mod-gamur, & creditoribus noſtris devincti ſumus.

Nota III. neceſſitatem, qua obligatio adſtringit, eſſe m-plicem, alia namque eſt arctior & validior, alia levior & infirm quandoquidem alii tenentur præciſe aliquid dare, vel facere per aliquam exceptionem poſſunt hanc ſolvendi neceſſitatem tare.

Nota IV. vi obligationis aliquam rem ſolvendam eſſe, quia res illa ſit per obligationem affecta, ſed quia perſona deb-ris ad eam rem ſolvendam eſt obligata.

Nota V. aliquam rem eſſe ſolvendam, vel quia danda eſt quia facienda, vel quia præſtanda *ff. h. t. l. obligation.* 3. Datur cum ejus dominium in accipientem transfertur. *Inſtit. de a-nib. §. ſic itaque* ut in mutuo. *infra tit. prox. in pr.* Fit, veluti fit inſula, aut alia res, quæ non erat. Præſtari dicitur, cum tranſlatione dominii traditur, ut in commodato. Sic igitur tria membra: dare, facere, præſtare, interdum ponuntur tan duo menbra datio, ſeu res, & factum, *inf. de verb. ob. in pr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

vit. ... neque dandi vocabulum accipitur latius, ut complectatur etiam præſtationem, ſeu traditionem ſine tranſlatione dominii.

Diviſio obligationum prima.

1 ª Omnium autem obligationum ſumma diviſio in duo genera deducitur, namque aut civiles ſunt, aut Prætoriæ. ᵇ Civiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certe jure civili comprobatæ ſunt. ᶜ Prætoriæ ſunt, quas Prætor ex ſua juriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur.

a Quæ eſt prima diviſio obligationum?
b Quæ ſunt Civiles?
c Quæ ſunt Prætoriæ?

Tertio ſubjicit obligationum diviſiones ſumptas a cauſa efficiente. Prima diviſio (quam ſummam vocat, id eſt, maximam, ut ... ſupra de jure perſonarum, in principio.) eſt in § 2. in quo obligationes dividuntur in civiles, & prætorias, ſive honorarias.

Nota I. verbum *civile*, eſſe homonymum, quandoque enim opponitur Prætorio: atque ita dicimus alias eſſe civiles obligationes, alias prætorias. interdum opponitur naturali: in qua ſignificatione omnes obligationes, de quibus hic agitur, ſunt civiles. ... enim monui naturales prætermitti. Ergo obligatio civilis, id eſt, non naturulis, dividitur in civilem & prætoriam. Sic idem nomen generis & ſpeciei, ut in multis juris partibus contingit.

Nota II. civiles obligatione appellari non ſolum eas, quæ ... civili ſunt conſtitutæ, ut ex ſtipulatione; ſed etiam eas, quæ ... ntium introductæ, & jure civili comprobatæ ſunt, ut ex ... vendito, ex locato conducto, ex mutuo, depoſito, commodato: quia jus civile ita eas confirmat, ut inde civiles actiones ... Prætoriæ autem dicuntur eæ tantum, quas Prætor introdu... ... m quæ jure civili conſtitutæ, & jure prætorio comprobatæ ... non dicuntur obligationes prætoriæ, ſed civiles: quia ex ... prætor non dat prætorias, ſed civiles actiones. alioquin omnes obligationes eſſent prætoriæ: quia prætor in edicto omnes ... s pollicetur, tam civiles, ut depoſiti, commodati, quam ... as, ut in factum, de pecunia conſtituta, & alias plurima.

Nota III. appellatione obligationum prætoriarum contineri ... ædilitias. *infra de diviſ. ſtip. §. prætoriæ. 2.* non quaſi, ædiles ... ribus non differant, ſed quia ſumitur appellatio a majori ... plurima namque ſunt prætoria edicta, pauca ædilitia, de ... *in tit. ff. de ædil. adict.* [quæ & honorariæ dicuntur & aliis ... ntibus a magiſtratu in ſubſidium obligationes introductæ ... *§. fin. de Acceptilat. l. 8. §. 1 de fidejuſſ.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Diviſio obligationum ſecunda.

a Quæ eſt ſecunda obligationum diviſio?
b De quibus primo loco agendum?
c Quæ ſunt ſpecies contractuum?

2. § [a] Sequens diviſio in quartuor ſpecies dividitur. *It*
enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu ſunt, t
ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. [b] Prius eſt, ut de i,
quæ ex contractu ſunt, diſpiciamus. [c] Harum æque q-
tuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut verb,
aut literis, aut conſenſu. de quibus ſingulis diſpicamus.

Secunda diviſio eſt in §. *ult. h. n.* quod omnis obligatio vel
ex contractu, vel ex quaſi contractu, vel ex maleficio, vel ex qi
maleficio. Quidam putant eſſe aliquas obligationes, quæ ad
lum ex his quatuor membris referantur, propterea quod Je-
conſultus *in l. 1. in princ. ff. hoc tit.* ſcribit obligationes orirel
ex contractibus, vel ex delictis vel ex variis cauſarum figuris go
iis aſſentior qui varias cauſarum figuras eo loco accipiunt pro q
ſi contractibus & quaſi delictis, & omnino puto nullam eſſe obli-
gationem, quæ non oriatur ex aliqua ex his quatuor cauſis aut
enim aliquid peccatum eſt, aut non. Si quid eſt peccati: vel ac
ſum eſt dolo malo, & eſt delictum: vel culpa, & eſt quaſi delict
Si vero nihil ſit peccati: aut naſcitur obligatio ex mutuo conſe
cui jus vim pariendæ actionis tribuit; & eſt contractus: aut d
mutus conſenſus, ut in negociis abſentis geſtis, & eſt quaſi co
ctuus: aut eſt mutuus conſenſus inefficax ad pariendã obligo-
nem; tuncque eſt pactum nudum, quod hoc loco prætermit
quia loquimur in præſentia de civili obligatione, pacta auten
da non pariunt civilem, ſed tantum naturalẽ obligationem.
ro contractus ſubdividuntur in quatuor genera, aut enim r
ficiuntur, aut verbis, aut litteris, aut conſenſu.

Nota I. Juſtinianum hic tantum loqui de contractibus
natis, id eſt, ex quibus lex xij tab. nominatim actionem
alii ſunt contractus innominati, nempe do ut des, do ut facias
ut des, facio ut facias: de quibus *in l. naturalis.* 5. *ff. de præ*
verb. Dicuntur autem innominati; quia lex xij. tab. nullam
mentionem fecit. quod autem actionem pariant, receptum
interpretationem Jureconſultorum, quatenus aliquo mod
ſimiles contractibus nominatis.

Nota II. omnes contractus innominatos re perfici. *ff.*
permut. l. 1. §. item emptio. 2. [& quamdiu alteruter tradend
implevit a ſua parte, ita ut adhuc res ſit integra, in iis locus e
nitentiæ. *l. 3. C. de permut. Tuld. hic. c. 3. Grot. de jur. Bell. l.*
12. *nu. 3.*]

Nota III. cum dicimus contractum re perfici, rei apell
ſign

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſig icari rei traditionem. Exempli gratia, non eſt emptio & venditio ſine re quæ væneat. *ff. de contrah. empt. l. nec. empt. 8. in princ.* nihilominus tamen hic contractus non dicitur fieri re, ſed conſenſu: ia ad perficiendam venditionem, & ut ex ea naſcatur obligatio, non requiritur rei traditio, ſed conventio & conſenſus de re denda. Similiter cum dicimus contractum perfici verbis, aut literis, non excludimus omnino rem, quia omnis contractus eſt de aliqua, ſed tantum ſignificamus, verba, vel literas eſſe præcipuam partem illius contractus, atque eum contractum perfici ſine rei traditione.

Nota IV. cum dicimus aliquos contractus perfici conſenſu, ut venditionem & locationem, nos intelligere ſolum conſenſum: ut ſenſus ſit hos contractus poſſe fieri ſine rei traditione, ſine verbis, ſine literis, dummodo contrahentium conſenſus quocumque modo appareat. cæterum omnis contractus conſenſum requirit, nec ullus contractus ſine mutuo contrahentium conſenſu. *ff. de pact. l. 1. conventionis. 3. verſ. adeo.* [& in omni contractu ſubſtantiale eſt conſenſus & bona fides. item libera voluntas & certa ſcientia: ſine quibus conſiſtere contractus non poteſt. dolo enim initus ipſo jure nullus eſt: metu factus reſcinditur. *v. Perez. hic in fin.* & ſpeciatim de ſubſtantia emtionis & venditionis eſt, merx, precium & conſenſus. 72: *de contr. emt.* Societatis, communio. *l. 1. & 2.* pro ſoc. ſtipulationis, interrogatio, & ad eam congrua reſponſio. *l. 1. de V. O.* Sic de *Natura contractus* dicuntur quæ tacite in eos veniunt: veluti, ut de evictione teneatur venditor, licet nihil de eo expreſſum ſit. ut locator ea omnia præſtet quæ ex bono & æquo præſtari oportet. &c. *Perez. hic.* Accidentalia contractuum ſunt quæ præter naturam ex pacto & conventione iis accedunt, uti quæ dicuntur dare legem contractui: Excepto tamen pacto, ne dolus præſtetur. *v. Perez. hic.*]

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

TITVLVS. XIV.

Hoc titulo non explicantur omnes obligationes, quæ ex re naſcuntur, ſed hæ tantum quæ re contrahuntur, id eſt, naſcuntur ex contractu re celebrato. nam obligationes, quæ non ex contractibus, ſed ex aliis cauſis oriuntur, omnes naſcuntur, ut ex quaſi contractu. *infra hoc tit. §. 1. & infra de oblig. quæ quaſi ex contr. §. item is.* & ex delicto. *infra de obligat. quæ ex delicto naſcunt. in princ.* Porro cum alii ſint contractus nominati, alii innominati, Imperator hoc loco loquitur tan-

tum de contra ctibus innominatis .ut ſuperiori titul.expoſui. i contractus nominati, qui re perſiciuntur, quatuor ſunt, mutuu, commodatum, depoſitum, & pignus. Mutuum transfert rei minium in accipientem. *infra hoc tit. in princ.* commoda transfert uſum. *infra eod. §. item is cui.* depoſitum cuſtodiam. fra eod. *§. præterea. & ff. depoſ. l. 1. in pr.* pignus poſſeſſionem *de pign. act. l. ſi rem alienam. 8. §. proprie. 2.* Mutuum eſt con ctus; quo datur quantitas, hac lege, ut res ejuſdem generis & qu titatis reddatur. Commodatum eſt contractus, quo res ad certu uſum gratis traditur, hac lege, ut eadẽ ſpecies finito uſu reſti tur. Depoſitum eſt contractus quo res gratis cuſtodienda tradi hac lege ut eadem ſpecies reſtituatur. Pignus eſt contractus, o res traditur creditori, quo magis id, quod ei debetur in tut hac lege ut ſoluto debito, vel ſi aliter creditori ſatisfactum fuit, debitori reſtituatur.

Re contrahitur primo mutui datione.

a Quomodo contrahitur re primo? b In quibus rebus conſiſtit mutui datio?

RE [a] contrahitur obligatio, veluti mutui da tione. [b] Mutui autem datio in iis rebus con ſiſtit, quæ pondere, numero, menſura conſtant, veluti vino, oleo, frumento, pe cunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. [c] Et quoniam nobis non eædem res, ſed aliæ ejuſdem naturæ, & qualitatis redduntur, inde etiam mutuum appellatum eſt: quia a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat, & ex eo contractu naſcitur actio, quæ vocatur certi condictio.

c Unde appellatur mutuum?

De mutuo tractatur *in princ. tit. h. n.* de quo hæc explicantur. I. Genus. nam mutuum refertur inter eos contractus, qui re per ficiuntur. II. Materia, id eſt, quæ res mutuo dentur. non omnes res in mutuum cadunt, ſed eæ tantum, quæ a Doct. vocan tur fungibiles, id eſt, quæ numero, pondere, vel menſura con cujuſmodi ſint vinum, oleum frumentum, pecunia numerata, & id genus cætera: hæ namque res dicuntur recipere functionem, id eſt, uſum in genere ſuo. *ff. de reb. cred. l. mutuum. 2. §. 1.* ta ſi tibi dem mutuo decem aureos: in hac obligatione non tur aurum, nec certum corpus, ſed quantitas, ſeu numerus: a nihil referat, utrum mihi offeras decem aureos, an eandem titatem in alia moneta, puta 30. francos. *Fach. 2. cen. 5. 50. 3. reſ. 3. p. 1. nu. 8. Diſſ. Cujac. ad Nov. 4. & Covar. de vet. ſm. coll. c. 7. §. un.* ſed triorem ſententiam uſus recepit & nuit quando expreſſe aliter cantum non eſt, & modo cred

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

eo dnnum paſſurus non eſt,arg. *l.99.de ſolut.*] ſi quis quærat,
quam couſtent numero, vel pondere.vel menſura:reſpondebo,
uſu ſpectandum eſſe: alioquin omnes res numerari poſſunt,
pro de omnns dicerentur numero conſtare.item res numero con-
ſtat s,ut pecuniam numeratam poſſumus appendere,vel metiri.
præ tea eadem res,ut oleum,alibi appenditur,alibi ad menſuram
gen tur. ergo ibi pondere, hic menſura conſtat. III. Forma, ad
qua tria referuntur. Vnum eſt, ne res, quæ in mutuum venit,
nu retur, aut menſuretur, aut adpendatur: alioquin non erit
n mutuum, ſed contractus innominatus. [*v.Fachin.2.con.*
o. tamen corpus aliquod ea lege detur, ut pecunia inde redacta
tua, ſecundum beniguitatem fingitur pecunia inde redacta
o data *l.* 11. *l.*15. *de reb. cred, l.* 18. *de fidejuſſ. l.* 34.*man-*
unn. 3. *reſ.* 3. *p.* 1. *qu.* 5. *Zoeſ. hic.nu.*5.*&ibi Deſſel.* Si ta-
nterim moneta mutata ſit in bonitatem quam habuit tem-
contractus. *Covar.d.§.un.nu.*2.uti omnes fere ſentiunt: Mu-
e vero facta non tantum in pondere & materia verum quo-
n valore & precio publico, ſolutio facienda, ſecundum ve-
æſtimationem veterum nummorum, ita ut tales aurei red-
ır quales mutuo dati aut tempore contractus fuerint, vel
n æſtimatio. *Covar. ibid. nu.* 3. præſertim ſi poſt debitoris
am valor monetæ mutatus ſit. *ibid.nu.*4.*v. Coren.obſ.*9. 10.
*s.d.p.*1.*nu.*8.10.] Intellige rem numero conſtantem appen-
el menſura conſtantem menſurari: vel pondere conſtantem
di, ut verum mutuum dicatur, verbi gratia, ſi tibi mutuo
vinum ad pondus, aut nummos ad menſuram, non eſt pro-
mutuum, ſed contractus innominatus. Alterum eſt, ut hæ-
entur,id eſt,ut earum dominium in accipientem transferatur
non eſt mutuum, niſi fiat de meo tuum. *ff. de reb.cred.d.l.*
um. 2.*§.appellata,*2. Atque hoc eſt proprium mutui. Sed
proprium aliquid dicatur vel omnino & ſimpliciter, ut a-
do ad ridendum eſt hominis propria:vel per comparationem
altero, ut hominis proprium eſt eſſe bipedem, ad diffe-
am animalium quadrupedum. *Topic. lib.* 5.*cap.*1. Intelli-
oc eſſe proprium mutui, non ſimpliciter, ſed reſpectu alio-
contractuum nominatorum, quavis enim ex multis cauſis
inium transferatur, ut donatione. & contractu innominato
des:tamen nullus eſt contractus nominatus,præter mutuum
lominium transferat. Tertium eſt, ut res detur hac lege,ſeu
itione,ut aliquo tempore idem reſtituatur,id eſt,non eadem
e, ſed idem genus: [ideoque pro frumento non poteſt ſolvi
æſtimatio in pecunia. *l.* 2. *§.* 1. *de reb. cred. Bronk.* I.
10. *Fach.*2.*con.* 70.] adeo ut res mutuo data, & res quæ ſol-

vi debet, ſint ejuſdem naturæ, ſeu generis, & ejuſdem quantita & ejuſdem qualitatis, ſive bonitatis, [non pejoris qualitatis, id que vinum vetus pro novo ſolvi poſſe videtur *arg. l. 9. de in jur. v.* tamen *Tuld. hic. c. 2. & Buſ. ad l. 3. de reb. cred.*] verbi g tia. mutuo tibi do amphoram vini Campani optimi, non ut red frumentum, vel pecuniam, ſed vinum: nec plus, aut minus qu tibi dedi, ſed ut reddas amphoram vini Campani optimi; [qu hæ res ita comparatæ ſunt, ut aliæ aliorum vice funguntur, i ceteris aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt. *l. 2. §. 1. reb. cred.*]

Notandum eſt, ex pacto fieri poſſe, ut minus reddatur, qu datum ſit; quia pro parte eſt mutuum, pro parte donatio: p autem fieri non poſſe, ut plus debeatur, quam datum ſit; obligatio re contrahi non poteſt, ultra id quod id datum. *ff. de pactis. l. ſi tibi. 17. in princ. & de rebus creditis, l. rog. 11. §. 1.* Rurſus pacto quidem fieri poteſt ut aliud genus de tur, veluti ut pro frumento dato debeatur vinum; ſed eſt contractus innominatus, non mutuum. IV. Etymologia, di enim mutuum. quia fit de meo tuum, id eſt, transfertu do minium in accipientem, ut paulo ante expoſui. V. Effe nam ex hoc mutui contractu naſcitur actio, quæ vocatur condictio.

Notandum inſuper, Doct. vulgo duas facere certi condictio alteram generalem, quæ datur ex variis cauſis: alteram ſpecia quæ datur ex mutuo. Ego aſſentior: qui putant unam eſſe condictionem generalem, ex mutuo, quam ex aliis quibuſ que cauſis, ex quibus certum petitur, competentem *ff. d cred. l. certi, 9.* [Si tamen ſtipulatio adjecta ſit numerat non ex numeratione, ſed ex ſtipulatione naſcitur. *l. 6. 7. de n* ejuſdem tamen naturæ actio eſt neque nomen mutat. *l. 9. l. de reb. cred. Vinn. hic.*]

2. *Solutione indebiti.*

a Quomodo contrahitur ſecundo?

1. §. Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qu errorem ſolvit, re obligatur, daturque agenti contra propter repetitionem condictitia actio. Nam perin condici poteſt, *ſi patet eam dare oportere*, ac ſi mutuum piſſet. Unde pupillus, ſi ei ſine tutoris auctoritate in tum per errorem datum eſt, non tenebitur indebiti dictione, non magis, quam mutui datione. Sed hæc ſp obligationis non videtur ex contractu conſiſtere, cu

qu ſolvendi animo dat, magis voluerit negotium diſtra-he, quam contrahere.

oſt hæc in §.1.*h.n.* agitur de ſolutione indebiti: non quia ſit co ractus, ſed quia eſt ſimilis mutuo. [& quaſi contractus.*inf.tit.* 8.5.] hoc igitur loco declarantur ſimilitudines & diſcrimen in-ter utuum & ſolutionem indebiti. Similitudines ſunt tres. I. U-tr ue caſu naſcitur abligatio ex re, id eſt, ex mutui numeratione, ve x indebiti ſolutione. [etiam ſi creditor accepit ignorans inde-bit n eſſe. *Tuld.inf.tit.28.c.4.* Diſſ. *Coſtal.pr.tit.de cond.imdebit* fi ens enim ſe creditorem & ita doloſe quem inducens ad ſolu-ti em furtum committit. *Tuld. d.c.4.per l. 18.ff.de cond.furt.* & *bi Coſtal.* & *l.falſus de furt.*]

otandum eſt, nos loqui de ſolutione per errorem facta, ut Juſt. in ontextu diſerte notat: propterea quod is, qui ſciens prudens ſol-vi uod non debet, non obligat accipientem ad reſtituendum, q d accipit: quia videtur ei donare. *ff.de div. reg.jur.l.cujus.* 53. R ſus cum alius ſit error facti, veluti ſi quis putet pecuniam a ſe le tam eſſe, quæ non ſit legata; alius error juris, veluti ſi quis pu-te leberi legatum ex teſtamento imperfecto: in præſentia in-te gimus errorem facti. talis enim error ſolventem excuſat, ei-q ſolutæ pecuniæ repetitionem tribuit. qui vero per errorem ju-ri ſolvit indebitum, repetere non poteſt. *C, de jur. & fact.ignor.l.* c *quis.* 10. & *ad leg. Falc. l. error.* 9. [*v.Fachin.8.con.106.* *m.3.reſ.3.pr.qu.3.* excipe tamen mulierem pro alio ſolventem *l. C. ad SC.Vell.* vel ſi naturaliter non debeatur quamvis debea-t civiliter ex obligatione literarum. *l.1.C.de cond.indeb.l.1.ff.* *Perez.hic.* & *Zoeſ.nu,* 18. Excipe rurſus, cauſam judicati & atum ex cauſa tranſactionis & juris jurandi, hæc enim repeti n poſſunt quamvis vere & naturaliter non debeantur idque pter autoritatem judiciorum & favorem [minuendarum li-m, & ne quæratur de perjurio. *d.l.1.* & *l.2.ff.decond.indeb.Zoeſ.* *oc.* & *ibi Deſſel.* niſi tamen evidens ſubſit calumnia *l. 65.§.ff.* *l. tit.* Ceterum non datur condictio ultra id quod datum eſt ſve æſtimationem *l.7.ff.d.tit.* non etiam ad uſuras medii tem-is *d.l.1. h.t.* quod tamen ex re ſoluta natum recte condicetur *eſ.d.loc.nu.*20. Nec datur condictio ſi res ſoluta non extet, ſed na fide conſumta, nec accipiens locupletior inde factus. *Zoeſ.* *nu.* 14. *per.* §. 35. *ſup. de rerum. Diviſion.*] II. Ex utraque uſa datur certi condictio ad repeteedum quod datum eſt. III. ui non poſſunt obligari ex mutuo, ut pupillus ſine tutore, iliter non obligantur ad reſtituendum quod indebite acce-runt, niſi ſcilicet pupillus factus ſit locupletior nam gene-iter ne locupletetur cum jactura alterius, pupillus ſine tutore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tutore obligatur, & ex conſtitutione divi Pii conveniri poteſt, i quantum factus eſt locupletior. *ff. commoda. l. Sed mibi. 3. i princ. & de auctor. tut. l. Pupillus. 5. in princ.* cum ſimilibus. Differentiæ ſunt quatuor, quarum prima ſola in contextu proponi tur. I. Mutuum eſt verus contractus, ſolutio indebiti eſt potiu diſtractus, & inter quaſi contractus numeratur. *inf. de obl. quæ e. quaſi contr. §. item is. pen.* II. Mutuo dantur eæ tantum res, qu: numero pondere, vel menſura conſtant, ut ſupra expoſitum fuit: indebitæ autem ſolvi poſſunt quæcumque res, ut pecunia *ff. de cond. indeb. l. ſi pœnæ. 19. §. ſi falſo. & §. ult.* & ſervus. *ead. l §. ſi putem.* & res incorporales. *ff. eod. l. ſi fundi.* 12. III. Actio e mutuo ſemper eſt certi condictio, ut dictum fuit in fine princi pii; quia ſemper certum eſt, quod mutuo datur. ſed condictio in debiti interdum eſt condictio incerti, videlicet cum res incer ſoluta eſt, veluti res incorporalis. *ff. de cond. indeb l. indebiti.* 1 *§: 1. l. ſed & ſi. 21 §. 1.* IV. Ratio juris dat actionem ex mutu naturalis autem æquitas dat condictionem indebiti. *ff. eod. l. na hoc natura.* 14. contra rationem ſtricti juris. *ff. de reb. cred. l. n omnis. 19. in pr.* [Nota etiam pro indebito haberi, quod ſub co ditione incerta, vel die quæ non certo ſit eventura, debetur, i ut ante eventum ejus ſolutum poſſit repeti. *l. 18. ff. de cond. inde* ſecus ſi certo ſit eventura, nam tum ſolutum repeti non poteſt. *10. l. 17. eod.*

Commodatæ.

a Quomodo tertio? b Quomodo diſtinguitur inter mutuum & commodatum?

2. § [a] Item is, cui res aliqua utenda datur, i. e. com modatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is, ab eo, qui mutuum accepit, longe diſtat, namqu non ita res datur, ut ejus fiat, & ob id de ea re ipſa reſt tuenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, ſi qu libet fortuito caſu amiſerit, quod accepit, veluti ince dio, ruina, naufragio, aut latronum hoſtiumve incur nihilominus obligatus remanet. At is, qui utendum a cepit, ſane quidem exactam diligentiam cuſtodienc rei præſtare jubetur: nec ſufficit ei tantam diligentia adhibuiſſe, quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi m do alius diligentior poterat eam rem cuſtodire, ſed pr pter majorem vim majoresve caſus non tenetur, ſi mo non ipſius culpa is caſus intervenit, alioqui ſi id, quod bi commodatum eſt domi, peregre tecum ferre malu ris, & vel incurſu hoſtium prædonumve, vel naufragio miſeris, dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenear

Con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Commodata autem res tunc proprie intelligitur, ſi nulla mercede accepta vel conſtituta, res tibi utenda data eſt: alioqui mercede interveniente, locatus tibi uſus rei videtur: gratuitum enim debet eſſe commodatum. a Quando proprie res dicitur eſſe commodata?

De commmodato agitur in *§. 2. h. n.* ubi declarat Imper. hujus contractus genus, effectus, & proprietatem quandam, per quam ab uſu rei locatio diſtinguitur, licet utroque modo uſus rei conceditur. Ad genus quod attinet, inter eos contractus refertur, qui re perficiuntur.

De effectu hujus contractus quatuor notantur. I. Ex hoc contractu datur commodaro. actio commodati adverſus commodatarium, [& ejus hæredem non vero tertium poſſeſſorem, a quo tamen vindicari poteſt ſi ejus reſtituendæ facultatem, habet. *Perez. hic*] ut finito uſu cogatur rem reſtituere. Hæc eſt commodati actio directa [quæ datur etiam commodantis hæredi ſive dominus fuerit ſive non. *Perez. hic.*] Alia eſt actio contraria, quæ datur commodatario contra commodatorem, vel ad recipiendas impenſas neceſſarias, ſive utiles in rem commodatam factas. [ſi ſint expenſæ modicæ, vel uſus rei eas poſtulabat. *l. 18. §. 2. commod.*] vel ut conſequatur quod ſua intereſt, ſi damnum ex eo paſſus ſit, quod commodata res ſit vitioſa, [ſcienter ſc. ſecus ſi ignoravit. *l. 38. §. pen. ff. commod.*] puta quia corruptum eſt vinum quod poſitum fuit in in vaſe vitioſo. *ff. commodat. l. in rebus* 18. *§. pen.* [vel ſi damuum ex eo patiatur quod rem intempeſtive repetiit, cum accipientis interſit juvari non decipi beneficio. *l. 17.* … *d. tit.* Poteſtque commodatarius omiſſa hac actione retetione ſibi conſulere. *Zoeſ. hic nu. 27. Perez. hic*] II. Per hunc contractum uſus rei transfertur ad commodatarium. non etiã dominium, ut in mutuo fieri diximus. [ideoq; qui mutuo ſumſit interitu rei non liberatur. etſi fortuito caſu perierit, eſt enim debitor generis, quod perire non poteſt. *l. 11. C. ſi cert. pet.*] III. Commodatarius tenetur reddere eandem ſpeciem, id eſt, idem corpus, quod accepit, idque non deterioratum. *ff. eod. l. ſed miæi,* 3. §. 1. ſiquidem deterioratum ſi reddatur non intelligitur redditum niſi id quod intereſt præſtetur. *Perez. hic.* & hac quoque ratione diſtinguitur a mutuo, propterea quod is, qui mutuum accepit, non tenetur reddere eandem ſpeciem, ſed idem genus, ut *pr. tit.* expoſitum fuit. IV. Commodatarius in re commodata cuſtodienda præſtare debet diligentiam exactam, ut inquit in verſ. *At is qui.* vim autem majorem, aut caſus fortuitos non præſtat: veluti ſi hoſtium, aut latronum impetu rem amiſerit, non tenetur. [Quia res regulariter perit ſuo Domino. *l. 4. C. de pign. act. l. 18. ff. hic.* Sic neque tenetur ob damnum a tertio

tio datum *l. 19. d. tit.* niſi culpa aut mora ejus argui poſſit. *Zo hie. nu. 24.* venit & culpa ſi res æſtimata data ſit. *l. 5. §. 3. d. t. & ibi Gothof.*] Quod dictum eſt de exacta diligentia, ſic de accipi, ut exacta accipiatur pro exactiſſima. cum enim hic cont. ctus commodatarii gratia celebretur, merito ſummam dilige tiam præſtare debet *ff. eod. l. in rebus. 18. in princ. & de oblig. act. l. 1. §. & ille. 18.*

Obiter nota, nomen ſuperlativum contineri ſub poſitivo, qu ſpeciem ſub genere, quod enim eſt optimum, recte appellatur b num. *ff. de verb. obl. l. ubi. 75. §. uſque.* atque ita hoc loco exact ſima diligentia vocatur exacta. Eſt autem exactiſſima diligent ſima diligentia vocatur exacta. Eſt autem exactiſſima diligen quam diligentiſſimi patres familiarum, quales pauci reperiunt adhiberi ſolent. exacta vero dicitur, quam vulgo multi adhibe, qui habentur pro diligentibus patribus familiarum, quod ſi b ſit minor diligentia tunc non dicitur exacta, ſed levis. Hæc di ſint de effectu. Proprietas autem, qua commodatum ab uſu rei cato ſejungitur, eſt, quod commodatum eſt gratuitum, in lo tione autem merces intervenit. Adde quod omne commodatu re contrahitur, ut ſupra dictum fuit: omnis autem locatio con ſu perficitur. *infra de obl. ex conſen. in pr.*

Nota, hic conſiderari poſſe quatuor caſus. I. Cum tibi conce ut re mea utaris, non ad certum uſum, [vel tempus.] ſed ut p ſim repetere quandocumque velim, & ut totum a mea volun pendeat, non eſt contractus, ſec precarium. II. Cum rem tibi gr concedo ad certum uſum, [& tempus] eſt commodatum. [e ante finitum uſum commodatarius rem reſtituere non tenet, niſi tamen longa mora interceſſit. *v. Tuld. hic. c. 3. Menock. arb. 22.*]. III. Cum tibi rem utendam do certa mercede, eſt loc & conductio. IV. Si tibi rem utendam dem incerta mercede, id tantum accepturus, quantum poſtea nobis videbitur, vel invice te conſecuturus aliquod commodum, quod non poteſt vo merces, quia non conſiſtit in pecunia, puta commodem tibi die meum equum, ut tu invicem cras mihi commodes tuu tunc eſt contractus innominatus, *infra de locat. & conduct. præterea. 2.*

4. *Depoſito.*

a Quomodo re contrahitur quarto? b Teneturne depoſitarius tantum de dolo?

3. § [a] Præterea & is, apud quem res aliqua deponit re obligatur, teneturque actione depoſiti, quia & ipſe ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur. [b] Sed is ex ſolo tenetur, ſi quid dolo commiſerit. culpæ autem mine, id eſt, deſidiæ ac negligentiæ, non tenetur. que ſecurus eſt, qui parum diligenter cuſtoditam r fu

fuo amiſerit: quia qui negligenti amico rem cuſtodien-
da tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet.

e depoſito agitur in §. 3. *h. n.* cujus contractus Imper. decla-
ra enus & effectus. Genus idem eſt, quod ſuperiorum contra-
ct m. nam etiam depoſitum re perficitur, id eſt, rei traditone.
e m immobilis. *Tulden. hic c.* 4. *per l.* 1. *C. eod.* Diſſ. *Zoeſ. hic*
nu. 8. *v. Hunn.* 3. *reſ.* 3, *p.* 4. *qu.* 1. Uti quoque depoſitum ſe-
qu trarium rei immobilis de qua inter plures lis eſt,] De effecti-
bu ria notantur. I. Depoſitarius tenetur actione depoſiti intelli-
ge ctionem directam, per quam cogitur rem depoſito acceptam
re tuere, [Etiam continuo ſi repetat: ex mora facit uſuras venire.
l. C. *depoſ.*, niſi eum cauſa excuſet *c. ne quis*, 12. *qu.* 2. Depoſita-
ri autem intempeſtive reddere in damnum deponentis nequit.
l. *in fin. ff. d. tit. Tulden. hic. c.* 9. *Zoeſ. nu.* 31.] & adde actionem
de oſiti contrariam, per quam depoſitarius ab eo qui depoſuit,
in enſas recipit, in rem depoſitam recte factas. [pro quibus tamen
n poteſt rem retinere, vel compenſatione uti. *Zoeſ. hic nu.* 30.
P ez. *ibid. per l. pen. C. depoſ.* etiamſi æſtimatio ſit reſtituenda.
Z *ſ. d. loc.*] II. Deſpoſitarius tenetur reddere eandem rem, id eſt,
e dem ſpeciem, ſeu corpus. [etiamſi nummi deponantur exce-
p caſu. *l.* 24. *cum ſeqq. ff. depoſ.* qui notiſſimos depoſiti terminos
e editur. *Vinn. hic.*] III. Tenetur tantum de dolo, ſub. & lata
c pa, quę dolo comparatur. *ff. de poſſ. l. quod Nerva*, 32. [*v. Tuld.*
h. c. 11.] culpæ autem nomine non tenetur, id eſt, ſi rem negli-
g ter cuſtoditam amiſerit, eo nomine conveniri non poteſt.
[ſi depoſito ſe obtulit, vel ejus nomine meredem exſpectet. *Pe-*
r. hic & Tuld. c. 11.] Latam culpam committit, qui eſt negli-
g tiſſimus, ita ut alii non ſoleant eſſe ita negligentes. Levem cul-
p n committit, qui eſt negligens [vel imperitus cum alterius da-
r o. *Tuld. hic c.* 7.] Leviſſimam autem, qui eſt quidẽ diligens, ſed
r nus quam debeat, id eſt, qui adhibet diligentiam exactam, eo
c u quo tenetur adhibere diligentiam exactiſſimam.

5. *Pignore.*

4. § a Creditor quoque, qui pignus accepit, re obliga- tur, (quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda te- netur) actione pignoratitia. b Sed quia pignus utriusque gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditum, placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendam exactam diligen- tiam adhibeat, quam ſi præſtiterit, & aliquo fortuito caſu rem amiſerit, ſecurum eſſe, nec impediri creditum petere.

a Quomodo re contra- hitur quin- to? b Quam diligentiam præſtat cre- ditor in pignore?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

De pignore diſſeritur in §. *ult. h. n.* ubi ſimiliter explicatur
nus, & tres effectus. Genus idem eſt, quod ſupra. nam pignus q
que re contrahitur. [ſcil. mobili, ut hypotheca & conventione a
que traditione. *Perez. hic. & Tuld. c. 4.*] De effectu hæc notan
I. Creditor tenetur reddere eandem rem, id eſt, ipſam ſpeciem
bi pignoratam: ſubaudi, poſtquam debitum ſolutum, vel ali
creditori ſatisfactum fuerit. *ff. de pig. act. l. ſi rem. 9. §. omnis.*
ſua ſit res pignori data ſive aliena. *l. 9. §. pen. ff. de pign. act.* nec
petenti poteſt referri quæſtio dominii a creditore qui ab illo ca
ſam habet. *Zoeſ. hic. nu.* 33. & quamvis res aliena non recte
gnori detur. convaleſcit tamen pignus ſi debitor deinde ejus
minium acquiſierit vel dominus rei pignoratæ debitori ha
extiterit. ſi modo creditor ignoravit. *per. l. 117. de R. I. l. 41. ff.*
pign. act. l. 5. C. ſi res alien. pign. dat l. 22. ff. de pign. & ibi Dd.
ſel. in Zoeſ. hic nu. 33. tenetur & creditor reſtituere fructus i
gnore perceptos: niſi ex pacto antichreſeos apud creditorem
neant in vicem uſurarum. *l. 17. ff. de uſur.* quod jure civili li
tum. *l. 11. §. 1. de pign. & hyp.* etiamſi modum jure præſcriptum
excedant, propter incertum fructuum eventum & precium: l
in antichreſi expreſſa, non vero in tacita. *Zoeſ. & Deſſel. d. locu.*
34. *Bronck. 2. cent. 17. Cujac. 3. obſ.* 35. II. Creditor ad reſtitu
dum pignus tenetur actione pignoratitia, intellige actionem
rectam. nam contraria datur creditori adverſus debitorem,
ad recipiendas neceſſarias impenſas in pignus factas. *ff. eod. ſi*
neceſſarias. 8. in pr. vel ex eo quod malitioſe ſit verſatus in pig
re debitor. *v. Zoeſ. d. loc. nu. 35. l. 2. l. 32. ff. de pign. act.* ſuper i
bus & retentione ſibi conſulere poteſt. *l. 8. pr. d. tit.* III. Cred
in pignore non ſolum præſtat dolum, ſed etiam diligentiam
actam, non exactiſſimam, & multo minus caſus fortuitos,
in nullo bonæ fidei contractu præſtantur. *C. de pign. act. l. 6.*
nullo humano conſilio prævideri poſſint. *ff. de adm. rer. ad*
pertin. l. 2. §. ſi eo. Ideo autem præſtat diligentiam exactam,
media eſt inter levem & exactiſſimam; quia medium quod
modo locum tenet inter alios contractus, alii nam que celebr
tur dantis cauſa, ut depoſitum: alii tantum accipientis gra
ut commodatum: alii utriusque contrahentis gratia, ut pig
Primo caſu is qui rem accepit, tantum de dolo tenetur, doli
tem appellatione intelligitur etiam lata culpa. Secundo caſu
ſtat diligentiam exactiſſimam. Tertio caſu diligentiam exact
vide *l. Si ut certo. 5. §. nunc videndum. 2. ff. commod. & l. con*
tractus. 23. ff. de div. reg. jur.

AXIOMATA.

1. *Solutio non eſt contractus; ſed diſtractus. §. 1. conj. §.* pen. inſt
obl. quæ quaſi ex cont. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

2. *aſus fortuitus non liberat debitorem generis.*§.2.*conjun.* l. incendium.11.C.ſi cert.pet. *Liberat tamen debitorem ſpeciei,ſi ea ſpecies pereat.d.*§.2.*conjun.* §. ſi res legata. ſupra de legatis.& l.ſi ex legati.23.ff.de verb.oblig.

3. *ommodatarius præſtat diligentiam exactiſſimam,id eſt,dolum & omnem culpam.*d.§.2.

4. *ommodatum debet eſſe gratuitum.*d.§.2. *conjun.*§.præterea. infra de locat.& conduct.

5. *epoſitarius tantummodo præſtat dolum.*§.pen.*conjun.* l. 5.§. nunc videndum eſt. ff. commodat.

6. *ui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, ſibi debet imputare.* d.§.pen.

7. *ignus tam creditoris, quam debitoris gratia contrahitur.*§.ult.

8. *reditor in pignore præſtat diligentiam exactam,id eſt,dolum & culpam latam & levem.*d.§.ult.

9. *blato acceſſorio non tollitur principale.*d.§.ult.*licet e contrario,ſublato principali tollatur acceſſorium.* ſupra de legat. axiom.20.

[D]E VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

TITVLVS XV.

OLim triplex erat verborum obligatio.I. Ex ſtipulatione.II. Ex jurejurando liberti,jurantis ſe munus,donum,operas pa[tr]o daturum. III. Ex dictione dotis. Gajus. *l.2.Inſtit. tit. de* [o]*bl*g.Sed hanc poſtremā Juſtin.ſuſtulit. *C.de rei ux.act.l. un.* In [præ]ſentia dicendum eſt de ſtipulatione, quæ eſt contractus ver[bis c]elebratus. De hac Imp. ſex docet, formam,materiam,effe[ctu]m,etymologiam,ſolemnitatem, & diviſiones.

Verborum obligation.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatio[ne] & reſponſione , cum quid dari fierive nobis ſtipulamur,ex qua duæ proficiſcuntur actiones , tam condictio certi , ſi certa ſit ſtipulatio , quam ex ſtipulatu ,ſi incerta ſit , qu[æ] [hæ]c nomine inde utitur , quod ſtipulum apud veteres fir[mu]m appellabatur, forte a ſtipite deſcendens. *Quomodo contrahitur verbis obligatio.*

[F]*orma* explicatur in primis verbis hujus tituli.Eſt autem ſtipu[lati]onis forma in eo poſita,ut ſtipulantis interrogatio præcedat,

&

promittentis congrua reſponſio ſequatur: veluti, *dabis decem*
rem? dabo. Materia proponitur in verſ. *cum quid.* ex quo intell
gimus, in ſtipulationem venire, aut rem, veluti, *decem dabis?*
factum, ſive affirmative, veluti, *ædificabis mihi inſulam?* ſive
gative: veluti, *in Capitolium non aſcendes?* Conjunge cum
verſic. §. *ult. h. tit.* Et obiter.

Nota ſub affirmatione contineri etiam negationem quia
verbo, *fieri*, hoc loco continetur, etiam non fieri ut conſtare
§. *ult.*

Nota inſuper. Juſtin. recte dicere, *nobis ſtipulamur*; quia re
lariter nemo poteſt alteri ſtipulari. *infra de inutil. ſtipul.* §. *ſi*
alii. Effectus in verſ. *ex qua*, eſt duplex actio, quæ ex ſtipulat
oritur. cum enim alia ſit res certa, ut Stichus, & decem aure
lia incerta, ut id quod intereſt. ſimiliter alia eſt ſtipulatio c
i.e. rei certæ, unde datur certi condictio: alia incerta, id eſt
incertæ, unde oritur actio ex ſtipulatu. [Si tamen id quod
bligationem deductum eſt nullos certos fines habeat, aut a
liſſimum deduci poteſt. ſtipulatio inutilis eſt, veluti ſi fundi
ne demonſtratione promiſſus. *l.* 69. §. 4. *de jur. dot.* Vinum,
cum, ſine deſignatione menſuræ. *l.* 64. *& ſeq. l.* 15. *de V.O.*

Notandum tamen eſt hoc verbum *actio ex ſtipulatu* bifa
accipi: quandoque proprie & anguſte, ut hic, pro actione, qu
ſtipulatione perſequitur rem incertam. quandoque late pro
actione, quæ ex ſtipulatione deſcendit, ſive perſequatur rem
tam, ſive incertam, ut in tit. *C. de rei uxor. act.* & alibi.

Notandum denique eſt, certi condictionem, quæ naſcitur
ſtipulatione certa, eſſe condictionem illam generalem, qua
quibuſcumque cauſis oriri, notavi ad *princ. tit. præced. Ety*
gia ſtipulationis eſt in verſ. *quæ hoc nomine.* ubi Imp. tradit
pite dici ſtipulum quod ſignificat firmum: & a ſtipulo dedu
pulationem; quia hic contractus eſt omnium firmiſſimus,
alios quoque confirmandos adhiberi ſolet. *l.* 3. §. 1. *de Act.*
4. §. *ult. de uſur. l.* 99. *de V.O. l.* 6. §. 1. *de re jud.*] unde Cujac.
lationem ſolet appellare πανδέκτην, quaſi omnes obliga
complectentem. [Si tamen fiat ſine cauſa, oppoſita doli exc
ne redditur inutilis, neque in dubio præſumitur donationi
ſa facta. *l.* 8. §. 3. *de dol. exc. l.* 15. *de fidejuſ. v. Gomeſ.* 1. *re*
nu. 3. *& Parlador.* 2. *rer. quot. c.* 3. *nu.* 55. *& ſeqq.* Sponſion
men firmantur ſtipulatione & conditio pro cauſa eſt etſi ſtip
ris non interſit. *Gomeſ.* 2. *reſ.* 11. *nu.* 4. *Griv. dec.* 57. etſi fia
per in gravidatione uxoris. *Sand. lib.* 3. *tit.* 9. *def.* 1. Diſſ. *Chri*
200. *n.* 1. *vol.* 3. Neque ob nimiam inæqualitatem excep
doli elidi poſſunt. *Sand. Grivel. d. loc.* v. tamen *Herbai. rer. q*

r .in Gallia vero ſponſiones non admittuntur, niſi depoſitis p noribus aut nummis. *Charond. memor, verb. & contract* *v b.gage*]

Quæ verba uſitata.

. § [a] In hac olim talia verba tradita fuerunt; *Spondes? ſp ideo. Promittis? promitto. fidepromittis? fidepromitto. Fideju- be fidejubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam.* Utrum autem la- ti , an Græca, vel qualibet alia lingua ſtipulatio conci- pi ur, nihil intereſt, ſcilicet ſi uterque ſtipulantium in- te ectum ejus linguæ habeat. nec neceſſe eſt eadem lin- gu utrumque uti, ſed ſufficit congruenter ad interroga- ta eſpondere. Quin etiam duo Græci Latina lingua obli- ga onem contrahere poſſunt. Sed hæc ſolemnia verba ol n quidem in uſu fuerunt; poſtea autem Leonina conſti- tu o lata eſt, quæ ſolemnitate verborum ſublata, ſenſum & co ſonantem intellectum ab utraque parte ſolum deſide- ra quibuſcumque tandem verbis expreſſum eſt.

a Eſtne o- pus ſole- mnitate in verbis?

Solemnitas ſtipulationis, quæ apud veteres in uſu erat, poſtea ab ita eſt, ut Imp. docet in §. 1. *h. n.* Ex quo notandum, ſtipula- ti em quacumque lingua fieri poſſe, ut Græca, vel Latina, vel G lica: immo etiam diverſis linguis, veluti ſi ſtipulator Latine in rroget. ac promiſſor Gallice reſpondeat; duo tantum requiri, ut ipulatio valeat. Unum eſt, ut contrahentes ſe mutuo intelli- ga , ſive eadem, ſive diverſis linguis loquantur. Alterum eſt, ut ad ibeatur forma de qua dictum eſt in princ. tit. id eſt, ut inter- ro atio ſtipulantis præcedat, & congrua promittentis reſponſio ſe uatur. Adde tertium requiſitum, ut velint ſtipulationem co trahere. cæteroqui iiſdem verbis, quibus fit ſtipulatio, etiam pa um nudum fieri poteſt. *ff. de pact, l. 7. §. quod fere.* adeo ut ſti ulatio a pacto ſejungatur, non tam verbis, quam mente & oluntate contrahentium. [& hodie moribus ex utroque actio da ur, dummodo conſter ſerio interceſſiſſe. *Tuld. hic. c. 2. Nic. B d. ad Damh. prax. c. 47. A.*]

Modi ſtipulationis.

. § [a] Omnis ſtipulatio aut pure, aut in diem, aut ſub co ditione fit. [b] Pure, veluti, *quinque aureos dare ſpondes?* Id- q confeſtim peti poteſt. [c] In diem, cum adjecto die, q o pecunia ſolvatur, ſtipulatio fit, veluti, *decem aureos pri- m Calendis Martiis dare ſpondes.* [d] Id autem quod in diem ſti ulamur, ſtatim quidem debetur, ſed peti prius, quam di s venerit, non poteſt. ac ne eo quidem ipſo die, in quem

a Quomo- do fit ſti- pulatio?
b Quis eſt effectus pu- rę ſtipula- tionis?
c Quomo- do concipi- tur in die?
d Quis eſt effectus concepte in diem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſtipulatio facta eſt, peti poteſt: quia totus is dies arbitri
ſolventis tribui debet. Neque enim certum eſt eo die, i
quem promiſſum eſt, datum non eſſe, prius quam is præte
rierit.

Diviſiones ſtipulationis in hoc tit. duæ traduntur, utraque tri
pertita, Prima diviſio eſt in *§. 2. h. n.* ubi dicitur omnem ſtipul
tionem aut eſſe puram, aut in diem, aut conditionalem, ac dei
ceps hęc tria diviſionis mēbra enarrantur. Stipulationis puræ d
finitionem Juſtinianus prætermittit: ſed definiri poteſt ſtipulati
quæ neque diem, neque conditionem adjectam habet. Duo aute
de hac ſtipulatione habentur in ver. *pure.* nempe exemplum
proprietas, ſive effectus Exemplum eſt: *quinque aureos dare ſpo*
des? ſupple, *ſpondeo.* Vides eſſe ſtipulationem puram, quæ ſi
pliciter facta eſt, neque die, neque conditione adjecta. Proprius
fectus eſt, quodpure promiſſum, ſtatim peti poteſt, intellige ſta
ſeu confeſtim cum aliquo temperamento, ut aliquantum te
poris præterierit, intra quod ſtipulationi ſatisfieri potuerit. *in*
de inut. ſtip. §. ult. & ff de ſolut. l. quod dicimus. 105. In prax
cte ſolet dari dilatio 10. dierum. arg. *l. promiſſor. 21. ff. de pe*
conſtit. Quod attinet ad ſtipulationem in diem, ſciendum
diem duobus modis in ſtipulatione poni poſſe; vel enim ſtip
tio ex die concipitur veluti, *Kal. Jan. dabis?* vel uſque ad cer
tempus, veluti, *Decem annua dabis, donec fias major 25. annis.*
de oblig. & act. l. oblig. 54 §. 2. Prior diei conſideratio habetu
d. § 2. h. n. verſ. in diem. ubi ſtipulatio in diem concepta decl
tur definitione. exemplo. & proprietate, ſive effectu. *Defi*
eſt *cum ſtipulatio fit adjecto die, quo pecunia ſolvatur*, id
cum ſolutio confertur in diem certam, puta Kal. Jan. adeo u
te eam diem peti non poſſit. *Exemplum* in contextu perſpic
eſt. *Proprius* vero hujus ſtipulationis *effectus* eſt, ut ſtatim
dem debeatur, ſed executio hujus obligationis (id eſt, debiti
tio) id diem differatur: quia tunc venit dies, quo peti poteſt
hoc pleuius intelligatur notandum eſt ex *l. cedere diem.* 21
pr. ff. de verb. ſign. aliud eſſe diem cedere, aliud diem ve
Dies cedere dicitur, cum incipit deberi. dicitur autem venire
incipit poſſe peti, nam hæc duo, nimirum deberi, & poſſe
non ſemper incidunt in idem tempus. Cum ſtipulatio eſt
dies ſtatim cedit, & ſtatim venit; quia ſtatim debetur, & ſi
peti poteſt. Cum autem ſtipulatio eſt in diem, ſtatim dies ce
non ſtatim venit, id eſt confeſtim quidem debetur, ſe
diem, de qua convenit, peti non poteſt [quia adjectio di
debitore eſt, *l. 41. de V. O.* Ideoque ei liberum eſt ante die
vere vel invito creditore *l. 50. ff. de O & A. l. 70. de ſolut.*

ſ

...em uſurariam, niſi aliud conventum ſit vel dies creditoris gra-
...djectus. *l.17.de R.I.l.17.§.3.de.uſur.Sand.lib.3.tit.16.def.*
1. Tuld.hic.c,12.] Denique cum ſtipulatio eſt conditionalis,
...neque cedit, neque venit ante conditiónem exiſtentem: ſed
... impletur conditio, tunc incipit deberi, & ſimul incipit poſſe
pe...

Annua ſtipulatio.

§ [a] At ſi ita ſtipuleris. *Decem aureos annuos, quoad vivam* ...*ſpondes?* & pure facta obligatio intelligitur, & perpe-...ur, quia ad tempus non poteſt deberi, ſed hæres peten-...pacti exceptione ſubmovebitur. a Quid juris in annua ſtipulatione?

...ltera dici conſideratio habetur in §. 3. *h.n.* ubi Imper. docet
... ita in ſtipulatione depoſitum non officere quominus jure
... obligatio pura ſit. quamvis enim promittas uſque ad cer-
...tempus, nihilominus tamen in perpetuum obligaris, & in
...des quoque tuos obligationem tranſmittis, propter regulam
... Tempus non eſt modus legitimis tollendæ [vel inducendæ]
...ationis. propterea quod obligationes jure civili conſtitutæ,
...olluntur, [neque conſtituuntur] niſi certis modis jure civili
...atis, inter quos modos tempus non numeratur. *ff. de obl. &*
obligationum. 44. §. 1. & de verb.oblig.l.cum eum qui ita. 56.
ita. Sed quia iniquum eſt, ob hanc juris ſubtilitatem pro-
...rem teneri ultra tempus, de quo convenit, idcirco prætor
... currit, data pari exceptione. is enim, qui ad tempus ſtipula-
... cite videtur paciſci, ne poſt illud tempus petat. Sed & doli
...tio competit. *d.l.obligationum.44* §.1. quoniam hæc exce-
...non ſolum cum exceptione pacti, ſed etiam cum omnibus a-
...oncurrit. *ff. de dol. & met. except. l. palam eſt, 2. §. & generali-*
... Hoc loco notanda eſt differentia inter annuum legatum, &
...am ſtipulationem: quoniam illud eſt multiplex, & primi
...m anni eſt, purum, ſequentium annorum conditionalia,
...ubanditur conditio, ſi legatarius vivat, nec ad legatarii hæ-
... tranſeunt. *ff. de annuis legat: l. ſi in ſingulos. 4. l. 8.* annua
... ſtipulatio eſt una pura, & perpetua: Ideoque poſt mortem
...antis hæres ejus agere poteſt. niſi adjecta ſit limitatio quo ad
...ator vivet, ut in ſpecie hujus §. [*l.16, de V.O.* niſi tamen
... obligationis cohæreat perſonæ ſtipulantis vide *Tuld. hic.*
& c.9. Coſt. de rat. qu. 93. nu. 4. 5.]

Stipulatio conditionalis.

§ [a] Sub conditione ſtipulatio fit, cum in aliquem ca-...differtur obligatio, ut, ſi aliquid factum fuerit, vel ...fuerit committatur ſtipulatio. veluti, *Si Titius conſul factus, quinque aureos dare ſpondes?* Si quis ita ſtipuletur, a Quomodo fit ſtipulatio ſub conditione?

ſi in capitolium non aſcendero, dare ſpondes? perinde erit ac ſi,
ſtipulatus eſſet, cum moreretur, ſibi dari.[b] Ex conditionali
ſtipulatione tantum ſpes eſt debitum iri, eamque ipſam
ſpem in hæredem tranſmittimus, ſi prius quam conditio ex-
ſtet, mors nobis contigerit.

b Quis eſt ejus effectus?

Dictum eſt de ſtipulatione pura & ſtipulatione in diem: ſu-
pereſt ſtipulatio conditionalis, quæ in §. 5. *h. n.* explicatur defi-
nitione, exemplo, & proprietate, ſive effectu: quæ omnia ex ſupra
dictis manifeſta ſunt. tantum notentur duæ differentiæ inter con-
tractum conditionalem & legatum conditionale. Prima diffe-
rentia eſt: quia ſi pendente conditione ſtipulator deceſſerit, nor
propterea ſtipulatio redditur inutilis: quia quandocunque con
ditio exiſtet, hæres ſtipulatoris agere poterit. at ſi legatarius pe
dente conditione legati moriatur, legatum extinguitur. *ff. qua*
dies legat. ced. l. ſi poſt diem. 4. & C. de cadu. toll. l. un. §. ſin aut
aliquid. 7. [Idem de die incerto quæ & conditionem facit. *l. 1*
2. l. 74. de C. & D. niſi dies incertus legato, non ab initio, ſed ſo
tioni adjectus ſit ſeparatis enunciationibus. hoc modo: *lego*
tio centum, quæ accipiet cum matrimonium inierit: quod puri
legatum cenſetur & tranſmittitur ad hæredem. *l. 26. §. 1. ff. qu*
do dies leg. l. pen. C. eod. Coren. conſ. 28. Sand. lib. 4. tit. 4. def
circa fin.] Differentiæ ratio eſt: quia teſtator tantum ad per
nam legatarii reſpicit, non ad hæredem ejus, qui incertus eſt: co
trahentes vero non ſolum pro ſe, ſed etiam pro hæredibus ſ
contrahere ſolent. *ff. de probat. l. ſi pactum. 9.* quod autem fieri
let id tacite fieri cenſetur, etiamſi expreſſum non fuerit. Pon-
tur ergo duæ regulæ. Una eſt: ſpes obligationis ex contra
conditionali tranſmittitur ad hæredem. Altera eſt, ſpes le
conditionalis non tranſmittitur ad hæredem legatarii. Secu
differentia eſt: quia conditio in non faciendo conſiſtens, velut
in Capitolium non aſcenderit, contractui adjecta, non poteſt
mortem impleri. unde hæc ſtipulatio, Si in Capitolium non aſce-
ro, decem dabis? perinde valet, ac ſi ſtipulatus eſſet, ſibi dari
moreretur, ut hoc loco Juſtin. docet. [Si quis veſtem emit
& ſolvere promiſit quando Romæ emtor fuit contractus p
eſt, ſed ſuſpenditur ejus ſolutio arbitrio emtoris ſive promi
& eo mortuo antequam Romæ fuit hæredes conveniri poſ
Tuld. inf. tit. 20. c. 2. Sand. lib. 3. tit. 9. def. 2.] quod ſi ejuſ
conditio ultimæ voluntati adſcribatur, cautioni Mutianæ
eſt, unde cui legatum eſt ſub conditione *Si in Capitoliu*
aſcenderit, is cavendo (id eſt, ſatiſdando ſe non aſcenſurun
gatum quaſi impleta conditione accipiet. *ff. de condit. & de*
l. mutianæ. 7. l. cum ſub hac. 67. l. heres. 69. §. qui poſt. & No

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

104 [Sane in arbitrium promiſſoris collata ſi ſit conditio obligationis, inutilis eſt ſtipulatio. *l. 17. de V.O.* in ſtipulatoris arbitrium conferri juris ratio non impedit. *Cujac.d.l.17.* Sed conditio arbitraria poteſt & per alium noſtro nomine impleri. *l.ult. C. de c d. inſtit.* & ſic quoque per hæredem. *Tuld. hic. c. 8. Diſſ. Gai..obſ.1.* quæ ſententia vera eſt ſi conditio factum contineat perſonę cohęrens: hoc enim ad hæredes non tranſit. *v. Tuld.d.c.8*]

Loca inſerta.

105 [a] Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolvent, veluti, *Carthagini dare ſpondes?* [b] Quæ ſtipulatio licet pure fieri videatur, tamen re ipſa habet tempus adjectum, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo ſi quis Romæ ita ſtipuletur, *hodie Carthagini dare ſpondes?* inutilis erit ſtipulatio cum impoſſibilis ſit repromiſſio.

a Quid ſi loca ſint inſerta?
b Quis eſt effectus ſtipulationis, cui locus eſt additus?

Et hæc Imp. in §. 5 *h.n.* conſiderat ſtipulationem, quæ verbis inſpectis pura videtur: ſed quia locum adjectum habet, in quo ſolutio confertur, veluti, *Carthagini dare ſpondes?* idcirco diem adjectam habet, intra quem contrahentes poſſint ire Carthaginem; quod tempus ſi dubitetur quantum accipi debeat, arbitrio judicis definietur. *ff. hoc tit. l. continuus. 137. §. cum ita 2.* Unde hæc ſtipulatio Romæ facta, *hodie Carthagini dabis?* tanquam impoſſibilis, non valet. niſi antea contrahentes diſpenſatoribus ſuis ſignificaverint diem in quem futura erat ſtipulatio, ut res ſua die implereretur. *ff. hoc tit. l. ult. §. ſi inter eos. 4.*

Conditio in præſens vel præteritum relata.

106. [a] Conditiones, quæ ad præſens vel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obligationem, aut omnino non differunt. veluti, *Si Titius conſul fuit*: vel *ſi Mævius vivit, dare ſpondes?* Nam ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio. ſin autem ita ſe habent, ſtatim valet. Quæ enim per rerum naturam ſunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint.

a Quis eſt effectus conditionis in preſens vel præteritum tempus relata?

Et in §. *pen. h.n.* conſiderat ſtipulationem, quæ verbis inſpectis videtur conditionalis, cum revera ſit pura, quia conditio relata in præſens vel præteritum tempus, proinde obligationem non ſuſpendit, nec eſt vera conditio. *ff. de reb. cred. l. cum ad præſ. 37. & ſeq.*

Res in ſtipulationem deductæ.

107. [b] Non ſolum res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta, [b] ut ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel non fieri. Et in hujuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubjicere, ne quantitas ſtipulatronis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare, quod ejus interſit. Itaque ſi quis, ut

a Tantumne res an & facta in ſtipulationem poſſunt deduci?
b Quomodo facta in ſtipulat. deducuntur?
c Quid fieri conducit in facti ſtipulatione?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ut fiat aliquid, ſtipuletur, ita adjici pœna debet, *Si ita factu*
non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? Sed
quædam fieri, quædam non fieri, una eademque conceptio
ſtipuletur quis, clauſula hujuſmodi erit adjicienda; *Si adve*
ſus ea factum erit, ſive quid ita factum non fuerit, tunc pœn
nomine decem aureos dare ſpondes?

Secunda ſtipulationis diviſio in §.*ult.h.n.* ſumitur a materi
quia vel ſtipulamur aliquid dari, puta decem: vel aliquid fieri,
inſulam: vel aliquid non fieri, veluti ne promiſſor altius tollat a
des ſuas.

Notandum eſt, cum ſtipulamur rem dari, ipſam rem debe
cum autem ſtipulamur aliquid fieri, vel non fieri: tunc, niſi ſ
pulationi ſatisfiat, promiſſorem in id condemnari quod ſtipul
tis intereſt. *ff.de ſtip.prætor. l.ult.* [*l.14.68.81.84.212.§.ul*
V.O.l.12. §. 1. de re judic.] unde quia difficilis eſt probatio s
quod intereſt, Juſt. hoc loco ſuadet, ut hujuſmodi ſtipulationis
ſubjiciatur ſtipulatio pœnalis: quia cum certa pœna prom
eſt, ea debetur, nec opus eſt probare id quod intereſt. *inf. de i*
ſtip §.alteri. [Valet autem pœna adjecta obligationi faciend
ſpeciei, ſive etiam quantitati comprehenſæ tranſactione. *l. 3*
de tranſact. vel judicio. *d. l. ult. de præt. ſtip.* idem cum pœn
mihi ſtipulor. Si Titio non ſolveris 100.*l.98.§.5.de ſolut*
ſtal.in l.28.de act. emt. in mutuo autam pœnæ ſtipulatio in
dem uſurarum præſumitur facta. *l. 14. C. de uſur.* idem in is
conventionibus ſi ſtipulator ſit ſolitus fœnerari. *Tuld.hic.c.*
Zyp.Not.l.8.de uſur.l.13.§.26.de Act.emt. & ibi Coſtal.
pœnæ ſtipulatio non excludit præſtationem ejus quod inte
illa enim non ex taxatione ejus quod intereſt ſed ex conven
debetur & modum cœpit. §. 19. *inf. de inut. ſtip.* Et ſic po
conſecutus recte petit quod plus intereſt.*l.28.l.47.de act. e*
41. & ibi Coſtal.l.71.pro ſoc.Sand.lib.3.tit.8. def. 4. pœn
nim ſtipulatio non innovat contractum. *d. l. 41. & l. 42.*
Coſtal. & Buſ. Decker.1.Diſſ.1.nu.48. 49. adde not. inf. d
ſtip.§.ult. Notandum quoque quod tam res principalis recte
tur quam pœna, quoties hæc adjicitur ad coercendum co
tum *l.35.ff.de arbitr.* vel ſi inſerta ſit clauſula; Rato maner
cto.*l.16.ff. & l.17.C.de tranſact.* eademque vis eſt jurisju
v.Tuld.hic d.c.4.Coſtal.d.l.41. Sed & pœna ſtipulata præ
licet ſtipulatoris non interſit.*l.38.ff.de rec.arbit.l.4.de V*
tereſſe enim præſumitur. Ideoque ſi evidens ſit, vel a prom
probetur revera ejus nihil intereſſe, vix hodie unquam deb
pœnam condemnari ſolet. *v.Zoeſ.hic & ibi Deſſel.per l.1*
2.de V.O. An vero pœna ultra duplum in ejus quod in ſtip

ne deductum eſt poſſit extendi *v. Fachin. 1. con. 50. Hunn. 2. re. r. 4. qu. 1. adde Fab. C. lib 8. tit 26. def. 9. 14.* Denique quod pr niſſor facti præciſe ad ipſum factum præſtandum teneatur ſi po t, nec præſtando quod intereſt liberetur, moribus receptior op io eſt & convenit Evangelio. *Math. 5. verſ. 37. uti not. Cypr. t. hic.* quamvis jure apud Hiſpanos recepto contrariam proba iorem cenſeat. *Gomeſ. 2. reſol.* 10. *uu.* 20. *& Parlador. 1. rer. qu* 0. 6. §. 2.]

AXIOMATA.

1. *ipulatio quacumque lingua fieri poteſt.* §. 1.

2. *od pure debetur, ſtatim peti poteſt.* §. 2. *dummodo tantum temporis præterierit, quanto traditio fieri poſſit.* infra de inutil. ſtipul. §. ult.

3. *uod in diem debetur, ſtatim debetur; ſed peti prius non poteſt, quam dies venerit, & præterierit.* d §. 2. *conj.* l. cedere. 213. in princ. ff. de verb. oblig.

4. *d tempus deberi non poteſt.* d. §. 2. *conjun.* l. obligat. 43. §. 2. ff. de verb. oblig.

5. *nditio, quæ in non faciendo conſiſtit, tempore mortis impletur* §. 4. v. ſi quis ita. *Hoc obtinet in contractibus: nam in ultimis voluntatibus per cautionem Mutianam de non faciendo impleri videtur.* ff. de condit. & demonſtr. l. 7. cum ſub hac. l. 67. l. hæres. 79. §. qui poſt. & §. ſeq. l. hoc genus. 106. & Novell. 22. cap. 43.

6. *uod eſt in conditione, non eſt in obligatione, ſed tantum in ſpe.* d. §. 4. verſ. ex conditionali. *conjun.* l. cedere diem, 213. in princ. ff. de verb. ſign.

7. *es contractus conditionalis ad hæredem tranſit.* d. verſic. ex conditionali. *conj.* §. pen. infra de inutil. ſtipul *Spes autem legati conditionalis ad hæredem non tranſit: quia ſi legatarius pendente legati conditione moriatur, legatum extinguitur.* ff. quan. dies leg. ced. l. 4.

8. *omiſſio ad certum locum relata, tempus, quo poſſit in eum locum perveniri, tacite continet.* §. 4.

9. *poſſibilis promiſſio non valet.* d. §. 5. *conjun.* l. 1. ſi id quod. ff. de oblig. & act. & l. ſi ſtipulator. 35. ff. hoc tit. & l. verum. 31. ff. de reg. jur.

10. *Quæ per rerum naturam ſunt certa non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint.* §. 6.

11. *Ex ſtipulatione facti, niſi fiat quod promiſſum eſt, debetur quod intereſt ſtiplanti.* §. ult. *conjun.* l. cum fundum 113. & l. ſeq. ff. eod. & l. ſi. quis ab alio. 13. ff. de re jud.

DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

TITULUS. XVI.

HIC titulus pertinet ad cauſam efficientem ſtipulationis. Sun autem ad rubricam hæc notanda. I. Rei dicuntur a re, ut Cicer. interpretatur. 3. *de Orat.* adeo ut non tantum debi tor, ſed etiam creditor appelletur reus, quia de ejus re agitur. II. Dicun tur duo rei: ſive ſint duo, ſive tres, ſive quatuor, ſive plures: quem admodum appellatione ſecundarum nuptiarum continent etiam tertiæ, quartæ, & ulteriores: & cum dicimus ſubſtituti nem eſſe inſtitutionem ſecundam, vel ſecundo gradu factam, h verbo complectimur etiam tertium, & quartum, & omnes ul riores gradus. III. Duo rei credendi, vel debendi fiunt non ſolt per ſtipulationem, ſed etiam per alium queinvis contractum. *h.t.l.eandem.9.* [uti & in ultima voluntate, dummodo appar hoc actum. *v. l. 2. 5. l. 9. ff. h. tit. l. 8. §. 1. de leg. 1. l. 44. de leg Tuld. hic. c. 3.*] ſed hic agitur de duobus reis per ſtipularionem ctis. IV. Ut dicantur duo rei, quatuor requiruntur. Primum ut ſit una & eadem res. *ff. eod. l. cum duo. 2. d. l. eandem. 9. in in & l. ſi id quod. 15.* Secundum eſt, ut ſit unus contractus. *d. l.* Tertium eſt, ut quilibet reus debeat ſolidum, vel cuilibet deb tur ſolidum. nam ſi pro partibus ſint creditores, vel debitore jusdem rei, non ſunt correi. *infra hoc tit. §. 1. & ff. eod. l. reos.* 1. Quartum eſt, ut in omnibus reis ſit obligatio principalis. n reus & fidejuſſor non dicuntur correi, ſeu duo rei debendi. q fidejuſſor non eſt debitor principalis, ſed accedit obligationi p cipali.

Rei ſtipulandi & promittendi.

Poſſuntne plures Rei ſtipulandi & promittendi fieri? b Quomodo ſtipulandi rei fiunt?

ET ſtipulandi & promittendi duo plure rei fieri poſſunt. b Stipulandi ita, ſi omnium interrogationem promiſſor ſpondeat, *Spondeo*: ut puta cum duobu paratim ſtipulantibus, ita promiſſor ſpondeat, *Utrique veſtrum dare ſpondeo.* Nam ſi prius ſpoponderit, deinde alio interrogante ſpondeat, alia a alia erit obligatio, nec creduntur duo rei ſtipulandi Duopluresve rei promittendi ita fiunt: *Mævio, decem a dare ſpondes? & , Sejo, eoſdem decem aureos dare ſpondes* reſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

re ondeant, ſinguli ſeparatim ſpondeo.

e duobus reis Imp. hæc docet. Primo *in pr.tit. h.n.* declarat qu modo duo rei conſtituantur ſive ſtipulandi, ſive promittendi.

Effectus reorum ſtipulandi aut promittendi.

§ [a] Ex hujuſmodi obligationibus & ſtipulationibus odum ſingulis debetur, & promittentes ſinguli in ſoli- n tenentur. In utraq; tamen obligatione una res ver- tit, & vel alter debitum accipiendo, vel alter ſolvendo, mium perimit obligationem & omnes liberat.

a Quis eſt effectus reorum ſtipulandi & promittendi?

ecundo *in* §. 1.*h. n.* explicat harum ſtipulationum effectum: eadem res ab utroque correo promittendi debetur in ſoli- i: uno autem ſolvente, uterque liberatur; propter regulam a juris; Bona fides non patitur idem ſæpius exigi.*ff.de diver. jur.l.bona fides*.57.& ſimiliter utrique correo ſtipulandi ſoli- a debetur: ſed ſi unus exegerit, tota obligatio diſſolvitur, nec erit alius quicquam petere. [nec promiſſor alteri ſolvere.*l.*16. *ff.tit.* Et qui ſolidum accepit non tenetur alteri communicare, ne correus debendi qui ſolidum ſolvit poteſt ab altero repetere *Pe z.& Zoeſ.hic nu.*7.8.niſi ſint Socii.*l.*3.*ff.h.tit.l.*1.*C.eod.*vel ea ſit actio ſolventi.*v.Chriſtin.dec.*114.*vol.*3.*Diſſent.Theſſaur.* 191. *& Fach.C.hic def.*2.qui indiſtincte actionem in correos endi concedunt, aut in ſolidum ſi nihil ex pecunia, quæ obli- oni cauſam dedit, ad eum pervenit, aut pro parte qua perve- *v.Tuld.hic.c.*4. quod æquum eſt. Novatio autem & Accepti- o unius reorum ſtipulandi nocet correo. *l.*2.*ff.h.tit.l.*31.§.1. *novat.* & Acceptilatio obtenta ab uno reorum debendi pro- ceteris etiam ex delatione juramenti.*l.*28.§ 3.*de jurejur.* ſe- eſt ubi ſinguli debent partes.*l.*2.§.3.*d V.O.Tuld.hic c.*4. Sed tum de non petendo, ſive unus reorum credendi id emiſit nocet correis: ſive unus reorum credendi ab omnibus id ob- it non prodeſt correis. *l.* 27. *de pact.* niſi ſint Socii *l.*9.§.1.*h. l.*24.25.*de pact.Tuld.hic.c.*4.aut nominatim alter alteri quo- paciſcatur.*l.*21.§.*ult. &* 4.*ll.ſeqq.de pact.*]

Notandum eſt, quamvis correi debendi ſinguli teneantur & veniri poſſint in ſolidum tamen eos hodie ex *Novel.*99.*cap.*1. ere, beneficium diviſionis, adeo ut ope exceptionis ſe tuean- pro parte, & cogant creditorem actionem ſuam dividere, & tra ſingulos agere pro partibus, dummodo alii quoque correi ſolvendo. [*Perez.hic & Tuld.c.*5. *Coſtal. ad l.*17.*ad SC.Vell. roenw.in Auth.Hoc ita C.eod.* Hodieque duo rei promittendi

non

non fiunt niſi ſpecialiter actum ſit ut uterque in ſolidum teneatu d. *Auth. hic ita.*]

Diſparitas in modo obligandi.

a Poſſuntne diſpari modo obligari rei promittendi?

2. § [a] Ex duobus reis promittendi, alius pure, alius i diem, vel ſub conditione obligari poteſt, nec impedi mento erit dies, aut conditio, quo minus ab eo, qui pur obligatus eſt, petatur.

Tertio *in* §. 1. *h. n.* tractat de accidentibus ſtipulationi, ſeu de diviſione ſtipulationis ab accidentibus ſumpta: ac docet fieri poſſe ut correi diverſis modis obligantur, ut alius pure, alius in diem vel ſub conditione; ex quo fit, ut interdum alius poſſit convenir ut qui pure promiſit, cum alius nondum conveniri poſſit, ut qu dies nondum venit, vel conditio nondum extitit. [poteſt tam tempus ad paritatem reduci per diei aut conditionis eventun Idemque de loci diverſitate judicandum. *l.* 9. § *fin ff. eod.* alia imparitas non poſſit reduci ad paritatem verius eſt non eſſe di reos. *v. Zoeſ. hic nu.* 4. 5. *& Perez.*]

A X I O M A T A.

2. *Si prius huic, poſt alteri ſpondeat, non ſunt ſtipulandi corr* pr. h. n.
2. *In obligatione duorum reorum una res continetur, & ſemel ta tum ſolvitur.* §. 1.
3. *Dies, vel conditio pro una perſona adjecta, non obſtat, quo n nus interim contra correum agatur.* §. ult.

DE STIPULATION SERVORUM.

TITVLVS XVII

HIC quoque titulus ad cauſam efficientem ſtipulationis ſ ctat. Nam ſtipulatio ſervi dicitur, non qua ſtipulamur vum nobis dari, ſed qua ſervus ſtipulatur. Poteſt etiam ſervus p mittere: ſed de ejus promiſſione in hoc titulo non tractatur. vero in hoc tit. diſſolvuntur duæ quæſtiones. I. Quæritur, an vus poſſit ſtipulari. Dubitandi cauſa eſt: quia ſtipulatio eſt c tractus juris civilis. *infra de act.* §. *de conſtituta.* ſervus autem eſt capax eorum quæ ſunt juris civilis; quia non eſt civis Ro

n

mmo jure civili pro mortuo habetur. *ff de div. reg. jur. l.* *attinet. 32. & l. ſervitutem. 209.* [Sed hic titulus hodie non uſu, uti neque alii de ſervorum jure.]

Servus ſtipulatur recte.

SErvus ex perſona domini jus ſtipulandi habet. Sed & hæreditas in pleriſque perſonæ defuncti vicem ſuſtinet, ideoque quod ſervus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipulatur, adquirit hæreditati, ac per hoc etiam hæredi ea facto adquiritur. Poteſtne ſervus ſtipulari? b Quid ſi ſit hæreditarius?

eſpondet Imp. *in princ. h. n.* ſervum habere jus ſtipulandi ex ſua ſed ex domini perſona; quemadmodum ex domini na habet, ut ex teſtamento capere poſſit. *ſupra de her. qual. §. neis. & ff. de her. inſt. l. non minus.* 31. Hæc deciſio producid ſervum hæreditarium, quamvis enim hic ſervus re vera ſit us. *ff. de diviſ. rer. & qual. l. 1. in princ.* tamen fictione juris tur dominum habere, quatenus hæreditas jacens perſonam ini defuncti repreſentat. *ſupra de hered. inſt. §. ſervus etiam.* igitur imperſonaliter, ſive hæreditati, ſive futuro hæredi ſtitur ſtipulatio valet. *ff. hoc tit. l. ſi ex re. 28. §. ult. l. ſervus hæarius & hæredi.* 34. Secus eſt, ſi nomine futuri hæredis exo ſtipuletur veluti, *Titio decem dabis.* hæc enim ſtipulatio im collata, qui nondum eſt dominus, omnino eſt inutilis, nvis poſtea hæreditatem adeundo dominus fiat. *ff. eod. l. ſer. hæreditarius futuro.* 16. II. Quæritur, cui ſervus ſtipulando irat. Imp. diſtinguit inter ſervum hæreditarium, & ſervum ium. De ſervo hæreditario docet, eum acquirere hæredita per eam futuro hæredi cum hæreditatem adierit.

Stipulatio ſervi facta imperſonaliter.

. § a Sive autem domino, ſive ſibi, ſive conſervo ſuo, imperſonaliter ſervus ſtipulatur, domino adquirit. m juris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex bus cauſis adquirere poſſunt. a Quibus poteſt ſervus valide ſtipulari, & quibus acquirit?

De ſervo unius dat regulam *in §. 1. h. n.* Servus domini acqui Hæc regula ibidem producitur duobus modis. Prima pro tio eſt: quia ſive ſervus ſtipuletur dari domino ſuo, ſive ſibi, conſervo ſuo, ſive ſimpliciter, non expreſſa perſona cui dari eat, veluti, *Decem dabis?* ſemper acquirit domino. Altera ductio eſt quia idem obtinet in ſtipulatione filiifamilias ti

per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pertineat ad rem patris, vel ad peculium profectitium, vel ad u ſumfructum peculii adventitii. nam ex his cauſis per filium pat acquiritur. ut didicimus ex §. 1. *ſupra per quas perſ. nobis ac* [cum autem ſunt emancipati ſibi acquirunt.]:

Stipulatio facti.

a Quid ſi ſervus factum ſtipuletur?

2. § a Sed cum factum in ſtipulatione continebitur omnimodo perſona ſtipulantis continetur, veluti ſi ſervu ſtipuletur, ut ſibi ire agere liceat. ipſe enim tantum pro hiberi non debet, non etiam dominus ejus.

Ejuſdem regulæ exceptionem ſubjicit Imp. in §.2.*h.n.*ubi e cipit ſtipulationem facti:quia facta ſunt perſonalia,nec perſona egrediuntur. *ff. de cond. & demonſtr. l. qui hæredi.* 45. *in pri* verbi gratia, ſi ſervus ſtipuletur ut ſibi ire liceat per fundum cini, dominus non poterit per eum fundum ire, ſed poterit vum ſuum mittere. [neque enim ſervus ibit pro ſuo arbitrio, domini. *Vinn. hic.* Aliud eſt ſi viam, iter vel actum ad fundi Domini ſibi ſtipuletur, eo enim non ſimplex factum, ſed jus vitutis continetur. *l.*17.*h.tit.* Non recte autem ſervus ſtipula uſumfructum, quia ſine perſona qua fruatur, eſſe nequit. qu vis ſervo recte legetur, cum legati dies ſtatim non cedat, & ſti latio pura non poſſit ſuſpendi. *l.* 26.*h.tit.* quæ hodie monac ſtipulātibus accommodantur ab.*Ever.h.hloc.a ſervo ad Mona. nu.*3.]

Communis ſervi ſtipulatio.

a Cui acquirit ſervus communis ſtipulando?

3. § c Servus communis ſtipulando, unicuique do norum pro portione dominii adquirit : niſi juſſu un eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt. t enim ſoli ei adquiritur. Quod ſervus communis ſtip tur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt, ſolidum a adquiritur, veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, u domini ſit.

Tantum de ſervo communi Juſtin.*in* §.*ult.h.n.*dat regulam & tres exceptiones. Regula eſt: Servus ſtipulando, ſingulis dom ſuis acquirit pro dominii portione: ita ut plus acquiratur ei majorem partem in ſervo habet. Finge ſervum eſſe tuum ex ſe, meum ex triente, ſi hic ſervus ſtipuletur 30. tibi debebu 20. mihi 10. quia cum portio tua, quam in ſervo habes, ſi plo major quam mea, ex ſtipulatione ejuſdem ſervi duplum acquiri debet. Prima exceptio eſt, niſi juſſu unius dominii ſti letur: tunc enim ei ſoli acquirit, qui juſſit. Altera exceptio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

niſi nominatim uni domino ſtipuletur, veluti ſi ſervus Titii & M…ii ita ſtipuletur, *Titio dabis?* ſoli Titio acquirit. [Si tamen ſti…letur Titio & Mævio dabis, viriles quoque partes debentur, etſi …lterius portio major ſit, quia propria nomina pro demonſtratio… habentur. *l.37.ff.eod.*] Tertia exceptio eſt, niſi alteri domino ac…iri non poſſit. tunc enim neceſſe eſt ſolidum alteri acquiri. veluti … ſervus Titii & Mævii ſtipuletur rē Męvii, neceſſe eſt acqui… o…igationem ſoli Titio: quia res Męvii amplius ipſi acquiri non po…t. *ff. hoc tit. l. item ſi ſervus. 9. in princ.* Adde quartam exceptio…em, niſi ſervus ſtipuletur ex peculio ad unum dominum per…n…ite. *ff. eod. l 1. §. ſervus. 2.* vel ex alia cauſa quæ ad unum domi…um pertineat, velut ſi uno domino uxorem ducturo, dotem …i…letur. *ff. eod. d. l. 1. §. ſi ſervus. & l. item ſi alter. 8.* Quod ſi ſti…u…ur ex re unius domini, obligatio quidem utrique domino ac…iritur: ſed is, ad quem res non pertinet, partem ſuam ſocio …tuere compellitur. *ff. eod. l. ſi ex re. 28. §. 1.* Quæſitum eſt, … vus juſſu unius domini ſtipuletur alteri, (veluti ſi juſſu Titii …ipuletur (*Mævio dabis?*) utri eorum acquirat. Juſtin. quamvis ubobſcure hanc quæſtionem diſſolvit. *in l. ult. C. per quas …nobis acquirit.* diſtinguens (ut recte Azo interpretatur) inter …uſſum ſimplicem, & juſſum ut ſibi ſtipuletur. nam ſi Titius …liciter juſſerit ſervum ſtipulari, ſervus Mævio ſtipulando, M…vio acquirit, at ſi Titius juſſerit ſibi ſtipulari, deinde ſervus M…vio ſtipuletur, nihilominus Titio acquirit.

AXIOMATA.

1. …ervus ex perſona domini jus ſtipulandi habet. in pr.
2. …æreditas perſonam defuncti repræſentat. ibid. conjun. §. ſervus etiam ſupra de hæred. inſt.
3. …rvus hæreditarius acquirit hæreditati, & per eam futuro hæredi. ibid.
4. …acta ſunt perſonalia, nec egrediuntur perſonam. §. 2.
5. …ervus plurium ſingulis pro dominii portione acquirit. §. ult conj. §. ſervus autem plurium. ſupr. de hæred. inſt.
6. …uod uni ex dominis acquiri non poteſt. aliis per ſervum acquiritur. d. §. ult. conj. l. ſi communis. 17. ff. eod.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

TITULUS XVIII.

ITiam hic titulus reſpicit ad cauſam efficientem ſtipulationis, ut duo tituli, qui proxime præceſſerunt. nam quadripertita ſtipu-

ſtipulationum diviſio, ſi quæ in hoc tit proponitur, a cauſis eff
cientibus ſumitur.

Diviſio ſtipulationum.

a Quomodo dividuntur ſtipulationes?

STipulationum aliæ ſunt judiciales, ali
Prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ co
munes, tam Prætoriæ, quam judiciales.
Primo Imperator ſtipulationes dividit in qua
tuor genera, videlicet judiciales, prætorias, &c.

Judiciales.

a Quæ ſunt judiciales?

1. § a Judiciales ſunt duntaxat, quæ a mero judicis o
cio proficiſcuntur, veluti de dolo cautio, vel de pe
quendo ſervo, qui in fuga eſt, reſtituendove pretio.

Secundo *in* §. 1. *h. n.* judiciales ſtipulationes declarat defini-
ne, & exemplis. Judiciales ſtipulationes definiuntur, quæ a m
judicis officio proficiſcuntur, id eſt, quæ non interponuntur, i
juſſu judicis. Nota, hoc verbum *ſtipulationes judiciales*, eſſe ho-
nymum nã hic dicuntur judiciales, quæ fiunt juſſu judicis: ſed
1. *ff. de ſtip. præt.* judiciales vocantur, quæ judicii confirmandi
tia fiunt, ut judicatum ſolvi, & cautio de rato. Primum exempl
eſt cautio de dolo, ab eo præſtanda, qui rem reſtituit, puta c-
ventus rei vindicatione. *ff. de rei vindic. l. præterea* 45. 20. *l. ſi ho*
vel actione quod metus cauſa, *ff. quod met. cauſ. l. metum au*
præſentem. 9. §. *Julianus.* 5. & §. *ex hoc.* vel pignoratitia. *tit.*
pign. act. l. creditorum pignus. 25. Alterum exẽplum eſt cauti
perſequendo ſervo, & ipſo, aut ejus pretio reſtituendo. Hanc
tionem præſtat, is qui per vim alterum coegit ut ſibi ſervum d
ſi ſine culpa ejus ſervus fugerit. vide *l. item ſi cum exceptione*
§. *quid ſi homo.* *Quod met. cauſ.* nec non hæres, ſi ſervus alien
gatus non appareat. *ff. de leg.* 1. *l. cum res.* 47. §. *itaque.* 2.

Prætoriæ.

a Quæ Prætoriæ?

2. § a Prætoriæ ſunt, quæ a mero prætoris officio
ficiſcuntur; veluti damni infecti, vel legatorum. Pr
rias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, ut in
etiam contineantur Ædilitiæ: nam & hæ a juriſdict
Prætoris veniunt.

Tertio in §. 2. ſimiliter prætorias ſtipulationes explicat d
tione, & exemplis. Definitio eſt, *quæ a mero prætoris offici*
ficiſcu

ſci ...ntur. id eſt, quæ tantum juſſu prætoris fiunt, nec juſſu judic..., nec libera voluntate. Nota ſtipulationes prætorias aliter hic acc...,quam *in d.l.* 1.*ff.de ſtipul.prætor.*nam ibi ſtipulatio prætoria ...ponitur civili,& ideo dicitur prætoria, quia edicto prætoris ...roducta: hic autem prætoria dicitur, quæ fit juſſu prætoris. ...cu... officium conſiſtit non tam in judiciali cauſarum diſceptatione, ...iam in his quæ extra ordinem fiunt,ut in tutelis & judicibus ...s.*l.* 1:*de juriſdict.*quæ magis conſtant imperio quam jurisdi...e *l.*4.*d.tit.*& ibi Govean.quia Prætor eſt major judice.]Primu... exemplum eſt ſtipulatio damni infecti, de qua agitur *in* ..., *de dam.infect.*ſi quis enim poſſideat ædes ruinoſas, & quibus ...alum immineat vicino,is cogitur vicino cavere de damno in...ct, id eſt, promittere,ſi ruina ædium vicino damnum dederit, ...d...nnum illud reſarciturum.Secundum exemplum eſt ſtipula...gatorum, de qua tractatur *in tit. ff. ut legator. ſeu fideic. ſer...cau.cave.*cum enim legatum in diem,vel ſub conditione re...a eſt: quia nec ſtatim ſolvi debet, nec res caret periculo, ut...um hæres ante diem, vel conditionem exiſtentem poſſit de... eſſe ſolvendo,idcirco prętor jubet hæredem legatario cavere ...gatum ſoluturum cum dies venerit, aut conditio extiterit. ...um exemplum eſt ſtipulatio ædilitia, quæ fit juſſu ædilium, ...itio de dupla quam præſtat venditor ſervi, aut jumenti, aut ...us rei pretioſæ,id eſt,promittit emptori ſe pretium reſtitu...i in duplum, ſi res ei evincatur Hanc ſtipulationem inquit ...plici poſſe prætoriam.Cujus dicti ratio eſt: vel quia olim præ...ppellatione quivis magiſtratus ſignificabatur, ut oſtendit ...us *lib.* 2. *ſubſicivar. lection. cap.* 19. vel quia tam ædiles, ... prætores ſunt magiſtratus quorum edicta appellantur jus ...rium, appellatione ſumpta a majori patre, quia plurima ...dicta prætorum, pauciſſima, ut de rebus venalibus, ædi...curilium.

Conventionales..

3 §. a Conventionales ſunt, quæ ex conventione u...e partis concipiuntur, hoc eſt, neque juſſu judicis, ...: juſſu Prætoris, ſed ex conventione contrahen..., quarum totidem genera ſunt, quot (pene dixerim) ...contrahendarum.. a Quæ conventionales?

...arto in §.3.*hoc noſtro.* declarat ſtipulationes conventiona... que eas definit, *quæ ex conventione utriuſque partis fiunt,* ... libero conſenſu contrahentium, cum neque prætor, ne...dex has ſtipulationes interponi jubeat. Addit Imp. tot fere ...rum ſtipulationum genera, quot ſunt rerum contrahen...: quia res omnes, de quibus contrahere licet in ſtipulationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tionem cedunt, & omnes contractas ſtipulatione confirmari p
ſunt, ut notavi *ſupra de verb. oblig. in princ.*

Communes.

Quæ ſunt communes?

4. §. Communes ſunt, veluti rem ſalvam fore pupi
(nam & Prætor jubet rem ſalvam fore pupillo, cavere,
interdum judex, ſi aliter hæc res expediri non poteſt)
de rato ſtipulatio.

Quinto *in §. ult.* communium ſtipulationum affert definit-
nem & exempla. Definitio ex contextu hæc colligitur; Comm-
nis ſtipulatio eſt, quæ modo interponitur juſſu prætoris, mo
juſſu judicis. Primum exemplum eſt cautio rem pupilli ſalv.
fore, de qua dictum fuit. *ſup. de ſatisd. tutor.* & eſt tit. in ff.
pup. ſalv. for. nam prætor jubet tutorem, priuſquam ad ad-
ſtrationem rerum pupillarium accedat, hanc cautionem præ-
re, & ſi forte tutor hac cautione non præſtita, debitorem pi-
li conveniat, judex eum non audiet, antequam caveat. Secun
exemplum eſt cautio de rato, de qua eſt tit. in ff. *ratam rem*
ri. & dicetur *infra de ſatisdationibus.* nam edicto prætoris
tur, qui alieno nomine agit niſi de mandato conſtet, caverem
ratam dominum habiturum. ſi quis autem hujus edicti non
ta ratione aliquem judicio conveniat, ſi de mandato dubit
judex jubet eum de rato cavere. [Nota hic Quod Pater aut
pro minore tranſigens & de rato cavens, non teneatur ſi m
petat in integrum reſtitui: eo enim non improbat quod
eſt. *Sand. l. 3. tit. 9. def. 3. per l. 3. rem. rat. hab.* Si tamen e
ſummam certam nomine intereſſe ſtipulatus fuerit, ad e
netur Pater vel tutor. *d. l. 3. v. Tuld. hic & tit. ſeq. c. 4. in fi*
not. ſup. tit. 16. in fin.

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

TITULUS XIX.

HUjus tit. duæ ſunt quæſtiones: prior, an ſtipulatio vale
ſterior, quatenus valeat, id eſt, quando ex ea poſſit ag

Res quæ in ſtipulationem deducuntur.

Quæ res poſſumus ſtipulari?

OMnis res, quæ dominio noſtro ſubj
in ſtipulationem deduci poteſt, ſive il
bilis ſit, ſive ſoli.

Quod ad priorem quæſtionem attin
mo conſideratur res, quæ in ſtipulation

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

...tur. qua de re dantur ſeptem regulæ. I. Regula eſt. Omnes res quæ ſunt in commercio, tam mobiles, quam immobiles, in ſtipulationem cadunt: *in princ. tit.* Adde nos ſtipulari poſſe etiam res incorporales, ut ſervitutes. *ſup. de ſervit. §. ult. & de uſufr. §.* 1. ... non quantitatem veluti pecuniam numeratam *ſup. de verb. obl. ... ult. cum ſim.* item facta. *ſup. eo. in princ. & d. §. ult.*

Res quæ non eſt in rerum natura.

§ [a] At ſi quis res, quæ in rerum natura non eſt, aut ... non poteſt, dari ſtipulatus fuerit, veluti Stichum, qui mortuus ſit, quem vivere credebat, aut Hippocentaurum qui eſſe non poſſit: inutilis erit ſtipulatio.

[a] Quid ſi res vel non ſit nec fuerit, vel fuerit ſed non ſit in rerum natura?

Secunda regula eſt *in §. 1. h. n.* Quod in rerum natura non eſt, vel ... eſſe non poteſt, in ſtipulationem non venit. Dicitur non eſſe, quod aliquando fuit, ut Stichus, qui mortuus eſt. dicitur autem eſſe non poſſe, quod nec eſt, nec fuit, nec erit, ut Chimæra. Si ... as, quid dicendum ſit de his rebus quæ nondum ſunt, ſed ... a ſperantur, veluti de fructibus ex fundo percipiendis: re... debo ſtipulationem harum rerum non eſſe inutilem. *ff. de verb. oblig. l. interdum. 73.*

Res extra commercium.

§ [a] Idem juris eſt, ſi rem ſacram, aut religioſam, ... humani juris eſſe credebat, vel (rem) publicam, ... uſibus populi perputuo expoſita ſit, ut forum, vel ... rum, vel liberum hominem, quem ſervum eſſe cre... , vel cujus (rei) commercium non habuerit, vel ... ſuam dari quis ſtipuletur. [b] Nec in pendenti erit ſti... io ob id, quod publica res in privatum deduci, & ex ... ſervus fieri poteſt, & commercium adipiſci ſtipu... poteſt, & res ſuas ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt, ... rotinus inutilis eſt. [c] Item contra, licet initio utiliter ... ſtipulatum deducta ſit, ſi tamen poſtea in aliquam ... n cauſam, de quibus ſupra dictum eſt, ſine facto ... iſſoris devenerit, extinguitur ſtipulatio. [d] At nec ... n ab initio talis ſtipulatio valebit, *Lucium Titium, cum ... erit, dare ſpondes?* & ſimilia. quæ enim natura ſui do... o noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nul... odo poſſunt.

[a] Quid ſi quis ſtipuletur rem, quæ non eſt in commercio vel ſtipulatoris eſt propria?

[b] Quid ſi poſtea ſubjiciatur commercio, vel deſierit eſſe ſtipulatoris?

[c] Quid ſi res utiliter initio promiſſa poſt deſinat eſſe in commercio?

[d] Valetne ſtipulatio rei, quæ non eſt in commercio, ſub conditione ſi fuerit in commercium reducta?

...tia regula eſt *in princ. §. 2. h. n.* Res quæ non eſt in com... o, non poteſt ex ſtipulatione deberi: veluti ſi ſit res ſacra,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

aut religioſa, aut ſancta, aut uniſivertatis, aut homo liber. Nec pro
deſt, ſi ſtipulator putaverit eam eſſe humani juris: qnia nihilo ma
gis ſtipulatio valet. [adeo ut neque æſtimatio debeatur, nec pœn
eo nomine promiſſa committatur. *l. 69. l. 103. de V. O.*] Quar
regula eſt in verſ. *vel cujus.* Fruſtra aliquis ſtipulatur rem, cuj
ipſe commercium non habet. quamquam ſtipulatio ſit utilis
ſtipulator ejus rei commercium habet. licet promiſſor non habea
ff. de verb. oblig. l. multum intereſt. 34. Exempli gratia, ſi Chriſtia
nus Judæo mancipium Chriſtianum promittat, non obligatu
contra ſi Judæus Chriſtiano promittat, obligatur: quia Judæus no
poteſt habere Chriſtianum mancipium. Chriſtianus poteſt. *C. n*
Chriſtian. mancip. l. 1. & 2. Quinta regula eſt in verſ. *vel rem ſua*
Nemo poteſt ſtipulari, ne res ſua ſibi detur; ratio eſt: quia qu
noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri non poteſt. *ff. de except.*
jud. l. & an eadem. 14. §. pen. & de div. reg. jur. l. non ut ex plurib
169. [Cui conſequens eſt nec precium rei ex ea ſtipulatione de
ri: quamvis precium rei meæ recte ſtipuler, & rem meam n
reſtitui. *l. 82. de V. O. Vinn. hic.*]

Nota I. hanc regulam loqui de re danda, ita ut dandi verb
ſumatur in ſignificatione propria, quatenus datione domini
transfertur. *infra de act. §. ſic itaque.* nihil enim vetat, quomi
ego ſtipuler rem meam quam non poſſideo, mihi reſtitui. *ff.*
verb. oblig. l. nemo. 82. in princ.

Nota II. hanc regulam eſſe accipiendam de ſtipulatione pu
poſſumus enim ut res noſtra nobis detur, ſub aliqua conditio
ſtipulari, veluti, *ſi navis ex Aſia venerit*: quia fieri poteſt, ut p
dente conditione res deſinat eſſe noſtra, atque ita ſtipulatio co
metur. *D. de verb. obl. l. ſi rem meam. 31. & l. exiſtimo. 98.* nec
ſtat vulgata regula, quod in contractibus initium ſpectatur. *D.*
l. 1. idem Pomponius. 13. & §. ſi ſervus, 30. & mandat. l. Si proc
torem. 8. in pr. 13. & pro ſoc. l. ſi id quod. 9. §. ſi filiusfam. &
verb. oblig. l. ſi filiusfam. 78. in pr. & de div. reg. jur. l. non c
44. §. 1. quia hæc regula obtinet in contractibus puris non in
ditionalibus. His tribus regulis tertiæ, quartæ, quintæ Juſtin. ſ
cit tres productiones, quas Doct. noſtri ſolent vocare ampliati
I. Productio eſt in verſ. *nec in pendenti.* Quod ſtipulatio no
let, etiam ſi impedimentum poſtea removetur, veluti ſi hom
ber poſteat fiat ſervus. ratio eſt quia (ut modo notavi) in co
ctibus initium ſpectatur: unde contractus qui ab initio non
ex poſt facto non confirmatur. II. Productio eſt in verſ. *iter*
tra. Nam ſtipulatio extinguitur, ſi res deſinat eſſe in comm
licet ſtipulationis contractæ tempore in commercio eſſet.
igitur non valere ſtipulationem, quæ pervenit ad eum caſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

quo incipere non poteſt. *D. de verb. oblig. l. exiſtimo.98.in fin. princ.* niſi factum aut culpa promiſſoris arguatur, quo caſu ad ſtipulationem tenetur ne ejus factum alteri ſit damnoſum *l. 91. D. V. Tuld.hic c.4.*aut mors ejus.*l.23.d.tit.& d.l.91.pr.§.3.*] ...Productio eſt in verſ. *at nec ſtatim.* Quod ſtipulatio rei, quæ nunc non eſt in commercio, non valet, etiamſi conferatur in eum caſum, quo in commercio erit. veluti ſi quis ſtipuletur, Titium ſibi dare, cum ſervus erit. hæc ſtipulatio eſt inutilis; vel quia (ut ait hoc ...tin.)quæ ſua natura ſunt extra commercium, nullo modo in ſtipulationem cadunt; vel quia fas non eſt talem caſum expectare & ſervitutem hominis liberi ominari. *D. de verb. oblig. l.inter ſtipulantem.83.§.ſacram.5.*[*Tulden.hic.d.c.4.*]

Stipulatio, ut alius det vel faciat.

... § Si quis alium daturum facturumve quid promiſerit, non obligabitur, veluti ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quod ſi effecturum ſe, ut Titius daret, ſpoponderit, obligatur. a Valetne ſtipulatio alium daturum vel facturum?

Sexta regula eſt in §.3.*b.n.*Non valet promiſſio facti alieni: ut ſi quis promittat alium daturum vel facturum. Septima regula in verſ. *quod ſi.* Stipulatio valet, ſi quis promittat ſe effecturum, ut alius det, vel faciat: quoniam hoc caſu factum ſuum promittit. Nota igitur differentiam inter has promiſſiones. *Titius dabit, et efficiam ut Titius det.* nam illo caſu ſtipulatio eſt inutilis: hoc ...t. Interdum tamen, ut in ſtipulationibus prætoriis, ſic ...amur, ut qui alium facturum promiſit, intelligatur promiſiſſe effecturum ut ille facit: ut cum aliquis promittit alium ...ſti. *D. de verb. oblig. l.quoties quis.81.in princ.* & cum ...r promitit ratã rem dominum habiturum. *ff.ratam rem ...procurator.18.*[ſed & jure Canonico moribus recepto, pro... factum alienum, tacite intelligitur promiſiſſe ſe effecturum ut ille faciat, & obligetur. *Grot.lib.3.p.3.nu.9.Groenw.hic.* ...a adjecta ſit ſi non efficiat, ad eam tenetur, etſi ſummam ...m adhibuit. *Tuld.hic c.5.Fach.3.con.c.20.Diſſent.Deſ... eſ. hic nu. 8. Maran. Diſp. 2. nu.20.23.27.Covar.ad c. ...p. 2.§.4.nu.3.de pact.nu. 6.v.Fab.C.lib.8.tit.26.deſ. ...d. ambig.contr. lib.14.tit.34.in fin.*]

Stipulatio alteri facta.

§ Si quis alii, quam ei, cujus juri ſubjectus ſit ſtipuletur, nihil agit. b Plane ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt, veluti ſi quis ita ſtipuletur, *Mihi,* a Quid ſi quis ſtipuletur alteri? b Poteſtne alius ſolutionis cauſa adjici?

aut Sejo dare ſpondes? ut obligatio quidem ſtipulatori adqui
ratur, ſolvi tamen. Sejo, etiam invito eo, recte poſſit, u
liberatio ipſo jure contingat, ſed ille adverſus Sejum ha
d Quid ſi quis ſibi & alii ſit ſtipulatus? beat mandati actionem. [d] Quod ſi quis ſibi, & alii, cuju
juri ſubjectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt, va
let quidem ſtipulatio: ſed utrum totum debeatur ſtipul
tori, quod in ſtipulationem deductum eſt, an vero pa
dimidia, dubitatum eſt. ſed placuit, non plus quam dim
diam partem ei adquiri. [e] Ei vero, qui juri tuo ſubjectu
e Poteſtne filius patri ſuo ſtipulari? eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris, quia vox tua, tanquam
filii ſit, ſicuti & filii vox, tanquam tua intelligitur in i
rebus, quæ tibi adquiri poſſunt.

Secundo in §. 3. *h. n.* conſideratur perſona, cui aliquis ſtipulatu
Hic dantur quatuor regulæ. Prima regula eſt. Qui extraneo ſ-
pulatur, nihil agit. ratio eſt: quia inventæ ſunt ejuſmodi obli-
tiones, ut quilibet ſibi acquirat, quod ſua intereſt: regulari
autem noſtra non intereſt alii dari. *infra hoc tit. §. alteri. & e*
verb. obl. l. ſtipulatio iſta. 38. §. *alteri.* 17. [imo intereſt homin
hominem beneficio juvari. *l. 7. in fin ff. de ſerv. export. arg. l. 3 n*
fin. ff. de Juſt. & jur. & nemo tam demens eſt ut alteri ſtipulet,
niſi id ſua quoque intereſſe exiſtimet: verior igitur ratio eſt, qu
alteri non acquiratur obligatio, quia inter eum & promiſſor
ſtipulatio non intervenit, ideoque pactum tantum nudum
quoad ipſum: Sed cum moribus noſtris ex nudo pacto deti-
ctio, hinc & ſtipulando alteri obligatio acquiritur. *Fab. C.*
4. tit. 35. def. 1. Groenew. hic & Vinn. §. 4. nu. 3. Atque hinc l-
ri Syngraphæ tanquam ſolutioni adjecto non tantum recte ſo-
tur, verum & actio datur. ſi eam bona fide poſſideat. *Grot. li*
p. 5. poſt nu. 6. Radel. dec. 56. Sand. de act. ceſſ. c. 2. nu. 17. Groe
d. §. 4. hic nu. 7.] intellige intereſſe pecuniarum. aliud eſt inte-
ſe ratione affectionis, de quo *in l. ſervus ea lege. 7. D. de ſe*
export. Hujus regulæ exceptiones habebimus *in §. ſed & ſi*
20. *infra hoc tit.* [*ubi v. &* §. 19.] Ideo autem datur regul
eo qui extraneo ſtipulatur: quia certum eſt, filiumfamilias p
& ſervum domino ſtipulari poſſe. *ſupra de ſtip. ſerv.* §. 1. Se-
da regula eſt in verſ. *plane.* ſolutio conferri poteſt in extran
perſonam. Obſerva diſtinctionem inter adjectum obligation
adjectum ſolutioni, nam ſi extraneus obligationi adjiciatur
pulatio non valet, ut conſtat ex regula præcedente. ſi vero
ciatur ſolutioni, ſtipulatio valet, ut indicatur hac re
Dicitur autem adjectus obligationi, quando id agitur; ut
gatio ei acquiratur: veluti ſi ego a te ſic ſtipuler, *Titio da*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

hoc caſu neque mihi obligationem acquiro, quia hoc nolo; e Titio, quia non poſſum. Adjectus autem ſolutioni dicitur, id agitur, ut Titio ſolvi poſſit, quamvis non debeatur Titio, ſtipulanti, nihil enim prohibet, quominus quod mihi debe- alteri mea voluntate recte ſolvatur, ut accidit in hac ſtipula- , *Mihi, aut Sejo dabis*? nam mihi ſoli debes: ſed ſive mihi, Sejo ſolvas, æque liberaris. quod ſi Sejo ſolvas, Sejus actio- andati id mihi reſtituere cogetur, tanquam meo mandato a eperit. Nec obſtat, quod expreſſe hoc ei non mandavi; quia latum etiam tacito conſenſu contrahitur. *ff. mandat. l. ſi re- randi. 6. §. ſi paſſus. l. qui patitur.* 18. Tertia regula eſt in *quod ſi quis.* Qui ſtipulatur ſibi & extraneo, dimidiam par- ſibi acquirit: pro altera dimidia inutilis eſt ſtipulatio.

ota I, differentiam inter extraneum adjectum per particu- disjunctivam *aut*, & adjectum per particulam conjunctivam Nam ſi ita ſtipuler; *Mihi, aut Titio decem dabis*? Titius eſt tus ſolutioni, & tota decem mihi ſoli debentur, ſed Titio poſſunt: & Titio ſi decem ſolvas, a me liberaris, *ſupra verſ.* At ſi ita ſtipuler, *Mihi & Titio dabis*? Titius eſt adjectus o- tioni, non in ſolidum, ſed pro dimidia parte: adeo ut pro pulatio valeat, quæ mihi ſtipulatus ſum; pro reliquis 5. quæ latus ſum Titio, ſtipulatio ſit inutilis, ut in hoc verſ. tradi- Quid ergo ſi res in ſtipulatum deducta, individua ſit? certe to nihil debetur, ſtipulanti autem ſolidum debetur, arg. *l. itia. 5. ff. comm. præd.* [*adde inf.* §. 10. 20. *not.*]

ota II. In contractibus valere illam regulam, Utile per inu- on vitiatur: quia dicta ſtipulatio pro parte eſt utilis, pro lis.

ota III. In contractibus non eſſe locum juri accreſcendi: ſi- em pars quæ Titio non debetur; mihi non accreſcit. IV. re- eſt in verſ. *ei vero.* Qui ſtipulatur ei, quem in poteſtate ha- ut filio. vel ſervo) ſibi acquirit. [Emancipato autem inuti- ſtipulatur, quia pro extraneo eſt. *Perez. hic.* niſi tamen illi eredi ſtipuletur, quod in dubio non præſumitur. *Tuld. hic. l. 18. §. 4. l. 33. de pact. l. 10. C. de pact. dot.*] Quod adeo ve- eſt, ut filio, vel ſervo ſolvi non poſſit, quia non eſt ſolutioni tus, ſed obligationi. *D. de ver. obl. l. eum qui. 56. §. quod ſi ſe-* Quamquam ſi ita ſtipulatus eſſet, Mihi, aut filio meo da- recte filio ſolveretur, quia non obligationi, ſed ſolutioni tus eſſet. *l. ea. §. qui ſibi.* 2. Porro hæc regula a Juſt. limitatur anguſtatur ad eas res, quæ ſtipulanti acquiri poſſunt: qui- erbis excludit ſtipulationes facti, quæ non valet. veluti ſi quis letur, ut filio ſuo jure agere liceat. *D. de verb. obl. l. quod di-* 130.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Reſponſio non conveniens interrogationi.

a Quid ſi quis ad interrogata non reſponderit?

5. § [a] Præterea inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea, qu interrogatus fuerit, non reſpondeat, veluti ſi quis decem aureos a te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel con tra: aut ſi ille pure ſtipuletur, tu ſub conditione promi tas: vel contra: ſi modo ſcilicet id exprimas, id eſt, ſi c ſub conditione vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, *præ ſenti die ſpondeo.* [b] Nam ſi hoc ſolum reſpondeas, *promitt* breviter videris in eandem diem vel conditionem ſp pondiſſe. Neque enim neceſſe eſt in reſpondendo eade omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.

b Quid ſi quis reſpondeat ſimpliciter ac indiſtincte?

Tertio conſideratur forma ſtipulationis, quam ſupra dixi eo conſiſtere, ut interrogatio præcedat, & congrua reſponſio quatur. ergo in §. *h.n.* datur regula. quod ſi reſponſio non co veniat interrogationi, ſtipulatio non valet. Hujus regulæ ſub ciuntur duo exempla, ex quibus notandam eſt, reſponſionem terdum ex parte, interdum omnino non convenire interrogati ni. Priori caſu ſtipulatio pro parte valet, pro parte eſt inuti Poſteriori caſu omnino eſt inutilis. Ad priorem caſum re prius exemplum contextus: videlicet ſi quis ſtipuletur 10. & ſpondens promittat 5. vel e contrario ille ſtipuletur 5. & reſp dens promittat 10. cum enim in majori ſumma inſit minor. te in 5. reſponſio eſt conſentanea interrogationi, in aliis q que non convenit, ergo ſtipulatio tantum in quinque valet. *De verborum obligation. l.* 1. §. *ſi ſtipulanti.* & ita accipere opor quod Juſtin. ait hanc ſtipulationem eſſe inutilem. id eſt, eate tantum eſſe inutilem, quatenus non eſt reſponſum ad inte gata, ſeu, quatenus reſponſio non convenit interrogationi. Si liter *in* §. *is qui exequitur. infra de mandatis.* explicatur, q dicitur; eum, qui exceſſit fines mandati, non habere manda ctionem. id eſt, non poſſe repetere, quod ultra mandatum pendit, ſed tantum uſque ad eam ſummam, quæ man comprehenſa fuit. Ad poſteriorem caſum refert ſecundum ex plum, cum ſtipulator ſub conditione, vel in diem interro & reſpondens, præſenti die promittit. veluti. *Si navis ex venerit, decem dabis?* aut *Kal. Martiis decem dabis? hodie* hæc ſtipulatio eſt in totum inutilis. [niſi tamen diverſitas placuerit, tunc enim alia ſtipulatio contracta videtur. *Perez & Tuld. c.* 2. *Groenw.* §. 24. *hic. Vinn.* §. 5. *hic nu.* 6.] Præter ha præſenti §. nota, ea quæ dicuntur in præfationibus, tacite v repetita in concluſionibus, veluti, ſi quis ita ſtipuletur; *K*

d. *Martiis dabis*?& alter reſpondeat, *dabo*: hac reſponſione ſub-a[...]itur, *Kalend. Martiis*. alioqui reſponſio non conveniret inter-r[...]gationi, conjunge *l. item. 3. §. ult. D. de pact.*

Stipulatio inter & filium, dominum & ſervum.

6. § [a] Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, q[...] tuo juri ſubjectus eſt, vel ſi is a te ſtipuletur. [b] Sed ſer-v[...] quidem non ſolum domiuo ſuo obligari non poteſt, ſ[...] ne quidem ulli alii. filii vero familiarum aliis obligari p[...]ſunt.

a Poteſtne pater a filio vel filius a patre, aut vi[c]e verſa ſtipulari? b Quid juris in promiſſione a ſervo facta?

Quarto conſideratur perſona, quæ ſtipulatur. ubi dantur plures r[...]ulæ. Non valet ſtipulario inter patrem & filium, nec inter do-m[...]num & ſervum. § *6. h. n.* II. Servus nemini ex ſua promiſſio-n[...] obligatur. verſ. *ſed ſervus.* Intellige non obligari civiliter: q[...]a naturalis obligatio in perſona ſervi conſiſtit, ita ut ſervus t[...] domino ſuo, quam extraneo naturaliter obligetur. *infra ti-t. prox.* §. 1. *& D. de condict. indeb. l. naturaliter.* 13. III. Filius f[...]ilias alii, quam patri ſuo promittens obligatur, ſubaudi civi-li[...]r, dicto §. *item inutilis*, 6. *verſic. filii vero.* [hodie cum mo-r[...]us noſtris exoleverit illa ſingularis patria poteſtas, nec filius re-g[...]lariter patri acquirat, etiam inter patrem & filium ſtipulatio c[...]ntrahi poteſt, aliique contractus & donationes inter eos ſubſi-ſ[...]nt, imo & lis inter eos eſſe poteſt. *v. Groenw. hic.*]

Muti, ſurdi non ſtipulantur.

7. § [a] Mutum neque ſtipulari, neque promittere poſſe p[...]am eſt, quod & in ſurdo receptum eſt, quia & is, qui ſ[...]pulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba ſ[...]pulantis audire debet: [b] unde apparet non de eo nos lo-c[...]i, qui tardius exaudit: ſed de eo, qui omnino non audit.

a Poſſuntne muti, ſurdi, ſtipulationis contractum inire? b Quid ſi tardius loquantur aut audiant?

IV. Mutus neque ſtipulari, neque promittere poteſt. §. *7. h. n.* [...]io manifeſta eſt: ſi quidem ſtipulatio verbis contrahitur, mu-t[...] autem verba proferre non poteſt. V. Surdus neque ſtipula-r[...], neque promittere poteſt. id eſt, qui nihil omnino audit. *d.* §. *[...]n. ver. quoad & in ſurdo.* [hodie tamen muti & ſurdi ſcripto [...] nutu ſtipulationes recte contrahunt, etiam inter abſentes cum [...]dem ſit vis pacti & ſtipulationis. *v. Cypriani Cenſur. hic. & [...]p. Notit. de contr. ſtip. & Parlad. 2. rer quot. c. 3. nu. 23. 24.*]

Stipulatio furioſi.

8. § [a] Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non i[...]telligit, quod agit.

a Quid juris in furioſo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

VI. Furioſus, cum nihil intelligat, nullum negotium gerere poteſt: proinde neque ſtipulari, neque promittere poteſt. *§. h. n.* [Idem de mente capto, & prodigo declarato, jus eſt: ita tamen ut prodigus ſtipulando conditionem ſuam meliorem facere poſſit. *Perez. hic & Vinn.*]

Jus pupilli.

a Quid juris in pupillo?

9. § a Pupillus omne negocium recte gerit, ita tamen ut ubi tutoris autoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor, veluti ſi ipſe obligetur, nam alium ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate poteſt.

VII. Pupillus ſine tutore promittens non obligatur. § 9. *h. n.* niſi ſcilicet factus ſit locupletior. generaliter enim in quantum factus eſt locupletior, tenetur, ne locupletetur cum jactura alterius *D. de condict. indeb. l. nam hoc natura. 14. & de auct. tut. l. pupillus. 5. in princ*, cum ſimil.

Diſtinctio in pupillo.

a Quomodo in pupillo diſtingui oportet?

10. § a Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum eſt, qui jam habent aliquem intellectum; nam infans, & qui infantiæ proximus eſt, non multum a furioſ[o] diſtant, quia hujuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior juris interpretatio facta eſt, ut idem juris habeant quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtat[e] parentis eſt impubes, ne auctore quidem patre obligatur.

VIII. Pupillus ſtipulando ſibi acquirit obligationem, etian ſine tutore. Excipitur pupillus infans, qui nullo modo ſtipulari po teſt. Dicitur autem infans uſque ad ſeptennium. *C. de jur. deliber l. ſi infanti* 18. proximus vero infantiæ ſtipulari poteſt. proximun infantię intelligit Accurſ. eum qui eſt propinquior infantiæ, quar pubertati: proinde proximum infantiæ appellat uſque ad annun decimum cum ſex menſibus, poſt quam ætatem proximum pu bertati vocat. [*v. Gomeſ. 3. reſ. 1. nu. 57.* Sed cum alii aliis citius ve tardius ad intellectum perveniant, nec leges certa hæc temporun intervalla diſtinguant, rectius judicis arbitrio committitur ho omne. *v. Deſſel. in Zoeſ. nu. 18. hic*] IX. Impubes, qui eſt in pote ſtate parentis, ſi promittat, non obligatur, nequidé auctore parent in cujus poteſtate eſt. ver. *Sed qui in poteſtate.* Si quæras, cur in ha parte minor ſit auctoritas patris, quam tutoris: ſiquidem impube patre auctore non obligatur, tutore auctore obligatur? reſponde bo utroque caſu id ſumi, quod inpuberi utilius eſt. cum enim pa

tr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tr auctore non poſſit ſibi acquirere, propterea quod ipſi patri ac-
q rit, in cujus poteſtate eſt non eſt æquum, ut eo auctore obligari
p ſit, alioquin tantum incommodum ſentiret, non etiam com-
n dum. tutore autem auctore pupillus poteſt ſibi acquirere: ergo
a uum eſt, ut etiã obligari eo auctore poſſit, alioquin ei certis ca-
ſ is adimeretur facultas acquirendi, ut ex cauſa emptionis, & cæ-
t s ultro citroque obligatoriis, quis enim pupillo venderet, ſi
e n ad pretii ſolutionem obligatum haberi non poſſet? [præterea
p pillo ſemper cautum eſt contra tutorem ſi obligatio ei ſit da-
n oſa; contra patrem non item, uti cum quo jure civili lis ei nul-
l eſſe poteſt, & hæres ejus factus omnia rata habere debeat. *l. 4. ff.*
d *judic. l. 14. C. de R. V. Cujac. 22. obſ. Perez. hic.* Moribus tamen
n ſtris filiusfa. patre autore quodcunque negocium recte gerit.
a *. eorum quæ notata ſup. §. 6. in fin. adde Vinn. comm. h. §.*]

Impoſſibilis conditio.

II. § a Si impoſſibilis conditio obligationibus adjicia-
t r, nihil valet ſtipulatio. Impoſſiblis autem conditio ha-
b tur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat,
v luti ſi quis ita dixerit. *Si digito cœlum attigero, dare ſpon-*
d s? b At ſi ita ſtipuletur; *Si digito cœlum non attigero, dare*
ſpondes? pure facta obligatio intelligitur. ideoque ſtatim
p ti poteſt.

a Quid juris in impoſſibili conditione?

b Quid ſi quis ſub conditione negativa impoſſibili ſtipuletur?

Quiuto conſiderantur accidentia ſtipulationum. Primum acci-
d ns eſt conditio, de qua in §. II. *h. n.* dantur duæ regulæ, præter
e , quæ de conditione dicta fuerunt *in §. ſub conditione. & §. con-*
di tiones. ſup. de verb. ob. I. Impoſſibilis conditio, veluti *ſi cœlum*
di gito tetigeris, ſtipulationem vitiat. *§. ſi impoſſibilis.* quemadmo-
d m & alios contractus vitiat. *ff. de ob. & act. l. non ſolum.* 51. Alia
r tio eſt ultimarum voluntatum, quæ per impoſſibilem conditio-
n m adjectam non vitiantur: ſed talis conditio pro non ſcripta ha-
b tur. *ſup. de hær. inſt. d. §. h. v.* Ergo ſi tibi decem promiſerim, ſi
c lum digito tetigeris, nihil tibi debetur, at ſi decem ſub eadem
co nditione tibi legata ſint, tibi debentur quaſi pure legata. [*v. tamen*
t. ſup. de hær. inſt. §. 10.] II. Conditio neceſſatia ſtipulationem
n n ſuſpendit: veluti *ſi cœlum digito non tetigeris. d. §. noſtro.*
v rs. At ſi ita. nam ſi impoſſible eſt tangere, neceſſe eſt non tan-
g re, ut docet Ariſtot. *de interpr. cap.* 13. [Si tamen conditio
n tura ſit impoſſibilis hoc procedit: nam ſi jure ſit impoſſibilis
v e bonis moribus & legibus contraria, etiam negative concepta,
ſecundum eam facta ſolutio, dabit repetitionem ob tur-
p m cauſam. *l. 2. l. 4 §. 2. de condic. ob. turp. cauſ.* cum turpe
pro ſcelere non admittendo mercedem paciſci vel accipere.

l.7.§.3.ff.de pact. adde inf.§.24.& ibi Tuld.c.4.]Sed ſi ejuſmodi
ſtipulatio ſit pœnalis, non valet, veluti, *Cœlum digito te tacturum*
ſpondes?ſpondeo. Niſi cœlum digito tetigeris, centum pœnæ nomine
dabis? dabo. neutra ſtipulatio valet. *ff.de verb.ob.l.ſi homo 66.*[Ce-
terum diverſa ratio eſt modi impoſſibilis ut qui non ęque contra-
ctum vitiat, cnm ad obligationis ſubſtantiam modus non perti-
neat, uti conditio, ſed ab ea, quiddam eſt natura diſtinctum. *l.41.*
de contr.emt. uti promitto tibi 100. ut cœlum digito attingas. per
hoc enim obligatio præcedens non ſuſpenditur, uti per conditio-
nem, ergo ab ea quid diverſum eſt. §. 30. *& ſeq. ſup. de legat.* atque
in disjunctis obtinet regula; utile per inutile non vitiari. *l. 34. C.*
de tranſ. l. 26. pr. de uſur.]

Stipulatio inter abſentes.

a Poteſtne ſtipulatio fieri inter abſentes?

12. § [a] Item verborum obligatio inter abſentes conce-
pta, inutilis eſt. Sed cum hoc materiam litium contentio
ſis hominibus præſtabat, forte poſt tempus tales allegatio-
nes opponentibus, & non præſentes fuiſſe, vel ſe, vel ad-
verſarios ſuos, contendentibus, ideo noſtra conſtitutio
propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt
quam ad Cæſarienſes advocatos ſcripſimus, per quam di
ſpoſuimus, tales ſcripturas, quæ præſto eſſe partes indican
omnino eſſe credendas, niſi is, qui talibus utitur improbi
allegationibus, manifeſtiſſimis probationibus vel per ſcri
pturam, vel per teſtes idoneos adprobaverit, toto eo di
quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel adverſarium
ſuum in aliis locis fuiſſe.

Secundum accidens eſt abſentia, de qua in §. 12. *h.n.* ubi Imp
primo dat regulam: Stipulatio inter abſentes fieri non poteſt, rati
eſt, quia ſtipulatio verbis contrahitur: [*v. tamen not. ſup.* §. 7. *hic.*
verba autem dicuntur præſentium, quemadmodum literæ abſen
tium, ut apud Ovid. *lib. 1. de Ponto, eleg.* 8.

Litera pro verbis tibi Meſſaline ſalutem.

Secundo in verſ. *Sed cum*, diſſolvit quæſtionem pertinentem a
dictam regulam. quid enim, ſi in inſtrumento ſcriptum ſit, ſtipula
tionem inter præſentes factam fuiſſe, & alteruter contrahentium
afferat ſe fuiſſe abſentem? Reſpondet Imp. fidem haberi inſtrumen
to; niſi contrarium idonee probetur per aliam firmiorem ſcriptu
ram, vel per plures duobus teſtibus, quia inſtrumentum, contr
quem probatur, vim habet duorum teſtium. *C. de fi. d inſtrum. l. i*
exercendis. 26. adhibita *l. ubi. 10. ff. de teſt.* [*& l. 18. C. de prob. l. 1.*

14. C

.C.de cont.ſtip. Covar.2.reſ.13. Si tamen teſtes hoc dicant præ-
ntio hæc locum non haberet, ſed in his requiritur ut declarent
continenti præceſſiſſe ſtipulatoris interrogationem. per l.1. C.de
ur.Diſſent. Tuld.hic c.2. ubi refert idem cenſeri, ſi id quod actum
valere etiam citra ſtipulationem poteſt; idemque circa contra-
im innominatum præſumi. adde Soar. hoc tit. P. nu.342. &
ſq. & §.17. infra §.]

Stipulatio poſt mortem.

13. § a Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari po- a Quid ſi quis poſt ſuam patris-ve mortem, vel pridie quam moriatur ſtipulatus ſit?
rat, non magis quam poſt ejus mortem, a quo ſtipula-
tur. Ac nec is, qui in alicujus poteſtate eſt, poſt mor-
m ejus ſtipulari poterat, quia patris vel domini voce lo-
i videretur. Sed & ſi quis ita ſtipuletur, *Pridie quam mo-*
ar, vel *pridie quam morieris*, *dare ſpondes?* inutilis erat ſti-
ulatio. Sed cum (ut jam dictum eſt) ex conſenſu contra-
entium ſtipulationes valeant: placuit nobis etiam in
nc juris articulum neceſſariam inducere emendatio-
em, ut ſive poſt mortem, ſive pridie quam moriatur
ipulator, ſive promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, ſtipula-
o valeat.

Tertium accidens eſt tempus, in quod ſtipulatio confertur.
e hoc tempore dantur variæ regulæ. I. Poſt ſuam, vel promiſſoris
ortem recte aliquis ſtipulatur ſibi dari. §.13. h.n. II. Filius, vel
rvus inutiliter ſtipulatur dari poteſt mortem patris, vel domini
i. verſ. *Ac nec is.* III. Poteſt aliquis ſtipulari ut ſibi detur pridie
iam ipſe, vel pridie quam promiſſor moriatur. verſ. *Sed &*
quis ita ſtip. Sciendum eſt has ſtipulationes olim fuiſſe inutiles:
ioniam actio non poterat incipere ab hærede, vel contra hæ-
dem. ſed hac regula ſublata. *C. ut action. ab hær.* Juſtinianus ta-
s ſtipulationes confirmavit. *C. de contrah. ſtip. l. ſcrupuloſam.*
I. quia ſtipulationes, ex conſenſu valent. §. *poſt mortem.* 13.
dictum fuit etiam: *ſup. de div.* §. *convention.* 3. Eadem de
gatis dicta ſunt *ſupra de leg.* §. *poſt mortem.* 35. Alia ratio eſt
ipulationis. *cum moriar*, vel, *cum morieris. infra hoc tit.* §. *ita*
utem.

Præpoſtera ſtipulatio.

14. § a Item ſi quis ita ſtipulatus erat, *Si navis cras ex Aſia* a Valetne ſtipulatio præpoſtera?
venerit, hodie dare ſpondes? inutilis erat ſtipulatio, quia præ-
oſtere concepta eſt. Sed quum Leo inclytæ recorda-
tionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tionis in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe rejiciendam exiſtimaverit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, ut non ſolum in dotibus, ſed etiam in omnibus valeat hujuſmodi conceptio ſtipulationis.

IV. Stipulatio præpoſtera valet, veluti, *Si navis ex Aſia venerit, hodie dabis?* §. 14. *h. n.* Ideo autem dicitur præpoſtera: quia cum oporteat prius impleri conditionem, quam obligatio naſcatur, nihilominus reſpondens promittit ſe antea daturum quam conditio exiſtat. [Sic quoque ſciens ſe nihil debere & tamen ſtipulanti promittens, obligatur tanquam donans. *l.* 65. §. 1. *de cond. indeb.* ſi vero promiſſor dicat ſe, deceptum opinione falſæ cauſæ, promiſiſſe, ipſi hoc probandum erit. *Tuld. hic c.* 3. *Diſſent. Caſt, in l.* 1. *d. tit. per d. l. & l.* 1. §. 3. *de dol. except.* Quamvis autem aliquem ex cautione ſua conveniens quæ cauſam nullam continet, debitum probare debeat. *l.* 26. §. *fin. de prob.* donandi tamen cauſa præſumitur in promittente ſtipulanti ſine cauſa. *l,* 16. §. *ult. de donat. Tulden. d. c.* 3.]

Stipulatio cum moriar.

a Quid ſi quis ſtipuletur cum moriar vel morieris?

15. § a Ita autem ſtipulatio concepta, veluti ſi Titius dicat, *cum moriar, dare ſpondes?* vel *cum morieris?* & apud veteres utilis erat, & nunc valet.

V. Valet ſtipulatio collata in tempus, id eſt, ſi promittatur tunc dari, [vel facere. *Perez. hic.*] cum ſtipulator morietur, vel cum promiſſor morietur. §. 15. *h. n.* Nota quæſtionem fuiſſe apud Philoſophos, utrum mortis tempus ſit tribuendum vitæ, an morti: quia neque vivens, neque mortuus videtur mori. Vide Gell. *lib.* 6. *cap.* 13. Sed in jure vere deciſum eſt cum, qui moritur, adhuc eſſe in numero viventium, adeo ut dicatur quis mori in ultimo vitæ articulo. *ff. de manumiſſ. teſt. l. qui duos.* 18. §. 1. [*Cujac.* 3. *obſ.* 34.]

a Valetne poſt mortem alterius ſtipulatio?

Stipulatio poſt mortem alterius.

17. § a Item poſt mortem alterius recte ſtipulamur.

VI. Valet ſtipulatio collata in tempus, quo tertius mortuus erit: veluti, *poſt mortem Titii dabis mihi centum.* §. 16. *h. n.*

a Quid ſi ſcriptum ſit in inſtrumento quem promiſiſſe?

An ſcripto credatur.

17. § a Si ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

iquem: perinde habetur, atque ſi interrogatione præ-
dente reſponſum ſit.

Quartum accidens eſt ſcriptura, de quo in §. 17. *h. n.* datur ec regula: Si in inſtrumento ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe, æſumitur promiſſio recte facta, ita ut credamus interrogatio-m præceſſiſſe. ſupple, dummodo res inter præſentes geſta ſit. *de verb. oblig. l. Titia.* 134. §. *pen. & C. de contrah. ſtipul. l.* 1. na inter abſentes ſtipulatio contrahi non poteſt. *ſupra hoc tit. §. em verborum.* Hinc nota, actum in dubio recte, &c, ut oportet, ſtum videri: quia ſic debemus interpretari, ut actus valeat po-us, quam ſit inutilis. [*vid. not. ſup. d. §. item* 12.]

Plures res in ſtipulatione.

18. § [a] Quoties plures res una ſtipulatione compre-enduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat *are ſpondeo*, propter omnes tenetur. Si vero unam ex his, el quaſdam daturum ſe ſpoponderit, obligatio in iis, ro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ipulationibus, una, vel quædam videntur eſſe perfectæ: ngulas enim res ſtipulari, & ad ſingulos reſpondere debe-nus.

a Quid ſi plures res una ſtipulatione comprehendantur?

Quintum accidens eſt rerum in ſtipulationem deductarum nultitudo. Imper. in §. 18. *h. n.* de multis rebus in ſtipulationem eductis ita diſtinguit. Aut promittens, ſimpliciter reſpondet. *da-ſpondeo*, non expreſſa aliqua re quam dare velit: aut nomina-m reſpondet, ſe aliquam ex illis rebus daturum. puta ſtipulator c interogavit. *dabis Stichum & Pamphilum?* promiſſor reſpon-it, *dabo Stichum.* Omittit Imper. tertium caſum, tamquam er ſe manifeſtum, videlicet ſi promiſſor ad omnes res reſpon-erit, veluti, *dabo Stichum & Pamphil.* Primo caſu promiſſor d omnes illas res dandas obligatur: quia res nominatæ in ſtipula-one, cenſentur tacite repetitæ in reſponſione, ſecundum ea quæ ipra notavi ad §. *præterea.* 5. Secundo caſu eam ſolam rem da-: tenetur, de qua reſpondit: quia quot ſunt res, tot ſunt ſtipulatio-es. unde ſtipulatio rei, de qua reſponſum fuit, perfecta eſt, & alet. ſtipulatio autem alterius rei, de qua nihil reſponſum fuit inquam, imperfecta, nihil valet.

Stipulationis alteri factæ explicatio.

19. § [a] Alteri ſtipulari (ut ſupra dictum eſt) nemo po-eſt. Inventæ enim ſunt hujuſmodi [ſtipulationes, vel] obligatio-

a Quare nemo poteſt alteri ſtipulari?

obligationes ad hoc, ut unuſquisque adquirat ſibi, quod ſua intereſt, cæterum ſi alii detur nihil intereſt ſtipulatoris. Plane ſi quis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conveniet, ut niſi ita factum ſit, ut eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei cujus nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit ejus, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis ita ſtipuletur, *Titio dari?* nihil agit. ſed ſi adjecerit pœnam, *niſi dederis, tot aureos dare ſpondes?* tunc committitur ſtipulatio.

Sextum accidens eſt pœna. Declarat igitur Imp. duos caſus quibus utile eſt, ſtipulationi principali adjungere ſtipulationem pœnalem. Prior caſus eſt, cum ſtipulamur alteri, veluti. *Stichum Titio dabis?* nam hæc ſtipulatio non valet, ut didicimus ex §. *ſi quis alii.* 4. *ſupra hoc tit.* quare ſi volumus promiſſorem cogere aliquo modo, ut Stichum Titio det, addere debemus ſtipulationem pœnalem hoc modo; *Niſi Stichum Titio dederis, centum aureos pœnæ nomine mihi dabis?* hoc enim caſu facile fiet, ut metu hujus pœnæ Stichum Titio det. & niſi dederit, pœnam ab eo exigere poterimus. nec quicquam ei proderit, quod noſtra non interſit Stichum Titio dari: quia in ſtipulatione pœnali nou habetur ratio ejus qnod inteteſt. §. 19. *h. n.* [*vide tamen not. d.* §. 4.]

Stipulatio facta alteri, quam impleri ſtipulatori intereſt.

a Eſtne alia exceptio a prædicta regula?

20. §. [a] Sed & ſi quis ſtipuletur alii, cum ejus intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is, qui pupilli tutelam aminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtrationem contutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſalvam fore, quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt, cum oblgatus futurus ſit pupillo, ſi male res geſſerit tenet obligatio. Ergo etſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit, habebit vires ſtipulatio. Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt, ne forte vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant, valet ſtipulatio.

Cum autem noſtra intereſt, non eſt neceſſe addere ſtidulationem pœnalem: qui etiamſi regulariter ſtipulatio alteri facta non valeat, tamen excipitur, niſi ſtipulatoris interſit. [(tempore ſtipulationis non item ſi poſtea intereſſe cæpit. *Zoeſ. h. nu.* 29. *per l.* 78. *l.* 1. 7. §. 6. *in fin. de V. O.*)] tunc enim ſtipulatio valet, ut Juſtin. docet in §. 20. *h. n.* propoſitis tribus exemplis. Primum exemplum

...im eſt,cum tutor, qui tutelam non adminiſtrat a contutore ſuo adminiſtrante ſtipulatur rem pupilli ſalvam fore: quia cum etiam tutor, qui non adminiſtrat, pupillo tenetur actione tutelæ, certe eis intereſt rem pupilli ſalvam fore. Secundum exemplum eſt in verſ. *Ergo etſi*, cum aliquis ſtipulatur procuratori ſuo dari. ſtipulatoris enim intereſt: quia rem a procuratore per actionem mandati recipere poterit. Tertium exemplum eſt in verſ. *Et ſi creditori.* cum aliquis ſtipulatur creditori ſuo dari. Finge me debere Titio fundum Tuſculanum, & pœnam ei promiſiſſe. niſi officerem ut fundum illum intra menſem poſſideret. Recte igitur a poſſeſſore ſtipulor, ut eum fundum creditori meo tradat, ne in dictam pœnam incidam. Rurſus finge me debere Titio centum, eique prædia mea pigneraſſe, ita ut niſi intra menſem ei ſatisfacim, ea prædia diſtrahere poſſit. recte igitur ſtipulor a Sempronio ut ea centum Titio ſolvat, ne prædia mea diſtrahātur. & ex hac ſtipulatione, non Titio, ſed mihi datur actio contra Sempronium. *C. de donat. l. cum* ...22. [Hæredi quoque ſuo quis recte ſtipulatur. *Zoeſ. hic nu.* 18. ...*l.* 38. §. 1. *de V. O.* Et publicæ utilitatis cauſa receptum eſt, ut Notarius tanquam ſervus Publicus cuilibet etiam abſenti, ſtipulari poſſit, ita ut illi directa acquiratur actio, etiam ſine ceſſione: *Teſſaur. dec.* 70. *Parlad.* 2. *rer. quot. c.* 3. *nu.* 27. idem de magiſtratibus & aliis publicis perſonis aſſerit *Fab. hic nu.* 4. in iis quæ ad eorum officium pertinent. *per l.* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *C. eod. l.* 2. ...*em pup. ſalv. for.*]

Exceptio a regula: nemo poteſt promittere alium facturum.

21. § [a] Verſa vice, qui alium facturum promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, ut non teneatur, niſi pœnam ipſe Promiſerit.

a Eſtne exceptio a regula: nemo poteſt promittere alium facturum?

Poſterior caſus, quo utilis eſt adjectio ſtipulationis pœnalis, ...cum aliquis factum alienum promiſit: quia ex hac promiſſione non obligatur. *ſup. h. t.* §. *ſi quis alium.* 3. Efficiendum igitur eſt, ...pœnam promittat, niſi alter faciat. verbi gratia, *promittis Titium mihi facturum inſulam? promitto. niſi Titius mihi inſulam fecerit, centum pœnæ nomine dabit? dabo.* Hic caſus proponitur in § 1. *h. n.* quem §. ſic debes accipere, ut valeat ſtipulatio pœnalis, & ex ea poſſit agi, non ex ſtipulatione principali, [*v. not. ſup.* §. 3. *hic* ... *ſup. de V. O.* §. *fin.*]

Stipulatio rei ſuæ.

22. [a] Item nemo rem ſuam futuram, in eum caſum, quo ſua ſit, utiliter ſtipulatur.

a Poteſtne quis ſtipulari rem ſuam futuram in eaſum, quo ſua ſit?

Sep-

Septimum accidens eſt in §.22.*h n.* cum ſtipulatio confertur in eum caſum, quo res ſtipulantis futura eſt, veluti, *dabis mihi Stichum, ſi a domino mihi legatus fuerit?* talis autem ſtipulatio non valet, [quia concipitur in talem caſum a quo inchoari nequit, *Zoeſ.hic nu.32.*] quemadmodum ſtipulatio rei noſtræ non valet. *ſup.h.t.§.idem juris.2.verſic.vel rem ſuam.*

Diſſenſus circa rem.

a Quid ſi ſit diſſenſus circa rem?

23. § a Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum a te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris.

Octavum accidens eſt error, qui vel ſpectatur in nomine, ve in re. Si in nomine ſit erratum, cum de re conſtet, in quam con trahentes conſenſerunt, ſtipulatio valet. *ff.de verb.obl.l.ſi in nomi ne.*32. Error autem in re ſtipulationem vitiat. §.23.*h.n.* quia ſti pulatio, ut & omnes alii contractus, conſenſum requirit. *ff.* d *pact. l.* 1.*§.conventionis.* nihil autem eſt tam contrarium conſen ſui, quam error. *ff. de jurisdict. l.ſi per errorem.*15. Quocirca Stichum a te ſtipuler, tu Stichum mihi promittas, exiſtimar me de alio Sticho loqui quam re vera loquar, ſtipulatio non val quia non ſufficit conſenſus in nomen, ſed oportet contrahent conſentire in eandem rem. Quid ergo, ſi conttahentes in iden corpus conſenſerunt, cum alteruter ignoraret, quale corpus eſſe verbi gratia, ſtipulatus ſum a te hoc corpus, quod eſt æs, cum p tarem eſſe aurum: valet ne ſtipulatio? certe valet: [intereſt eni ſtipulatoris potius æneam rem habere quam nullam, quamvis cus ſit in emtore, præcii ratione.*l.*14. *C.de contr.emt.*] ſed ſi n decipiſti, quia ſciebas eſſe æs, ex doli clauſula mihi teneris. *ff. verb.obl.l.ſi id quod.*22. ſolet enim ſtipulationibus apponi h clauſula; *Dolum malum abeſſe, abſuturumqne eſſe.ff.de verb.o l.dolo.*119.*l.ex ea parte.*121. *in pr. l. ſi ita quis.*34. §. *alt.* qua prætermiſſa fuerit, de dolo actio datur. *ff.de rec.qui arb.l.ita mum.*31.gloſſ.*in d.l.ſi id quod.* 21. Ergo error in corpore ſtip lationem vitiat, error autem in ſola corporis promiſſi mater vel forma, ſtipulationem non vitiat.

Turpis cauſa promittendi.

a Quid ſi promiſerit quid ex turpi cauſa?

24. § a Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt, veluti ſi q homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, n valet.

N

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

onum accidens eſt turpitudo, quæ reddit ſtipulationem inutilem, veluti ſi quis ſe crimen aliquod commiſſurum promittat: §. .h.n.ff. de verb.oblig.l.generaliter.26.l.ſi flagitii.123. [quia talia habentur impoſſibilia. l.15.de condit.inſtit. confer ſup. §. 11 not. ubi idem ſi promittat ſe non commiſſurum crimen ſi dederit aliquid: quamvis gratuita pactio de non faciendo delicto valeat.l.40.de pact.Tuld. hic c. 4. Sic & valet pecuniæ ſolvendæ ſtipulatio in pænam, ſi delinquat. l.221.§.1.de V.O.& ibi Duaren.

Effectus conditionis additæ.

.§ [a] Cum quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit, ante conditionem deceſſerit, poſtea exiſtente conditione, hæres ejus agere poteſt. Idem eſt & ex promiſſoris par.

[a] Tranſmittiturne conditionalis ſtipulatio ad hæredes?

cimum accidens eſt mors contrahentium: de qua Juſtin. in h.n. dat hanc regulam, quod ſi pendente conditione ſtipulatione, moriatur ſtipulator, vel promiſſor, non extinguitur ſtipulatio, vide §. ſub conditionali. 4. ſupra de verb.ob. [& ibi not.] icta ſint de priori quæſtione hujus tituli, an ſtipulatio valeat.

Stipulatio hoc anno.

2. § [a] Qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt, omnibus partibus anni vel menſis præteritis, non recte

[a] Quid ſi ſi quis ſtipulatus ſit hoc anno dari?

Quando agi poſſit.

1 § [c] Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem: non potes continuo agere, niſi tantum ſpatium præterierit, traditio fieri poſſit.

[a] Quando poteſt agi ad rem promiſſam?

Poſterior quæſtio, quatenus ſtipulatio valeat, ſeu quando ex ea agi, diſſolvitur in §. pen. h.n. in quo dantur duæ regula. I. est de ſtipulatione in diem quod ex ea ſtipulator agere poteſt, niſi poſtquam ea dies prætereiit, verbi gratia, ſi mihi promiſiſti te daturum decem Kal, Martiis, non poſſum ipſis Kalendis contra te agere: quia tota illa dies tibi ad ſolvendum conceditur [l.13.14.de V.O. Tuld ſup.tit. 16. c. 6.] nec poſſum conqueri quaſi Kal. Martiis non ſolveris, priuſquam Kalendæ effluxerint ſupra de verb. obl. §. omnis. 2. II. Regula de ſtipulatione eſt in §. ult. h.n. quod ex ſtipulatione pura non prius agi poteſt, quam tantum temporis præterierit, quo rei traditio fieri po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tuerit. hoc autem tempus definiendum eſt arbitrio judicis, arg
l.1.§.ult.ff.de jur. delib. qui fere definiet tempus decem dierun
arg. *l.promiſſor. 21. ff. de conſtitut. pecun.* niſi locus ſtipulatior
adjectus longius tempus requirat. *ſupra de verb. obl. §. loca.* [
Menoch. arb.27.Tuld.d.tit.19.c.5.] Obſerva cum ſtipulatio e
in diem concepta, exigi ante diem non poſſe, quia dies nondu
venit: cum autem obligatio eſt pura, exactionem differri hum
nitatis cauſa, licet dies venerit. [*v.l.118.§.1.de V.O.*] Inter hæc d
dilationum genera notabilis differentia eſt, quod debitum in die
non compenſatur ante diem: debitum autem purum compen
tur, etiamſi nondum exigi poſſit. *ff.de compenſat.l. Quod in die*
7.in pr.l.cum militi.16.§1. Expoſui duas regulas a Juſtiniano
contextu poſitas. Quibus addi poteſt. III. Regula de ſtipulati
ne conditionali, ex qua non prius agi poteſt, quam conditio e
ſtat. *ff. de verb. ſignific. l. cedere diem.* 213. [Nota hic. Quod
quis promiſit ſolvere in diebus illis eluſorium cenſeatur. *Cor.*
in l. 41. de V.O. Tuld.vero d.c:6. inſpiciendum putat quid act
ſit. Si quis promiſit his diebus dare lapſo biduo recte convenit.
41.l.109. de V.O.l.217.de V.S. idem ſi promiſit intra paucos d
Tuld.d.tit.26.c.6. Solutionem promittens in tribus terminis
judex arbitrabitur habita ratione quantitatis ſummę, & perſo
promittentis. *Iaſon.in d.l.* 41. Sic poſt annos in teſtamento li
eſſe juſſus, poſt biennium liber erit. *l.libertus. §. fin.de manu*
teſtam.]

AXOIMATA.

1. *Non entis nullæ ſunt qualitates.* §. 1. *conjun.* l. 4. §. 1. ff. de
empt.
2. *Nemo rem ſuam pure,* §. 1. *vel rem ſuam futuram, in eum ca*
quo ſua futura eſt, ſtipulari poteſt. §. 21.
3. *Contractus, qui ab initio non valet, ex poſt facto non confir*
tur. dict. § 2.
4. *Contractus, qui ad eum caſum pervenit, a quo incipere non*
teſt, infirmatur. dict. §. 2.
5. *Quæ ſui natura dominio noſtro ſunt exempta, in obligati*
deduci nullo modo poſſunt. d. §. 2.
6. *Alieni facti promiſſio non valet.* §. 3. & 21.
7. *Non obligatio, ſed ſolutio in extraneam perſonam confer*
teſt, §. 4 & 19.
8. *Utile per inutile non vitiatur.* dict. §. 4. & §. 18. *conj.* §. i
exequitur. infra de manda. & l. 1. §. pen. ff. de verb. o
reg. 37. extra de reg. jur. lib. 6.
9. *Vox filii eſt tanquam vox patris, & vox patris eſt tanquan*
filii. d. §. 4.

10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

10. *Dicta in præfationibus, cenſentur repetita in concluſionibus.* §. 5. *conjun.* §. at nec plurimi. infra de leg. Aquil. & l. 4. ff. de pact. & l. Titia. 134. ff. de verb. oblig.

11 *Servus civiliter obligari non poteſt.* §. 6.

12 *Filiusfamilias obligatur ut paterfamilias.* d. §. *conjun.* l. filiusfamilias. 39. ff. de oblig. & act.

13 *Stipulationem contrahentes, ſe invicem exaudire debent.* § 7.

14 *Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non intelligit, quod agit:* §. 8. *conjun.* l. 5. ff. de div. reg. jur.

15 *Pupillus omne negotium recte gerit, dum tamen tutor adhibeatur, ubi tutoris auctoritas eſt neceſſaria.* §. 9. *conjun.* princ. tit. ſupra de auctor. tut. & §. nunc admonendi. ſupra quib. alien. lic. vel non.

16 *Infans & infantiæ proximus non multum a furioſo diſtant; quia non habent intellectum.* d. §. 9.

17 *Proximi infantiæ idem juris habent in ſtipulando quod proximi pubertati*- d. §. 8.

18 *Impubes, qui in poteſtate parentis eſt. ne quidem patre auctore obligatur.* dict. §. 9.

19 *Impoſſibilis conditio vitiat contractum.* §. 11.

20 *Neceſſaria conditio non ſuſpendit obligationem.* d. §. 11.

21 *Lites celeriter ſunt dirimendæ.* §. 13.

22 *Inſtrumento creditur, niſi contrarium probetur.* d. §. *conj.* §. ult. infra tit. prox.

23 *Stipulationes ex conſenſu contrahentium valent.* §. 13. *conjun.* §. 1. ſupra de verbor. obligat.

24 *Præpoſtera ſtipulatio hodie valet.* §. 14.

25 *Actus recte factus præſumitur.* §. 17. *conj.* §. ult infra tit. prox.

26 *Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt res in ſtipulatum deductæ.* §. 18.

27 *Stipulationes inventæ ſunt, ut unuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt.* §. 19.

28 *Cum pœnam ſtipulamur, non quæritur, an interſit, ſed quantum pœnæ nomine promiſſum ſit.* d. §. 19.

29 *Turpis promiſſio non valet.* §. 24. *conjun.* l. ſi flagitii. 123. ff. de verbor. obligat.

30 *Spes obligationis conditionalis ad hæredem tranſit.* §. pen. *conjun.* §. ex conditionali. ſupr. de verb. oblig.

DE FIDEJUSSORIBUS.

TITVLVS XX.

Alia eſt ſtipulatio principalis, alia acceſſoria, ut fidejuſſoris.

Nota primo, eorum, qui pro alio interveniunt, varia eſſe

genera, alii namque ſunt fidejuſſores, qui etiam vocantur adpro-
miſſores: alii mandatores: alii expromiſſores: alii conſtitutæ pe-
cuniæ rei. Fidejuſſor a mandatore differt. I. Quia fidejuſſio fit
per ſtipulationem. *infra hoc tit. §. ult. cum ſim.* mandatum vero
nudo conſenſu contrahitur. *infra de oblig. ex conſen. in princ.* II.
Quia mandator ſemper præcedit obligationem principalem: ve-
luti, *mando tibi, ut pecuniam credas Titio, meo periculo quam
nondum credidiſti, ff. mandati. l. ſi vero. 12. §. ſi poſt. 14.* [adeo ut
qui poſt creditam pecuniam mandavit, non obligatur: niſi ſimul
pro debitore petat ſuo periculo inducias ſolutionis. *l 12 §. ſi poſt. ff
mand.*] fidejuſſor autem & præcedere, & ſequi principalem obli-
gationem poteſt. *infra hoc tit. §. fidejuſſor & precedere. 3.* Rurſus
fidejuſſor ab expromiſſore differt: quia expromiſſor ita ſuſcipit in
ſe alienam obligationem, ut ſolus obligetur; is autem, pro quo ex-
promittit, non ſit obligatus; vel quia ab initio tota obligatio in
ſolum expromiſſorem conferatur; vel quia ex poſt facto princi
palis debitor per novationẽ liberatur, & obligatio in expromiſſo
rem transfertur: fidejuſſor autem ita obligatur, ut nihilominu
etiam reus principalis, pro quo fidejubet, ſit obligatus; immo e
Nov. 4. fidejuſſor conveniri non poteſt ante reum principalem ex
cuſſum. Tandem fidejuſſor differt a pæcuniæ conſtitutæ reo. I
Quia conſtitutum fit pacto nudo. *infra de act. §. de conſtit. 9. & ff
de pecun. conſtit. l. 1. in princ. & §. eum qui. 4.* fidejubetur autem pe
ſtipulationem, ut paulo ante notavi. II. Quia pecuniæ conſtitut
reus ſemper obligationem principalem ſequitur, quandoquidem
non poteſt conſtitui, niſi quod jam debitum eſt. *d. l. 1. §. debitu
7. & paſſim.* fidejuſſor autem (ut paulo ante dixi) tam præceden
quam ſequi principalem obligationem poteſt. III. Quia conſt
tutum ſemper habet diem adjectam vel expreſſe, vel ſaltem tac
te, quia ſubauditur tempus decẽ dierum. *ff de conſtit. pec. l. promi
ſor. 21. §. 1.* unde conſtitutum ſemper dicitur fieri in diem: fid
jubere autem poſſumus non ſolum in diem, ſed etiam pure. *inf
hoc tit. §. fidejuſſores. 5.*

Nota ſecundo, in omni fidejuſſione tres perſonas ſpectari; nem
pe debitorem principalem, pro quo fidejubetur; creditorem, ap
quem fidejubetur; & ipſum fidejuſſorem: item tres obligatione
primam, qua principalis debitor tenetur creditori, unde vocat
obligatio principalis; ſecundam, qua fidejuſſor eſt obligatus
dem creditori; tertiam, qua debitor principalis obſtrictus eſt fi
juſſori. His expoſitis, divido hunc titulum in quatuor partes,
prima agitur de obligatione principali, cui fidejuſſoria accedit
ſecunda de obligatione fidejuſſoris: in tertia de obligatione, c
reus principalis tenetur fidejuſſori: in quarta de his, quæ fidej
ſioni accedunt.

U

Uſus & finis fidejuſſionis.

PRo eo qui promittit, ſolent alii obligari, qui fidejuſſores appellantur, quos homines accipere ſolent, dum curant, ut diligentius ſibi cautum ſit. Quis eſt uſus & finis fidejuſſionis?

In prima parte primo quæritur, cur fidejuſſo- cipiantur? Reſpondetur *in princ tit.* ut magis cautum ſit cre- ibus, id eſt, ut ſi forte debitores principales non ſint ſolven- xigi poſſit a fidejuſſoribus.

Obligationes ad quas fidejuſſiones fiunt.

1 §. a In omnibus autem obligationibus adſumi poſ- id eſt, ſive re, ſive verbis, ſive literis, ſive conſenſu actæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, utrum s, an naturalis ſit obligatio, cui adjicitur fidejuſſor, quidem, ut pro ſervo quoque obligetur, ſive extra- ſit, qui fidejuſſorem a ſervo accipiat, ſive ipſe domi- id, quod ſibi naturaliter debetur. [At e contrario eo quod dominus ſervo debet, fidejuſſor acceptus enetur. *l.56.§.1.h.tit:*] a Ad quas obligationes accedunt fidejuſſores?

S undo quæritur, pro quibus debitoribus fidejuberi poſſit, ſeu l idem valet) quibus obligationibus accedere poſſit obligatio ſſoria? Reſpondetur *in §.1.h.n.* fidejuſſorem poſſe accedere obligationi. [etiam quæ ex delicto, vel quaſi proficiſcitur, nus agitur civiliter ad pœnam pecuniariam. *l.66.in fin.ff.hoc* amen reus moriatur ante litem conteſtatam, liberatur tam ſſor quam reus. *Tulden. hic c. 1. per l.3.§.11.ff.de pecul. l. 2.ff.ſi quis caut. & ibi Coſtal.*]

Heres fidejuſſoris.

2 § a Fidejuſſor non tantum ipſe obligatur, ſed etiam lem relinquit obligatum. a Obligaturne hæres fidejuſſoria?

ecunda tituli parte primo quęritur an morte fidejſſoris obli- idejuſſoria extinguatur. Reſpondetur in *§.2.h.n.* obligatio- on extingui, ſed tranſire in hæredem fidejuſſoris: quemad- m obligatio rei principalis tranſit in hæredem ejus: quia fide- obtinet locum rei. *ff.hoc tit.l.poteſt.4.§.1.* [etiamſi mentio is nulla facta ſit. *d.l.4.l.5. & l.24.C.eod.l.8.ff.mand.l. le conſtit.*]

An ſequi an præcedere debeat fidejuſſio.

a Debetne ſequi, an præcedere obligationem fidejuſſio?

3. § [a] Fidejuſſor & præcedere obligationem, & ſequ
poteſt.

Secundo quæritur, utrum ſidejuſſor promittat ante, an poſt reur
principalem? Reſpondetur in § 3. *h.n.* utroque tempore fidejuſſc
rem poſſe promittere. [& ſi ante promittat fidejuſſio ſimilis e
mandato quo quis mandat alicui credi. *l. 32. ff. mand.* ſi ver
poſt ſimilis eſt conſtituto. *l. 5 §. debitum de conſt. pec.*]

Notandum tamen eſt, fidejuſſorem non obligari ante reur
principalem: quia acceſſoria obligatio ſine principali non conſiſti
ff. eodem l. fidejuſſor. 97. itaque promiſſio fidejuſſoris ante prom
ſionem rei principalis facta, non ſtatim vim habet, ſed tum d
mum, cum reus principalis obligabitur. [*l. 35. de judic.*]

Plures fidejuſſores.

a Quid ſi plures ſint fidejuſſores?

4. § [a] Si plures ſint fidejuſſores, quotquot erunt num-
ro, ſinguli in ſolidum tenentur. Itaque liberum eſt credi-
ri, a quo velit ſolidum petere. Sed ex epiſtola Hadria
compellitur creditor a ſingulis, qui modo ſolvendo ſit
litis conteſtatæ tempore, partes petere. Ideoque ſi qs
ex fidejuſſoribus eo tempore ſolvendo non ſit, hoc cæ-
ros onerat. Sed ſi ab uno fidejuſſore creditor totum cc-
ſequutus fuerit, hujus ſolius detrimentum erit, ſi is, p
quo fidejuſſit, ſolvendo non ſit: & ſibi imputare debe
cum potuerit juvari ex epiſtola D. Hadriani, & deſide
re, ut pro parte in ſe detur actio.

Tertio quæritur, quatenus obligentur multi fidejuſſores, i
pro eodem fidejuſſerunt. Imp. in 4. *h.n.* docet, ſingulos fide-
ſores in ſolidum teneri ipſo jure, [etiamſi id nominatim non c-
venerit. *l. 3. C. eod.*] ſed habere exceptionem ex epiſtola D. Ac-
ni, [a fidejuſſore allegandam. *l. 26. eod. Goris ad Conſ. Gelro. I.*
c. 17. art. 2. gl. 4. qui hodie ipſo jure competere ait neque nec-
rio opponendam.] per quam cogunt creditorem actionem f
dividere, & ſingulos fidejuſſores pro partibus convenire, dum
do omnes fidejuſſores tempore litis conteſtatæ ſint ſolvendc
vero eo tempore quis ſolvendo non ſit hoc ceteros onerat. *Pere*
niſi tamen confidejuſſor, creditorem admonuerit, ut ab eo
ſtive peteret, nec voluit. *Tuld. hic c. 4. Gom. 2. reſ. 13. nu. 9.*
tamen locum non habet ſi omnes diviſionis & ordinis ſive e
ſionis beneficiis renunciarint. *vid. Fab. C. lib. 8. tit. 28, def. 35*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

*rit.de fidejuſ.c.*20.§.15.*nu.*8.21.25.*Argent.ad C.Br.art.*209.] quod ſi fidejuſſor in ſolidum conventus; omittat beneficium dictæ epiſtolæ, in ſolidum condemnabitur: nec poterit partẽ a confidejuſſorib; repetere, quia nullã actionem contra eos habet, (quippe quum eis non contraxit. ſed omnes fidejuſſores cum creditore contraxerunt. dum ei ſtipulanti promiſerunt) niſi ſibi a creditore ceſſa fuerit. *ff.eod.l.ut fidejuſſor.*39. [Contra debitorem & confidejuſſores. *v.Sand.lib.*3.*tit.*10.*def.*6.*Neguz.de pign.m.*4.*par.pr.* *n.*32.*& ſeqq.* etiam pignora ſi quæ habeat creditor ſolventi fidejuſſori credere tenetur. *l.*11.14.21. *C. de fidejuſſ.* niſi ea quoque pro alio debito teneat creditor. *Sand.d.def.*6.*per l.*2 *C.eod.* Ceſſio autem hæc ante ſolutionem fieri debet vel mox poſt eam, niſi convenerit de ea facienda. *Tuld.hic c.*6.*per l.*37.*l.*40.*h.tit.* Sed hodie ex intervallo quoque fieri poſſe tradit. *Sand. de Act.ceſ.c.*7.*nu.*11. & quod in Gallia, ceſſio non requiratur. *v.Argent. ad C. Br. art.* 13 *gl.*2.*nu.*4 *Louet.lit.C.arr.*38.] Quamvis autem hic fidejuſſor, qui ſolidum ſolvit, nihil poſſit a confidejuſſoribus repetere; tamen poteſt, quicquid ſolvit, actione mandati repetere a reo principi, pro quo ſolvit. *infra hoc tit.* §. *ſi quid autem.* Niſi aut pro abſente & ignorante fidejuſſerit, quo caſu agit negotiorum geſtorum. *ff.manda, l.ex mandato.*20.§.1. aut pro invito, donandi animo fidejuſſerit, quibus caſibus nullam habet actionem. *ff.eo.l.ſi remunerandi.*6.§.*ſi paſſus.*2. *& l.ſi pro te.*40. [*Infr.*§.6.*hic.* Habet fidejuſſor beneficium excuſſionis ſive ordinis. *l.*3.§.*hic.* Niſi ei nominatim renunciaverit non in genere. *Zoeſ. hic nu.* 10. vel difficilis ſit debitoris ipſius excuſſio & conventio ob notas calumnias aut inſolentem potentiam. *Tuld. hic. c.*4.*Gomeſ.*2.*reſ.*13.*nu.*14. *arg. l.* 2. *ff. qui ſatisd. &* *Nov.*4.*c.*1. vel notorium ſit eum non eſſe ſolvendo. *Zoeſ. hic nu.* 9. niſi tamen de eo admonitus creditor ipſius negligentia factus ſit non ſolvendo. *per l.*41. *hic.adde ſup hoc* §.4.*not.* Idem ſi debitor principalis ſit abſens. *Auth.Præſen.C.hic Perez. hic.* ſi tamen petat fidejuſſor ſibi dari tempus intra quo eum poſſit evocare & adducere, judex ei concedet. *Perez.hic.*]

Obligatio fidejuſſoris in quid fiat.

§ [a] Fidejuſſores ita obligari non poſſunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali re. At ex diverſo, ut minus debeant, obligari poſſunt Itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fidejuſſor in quinque recte

[a] Poteſtne in amplius obligari fidejuſſor?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

obligatur ; contra vero obligari non poteſt. Item ſi ille pure promiſerit, fidejuſſor ſub conditione promittere poteſt, contra vero non poteſt. Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus, aut plus intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus dare.

Quarto quæritur, in quantum fidejuſſores poſſint obligari. Reſpondetur in §.5.*h.n.* eos non poſſe in plus obligari, ſed vel in tantumdem, vel in minus, quam obligetur reus principalis:quia non poteſt plus eſſe in acceſſione, (id eſt, in acceſſoria obligatione) quam in principali: quamvis alibi interdum plus eſſe poſſit in acceſſione, quam in principali, ut *ſupra de rer. diviſ.* §. *ſi tamen* 28.*& ff.de contrah. empt.l.ſi in emptione.*34.*in pr.* [ſic Conſtitutum valet etiam in aliam rem & citeriorem diem factum quam erat obligatio principalis. *Tulden.hic.c.*2.*per l.* 1.§. 5.*l.*4.*de Conſtit.* Fidejuſſio autem ſtrictiſſime intelligenda juxta obligationem principalem. *Tuld.hic c.*2. ita etiam ut ad certum tempus datus, eo uſque tantum teneatur, & prorogatione termini liberetur. *Hering. d. c.* 20.§.12.*nu.*4.*Tuld.d.c.*2. ſecus ſi ſimpliciter datus ſit ſine temporis præfinitione. *Sand d.tit.*10.*def.*5 vel pro cauſa tractum temporis requirente,tum enim non liberatur niſi ea finita. *Sand.d.tit.*10.*def.*7.*Gomeſ.*2.*reſ.*18.*nu.*10. & qui ſe obligavit in ſortem tantum,non tenetur in uſuras. *Sand ibid. def.* 4 quamvis ſimpliciter acceptus in omnem cauſam intercesſiſſe intelligatur.*l.*56.§.*ult.l.*58.*h.tit.Sand d.def.*4.]

Nota aliud eſſe plus; aliud magis, nam fidejuſſor non poteſt plus debere, quam reus principalis, ut hic traditur: poteſt tamen eſſe magis obligatus; ſiquidem fieri poteſt, ut reus principalis tantum natualiter debeat,fidejuſſor autem ſit civiliter obligatus *ſupaa hoc tit.* §. 1. [& ſi ſe in plus obligavit valet tamen ad concurrentem quantitatem. *l.*22.*C.de fidejuſ.Hunn.*3.*res.tr.*5 *qu.*5 *Zoeſ.hic nu.*16.*Tuld.c.*2.]

Actio fidejuſſoris qui ſolvit.

a Quæ actio datur fidejuſſori qui ſolvit?

6.§.a Si quid autem fidejuſſor pro reo ſolverit: ejus recuperandi cauſa habet cum eo mandati judicium.

In tertia tituli parte de obligatione, qua reus principalis tenetur fidejuſſori, quæritur, quod remedium detur fidejuſſori contra reum,pro quo ſolvit. Reſpondetur in §. 6. *h. n.* dari actionem mandati. Excipe I.Niſi pro invito vel donandi animo fidejuſſerit quibus caſibus nullam habet contra reum actionem. II.Niſi pro abſente & ignorante fidejuſſerit. tunc enim non habet actionem mandati, ſed negotiorum geſtorum. qui vero præſens patitur

pr

p ſe fidejuberi, cenſetur id mandare, & merito obſtringitur ndati. *ff. mand. l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus. 2. l. ex mandato.* 2. *§. 1. l. ſi pro te. 40. & l. qui fide. 53.* [*adde ſup. §. 4*, Sed huic a- oni locus non eſt antequam condemnatus ſit fidejuſſor. *l. 56. p e jud.* præterea ſi ad inopiam vergat reus, aut diu ſolutionem trahat, tum enim agere poteſt fidejuſſor ut liberetur. *c. fin. ext.* e. *Zoeſ. hic nu. 18.* Quamvis autem diu & per decennium ſte- t in oligatione, agere tamen contra debitorem non poterit ut l retur, ſed ita demum ſi vel debitor in ſolvendo, vel creditor i xigendo ceſſent. *Sand. d. tit. 10. def. 7. Fab. C. lib. 4 tit. 26. def.* 2 *& 26. Coſtal. in l. 21. de neg. geſt. Hering. d. tit. c. 25. nu. 32. & ſ q. Menoch. 2. arb. 41. nu. 3. & ſeqq. per l. 38. & ibi Goth. ff. n dat.*]

Græce acceptus fidejuſſor.

7. § a Græce etiam fidejuſſor ita accipitur, *τῆ ἐμῆ πίστει ουω ἐγὼ, id eſt, mea fide jubeo ego.* ſed & ſi dixerit *θέλω*, ſive *ομαι, id eſt, volo*, ſed & *φημὶ, id eſt, affirmo*: pro eo erit, a ſi dixerit *λέγω, id eſt, dico.*

a Poteſtne græce accipi fidejuſſor?

In quarta & ultima tituli parte conſiderantur duo fidejuſſionis a identia. Primo huic contractui accidit, ut lingua Græca fiat. *§ en. h. n.* licet enim ſtipulatio ſit contractus juris civilis, tamen, n ſolum Latina, ſed etiam quavis alia lingua fieri poteſt. *ſupra d verb. oblgat. §. 1.* [modo ſe invicem intelligant,]

Quæ fides ſcripturæ.

8. § a In ſtipulationibus fidejuſſorum ſciendum eſt hoc g neraliter accipi, ut quodcunque ſcriptum, ſit quaſi a- m. Ideoque conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fidejuſſiſſe, vi- ri omnia ſolemniter acta.

a Quod ſcr. tum eſt habeturne ei fides?

Secundum accidens eſt ſcriptura. Hic quæritur, ſi inſtrumen- ſcriptum ſit aliquem fidejuſſiſſe, an per illud inſtrumentum ſ ficienter probetur obligatio fidejuſſoris, Dubitandi cauſa eſt: q a fidejuſſor non obligatur, niſi interrogatio præcedat, & re- nſio congrua ſequatur, ut contingit in omnibus. *ſupra tit. p x. §. præterea.* Reſpondetur *in §. ult.* cum ſcriptum ſit aliquem f ejuſſiſſe, omnia præſumi ſolemniter acta, id eſt, præſumi n aecte fidejuſſiſſe, ita ut actus valeat, & fidejuſſor obligetur. ijunge. *§. ſi ſcriptum. ſupra tit. prox.* [*& ibi not.*]

AXIOMATA.

1. *Cuivis obligationi fidejuſſor accedere poteſt.* §. 2.
2. *Fidejuſſor poteſt magis,* d. §. 1. *vel minus, non plus debere, quam reus principalis* §. 5.
3. *Obligatio fidejuſſoris tranſit in hæredes.* §. 1.
4. *Contractus acceſſorius ante contractum principalem fieri poteſt.* §. 3. *ſed interim obligationem non parit.* ff. eo. l. fidejuſſor antequam. 57.
5. *Qui beneficium ſibi a jure datum prætermittit, ſibi debet imputare.* §. 4.
6. *Plus in acceſſione eſſe non poteſt, quam in re principali.* §. 5.
7. *Qui citius dat, plus dat, qui ſerius dat, minus dat.* d. §. 5. *conjun.* §. plus autem, infra de actionibus.
8. *Actus præſumitur recte geſtus.* § ult. *conjun.* §. ſi ſcriptum. ſupr tit. prox.

DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

TITVLVS XXI.

Literarum obligatio,

Quæ eſt literarum obligatio?

OLim ſcriptura fiebat obligatio: quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non ſunt in uſu. Plane ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt, de pecunia minime numerata, poſt multum temporis exceptionem opponere non poteſt: hoc enim ſæpiſſime conſtitutum eſt. ſic ſit, ut & hodie, dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur; & ex ea naſcatur condictio, ceſſante ſcilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus uſque ad quinquennium procedebat: ſed ne creditores diutius poſſint ſuis pecuniis forſitan defraudari, per conſtitutionem noſtram tempus coarctatum eſt, ut ultra biennii metas hujuſmodi exceptio minime extendatur,

Expoſitis contractibus, qui re, aut verbis perficiuntur, conſequenter explicatur literarum obligatio: ac differentia ponitur in-

te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ejus antiquum, & jus novum: quoniam olim ex ſyngraphis jus
n dicebatur, id vetante lege Gabinia, teſte M. Tullio *lib. 5. ad*
t. epiſt. ult. ſed veteres apud argentariorum menſam pecuniam
d onere, & per eos fœnerare ſolebant. cum enim publicum ſit
a entariorum munus *ff. de edend. l. argentarius.* 10. §. 1. per ſcri-
p ram argentarii contrahebatur obligatio; quæ dicebatur fieri
n minibus, propterea quod argentarius nomen eorum, quibus pe-
c ia expenſa erat, in tabulas referebat. Sed poſtea hic mos exole-
v & cœpit major eſſe ſyngrapharum auctoritas.

Notandum igitur eſt, privatam ſyngrapham, id eſt, chirogra-
p m debitoris, initio tantum valere ad probandum: immo hanc
p bationem eſſe imperfectam: quia ſi manu mea ſcripſero me tibi
d ere centum ex cauſa mutui, hæc ſyngrapha non ſufficiet ad me
c demnandum, quia poſſum excipere de non numerata pecunia,
 ſt, dicere me eam ſyngrapham ſcripſiſſe, non quia revera cen-
t a te mutuo acceperim, ſed quia ſpem mihi feceras te centum
m i crediturum, ſi darem eam ſyngrapham. ergo hac exceptione
 gentem ſummoveo, niſi alia legitima probatione oſtendas te
c entum realiter mihi numeraſſe. *C. de non numera. pecun. l. 3.*
a ſyngrapha cauſam obligationis antecendentem contineat, nec
li ido per ſcripturam probare poſſim eſſe indebitum. *C. eod. l.*
g eraliter 13. [ideoque in mutuo hæc exceptio tantum locum
h bet, & in reliquis contractibus cauſam continentibus haud du-
b ſtatim nocet confeſſio. *Tuld. hic c. 2. arg. l. 25. §. ult. de prob.*
P ez. hic. in fin.] Hæc eſt vis ſyngraphæ ab initio, id eſt, intra bien-
n m. poſt biennium vero longe majorem vim accipit: quia va-
l ad obligandum, ut ita puniatur negligentia debitoris, qui per
i grum biennium ſyngrapham penes creditorem reliquit, qua-
ſi oſt biennium nimis ſera ſit ejus querela. [Ceſſat autem hæc
e eptio quoque intra biennium ſi debitor agnoſcens cautionis
 em partem ſortis vel uſurarum ſolvit: *Perez. d. loc.* item in-
 mercatores: ſi ſit inſtrumentum publicum: item ſi huic ex-
c tioni ſit renunciatum. *Tuld. hic c. 3. Sand. lib. 3. tit. 2. def.*
cker. 1. diſſ. 6. nu. 2, 3. 5. Zanger. de Exc. p. 3. c. 14. nu.
 .]

Statuatur ergo regula, quod chirographum poſt biennium ex
 die numerandum, quo ſcriptum fuit, literarum obligationem
 rit. recte enim dicimus obligationem literis, non re contrahi:
 ia non quærimus, an debitor pecuniam acceperit, ſed an ſe de-
 e ſcripſerit.

Hæc regula patitur quaſdam exceptiones, quas libet hic appo-
 e. Excipitur I. Niſi intra biennium debitor conqueſtus ſit de
 n numerata pecunia. quamvis enim exceptio non numeratæ
pecuniæ

pecuniæ regulariter biennio terminetur, tamen per querelam in-
tra biennium propoſitam perpetuatur, adeo ut hoc caſu non na-
ſcatur literarum obligatio. *C. de non num. pec. l. ſi intra.* 8 *l. cum*
ultra. 9 *l. in contractibus.* 14. *§. ult.* II. Niſi ſit chirographum mi-
noris: quia dictum biennii tempus contra minorem, quamdiu eſ
minor, non currit. *C. in quib. cauſ. integ. reſtit. non eſt neceſ. l. ul.*
III. Niſi debitor per reſtitutionem in integrum recuperare poſſi
exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam lapſu biennii ami
ſerat. *d. l. in contractibus. in princ.* IV. Niſi debitor poſt bienniun
velit probare ſe non accepiſſe pecuniam, ut Doctoribus noſtri
vulgo placet, qui putant exceptionem non numeratæ pecuni
quandocumque proponi poſſe. quod autem de biennio ſtatuitu
ſic accipiunt, ut intra biennium onus probandi incumbat actor
poſt biennium vero ad reum transferatur. Hæc ſententia, quan
vis in foro recepta, manifeſte falſa eſt: quoniam Imper, diſerte a
reum, dum poſt biennium conqueri non poteſt, ſcriptura obl
gari, & ex ea ſcriptura naſci condictionem. quemadmodum ig
tur cum aliquis juravit ſe mutuum dediſſe, non quæritur, an mu
tuum dederit, ſed an juraverit, & ex eo jurerando datur actio. *in*
de act. §. item ſi quis poſtulante. ita etiam cum aliquis ante bie
nium ſcripſit ſe pecunam mutuam accepiſſe, non quærimus,
acceperit, ſed an ſcripſerit, & ex ea ſcriptura datur actio. [neq
ulla probatio in contrarium admittitur *Gudel. de I. N. lib.* 3. *c.*
nu. 32, 33. adeo ut nec juramentum deferre adverſario poſſ
Gudel. ibid per l. 14. *§.* 4. *C. de non num. pec. l.* 8. 10. *C. ead. Fachi*
2. *con.* 81. 82. Diſſ. *Bronk. aſſ.* 22. *cent.* 2. cujus ſententia morib
fere obtinuit. *Tuld. hic c.* 3. Quemadmodum moribus quoq
paſſim hæc exceptio recepta non eſt, ſyngraphis & apochis h
betur fides ab initio ſine temporis præfinitione, ita uti debito
incumbat ſemper probare & ſemper poſſit probare ſe pecunia
non accepiſſe, etiamſi renunciarit exceptioni non numeratæ p
cuniæ. *Zoeſ. hic nu.* 14. *& ibi Deſſel. Groenw. C. d. tit. nu.* 4. 5. *Ch*
ſtin. dec. 37. *nu.* 6. 10. *vol.* 3. *Zyp. Not. lib,* 2. *de except.* ubi ait ide
in dote cauta locum habere. Poteſt tamen debitor creditori j
ramentum deferre, ita ut illud creditor præſtare debeat ſe num
raſſe vel debitori referre ſibi numeratam non eſſe *Groenw. d. l*
nu. 7.]

E

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSU.

TITVLVS. XXII.

Obligationes, conſenſu initæ.

CONſenſu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu contrahi: quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt: at nec dari quicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio, ſed ſufficit, eos qui negotia gerunt, conſentire. unde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel per nuntium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id: quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet. cum alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat. a Quæ obligationes contrahuntur conſenſu?

Ultimum contractuum genus, eſt eorum, qui nudo conſenſu perficiuntur.

Primo Imper. enumerat hos contractus. ſunt autem quatuor, videlicet emptio & venditio, locatio & conductio, ſocietas, mandatum.

Nota primo appellatione locationis contineri etiam emphyteuſim, quæ eſt locatio quædam perpetua, vel ad longum tempus. *ff. ager. vectig. l. 2. §. 1. & ll. ſeqq.*

Nota ſecundo, duas differentias inter hos contractus. I. Alii ſignificantur uno nomine, ut ſocietas, & mandatum: alii duplici nomine, ut emptio & venditio, locatio & conductio. neque enim emptio & venditio ſunt duo contractus, neque locatio & conductio, ſed unus eſt contractus, qui diverſo reſpectu vocatur emptio & venditio, vel locatio, & conductio. II. Emptio & venditio, et non locatio & conductio magis reſpiciunt ad res, quam ad perſonas. ut puta non tam ſpectamus a quo emimus, vel conducimus, quam quid emanus, vel conducamus, e contrario, ſocietas & mandatum magis reſpiciunt perſonam, cum qua contrahitur. In his enim dicitur eligi induſtria perſonæ. ut puta eligimus certam perſonam ſocii, vel certam perſonam procuratoris cui aliquid mandamus.

Secundo in verſic. *Ideo*, rationem affert, cur hi contractus dicantur

cantur perfici conſenſu. Hæc expoſitio eſt neceſſaria, quoniam
omnes contractus couſenſum requirunt. *ff. de pact. l. 1. §. conven-
tionis. 2.* ſed hi dicuntur conſtare conſenſu, id eſt, ſolo conſenſu,
cum in aliis contractuum generibus præter conſenſum requiratur,
rei traditio, aut prolatio verborum, aut ſcriptura.

Tertio in verſ. *Item*, exponit horum contractuum proprieta-
tem, & oſtendit eos eſſe bonæ fidei, non ſtricti juris, adeo ut per
eos contractus aliquis ex bono & æquo obligetur etiam in id
quod expreſſe non promiſit ſi modo bona fides (id eſt, æquitas)
ſuadeat, ut in id teneatur. Hæc proprietas convenit omnibus his
contractibus, non tamen ſolis, ſed etiam aliis, ut depoſito, & com-
modato. *infra de act. §. actionum. 28.* [Cum vero hodie ſequamu
in omnibus ſimplex & merum jus gentium, quo alterum, alteri
præſtare oportet, quod ex æquo & bono adjudicandum venit
juxta clauſulam illam ſalutarem quæ ab advocatis omnibus actio
nibus ſubjicitur: *Vel aliter prout judici bonum & æquum videbi
tur.* Ideo omnes Contractus & actiones bonæ fidei eſſe volun
Cyprian. hic in Cenſur. Belg. Argentr. ad C. B. art. 283. gl. 4. Diſ
ſent. *Tulden. hic c. 2. Buſ. ad l. 7. nu. 15. ff. de dolo.* qui putant mo
ribus hanc diſtinctionem non eſſe ſublatam. *vide & Pinell. in l.
2. de reſc. vend. c. 1. nu. 35.*]

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

TITVLVS XXIII.

HUjus tituli quatuor ſunt partes.

In prima parte declarantur tria ſubſtantialia, quæ requi
runtur ad hoc, ut emptio & venditio conſiſtat.

Contractus emptionis venditionis.

Quomodo contrahitur emptio venditio?

EMptio & venditio, coutrahitur, ſimulatqu
de pretio convenerit, quamvis nondu
pretium numeratum ſit, ac ne arrha quide
data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datu
argumentum eſt emptionis & vendition
contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditi

b Quid ſi arrhæ intervenerint?

nibus quæ ſine ſcriptura conſiſtunt, obtinere oporte
nam nihil a nobis in hujuſmodi emptionibus & vend
tionibus innovatum eſt. c In iis autem, quæ ſcriptu
conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem
empti

c Quid ſi convenerint ut ſcripto fiat emptio & venditio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ptionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta emptionis
fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel
ab alio quidem ſcripta, a contrahentibus autem ſubſcri-
pta: & ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acce-
perint, & fuerint partibus abſoluta. Donec enim aliquid
deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor
vel venditor ſine pœna recedere ab emptione & vendi-
tione. Ita tamen impune eis recedere concedimus, niſi
jam arrharum nomine aliquid fuerit datum. hoc enim
ſubſequuto, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis venditio ce-
lebrata eſt: is qui recuſat adimplere contractum, ſi qui-
dem eſt emptor, perdit, quod dedit. ſi vero venditor, du-
plum reſtituere compellitur, licet ſuper arrhis nihil ex-
preſſum ſit. [d] Pretium autem conſtitui oportet. nam nulla
emptio ſine pretio eſſe poteſt.

d Eſtne pretium conſtituendum neceſſario?

rimum requiſitum in principio tituli eſt conventio de pretio.
Hic Imp. dat duas regulas. Priorem autem regulam & producit,
& nitat. I. Regula in primis verbis eſt; Solus conſenſus de pre-
tio ſufficit ad perficiendam emptionem & venditionem. Hæc re-
gula producitur in verſ. *quamvis.* ubi dicitur venditionem perfici
ſolo conſenſu, quamvis nec pretium ſit numeratum, nec arrha eo
nomine data, quia venditor ſequi poteſt fidem emptoris. *ſupra
de r. div. §. venditæ.* Exceptio dictæ regulæ eſt in verſ. *ſed hoc.*
Si emptio & venditio in ſcriptis contrahatur: tunc enim ſolus
conſenſus non perficit hunc contractum: immo contractus non
dicitur perfectus, antequam ſcriptura ſit omnino perfecta; [*vid.
Vulten. hic c. 3.* Sed moribus noſtris nulla immobilium alienatio
conſtit niſi tradantur coram judice rei ſitæ, vel coram Paribus
Curiæ ſi feudalia ſint. *v. Groenw. in tit. prox. præced.* neque aliter
conſicitur hypotheca. *v. ſup. de R. D. §. 40. not.*] Sunt & alię duæ
exceptiones in contextu prætermiſſæ. Nam dicta regula neque in
venditione conditionali locum habet, quæ ante impletam con-
ditionem, non eſt perfecta. *ff. de contr. empt. l. Hæc venditio. 7.
in pr. §. 4. inf.*] neque in his, quæ ad pondus, vel numerum, vel
menſuram venduntur: quarum rerum venditio non prius per-
ficitur, quam venditor eas appendat, vel numeret, vel adme-
tiatur emptori. *ff. eo. l. quod ſæpe. 35. §. in his: & de peric. &
commo. rei vend. l. 1.* Jamvero adverſus exceptionem in con-
textu poſitam occurrunt quædam dubitationes non contemnen-
dæ. Prima dubitatio eſt, ſi emptio modo perficitur ſolo con-
ſenſu, modo per ſcripturam, qui fiat ut hic contractus ſimpliciter
referatur inter eos qui conſenſu perficiuntur, non etiam refera-
tur ad obligationem literarum. Reſpondeo in digerendis contra-
ctuum

ctuum generibus ſpectari eorum naturam , quam per ſe habent
ex jure,non formam, quam accipiunt ex pactis contrahentium:
quia hæc pacta ſunt infinita. & hæc forma eſt incerta. emptio i-
gitur & venditio ſecundum ſuam naturam ſemper ſolo conſenſu
perficitur: tunc autem requiritur ſcriptura , cum pacti ſint con-
trahentes ; ut in ſcriptis contraheretur , & ita debet accipi , quod
dicitur *in l.contractus.17.C.de fid.inſtrum.* emptionem & vendi-
tionem, quam in ſcriptis fieri placuit, non prius eſſe perfectam,
quam ſcriptura ſit perfecta.nam pactum eſt placitum: & verbum
placuit ſignificat pactum,ut & *in l.1.§.& eſt pactio.2. ff. de pact.*
& in l. petens 27. C. eodem. & aliis locis, Altera dubitatio ex eo
oritur, quod Imp:inquit ab emptione & venditione imperfecta
poſſe impune recedi, niſi arrhæ datæ fuerint, quia cum arrhæ da-
tæ ſunt,ſi emptor recuſet implere contractum,perdit arrhas qua
dedit. Si vero venditor recuſet, duplum reſtituit.quæritur ergo
utrum hæc deciſio locum habeat ſolum in contractu imperfecto
an etiam in contractu perfecto,id eſt,ſi emptor qui arrhas dedit
ab emptione perfecta recedere velit , utrum ſufficiat quod arrha
perdit, an inſuper conveniri poſſit in id quod venditoris intereſt
Similiter quæritur, ſi venditor qui arrhas accipit , a vendition
perfecta diſcedere velit, utrum ſufficiat quod duplum reſtituit
an teneatur etiam rem venditam tradere; vel id quod intereſt em
ptori præſtare. Doct.communiter putant: ſi emptor arrhas per
dat, aut venditor duplum reſtituat, [vel intereſſe] eum non tene
ri ad implendum contractum,nec poſſe amplius conveniri,quam
vis contractus perfectus fuerit. Ego vero hanc ſententiam re
probavi *in tractatu de contractibus. axiom. 31. memb. 10.* [ita u
cogi poſſit ad tradendum , ſi facultatem tradendi habeat. *Coſtal.*
ad l. 1. ff. de act. emt. Bronk. 1.aſſ.27. Burgund.de evict.c.4.Diſſ.
*Fachin.2.con.3.*venditor enim tenetur tradere rem, id eſt , trans-
ferre cum conditione uſucapiendi: emptor vero dare precium,&
dominium ejus transferre. *Perez.hic.*]II. Regula eſt in verſ. *pre*
tium , quod emptio & venditio ſine conventione de pretio non
conſiſtit. Has duas regulas ſi conjungamus , apparebit nexus ne
ceſſarius inter emptionem & conſenſum de pretio : quia ab uno
ad alterum tam affirmative , quam negative argumentari licet
etenim ſi eſt emptio & venditio , neceſſe eſt eſſe conventionem
de pretio. & ſi emptio & venditio non eſt , etiam conventio d
pretio non eſt e contrario quoque, ſi eſt conventio de pretio , e
emptio & venditio:& niſi ſit conventio de pretio,non eſt empti
& venditio. [etiamſi vendita ſit res juſto pretio.niſi tamen ſit re
quibus publice precium conſtitutum eſt. *Tulden.hic c.4. Surd.de*
*82.in fin.*item ſi quis fundum hæreditarium vendidit , quanti
teſta

t atore emptus fuit & inveniatur ei donatus fuiſſe, deficit ven-
c o. *Tuld. hic. c. 6. per l. 76. ff. h. tit.* Sed ſi dicenti volo tibi fun-
c m vendere 500. alter reſpondeat, volo tanti emere. perfecta e-
r venditio. *Tuld. hic. c. 8. Treutl. diſp. 28. th. 2. lit. b. p.* 1. nam
r tua promiſſio vendendi & emendi, inſtar emptionis & vendi-
t nis eſt, ſi precium expreſſum fuit: & abſque eo ad id quod in-
t eſt obligatur promiſſor. *Tuld. d c. 8, Joſeph. Ludovic. concl. 72.*
l .*Alciat. conſ.* 117.] Hæc dicta ſint de primo requiſito.

Quale debeat eſſe pretium.

. § [a] Sed & certum eſſe pretium debet, alioqui, ſi inter
a quos ita convenerit, ut quanti Titius rem æſtimaverit,
t ti ſit empta, inter veteres ſatis abundeque hoc dubita-
b ur, conſtaretne venditio, an non. [b] Sed noſtra deciſio
h hoc conſtituit, ut quoties ſic compoſita ſit venditio,
q *nti ille æſtimaverit*, ſub hac conditione ſtaret contractus,
u i quidem ille, qui nominatus eſt, pretium definierit,
t c omnimodo ſecundum ejus æſtimationem & pretium
p ſolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum per-
c catur, emptore quidem ex empto actione, venditore
e vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus eſt, vel
r luerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro ni-
h o eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod
j, cum in venditionibus nobis placuerit, non eſt abſur-
c m & in locationibus & conductionibus trahere.

a Debetne eſſe pretium certum?

b Quid ſi alterius arbitrio commiſſa ſit æſtimatio?

Secundum requiſitum eſt *in §. 1. h. n.* ut pretium ſit certum. I.
I per. dat regulam, quod pretium emptionis & venditionis cer-
t i eſſe debet, ut 10. aut 20. nam ſi pretium ſit incertum, veluti,
v *ndo tibi domum eo pretio, de quo inter nos poſtea convenerit*,
n n eſt emptio & venditio, ſed contractus innominatus. arg. §. 1.
i ra. tit. prox. [idem ſi vendatur eo precio, quod conſtituent
d periti ab emptore & venditore eligendi. *Tuld. hic. c. 5. Pinell.*
a l. 2. de reſcin. vend. p. c. 1. Diſſ. Fachin. 2. con. 1.] II. In verſ. *a-*
l qui. proponit quæſtionem ex dicta regula emergentem, an
v nditio conſiſtat, ſi pretii æſtimatio in arbitrium tertiæ perſonæ
c nferatur. veluti. *vendo tibi rem quanti Titius æſtimaverit.* III.
I verſ. *ſed noſtra*, reſpondet ad dictam quæſtionem, & inquit
e : contractum conditionalem: ita ut ſi Titius rem æſtimet, ven-
c io tanquam impleta conditione valeat; ita ut res a venditore
t datur, & pretium ab emptore omnimodo ſecundum factam a
T io æſtimationem ſolvatur: (videlicet niſi ejus æſtimatio ſit ini-
q a, & ad arbitrium boni viri per judicem redigenda. arg. *l. ſocie-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tatem. 76. cum 4. legib. ſequentib. ff. pro ſoc.) [*v, Tuld. hic c.*
9.l.27.28.ff.locat.l.30.de oper.libert.]ſi vero Titius pretium non
definiat, venditio propter conditionis defectum non valeat. [*Tuld*
*hic c.2.*ſcil.ſi non poſſit vei velit definire vel ultra annum protra-
hat. *Coſtal, ad l.2.de contr.empt.*niſi aliud actum ſit. *Tuld. d.c.9.*
Non valet quoque venditio cujus precium confertur in arbitrium
alterius contrahentis, quia nulla neceſſitate adſtringitur. *l.5.l.4.§.*
1.l.35:§.1.ff.h.tit.1.l.13.C:eod. Perez.hic. niſi in arbitrium em-
ptoris vel venditoris uti boni viri, conferatur. nam ſi tum arbi-
trium ſuſceptum accuſet, vel eludat, habetur pro impleto. *d.l.7*
*& l.24.de C. & D.*aliud quoq;eſt inlucroſo contractu ſive donatio
ne. *Tuld.hic.c.7.Gomeſ:de contract. c.20. nu. 12. nu. 19.*] IV.I
verſ. *Quod jus.* id quod dixit de venditione, producit ad locatio
nem: quia ut pretium venditionis, ita etiam merces location
certa eſſe debet. quapropter ſi tibi locem ædes ea mercede, qua
Titius definiet. locatio ſub ea conditione conſtat. ſi Titius me
cedem definierit. *infra tit.prox.§.1.*

Pretium in pecunia numerata.

a In quo conſtitui oportet pretium?

2. § [a] Item pretium in numerata pecunia conſiſte debet, Nam in ceteris rebus, an pretium eſſe poſſet, v de quærebatur, veluti an homo, aut fundus, aut toga terius rei Pretium eſſe poſſet. Et Sabinus & Caſſius etia in alia re putabant pretium poſſe conſiſtere, unde ill eſt, quod vulgo dicebatur, permutatione rerum empti nem & venditionem contrahi r eamque ſpeciem empti nis & venditionis vetuſtiſſimam eſſe, argumentoque u bantur Græco poeta Homero, qui aliquam partem ex citus Archivorum vinum ſibi comparaſſe ait, permuta quibuſdam rebus, his verbis,

Νῆες δὲ ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι.
Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δὲ αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δὲ αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Hoc eſt:

Advecta e Lemno tunc vina fuere carinis.
Inde capillati ſibi vina parare Pelaſgi
Ære micante alii, nitido pars altera ferro,
Pars bubulis tergis, ipſis pleri que juvencis.
Pars quoque mancipiis.

Di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Di:rſæ ſcholæ auctores contra ſentiebant, aliudque eſſe ex:imabant permutationem rerum, aliud emptionem & :nditionem, alioqui non poſſe rem expediri, permu-tat rebus, quæ videatur res veniſſe, & quæ pretii nomi-ne ıta eſſe, nam utramque videri & veniſſe, & pretii no:ne datam eſſe, rationem non pati, Sed Proculi ſen-ten:ı, dicentis permutationem Propriam eſſe ſpeciem con:actus a venditione ſeparatam, merito prævaluit, cum & ipſe aliis Homericis verſibus adjuvabatur, & va-ri:ibus rationibus argumentabatur: quod & anteriores div principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latius ſi-gni:catur.

:rtium requiſitum in §. 2. *h. n.* eſt, ut pretium conſiſtat in :rata pecunia. ſecundum ſententiam Nervæ & Proculı, quę :o probatur, rejecta ſententia Sabini & Caſſii; qui putabant :m in quacumque re poſſe conſiſtere. atque ita permutatio-:onfundebant cum emptione & venditione. vide. *l. 1. ff. de cont:hen·emptio. & l. 1. ff. de rerum pormut.*

Periculum rei vênditæ

3 [a] Quum autem emptio & venditio contracta ſit :qu:d effici diximus, ſimulatque de pretio convenerit, :ſine ſcriptura res agitur) periculum rei venditæ ſta-:d emptorem pertinet, tametſi adhuc ea res empto-:dita non ſit. Itaque ſi homo mortuus ſit, vel aliqua par: corporis læſus fuerit, aut ædes totæ vel aliqua ex :incendio conſumpræ fuerint; aut fundus vi flumi-:totus vel aliqua.ex parta ablatus ſit, ſive etiam inun-:ne aquæ, aut arboribus turbine dejectis, longe mi-:ut deterior eſſe cœperit, emptoris damnum eſt, cui :e eſt, licet rem non fuerit nactus, pretium ſolvere. Q:cquid enim ſine dolo & culpa venditoris accidit, in :nditor ſecurus eſt. [c] Sed & ſi poſt emptionem fun-:quid per alluvionem acceſſerit, ad emptoris com-:m pertinet. Nam & commodum ejus eſſe debet, :periculum eſt. Quod ſi ſugerit homo, qui venit, aut :ptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa vendi-:ntervenerit, animadvertendum erit, an cuſtodiam :que ad traditionem venditor ſuſceperit. Sane enim :eperit. ad ipſius periculum is caſus pertinet; ſi non :erit, ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cę-

a Ad quem pertinet periculum rei venditæ ac nondum traditæ?

b Quid prę-ſtat venditor?

c Quid ſi aliquid rei venditæ acceſſerit?

teriſque rebus intelligimus. Utique tamen vindicatio-nem rei & condictionem exhibere debebit emptori, quia ſane qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. Idem etiam eſt de furti & de damni injuriæ actione.

In ſecunda parte tituli, quæ eſt in §.3.*h.n.* declaratur effectus emptionis & venditionis perfectæ. Effectus autem eſt, ut com-modum & periculum rei vendieæ pertineat ad emptorem. Im-per.hoc loco dat tres regulas.1.Regula eſt de interitu, vel dete-rioratione rei venditæ, quod hoc damnum ſpectat ad emptorem ita ut cogatur ſolvere pretium, quamvis non poſſit rem accipere vel deterioratam accipiat. Additur exceptio, niſi dolo, aut culp venditoris res perierit vel deterior facta ſit. Adverſus dictam re gulā oppono primo, quod hac ratione dicendum rem perire em ptori.*ff.de reſcin.ven.l.cum emptor.*5.§.*ult.*atqui ante traditionei non emptor, ſed venditor eſt dominus, ut dicetur in ſine huj paragraphi: ergo venditori, non emptori res perire debet, qu res domino perire dicitur. *C.de pign.act. l. pignus.* 9. Reſpond rem domino perire quoad jus in re,id eſt:dominium:emptori a tem perire ratione juris ad rem,id eſt,obligationis, quia vendit liberatur.*d.l.cum empto.*5.§.*ult.* (ſecundum regulam illam jur Interitu ſpeciei, debitor, qui dolo & culpa caret, liberatur. *ff. verb.oblig.l. ſi ex legati.* 23.) & nihilominus emptor, qui re nanciſci non poteſt, pretium ſolvere cogitur, ut *hic.C de peric, commo.rei vend.l.ultim.* perinde ac ſi rem accepiſſet.*d.l.*5. [N tandum enim hic quod emptio,venditio, tripliciter perfecta dic tur: Primo reſpectu obligationis natæ per quam a placitis reced re non liceat. Secundo reſpectu executionis, cum hinc merx in precium traditum eſt. Tertio, ratione periculi ad emptorem ſ ctantis.interitu ſcil.ſpeciei venditæ, non vero generis: nam ſi pondere, numero vel menſura conſtans vendita ſit periculo venditoris. nec emptio perfecta erit antequam appenſa,annur rata vel admenſa eſt.*Tulden hic d.c.*10.*Menoch.recup.poſſ.rem nu.*127. In emptione autem conditionali, pendente conditi ſic diſtinſtinguendum quod periculum rei venditæ. Nam conditio appoſita eſt in favorem venditoris & hoc caſu inte periculum ad emptorem ſpectat, quia hujus reſpectu perf eſt emptio, reſpectu venditoris imperfecta: *ut in pacto legis c-miſſariæ l.*4.*ff.de Leg.Comm.* Aut ad emptoris favorem pert conditio, *uti ſi Stichus intra certum diem tibi placuerit erit emtus aureis centum.* eo caſu eſt periculum venditoris, quia ptoris reſpectu imperfecta eſt emptio: Si vero mixta conditio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſita ſit: *uti ſi navis ex Aſia venerit*. quia rei interitus ante even-
n conditionis emptionem extinguit. *l. 1. ff. de peric. & com. rei*
d. neceſſario interit venditoris damno. *d. l. 8.* Sed ſi extet res li-
deterior ſit effecta, damnum eſt emptoris. *d. l. 8. in fin. pr. &*
Goth.] Oppono ſecundo, quod res emptori perit, non pretium
undum Cujac. *tract. 1. ad Africa. ad l. ſi fundum. 33. ff. loca.* per
m textum, & per *l. quod ſi neque. 14. de peric. & commod. rei*
d. & l. ult. de condict. cau. da. & l. ſi ſoluturus. 39. vers. his con-
uens. de ſolut. Reſpondeo nullam eſſe in hac quæſtione aucto-
tem Cujac. cum expreſſe legibus contradicat, id eſt, huic §. &
m emptor. 5. §. ult. ff. de reſcin. vendit. & l. ult. C. de peric. &
mod. rei vend.) infirmis autem utatur argm. Nam *in d. l. ſi*
dus, dici non poteſt venditorem dolo & culpa carere, cum e-
fundus publicatus ſit: neque enim ſine cauſa fit confiſcatio: &
ſa non poteſt ſpectari in emptore, qui nondum fundum acce-
at. In *d. l. quod ſi neque. 14.* venditor culpam admiſit, dum le-
s venditos reliquit in via publica, quam ob rem ædilis [ad
m] publicarum viarum cura pertinet, eos concidit. In *d. l.*
. non eſt emptio & venditio, ſed contractus innominatus, do ut
, cujus diverſa eſt ratio. [in iis enim res ante complementum
iculo debitoris eſt. *Tuld. hic c. 10. & Coſtal. in l. 11. de pecul.*
l. ult. de cond. cauſ. dat.] Ex *d. l. ſi ſoluturus. 39. vers. his con-*
uens. Cujacius colligit non ſufficere ad hoc ut periculum
mmorum ſit emptoris, emptionem eſſe perfectam, ſed tan-
n ſufficere ad hoc ut merx ſit ejus periculo: unde confici putat,
iculum rei, non pretii pertinere ad emptorem, ideoque em-
rem non poſſe rem petere, neque cogi pretium ſolvere, immo
atum repetere. Ego vero fateor quidem perfecta venditione
iculum ſolius mercis, non etiam nummorum debitori immi-
e: non tamen ob rationem Cujac. ſed quia merx vendita, eſt
cies, quæ perire poteſt: pretium autem eſt quantitas in genere
npta, quæ perire nequit: non enim ut venditor certum corpus
ditum debet tradere, ita etiam emptor certum corpus num-
rum debet ſolvere. [Hinc ſi venditor mercem, emptor pre-
m depoſuit, uterque forte alteri diffidens, & utrumque perie-
, damnum eſt emptoris qui alios exolvere nummos tenetur,
re careat, ſi modo ſequeſtrum illum ipſe elegit. *Tulden. hic c.*
per l. 39. in fin. de ſolut.] II. Regula eſt in verſ. *Sed etſi poſt.*
commodo rei vendit. ſi quid enim poſt venditionem rei acce-
at, ad emptorem pertinet. veluti ſi fundus venditus per allu-
nem augeatur, hoc augmentum cedit commodo emptoris, nec
eſt teneri a venditore. III. Regula eſt in verſ. *Quod ſi fugerit.* de
iſſione rei venditæ veluti quia ſervus venditus fugit aut rem

venditam alius venditori ſurripuit. Hoc quoque periculum regu lariter pertinet ad emptorem. Sed huic regulæ adjunguntur duæ exceptiones. Prior eſt, niſi venditor dolum, aut culpam commiſerit. Poſterior eſt, niſi venditor rei cuſtodiam uſque ad traditionem in ſe ſuſceperit: debuit enim diligenter cuſtodire: quod ſi feciſſet, res non fuiſſet ei ſurrepta. Hæc exceptio ſub priori contineri poteſt: quia venditor (qui cuſtodiam in ſe ſuſcepit, & per negligentiam rem amittit, culpa non caret. [uti quoque ſi ex præterit vitio res perierit. *Perez. hic. & Tuld. d. c. 10.*] Addit Imp. in ver *Utique*, quod licet venditor non teneatur rem tradere, quam ſin dolo & culpa amiſit, tamen tenetur emptori cedere omnes actiones, quas ad eam rem perſequendam, vel occaſione ejus rei amiſſæ habet: ut rei vindicationem, condictionem, furtivam, actionem furti, & actionem legis Aquiliæ: Cum enim venditor uſque ad traditionem rei dominium & poſſeſſionem retineat: hæ actiones ipſo jure ei competunt, ſed ipſam rem ſequuntur, vel ejus loco ſuccedunt, ideoque ad emptorem transferri debent.

Modus quo ſit emptio venditio.

a Quomodo fit emptio?

4. § a Emptio tam ſub conditione, quam pure contrahi poteſt. Sub conditione, veluti, *Si Stichus intra certum di tibi placuerit erit tibi emptus aureis tot.*

Tertia pars *in § . pen. h. n.* dividit emptionem & venditionem puram & conditionalem. Conditionalis exemplum hoc aff tur, *Si Stichus intra certum diem*? puta intra menſem. *tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.* puta aureis decem. Hæc emptio venditio valet, quamvis illæ non valeant, *Si volueris. tibi emptus ſto: Si voluero. tibi emptus erit. ff. de contrah. empt. l. Hæc vendit 7. in pr.* [Generaliter enim contractuum accidentia & rerum compræhenſarum probatio vel improbatio in arbitrium contrahentis conſerri poteſt. *Tuld. hic c. 7. Fab. de Mont. de emt. qu. 5 pr. nu. 72.* Et ſi convenit ut ſi equus venditus diſpliceat empti redhibeatur: tempore nullo expreſſo, redhiberi poterit, ſed n ultra 60. dies: niſi ex juſta cauſa; vel aliter convenerit. *Tuld. hi. 7. per l. 41. §. pen. & antep. ff. de ædil. edict.*

Res, quæ non in commercio ſunt, non venduntur.

a Quid ſi quis vendiderit res quæ non ſunt in commercio

5. § a Loca ſacra vel religioſa, item publica (velutiorum, baſilicam) fruſtra quis ſciens emit, quæ tamen ſi profanis vel privatis deceptus a venditore quis emer habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat

co-

onſequatur, quod ſua intereſt eum deceptum non eſſe. I-em juris eſt, ſi hominem liberum pro ſervo emerit.

Quarta pars eſt *in* §.*ult.b.n.* de re vendita, ubi fingitur vendi-um fuiſſe rem quæ non eſt in commercio, ut ſacram, vel religio-am, vel publicam: & quæritur. an hæc venditio habeat aliquam ffectum. Sic autem diſtinguitur: aut ſciens emit rem, quæ non ſt in commercio: aut per ignorantiam deceptus a venditore. riori caſu non habet actionem. Poſteriori caſu agit ex empto n id quod ſua intereſt. Non ideo putes emptionem valere, quia x empo agitur. immo emptio rei quæ non eſt in commercio, on valet: ſed quoniam actio ex empto eſt bonæ fidei, idcirco ex ono & æquo conceditur etiam eo caſu, quo emptio non valet. *ff. e contrahen.empt.l.qui officii.62.*§.1.*& l.liberi.* 70. [Secus eſt n ſtipulatione, uti ne quidem ad intereſſe earum rerum agi po-ſt, quia eſt ſtricti juris: deinde ſtipulatione id agitur, ut domi-ium transferatur, emptione tantum ut liceat habere, quare & res liena vendi poteſt. *l.*28.*de contr.empt.* ita tamen ut de evictione eneatur venditor, niſi emptoris facto quid poſſit imputari. *Perez ic.* Si autem res vitioſa vendita ſit, in arbitrio emptoris eſt agere ctione redhibitoria, vel quanti minoris emiſſet, ſi vitium ſcivi-ſet *l.*1.*l.*9.*l.*31.§.36.*de ædil. edict.* Si vero læſio ſit ultra dimi-lium juſti precii, reſcinditur contractus, niſi pars rea læſionem velit emendare. *l.*2.*C.de reſcind.vend.*]

AXIOMATA.

1. *Arrha negotium perfectum arguit.* in pr.
2. *Paria ſunt, aliquid non facere, & imperfecte facere.* eod. princ.
3. *Emptio ſine pretio certo nulla eſt.* eod. princ. & §.1.
4. *Ubi eſt eadem ratio, debet eſſe idem jus.* d. §. 1. verſ. ult. *conjun.* §.1. verſ. pari ratione, ſupra quibus modis jus poteſt ſolv. & verſ. cum & adgnatos, ſupra de legit. patron. tut: & l. illud 32. ff. ad leg. Aquil.
5. *Pretium in ſola numerata pecunia conſiſtit.* §.2.
6. *Valet argumentum ab auctoritate poetarum.* d. §.2. *conjun:* §.1. infra de leg. Aquil, & l.1. ſupra de contrah. empt. *ſicut etiam valet ab auctoritate Philoſophorum.* ff. de judic. l. proponebatur. 76. verſ. quod ſi quis. *& medicorum,* ff. de ſtatu hom. l. ſeptimo. 12, *& oratorum.* ff. de leg. l. 2:
7. *Periculum & commodum rei venditæ ad emptorem ſpectat.* §.1 *conjun.* l. neceſſario. 8. ff. de peric. & commod. rei vend.
8. *Venditor præſtat dolum, & culpam, non caſum fortuitum, niſi ex pacto.* d. §.3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

9. *Dominium rei venditæ manet penes venditorem uſque ad traditionem.* d. §. 3.

10. *Quæ non ſunt in commercio, vendi non poſſunt.* §. ult.

11. *Deceptus a venditore, recte agit ex empto, quamvis emptio non valeat.* d. §. ult.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

TITVLVS. XXIV.

HIC titulus dividitur in tres partes Prima pars eſt de locatione contrahenda, id, eſt, quomodo locatio & conductio contrahitur. Imp. explicat per collationem locationis & conductionis cum emptione & venditione, quoniam hi contractus perquam ſimiles ſunt.

Contractus locationis.

Quomodo contrahitur locatio conductio?

LOcatio & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdemque juris regulis conſiſtit. Nam ut emptio & venditio ita contrahitur: ſi de precio convenerit: ſic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur ſi merces conſtituta ſit, & competit locatori quidem locati actio, conductori vero conducti.

Primo igitur dat regulam, quod hi duo contractus ſunt inter ſe ſimiles & affines, & conſiſtunt iiſdem juris regulis: intellige eadem proportione, non omnino eaſdem. idem enim dicitur quatuor modis, genere, ſpecie, numero, & proportione, ut docet Ariſtot. *metaph. c. 6.* verbi gratia in emptione & venditione debet eſſe certum pretium, in locatione & conductione certa merces. atque inter hæc eſt proportio: propterea quod quam rationem habet pretium ad venditionem, eandem habet merces ad locationem. Secundo ſingillatim explicat ſimilitudines horum contractuum. I. Similitudo eſt in verſ. *Nam ut emptio. prin. h. n.* quod ſicut emptio perficitur ipſa conventione de pretio, ita locatio perficitur ſola conventione de mercede: adeo ut ex hac ſola conventione naſcantur actiones locati, & conducti: quarum illa locatori adverſus conductorem competit, hæc datur conductori contra locatorem.

defini

Definitio mercedis.

1. § [a] Et quæ ſupra diximus, ſi alieno arbitro pretium omiſſum fuerit, eadem & de locatione & conductione ita eſſe intelligimus, ſi alieno arbitrio merces permiſſa erit. [b] Qua de cauſa ſi fulloni polienda curandave, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit. nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſtea tantum daturus, quantum inter eos convenerit, non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, ſed eo nomine actio præſcriptis verbis datur.

a Poteſtne alieno arbitrio committi definitio mercedis?
b Quid ſi non convenerit de certa mercede?

II. Similitudo eſt, quod ſicuti pretium emptionis eſt certum, ita etiam merces locationis certa eſt, Hinc duo colliguntur *in* §. 1. *h.* . alterum *in pr.* §. quod ſi merces ſit commiſſa alieno arbitrio, veluti, *loco tibi ædes ea mercede, quam Titius definierit*; contractus intelligitur factus ſub conditione ſi Titius mercedem definierit, ut tamen de emptione; quam de locatione dictum fuit *in* §. 1. *ſupra prox.* Alterum eſt in verſ. *Qua de cauſa.* quod ubi merces incerta eſt, veluti ſi locem tibi ædes mercede qua inter nos poſtea convenerit, non eſt locatio & conductio, ſed contractus innominatus: proinde non agitur locati & conducti, ſed præſcriptis verbis. [re utrinque integra poteſt ab eo recedi. *Gudel. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 8. *I. N.* quod tamen moribus non obtinet. *v. Gud. d. lib.* 3. *t.* 5. .9.]

Merces quibus in rebus conſtituatur.

2. § [a] Præterea, ſicut vulgo quærebatur, an, permutatis rebus; emptio & venditio contraheretur, ita quæri ſolebat de locatione & conductione, ſi forte rem aliquam utendam ſive fruendam tibi aliquis dederit, & invicem a te utendam ſive fruendam aliam rem acceperit: Et placuit non eſſe locationem & conductionem, ſed proprium generis contractus. veluti ſi cum unum bovem quis haberet, & vicinus ejus unum placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent, & apud alterum alterius bos perierit, neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio, quia non fuit commodatum gratuitum, verum præſcriptis verbis agendum eſt.

a Qua in re conſiſtit merces?

III. Similitudo eſt in §. 2. *h. n.* quod ſicuti pretrium emptionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

non conſiſtit in corporibus, ſed in pecunia, ita etiam merces locationis. Hic tamen notanda eſt differentia: quia pretium tantum conſiſtit in pecunia numerata. *ſup. tit. prox. §. item pretiu.* mmerces autem conſiſtit in quavis pecunia, id eſt, in omni re, quæ numero, pondere, menſura conſtat, ut vino, oleo, frumento. *C. de locato. l. ſi olei. 21.* [ſcil. in locatione fruendi ſive rerum, ſecus in locatione operarum. *Zoeſ. hic nu. 3. & ibi Deſſel:* quia alias locatio operarum diſtingui non poſſet a contractu innominato; Do ut facias. *l. 5. § 2. ff. de præſc. verb.* locatio vero fruendi, equidem ab hoc diſtingui poſſit. *vid. & Tuld. hic c. 4.*] quamquam non deſunt qui putant hoc caſu non eſſe proprie locationem. [*v. Fach. 1. contr. 81.* Sed & receptum uſu, ut res fructum ferens, pro certa quantitate fructuum, utenda data locatio ſit, *per l. 21. C. h. tit.* qui colonus partiarius vocatur, & ab aliis pro ſocio habetur, *per l. 8. C. de pact. & ibi Goth. l. 52. §. 2. & ibi Goth. ff. pro ſoc.* & morte finitur ut Societas. *Goth. in l. 25. §. 6. ff. loc. adde l. 13. & ibi Goth. de præſc. ver*
Ex dictis colligitur, quemadmodum rebus invicem traditis contractus innominatus, id eſt: permutatio: veluti ſi tibi diem brum ut mihi des gladium; ita etiam uſu invicem conceſſo non eſſe locationem & conductionem, ſed contractum innominatum: veluti ſi hodie tibi concedam uſum equi mei aut bovis, cras mihi concedas uſum tui equi, aut bovis. ergo etiam hoc caſu agitur præſcriptis verbis, non locati conducti. [Sic ſi ſine ullu mercedis mentione operę præſtitę ſint, merces actione in factum peti poteſt, ſi opeæ ſint locari ſolitæ. *Tuld. hic c. 6. per l. 2 de præcſc. verb.* alias peti non poſſet. *per l. 17. C. mand. Put. dec. & dec. 11. p. 3. Menoch. conſ 570, nu, 2. 6. v. & Tuld. ſ, 5. hic. Buſ. ad l. 1. eod.*]

Emphyteuſis.

a Quæ ſunt proprietates naturales Emphyteuſeos?

3. § b Adeo autem aliquam familiaritatem inter ſe videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio, ut in quibuſdam cauſis quæri ſoleat, utrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio, ecce de prædiis, quæ perpetuo quibuſdam fruenda traduntur, id eſt, ut quamdiu penſio ſive reditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque hæredi ejus, cuive conductor hereſve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienaverit, auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & a quibuſdam locatio, a quibuſdam venditio exiſtimabatur, lex Zeno

ſt, quæ emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit am, neque ad locationem, neque ad venditionem in- tem, ſed ſuis pactionibus fulciendam: & ſi quidem d pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi naturalis eſ- ontractus: ſin autem nihil de periculo rei fuerit pa- , tunc, ſi quidem toti us rei interitus acceſſerit, ad num ſuper hoc reddundari periculum, ſi autem par- ris, ad emphyteuticarium hujuſmodi damnum veni- o jure utimur.

Similitudo eſt in §. 3. *h.n.* quod ubi prædia in perpetuum ur, hic contractus habet aliquid venditionis, & aliquid lo- is:adeo ut dubitatum fuerit utrum veuditio, an locatio ſit. t enim emphiteuta actionem in rem:interdictum uti poſſi- vendicationem ſervitutum;poteſtatem imponendi ſervitu- nunciationem novi operis.*v.Tuld.hic c.*13. non poteſt ta- em alienare niſi requiſito vel oblato prius domino:& ſi con- debetur ei quinquageſima precii. *Tuld.h. c.*13.*per l.*3.*C. de emphyt.*& amittit jus ſuum ſi ceſſet ſolvere canonem per trien- vel biennium in emphyteuſi eccleſiæ. *l.* 1. *C.d.tit.c.fin.in* . *eod.* quo tamen jure admittitur moræ purgatio: quamvis cant moram non poſſe purgari ubi pacto dies & pœna ap- eſt. *v, Fab.C.h.tit.def.*27.*Berlich.*2.*pr.con.*46.*nu.*55.*&* *antic.de tac.con.lib.*22.*tit.*24.*nu.*19.23.*Zutph.prac. verb. ht.qu.*12,*&* 35.] Sed Zeno conſtituit, ut ſit contractus a ione & a locatione ſeparatus, qui quidem vocatur emphy- ſeu contractus emphyteuticus. Ad hunc §.

ta I. locationem duobus modis accipi: quia locatio genera- cepta dividitur in locationem proprie dictam, & emphy- , ſeu contractum emphyteuticum, de quo in hoc §. diſſe-

ta II. hanc emphyteuſis appellationem ſumptam eſſe ab e hujus contractus:quoniam agri ſteriles ſolebant in emphy- dari, ut ab emphyteuta meliorarentur, & fertiles redde- : hujus autem meliorationis pars eſt emphyteuſis.id eſt in- [ideoque impenſas etiam in perpetuam utilitatem agri fa- n repetit. *l.* 3. *C.de emph.Gail.*2.*obſ.*121.*nu.*15. majores uti ædificii ſtructi, aliaſque quas neque ex conventione, ex natura contractus facere tenetur, repetit. etſi emphyteu- culpa amiſit. *Sand.lib.*3.*tit.*6.*def.*6.*Maul.de emph. tit.*10. *le exp.& mel.c.*6.*num.*20.*Diſſ.v.Fach.*1.*contr.*92. ſi vero vehementer corrupit vel deteriorem fecit, cadit jure ſuo, 6.*obſ.*85.*l.*2.*C.hic*.

Nota

Nota III. emphyteuſim dici, non ſolum ſi prædium in perpe
tuum locetur, ſed etiam ſi locetur ad tempus. *ff. ſi ager vectigal.* l.
1. §. 1. *& ll. ſeqq.* id eſt, ad longum tempus, argum. *l.* 1. §. *quod ai*
3. *ff. de ſuperfic.* quod eſt decennium, *ſupra de uſuc. verſic. & ide*
Unde vulgo putant, quotieſcumque prædium ad decennium loc
tur, eſſe contractum emphyteuticum, & utile dominium transfer
in conductorem: ſed non dubito quin hæc ſententia falſa ſit: qui
nihil vetat quominus dominus prædium ſuum ita ad longum te
pus locet, ne quid dominii ad conductorem transferat: quo caſ
conſtat non poſſe dici emphyteuſim. [Sic locari quoque res potel
ad tempus cum onere meliorandi, licet alias colonus ad id non te
neatur. *Valaſc. qu.* 25. *nu.* 33. *l.* 55. §. 1. *ff. h. tit.* & huic refun
debent impenſæ, quas in perpetuam reiutilitatem fecit. *Sand. li*
3. *tit.* 6. *def.* 8. *&* 11. *& tit. def.* 4. non etiam eas quas ad fru
ctuum perceptionem fecit ſolito more. *Fach.* 1. *con.* 85. *Tuld. h*
c. 13. *per l.* 55. *&* 61. *ff. h. tit.*]

Nota IV. differentiam inter venditionem, locationem, & em
phyteuſim. nam ſi venditor ſit dominus, per traditionem, transfe
omne dominium ad emptorem. *ſupra de rer. diviſ.* §. *venditæ.* 4
unde non valet venditio, ſi id agitur, ne emptor dominium acqu
rat. *ff. de contrah. empt. l. pen. ult.* in locatione vero dominiu
non transfertur *ff. locati. l. non ſolet.* 39. at in emphyteuſi mediu
quid accidit; quia tradens prædium in emphyteuſin, retinet do
minium directum, ac tranfert in emphyteutam dominum util
ff. ſi ager vectiga. l. 1. §. 1.

Nota V. ſi prædium emphyteuticum in totum pereat, pericu
lum eſſe domini directi, quia non poterit amplius ab emphyteu
aliquid exigere: ſi vero pars prædii pereat [vel nullos fructus pe
ceperit, *v. l.* 1. *C. eod.*] periculum eſſe emphyteutæ, quia nihilom
nus annuam penſionem integram ſolvet; quamvis in locatio
proprie dicta aliud obſervetur. *ff. locati. l. ex conducto.* 15. §. *ſi vi*
& §. *ſeq.*

Nota VI. contractum emphyteuticum non eſſe juris gentiur
ſed juris civilis: quoniam ejus natura dicitur eſſe conſtituta a Zen
ne hinc eſt, quod Imperat. ait, pacta huic contractui appoſit
perinde valere, ac ſi naturalis eſſet contractus: id eſt, perinde
ſi eſſet contractus juris gentium. Unde notandum eſt, quod d
citur, pactis contractus formari & reformari, non ſolum o
tinere in contractibus jurisgentium, ſed etiam in contractib
juris civilis. Quidam tamen pro *naturalis*, legunt *natura tali*
quæ lectio non incommoda eſt, & ita videtur legiſſe Theophilu
ſecundum hanc lectionem ſenſus erit, pacta emphyteuſi ap
poſita, ita eſſe ſervanda, ac ſi contractus ſecundum ſuam n
turam

ram, quam a jure accepit, tales conventiones in ſe contineret.

Conventio de annulo.

4. § [a] Item quæritur ſi cum aurifice Titius convenerit, is ex auro ſuo certi ponderis certæque formæ annuſ ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos, rum emptio & venditio, an locatio & conductio conahi videatur? Caſſius ait, materiæ quidem emptionem venditionem contrahi, operæ autem locationem & nductionem. Sed placuit tantum emptionem & ventionem contrahi. Quod ſi ſuum aurum Titius dederit ercede pro opera conſtituta, dubium non eſt, quin lotio & conductio ſit.

a Quid ſi convenerit ut quis ex ſuo vel ex meo auro annulum faceret?

V. Similitudo eſt in §. 4. *h. n.* quia ſunt aliqui contractus qui dentur commixti & conjuncti ex venditione & locatione: veluti aurifex annulos certi ponderis ex ſuo auro mihi conficere debeat rto pretio. Caſſius putavit ſimul eſſe venditionem; & locationem eſt, aurificem vendere aurum, & locare operas ſuas ad faciendum nulum. Sed hæc ſententia merito diſplicuit: quia ſi quis dilienter hanc conventionem expendat, facile intelliget unum eſſe ntractum, ita ut pretium detur pro annulo. Imper. ergo ſic diinguit: Aurifaber mihi facit annulum vel ex ſuo, vel ex meo au). Priori caſu eſt venditio annuli. Poſteriori caſu eſt locatio operę. *Tuld. hic c.* 1. *l.* 10. *de cont. empt.* Si dubium ſit an locatio ſit an venitio, ceſſantibus probationibus, dirimet illud dubium conjectura x proportione valoris rei & conventi precii ducenda. *Tuld. hic c.* *Rip. in l.* 1. *nu.* 32. *ff. ſi cert. pet.* Si operæ pluribus annis locatæ nt, tot ſunt locationes, quot anni: Rei vero inanimæ una locatio t, cum agitur de precio pro pluribus annis, in ſingulos annos onſtituto. *Coſt. de rat. qu.* 4. *nu.* 4. 6. ubi & de locatione plurium erum & perſonarum.]

Quid præſtat conductor.

5. § [a] Conductor autem omnia ſecundum legem conuctionis facere debet, & ſi quid in lege prætermiſſum uerit, id ex bono & æquo præſtare. Qui pro uſu aut veimentorum, aut argenti, aut jumenti, mercedem aut edit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, quaę diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet, quam ſi ræſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit, de eſtituenda ea non tenebitur.

a Quid debet præſtare conductore?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Secunda pars eſt *in§.penh.n.* de effectn conductionis: ubi Imp:
dat quatuor regulas. I. Regula eſt. Conductor debet ſervare pa-
cta conductionis, ſi quæ pacta ſint, hoc autem non eſt proprium
conductoris, ſed obtinet etiam in locatore, & generaliter in omni-
bus contrahentibus: quia generaliter prætor edixit ſe pacta ſerva-
turum. *ff. de pact. l. 7. §. ait prætor.* II. Regula eſt in verſ. *& ſi quid.*
Conductor tenetur ea præſtare, quæ ſuadet æquitas, licet de his
expreſſe non convenerit. hoc generaliter traditum fuit de omnibus
contractibus, qui conſenſu perficiuntur. *ſupra de oblig. ex conſen.*
verſ. ult. III. Regula eſt in verſ. *Qui pro uſu.* Conductor in re
conducta præſtat diligentiam exactiſſimam. Hoc adnotation
dignum eſt: quia cum locatio & conductio utriuſque gratia con
trahatur, nimirum ut alter mercedem accipiat, alter uſu rei alienæ
vel opera aliena fruatur; certe ſecundum regulam juris videbatu
præſtanda diligentia exacta, non exactiſſima. [quæ ab eo præſta
tur qui pro cuſtodia mercedẽ accipit. *l. 40. 41. hic* aut qui in ren
talem, operas collocat, quæ natura ſua exactiſſimam curam exi
git. *Tuld. hic c. 8. per l. 25. §. 3. hic.* quamvis & levi culpæ, ſive exa
ctæ diligentiæ imperitia adſcribatur, ſi quis ut artifex operas præ
ſtet. *Tuld. d. c. 8. per l. 9. §. 5. & l. 13. §. 5. h. tit.*] Unde nonnul
hoc loco accipiunt exactiſſimum pro exacto, & diligentiſſimur
pro diligente. Atqui exactum & diligens accipiunt aut generali
ter, quatenus ſub ſe complectuntur etiam id quod eſt exactius, ve
exactiſſimum, & id quod eſt diligentiſſimum, ut *in l. ubi. 75. §. uſ*
que adeo. ff. de verb. obl. aut ſpecialiter ut coanguſtentur ad ſolur
gradum poſitivum. Si priorem interpretationem accipiant, e
quidem vera eſt, ſed nondum non ſolvit. quid enim intereſt, u
trum requiras diligentiam exactiſſimam, an exactam, ſumend
exactam pro exactiſſima? Si poſteriorem interpretationem ſuman
ea perſpicue falſa eſt, quia confundit gradum ſuperlativum cur
poſitivo. Præterea ſi exactiſſimum ſumi poteſt pro exacto
ſupra quib. mod. re contrah. oblig. §. item is 3. (hoc enim argumer
to utuntur dictæ interpretationis auctores) certe non magis eſſ
exactiſſimi, quam exacti certa appellatio contra doctrinam U
piani *in d. l. ubi. §. uſque adeo. 2.* V. Regula eſt in verſ. *quam ſi præ*
ſtiterit. Conductor non præſtat caſus fortuitos, veluti ſi rem ſi
ſua culpa amiſerit, non tenetur: hoc autem non eſt proprium co
ductoris, ſed & in aliis contrahentibus locum habet. *ff. de div. re*
jur. l. contractus. 23. in fin. & C. de pign. act. l. 6. niſi ſi cujus cul
caſus contigerit. *ff. commod. l. Sicut certo. 5. §. quod vero: 4.* aut p
cto convento hoc periculum ſubierit. *C. eod. l. 2.*

Hæ

Heres conductoris.

. § a Mortuo conductore intra tempora conductionis, he[r]es ejus eodem jure in conductione ſuceedit. a Succeditione heres in jus conductionis

[T]ertia pars eſt *in* §.*ult.* quibus modis locatio & conductio ſolvi[tur]. Hic tractatur una quæſtio. an morte coudu*c*toris conductio finiatur. Reſpondetur, non finiri, ſed tranſire ad hæredem. [...]ſi tempus conductionis nondum ſit finitum: alias ſi ſine cau[ſa] [...]m deſerat, mercedem nihilominus ſolvere tenetur. *Menoch.* [...]*b.79. Maul. de locat. tit.7.nu.9. per l.25.*§.*2.*& ſi ex juſta cau[ſa] [r]elinquat pro rata temporis remittitur penſio. *Tuld. hic c.10.* [...]e ſi dominus ædes collabantes velit reſtituere, vel eas propriis [...]us neceſſarias eſſe probet poterit ante tempus finitum a con[...]tu diſcedere: niſi tamen locationis tempore eadem neceſſitas [...]rat. *Tuld. hic c.9. & Gomeſ.2.var.3.nu.9. de locat.* atqui nec [p]rædiis ruſticis hæc cauſa finiendæ locationis locum habet. *T[u]l. ibid.* Poteſt etiam expelli conductor ſi in domo male verſe[tur], vel fundum ut decet non colat: item ſi per biennium penſio[ne]m non ſolvit. etſi convenit ne expellatur. *Tulden. hic c.12. & C. [e]od. num.* 12. Sed conductor biennio elapſo moram re integra p[ur]gare poteſt per celerem ſatisfactionem. *Tuld. d.c.13. & C. eod. nu.*12. Sed & omni caſu dominus colono denunciare tenetur ut [...]ito tempore migret. *Menoch.3.pag.15.nu.32.* niſi colonus re[nu]nciarit juri denunciandi. *Sand. lib.3. tit.6. def.*1. Sed nota hic, [q]uod & Colono mercedis remiſſio ſit facienda ob ſterilitatem, vel [a]l[iu]m caſum improviſum *l.15.§.1. ff. h.t. 18. C. eod.* ſecus ergo ſi [p]rævidere potuit, & tempore locationis ſuberat, vel culpa coloni, [v]el ex re ipſa vitium evenit, veluti lolio, aut nimia luxurie ſeges [c]orrupta ſit. *Tuld. hic c.7. per l.51. ff. hic.* Quamvis moribus ho[...]ineque exiguitas fructuum remiſſionem faciat, uti nec ubertas [au]get penſionem. *Tuld. d.c.7. Cuj.26. obſ.31. Pinel. de reſc. vend. p. c.3. nu.34.* Partiarius autem colonus, quia ſocius damnum & lucrum cum domino fundi patitur *Tulden. d.c.7. l.25.§.9. in fi. hoc tit.*]

[N]ota primo. cum heres dicatur in conductione ſuccedere, *ut [...] & C. eod. l. viam.* 10. his verbis ſignificari hæredem conducto[r]i[s e]ſſe conductorem, alioquin non in conductione, ſed tantum [con]ductori ſuccederet. Non obſtat *l. cum in plures.60.§.1. ff. eod.* [q]uoniam tibi non negatur hæredem coloni intra tempora con[duc]tionis eſſe colonum: ſed dicitur cum domino poſſidere, licet [no]n ſit colonus, id eſt, etiamſi conductionis tempus finitum

[N]ota ſecundo aliam eſſe rationem ſocietatis, quia etiamſi mul-

tū

ti ſint ſocii, tamen morte unius ſocietas inter omnes diſſolvitur *infra tit. prox.* §. *ſolvitur*. 5. Differentiæ ratio eſt: quia (ut nota in principio tituli *de oblig. ex conſen.*) in locatione conductio reſpicimus ad rem: in ſocietate vero reſpicimus ad perſonam, dicitur *in d.* §. *ſolvitur*. 5.

AXIOMATA.

1. *Locatio & conductio eſt ſimilis emptioni & venditioni*, in pr.
2. *Locatio non eſt ſine certa mercede*. ibid. & §. 1.
3. *Commodatum eſt gratuitum*. §. 2. *conjun*. §. item is cui. ſup quib. mod. re contrah.
4. *Pacta infirmant contractus tam juris gentium, quam juris civ lis*. §. 3. *conjun. l.* 7. §. quin immo. ff. de pactis.
5. *Rei emphyteuticæ periculum, ſi tota pereat, ad dominum ſpect, ſi pars intereat, ad emphyteutam pertinet*. d. §. 3.
6. *Conductor debet omnia facere ſecundum legem conductionis: ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo pr ſtare*. §. pen.
7. *Conductor præſtat diligentiam exactiſſimam, non caſus fortuit*. dict. §. pen.
8. *Conductio tranſit ad hæredem*. §. pen.

DE SOCIETATI

TITVLVS XXV.

Societas eſt contractus, qui nudo conſenſu perficitur, de re, negotiatione honeſta, ejuſque lucro, vel damno inter ſo communicando. Hujus tituli quatuor ſunt partes.

Modus ſocietatis ineundæ.

Quomodo initur ſocietas?

SOcietatem coire ſolemus aut totorum norum, quam Greci ſpecialiter κοινωνίαν pellant, aut unius alcujus negotiatio veluti mancipiorum vendendorum em dorumque, aut olei, aut vini, aut frum emendi vendendique.

In prima parte, quæ eſt *in pr. tit.* Imp. ſocietatem divid univerſalem, quæ eſt omnium bonorum: & ſpecialem, quæ e nius negotiationis, ſupple, vel unius rei. *ff. eod. l. ſocietas*. 5. [ve tificii, in qua id ſolũ quod ex quæſtu rei venit, cujus ſocietas tracta eſt, lucrum commune eſt. *l.* 52. §. 5. *eod.* Sed in univerſa ſocietate bona omnia præſentia ſtatim communia fiunt ſine ditione. *l.* 1. *in fin.* & *l.* 2. *h. t.* actiones invicem cedendæ,

pe

…ſtea obveniunt in commune reddenda. *d. l. 1. & 2. l. 3. l. 73. & …q. eod.* Cum vero ſimpliciter aliqui Societatem contrahunt, eorum …ntaxat quæſtu veniunt, coita eſſe cenſetur, non etiam quæ be… ficio alieno aut dono fortunæ. *l. 7. cum ſeqq. eod.* Univerſalis …am tacite contrahitur: uti cum fratres poſt mortem patris bonis diviſis, lucriſque omnibus communicatis ſine rationum reddi… …ne vivunt. *hic c. 1. per l. 4. l. 53. ff. hic. Alciat. reg. 1. præſum. 25.* …que talis fere Societas in Belgio conjugum eſt. *v. Gudel. de I. … lib. 1. c. 7. & lib. 3. c. 7. Sand. lib. 2. tit. 5. def. 1. 3. &c.* …am in matrimonio putativo. *Sand. ibid. def. 2. per l. 22. §. fin. ff. … mat.*]

Partes ſocietatis.

1. § a Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni no…natim convenerit, æquales ſcilicet partes, & in lucro & …damno ſpectantur. Quod ſi expreſſæ fuerint, partes hæ …vari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat …nventio, ſi duo inter ſe pacti ſint, ut ad unum quidem …æ partes & lucri & damni pertineant ad alium tertia.

a Quid de partibus in ſocietate.

Secunda pars eſt de diviſione lucri, vel damni inter ſocios facien… In hac parte Imper. primo *in §. 1. h. n.* ſic diſtinguit: aut de par…us nihil convenit, aut certa pacta facta ſunt. Primo caſu fiunt …tes æquales tam lucri, quam damni. Intellige æqualitatem, non …hmeticam, qua ſinguli tantundem præciſe accipiunt, ſive plus, … minus in ſocietatem contulerint: ſed geometricam, quæ in pro…tione conſiſtit, adeo ut eadem ſit ratio inter ea quæ ſocii confe…t, & lucrum, vel damnum quod ex ſocietate ſentiunt: verbi gra… qui duplum ex ſocietate contulit, duplum ex lucro capiet: qui …idium contulit, dimidium percipiet. *ff. h. t. l. ſi ſocietatem. 6. & …. Leon. 103.* [Diſſ. *Tuld. hic c. 5*] hoc jure etiam veteres Græ…uſos eſſe conſtat ex Ariſtotele. *lib. 3. Polit: cap. 6.* Secundo caſu …ta ſunt ſervanda adeo ut ex pacto poſſint fieri partes inæqua… [Idem ſi partium definitio arbitrio tertii permiſſa ſit, cujus ta…n arbitrium, in manifacta iniquitate, per judicium b. fid. cor… poteſt. *l. 76. cum. 4. ſeqq. eod.*]

Nota non dividi ſimul lucrum & damnum, ſed vel lucrum, vel …nnum: quia ſi in aliis rebus lucrum, in aliis damnum accidit, …npenſatio fit lucri cum damno. & id, quod excedit, ſive ſit lu…m, ſive damnum, in diviſionem venit. *infra tit. prox. §. ultim.*

Pacta circa partes.

a Quæ partes conſtitui poſſunt in lucro vel damno?

… § a De illa ſane conventione quæſitum eſt, ſi Ti… & Sejus inter ſe pacti ſint, ut ad Titium lucri duæ

partes pertineant, damni tertia: ad Sejum duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conventio? Quintus Muttus contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimavit, & ob id non eſſe ratam habendam. Servius Sulpitius (cujus ſententia prævaluit) contra ſenſit, quia ſæpe quorundam ita precioſa eſt opera in ſocietate, ut eos juſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alicujus pro pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, ut illud quoque conſtiterit poſſe convenire, ut qui lucri partem ferat, de damno non teneatur, quod & ipſum Servius convenienter ſibi fieri exiſtimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut ſi in alia re lucrum, in ali damnum illatum ſit, compenſatione facta, ſolum, quo ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.

Secundo examininat varia pacta, de quibus non ſine cauſa dt
bitari poteſt, an valeant. Primum pactum eſt *in princ. §. 2. h.*
nempe ut ad alterum ſocium pertineant duæ partes lucri tert
tantum pars damni; ad alterum vero duæ partes damni, tertia l
cri, hoc pactum receptum eſt ſecundum ſententiam Servii Sulpi
contra ſententiam Quinti Mutii. [Societas enim æqualitatem ta
quam jure quodam fraternitatis deſiderat. l. 63. *pr. eod.*] Unde n
tandum eſt, fieri poſſe, ut alius ſocius meliore, alius deterio
conditione in eadem ſocietate fruatur. [quia quorundam ſæ
pretioſa eſt opera: hic ita ut ſententia Mutii non tam improba
videatur quam temperari. *Vinn. hic per l. 29. eod. v. Tuld. hic c. 5. 6*
Gom. 2. var. reſ. 5. nu. 5. Buſ. ad l. 29. hic Covar. 3. var. reſ. 2. nu. 3.
Secundum pactum eſt in verſic. *Nam & ita*, ut unus in ſociet
tem conferat pecuniam, alter operam, & lucrum inter eos d
vidatur, hoc etiam pactum valet. [Et eo caſu finita ſocietate pec
niæ ſors ejus manet qui eam contulit, uti damnum ejuſdem
eum ſolum ſpectat. *Gail. 2. obſ. 24. Fach. 2. con. 95. Sich. in l. 1.*
hic. Diſſ. Tuld. hic. c. 3. ſcil. ſi operæ æſtimatæ in ſocietatem col
tæ ſint, ut tunc quoque pecunia pro partibus quantitatis utrinq
communis intelligatur. *Buſ. ad l. 22. §. 1. hic.*] Tertium pactu
eſt in verſic. *Et adeo*, ut aliquis ſocius partem lucri accipiat, ſi l
crum accidat: partem vero damni non ſentiat, ſi damnum co
tingat. hoc etiam pactum ſuſtinetur: quia generaliter probam
ut ſocius ſocio meliorem conditionem habeat, etiam præter m
ritum. *Tulden. hic c. 5.* [niſi ſit ſocietas Leonina, id eſt, ut tot

lucrum ad unum ſocium pertineat. *ff. eodem. l. ſi non fuerint.* 29. §. 2. *in iſto.* [Iniquiſſimum enim genus ſocietatis eſt ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectet. *Perez. hic.* Valet autem ex qua quis damni nihil, & lucri partem ſentiat. l. 5. §. 1. *h. tit.* is vero qui ſortem ſolus confert, paciſci non poteſt ut eam ſalvam habeat & lucri partem accipiat quia fenoris labe infectum cenſetur hoc pactum. *Tuld. hic. c. 6. Gail. 2. obſ. 54. nu. 3. 4. 5. Covar. 2. var.*]

Partes in una cauſa expreſſæ.

3 § [a] Illud expeditum eſt, ſi in una cauſa pars fuerit expreſſa (veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno) in altera vero omiſſa. in eo quoque, quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſervari. a Quid ſi in una cauſa partes ſint expreſſæ?

Quartum pactum eſt in §. 3. *h. n.* nimirum quod eſt de ſolo lucro vel de ſolo damno inter ſocios partiendo, certum eſt, hoc pactum ſervari debere. ſed quæritur quæ partes fiant ejus, quod in pacto prætermiſſum fuit? veluti ſi pactus ſim cum ſocio meo, ut duas partes lucri accipiam deinde non lucrum, ſed damnum ſequatur: quæſtio eſt, quam partem damni ſuſtinere debeam? Reſpondet Imper. expreſſum in uno caſu, cenſeri tacite repetitum in altero caſu: ut in ſpecie modo propoſita. cum ſim pactus de duabus partibus lucri, ſuſtiſtinebo duas partes damni.

Renunciatio ſocietatis.

4 § [a] Manet autem ſocietas eo uſque, donec in eodem conſenſu perſeveraverint. At cum aliquis renunciaverit ſocietati, ſolvitur ſocietas. [b] Sed plane ſi quis callide in hoc renunciaverit ſocietati, ut obveniens aliquod lucrum ſolus habeat: veluti ſi totorum bonorum ſocius, cum ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renunciaverit ſocietati, ut hæreditatem ſolus lucri faceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrifaciat, quod non captaverit, ad ipſum ſolum pertinet. Ei vero, cui renunciatum eſt, quicquid omnino poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli conceditur. a Poteſtne ſocietati renunciari? b Quid ſi quis callide renunciaverit?

In tertia parte varii modi enarrantur, quibus ſocietas ſolvitur. Primus modus in §. *manet.* eſt renunciatio: de cujus effectu dantur tres regulæ. I. Regula eſt: Renunciatione unius ſocii diſſolvi-

 tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tur ſocietas etiam altero ſocio invito, hoc in ſocietate ſpeciale eſt:
quia cum communio ſoleat rixas excitare. *ff. de legat. 2. l. cum pa-*
ter. 77. §. dulciſſimus. 2. nemo invitus cogendus eſt in communio-
ne permanere. *C. commun. divid. l. ult.* [etiamſi ab initio convene-
rit, ut ſocietas perpetuo duraret. *l. 14. l. 70. ff. eod.*] alias ſolemus
dicere, in contractibus nominatis non eſſe locum pœnitentiæ, ſed
hos contractus ab initio eſſe voluntarios, poſtea neceſſarios. *C. de*
oblig. & act. l. Sicut. 5. II. Regula eſt in verſ. *Sed plane.* Qui dolo
malo renunciavit ſocietati, ut aliquod lucrum ad ſe perventurum
ſolus lucretur, cogitur hoc lucrum cum ſocio communicare. [& ſi
forte damnum inde eveniat, ipſi erit præcipuum. *Tuld. hic c. 7.*
alia vero lucra, quæ non captavit, ſolus lucratur. [*l. 95. hic.*] quo
niam hic contractus eſt bonæ fidei, adeo ut ex bono & æquo
tiam id debeatur, de quo non convenit. III. Regula eſt in ver
Ei vero. Is cui renunciatum eſt, indiſtincte ſibi retinet, neque cu
ſocio partitur, quæcumque poſt renunciationem acquiſivit. I
dictis colligitur, dolum non produci, nec a re ad rem, (ſiquide
dolus renunciantis ſocietati, tantum ei nocet in eo quod captavi
nec a perſona ad perſonam, quandoquidē dolus renunciantis n
nocet ei, cui renunciatum eſt. [Sic quoque qui ante tempus co
ventum renunciat ſocietati imtempeſtive, damni equidem co
ſors manet non lucri. *d. l. 65. §. 5. 6.* niſi ex nova cauſa fiat. *d. §.*

Mors ſocii.

a Quid ſi unus ex ſociis ſit mortuus?

5. § [a] Solvitur adhuc ſocietas etiam morte ſocii, q
qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligi
ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit, morte
nius ſocii ſolvitur, etſi plures ſuperſint: niſi in coeunda
cietate aliter convenerit.

Secundus modus in §. 5. *h. n.* eſt mors, ubi notatur, quamvis
multi ſocii, tamen unius morte ſocietatem in totum diſſolvi, eti
inter ſocios ſuperſtites, niſi in contrahenda ſocietate pacti ſint:
uno ex ſociis mortuo ſocietas inter reliquos ſuperſtites man
[*d. l. 65. §. 9.*] Notandum inſuper eſt, adeo verum eſſe, quod
ximus, morte ſocii diſſolvi ſocietatem, ut non valeat pactam
cietate appoſitum, ut hæres in ſocietate ſuccedat, niſi ſit ſoci
vectigalium. *ff. pro ſoc. l. nemo. 35. & l. adeo. 59.* Diverſa eſt r
locationis & conductionis, in quam hæres ſuccedit etiam ſine
cto expreſſo. *ſupra tit. prox. §. ult.* ubi diverſitatis rationem e
ſui. [Cogitur tamen hæres ſocii explicare ea quæ per defunc
inchoata ſunt, & jure poſtulat ſibi cedi commoda eidem acq
ta. *l. 40. ff. h. tit. Perez. hic & Vinn. v. d. l. 65. §. 9. l. 35. & j*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

d. Sic quoq; ſi in rem certam emendam vel conducendam coita ſocietas, etiam commune eſt quicquid lucri, detrimentive inde poſt mortem alicujus fit. *l.* 15. §. 2. *h. tit.*]

Finis negotii

6. § a Item ſi alicujus rei contracta ſocietas ſit & finis negotio impoſitus eſt, finitur ſocietas. a Quid ſi finis ſit impoſitus negotio?

Tertius modus in §. 6. *h. n.* eſt finis negotii, propter quod ſocietas contracta fuit. [ſcil. in ſocietate ſpeciali certi alicujus negocii non item in univerſali. *d. l.* 65. §. 10. *Perez. hic.* Sic quoque ad certum tempus contracta ſolvitur exacto tempore. *d. l.* 65. §. 6.]

Publicatio bonor: ſocii.

7. § a Publicatione quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet ſi univerſa bona ſocii publicentur. Nam cum in ejus locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur. a Quid ſi ſocii bona publicentur?

Quartus modus in §. 7. *h. n.* eſt confiſcatio bonorum omnium ſocii, quoniam hoc caſu fiſcus in ejus locum ſuccedit, adeo ut pro mortuo habeatur. [ſi vero pars tantum publicetur, manet Societas in reliquis bonis. *l.* 63. §. 12. *hic. Perez. hic.*] Nota aliam eſſe mortem naturalem, cum anima ſejungitur a corpore: aliam civilem cum aliquis civitatem amittit, ac deſinit eſſe in civium Romanorum numero ut contingit deportatis, quorum bona confiſcantur. Item nota ſocietatem diſſolvi non ſolum morte naturali ut dictum fuit in §. *ſolvitur.* ſed etiam morte civili, ut *hic.*

Ceſſio bonorum.

8. § a Item ſi quis ex ſociis mole debiti prægravatus, bonis ſuis ceſſerit, & ideo propter publica aut Privata debita ſubſtantia ejus veneat, ſolvitur ſocietas. ſed hoc caſu ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, nova videtur incipere ſocietas. a Quid ſi ſocius bonis ceſſerit?

Quintus modus *in* §. *pen. h. n.* eſt ceſſio bonorum: [niſi poſtea ſocii in Societatem conſentiant, propter bona futura.. *Perez. hic.* Si ſola decoctio non ſolvit Societatem niſi ea peperit manifeſtam egeſtatem Socii. *Tuld. hic c* 8. *vid. Strach. de decoct. p.* 2. *nu.* 47. *l.* 4. §. *h. tit.* Solvitur quoque Societas ſi ſocii diu ſeparatim quiſque negociatus ſit *l.* 64. *ff. hic.* Sic & inter fratres diviſio præſumitur, ex decennali ſeparata poſſeſſione. *Tuld. hic c.* 8.]

Socius præſtat levem culpam.

a Quid præſtat ſocius ſocio?

9. § [a] Socius ſocio utrum eo nomine tantum teneatur pro ſocio actione, ſi quid dolo commiſerit, ſicuti is, qui deponi apud ſe paſſus eſt, an etiam culpæ, id eſt, deſidiæ atque negligentiæ nomine, quæſitum eſt, prævaluit tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nam qui parum diligentem ſocium ſibi adſumit, de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.

Quarta pars *in* §.*ult.b.n.*declarat effectum ſocietatis,ubi datu regula: Socius ſocio præſtat dolum, & culpam: ſic tamen, ut no teneatur majorem diligentiam præſtare in rebus communibus quam in ſuis: quia ſibi debet imputare; qui parum diligentem ſo cium aſſumpſit, quæ ſententia ex Cajo ſumqta eſt. *ff. pro ſoc.* *ſocius ſocio.*72.Falſum igitur eſt, quod omnes Doct.tradunt,ſ cium etiam latam culpam præſtare,ſiquidem ſufficit eum non ſe negligentiorem in rebus communibus, quam in ſuis: & , ſi n gligentior eſſet, non levem, ſed latam culpam committer arg.*l.quod Nerva.*32.*ff.depoſ.*

AXIOMATA.

1. *Pacta ſunt ſervanda.* §.1.*conjun.*l.1.in princ.& l.7.§.ait pr tor.ff.de pact.
2. *Cum non ſunt partes conſtitutæ,ſervari oportet æquales.*§.1. n.*ex arbitrio viri boni.*l.6.d.h
3. *Sæpe quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietatem, ut juſt ſit eos meliore conditione in ſocietatem admitti.* §.2.
4. *Lucrum,vel damnum id ſolum intelligitur,quod compenſati lucri cum damno facta, supereſt.*d §.2.
5. *Expreſſum in una parte contractus, cenſetur tacite repetit in altera.* §.3.
6. *Nemo debet ex ſuo dolo lucrari.*§.5.
7. *Hæres in ſocietatem non ſuccedit.*§.5.
8. *Is, cui bona confiſcantur,pro mortuo habetur.*§.7.
9. *Socius dolum & culpam latam & levem præſtat.*§.ult.
10. *Qui parum diligentem ſocium ſibi adjungit, ſibi debet imp* re.d.§.ult.

DE MANDATO.

TITVLVS. XXVI.

Ltimus contractus, qui conſenſu perficitur, eſt mandatum quod definiri poteſt; Contractus, qui conſenſu perficitur de alio negotio gratis periculo mandantis bona fide gerendo. ujus tituli quinque ſunt partes.

prima tractatur quæſtio, an mandatum valeat, ad quam reſpondetur per duplicem diſtinctionem.

Modus quibus mandatum contrahitur.

Mandatum contrahitur quinque modis, ſive ſua tantum gratia aliquis tibi mandet, ſive ſua & tua, ſive aliena tantum, ſive ſua & aliena, ſive tua & aliena. At ſi tua tantum gratia tibi mandatum ſit, ſupervacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio naſcitur. a Quib. modis contrahitur mandatum?

ior dinſtinctio. *in princ. tit.* conſtat ſex caſibus, ita ut quinrioribus caſibus mandatum valeat, ultimo caſu non valeat. ſus eſt, cum mando tibi mea cauſa. II. Cum mando mea & uſa. III. Cum tibi mando nec mea, nec tua, ſed aliena cauſa. /. Cum mando mea & aliena cauſa. V. Cum tua & aliena . VI. Cum tua tantum cauſa: quo caſu non eſt verum manu, ſed potius conſilium. Addi poteſt. VII. Caſus, quo man eſt utile, videlicet ſi tibi mandem tua & mea & aliena cauluti cum tutor contutori ſuo mandat negotium pupilli geım. hoc enim mandatum eſt in gratiam pupilli, quia res ad pertinet: nec non in gratiam mandantis, & mandatarii, quia ue pupillo tenetur actione tutelæ, niſi negotium pupilli reratur. *ff. hoc tit. l. ſi procuratorem.* 8. §. *ſi tutores.* 4. Non poſem plura quam ſeptem genera excogitari, ſic oſtenditur: in mandato tres perſonæ ſpectari poſſunt; mandator, manda- & extraneus: hinc oriuntur tres modi ſimplices, id eſt, quina perſona conſideratur, nempe, mandantis cauſa, mandataıſa, & aliena, ſive extranei cauſa, & totidem ex duab. perſonis ncti; mandantis, & mandatarii gratia, mandantis & extranei, latarii & extranei: atque unus modus conjunctus ex tribus ıis, id eſt, mandantis, mandatarii, & extranei cauſa. Illa auuinque mandatorũ genera in contextu relata Imp. deinceps

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

variis & perſpicuis exemplis declarat a §. 1. *uſque ad* §. *illud quoque*. 5. igitur quædam ad hos §§. notabimus.

Mandantis cauſa.

a Quomodo tantum mandantis cauſa?

1. § a Mandantis tantum gratia intervenit mandatum: veluti ſi quis tibi mandet, ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo ſponderes.

Ad §. 1. *h. n.* nota *ſpondere*, accipi pro fidejubere.

Mandatarii ac mandantis cauſa.

a Quomodo mandantis ac mandatarii cauſa?

2. § a Tua gratia & mandantis: veluti ſi mandet tibi ut pecuniam ſub uſuris crederes ei, qui in rem ipſius mutuaretur: (aut ſi volente te agere cum eo ex fidejuſſoria cauſa, mandet tibi, ut cum reo agas, periculo mandantis vel ut ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quem tibi delegot i[n] id, quod tibi debuerat.)

Ad §. 2. *h. n.* nota, in creditoris arbtrio eſſe, utrum malit con[]venire reum principalem, an fidejuſſorem: adeo ut fidejuſſor h[oc] jure conveniri poſſit ante reum principalem. Sed hoc jus corrigit[ur] per *Nov*. 4. ubi datur fidejuſſori exceptio, quæ vocatur benefici[um] ordinis, propterea quod creditor cogitur uti hoc ordine, [u]t prius conveniat reum principalem, ſi modo adſit, & ſit ſolvend[o] quam fidejuſſorem. [ante autem ſi reus abſque mandato pri[us] conveniretur fidejuſſor liberabatur. *v. l. ult. C. de fidej. Vi[n.] hic.*]

Aliena cauſa.

a Quomodo aliena cauſa?

3. § a Aliena autem cauſa intervenit mandatum: vel[u]ti ſi tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres, vel [u]t Titio fundum emeres, vel ut pro Titio ſponderes.

Sua & aliena: veluti ſi de communibus ſuis & Titii n[e]gotiis gerendis tibi mandet, vel ut ſibi & Titio fundu[m] emeres, vel ut pro eo & Titio ſponderes.

Tua & aliena: veluti ſi tibi mandet, ut Titio ſub uſu[ris] crederes: quia ſi ſine uſuris pecuniam credere, alie[na] tantum gratia intercedit mandatum.

Ad §. 3. *h. n.* nota cum aliena tantum cauſa mandatur, n[on] prius dari actionem mandati, quam cœperit mandantis intere[ſſe] *d. l. ſi procuratorem*. 8. §. *mandati*. 6. *D. h. t.* [Sed intereſt homi[nis] hominem beneficio affici, idque jure gentium. *l*. 7. *ff. de ſerv. e[x]port. Cujac*. 17. *obſ*. 26. Mandatum autem eſt juris gentium. *Soeſ. hic nu*. 2. *&* *ibi Deſſel.*]

Maudatarii cauſa.

§[a] Tua tantum gratia intervenit mandatum : veluti ſi bi mandet, ut pecunias tuas in emptionem potius præ- drum colloces, quam fœneres, vel ex diverſo, ut pecu- nias tuas fœneres potius, quam in emptionem prædiorum coloces. Cujus generis mandatum, magis conſilium, qum mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium. quia nao ex conſilio mandati obligatur, etiam ſi non expe- dit ei, cui mandabatur : cum liberum cuique ſit, apud ſe elorare, an ſibi expediat conſilium. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rei aliquam emeres, vel eam crederes, quamvis non ex- pediat eam tibi emiſſe, vel credidiſſe, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeo hæc ita ſunt, ut quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi ut pecuniam Titio fœnerares, ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſt in hoc caſu mandatum : quia non aliter Titio credi- diſes, quam ſi tibi mandatum eſſet. [Moribus tamen ho- die non obligatur qui bona fide aſſeruit aliquem eſſe ſol- vndo. *Groenw. hic & l. 4. §. fin. de fidejuſ. tut. adde inf. lib. 4. tit.* § *rinc. not.*]

a An & mandatarii cauſa tantum ſit mandatum efficaciter?

Ad §. 4. *h. n.* Nota I. differentiam duplicem inter mandatum & conſilium. Una eſt, quod conſilium ſemper dari debet in gratiam es cui datur ; mandatum vero aliter contrahitur, ut expoſitum fuit *in principio tit.* Altera eſt, quod mandatum eſt obligatorium, & parit actionem mandati; conſilium vero non eſt obligatorium, niſi dolo malo datum ſit, quo caſu de dolo agitur. *ff. de div. reg. jur. l. conſilii.* 47. [Teſtamento juſſus conſilium petere, vel cum conſilio alicujus viri agere periti, ejus conſenſu opus non eſt niſi idis & imperitus ſit cui conſulitur : vel juſſus ſit ex conſilio vel ſundum ejus conſilium agere. *Tuld. hic c. 4. per c. 1. ne ſede vac. i 6. l. 6. ff. de adm. tut l. 7. ff. de ſuſp. tut. Diſſent. Socin. in l. 2. §. ff. de ſol.*]

Nota II. differentiam inter pecuniam otioſam, & pecuniam occupatam. nam otioſa eſt, quæ uſui non eſt, veluti quæ eſt in arca. occupata vero eſt, veluti quæ alteri eſt credita: atque hæc vel eſt ſterilis, ſi ſit mutuum gratuitum, vel eſt fœneratitia, ſi ſub uſuris credita ſit.

Nota III. differentiam inter hos duos caſus, *mando tibi ut pecuniam credas alicui, & mando tibi ut pecuniam Titio fœneres.* Priori namque caſu tua tantum gratia mando ? proinde non eſt

verum

verum mandatum ſed conſilium. Poſteriori caſu eſt mandatum tua & Titii gratia nam Titius ſenſit commodum, dum ei creditur pecunia, qua eget: ac tu ſeutis commodum, quatenus lucraris uſuras. Hactenus prior mandati diſtinctio.

Mandatum contra bonos mores.

a Quid ſi contra bonos mores mandatum intervenerit?

5. § a Illud quoque mandatum non eſt obligatorium, quod contra bonos mores eſt, veluti, ſi Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris, non tamen ullam habes adverſus Titium actionem.

Poſterior eſt in §. 5. *h. n.* Aut enim eſt mandatum de re honeſta,
veluti de emēdis ędibus vel de pecunia credēda. aut eſt de re tur·
pi, veluti de homicidio, ant furto faciendo. Priori caſu manda
tum valet. Poſteriori caſu Juſt. aît mandatum eſſe inutile. [Si ta·
men admiſerit, mandans & mandatarius uterque tenentur ad pœ
nam. *v. Tulden. hic. c. 3. Sand. lib. 3. tit. 7. def. 3.* idem eſt ſi de con·
ſilio alicujus fecit is qui aliter facturus non fuiſſet. *v. Tuld. d. c*
3. *Clar. § ult. qu. 88. per l. 15. ff. ad l. Corn. de Sicar.* niſi tamen
mandans revocarit mandatum & monuit illum cui periculum
imminebat. *Tuld. d. c. 3.*]

Fines mandati.

a Licetne mandarario excedere fines mandati?

6. § a Is, qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati: ut ecce, ſi quis uſque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio ſponderes, neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fidejubere: alioquin non habebis cum eo mandati actionem: adeo quidem, ut Sabino & Caſſio placuerit, etiam ſi uſque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. Sed diverſæ ſcholæ auctores recte uſque ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſane benignior eſt. Quod ſi minoris emeris, habebis ſcilicet cum eo mandati actionem, quoniam qui mandat, ut ſibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandaſſe intelligitur, ut minoris (ſi poſſit) emeretur.

Secunda tituli pars eſt in §. 6. *h. n.* de effectu mandati. ubi datu
regula, quod mandatarius non debet excedere fines mandati. [te
neturque actione directa mandati de culpa levi, non vero de le
viſſima. *Tuld. hic c. 6. Gail. 1. obſ. 45. nu. 4. Perez. hic in fin.*] Unde
oriuntur duæ quæſtiones. Prior eſt, ſi mandem tibi, ut emas mi·
hi ædes 100. aureis, ac tu emas 130. aureis, utrum poſſis quod

im

impendiſti a me repetere actione mandati. Poſterior eſt, ſi tibi mandem ut emas mihi ædes. 100. aureis, tu vero emas 80. aureis, a tibi contra me actio competat. Priori caſu Juſtin. reprobat ſententiam Sabini & Caſſii, & probat ſententiam Nervæ & Proculi, te poſſe a me repetere dumtaxat 100. aureos, quia quod ad hanc ſummam, non exceſſiſti fines mandati, pro reliquis autem 30. quos ultra mandatum meum impendiſti, nullam habes contra me actionem. [niſi tamen mandator equidem rem petat. *Tulden. tit. ſe. hic c. 2.* imo & actione negociorum geſtorum repetet quod pro dedit, ſi res tanti valet, quia utiliter impendit. *Bronk. 5. aſſ. 66. per l. 2. l. 45. de neg. geſt.* Diſſ. alii per *l. 31. §. 4. d. tit. l. ult. C. eod. l. 1. ff. de judic. l. 30. §. 1. de pecul.* quod probat *Tuld. d. c, 2.* ſi mandans dictione taxativa uſus eſt vel diſerte prohibuit.] Hic igitur locum habet ea regula, quod utile per inutile non vitiatur. Poſteriori caſu dat actionē mandati: quia mandatarius non exceſſit mādati fines, dum minoris emit, quam ſibi mandatum ſit: etenim qui expreſſe mandat emi 100. aureis, tacite mandat minori pretio emi, ſi fieri poſſit: valet autem mandatum, non tantum expreſſum, ſed etiam tacitum *ff. de procur. l. ad rem mobilem, 56. & l. ad legatum. 62. & mandati. l. qui patitur. 18.* [Sic juſſus emere abſque mentione precii tacite cenſetur mandaſſe emere judicio mandatarii ſecundum communem æſtimationem. *l. 3. ff. hic.* Juſſus vero emere fundum non corpore menſura aut qualitate ulla dinſtinctum aut definitum vitiatur mandatum ob incertitudinem, niſi per relationem aut analogiam intelligatur certus prædii modus. *v. Tuld. h. c. 2.*]

Primus modus ſolvendi mandatum.

7. § a Recte quoque mandatum contractum, ſi dum adhuc integra res ſit, revocatum fuerit, evaneſcit. a Licetne revocare mandatum?

Tertia pars eſt de modis, quibus mandatum ſolvitur. ſunt autem tres modi: quorum primus ſpectatur in mandatore: tertius in mandatario: ſecundus in utroque. I. Modus in §. 7. *h. n.* eſt revocatio mandati, dummodo fiat re integra: id eſt, antequam mandatarii intereſſe incipiat. *ff. hoc tit. d. l. ſi procurator. 8. §. mandati. 6.* verbi gratia, mandavi tibi, ut pro me ites Romam: mox poſſum pœnitentiam revocare mandatum, ita ut tibi non ſim mandati obligatus. Sed ſi jam te paraſti ad iter, puta equum, & alia ad iter neceſſaria emiſti; non eſt amplius res integra. proinde non poſſum in tuum præjudicium revocare mandatum, ſed tenebor in id quod tua intereſt. [ſcil. ſi revocem; nemo enim poteſt conſilium ſuum mutare in alterius præjudicium. *l. 75. de R. I.*]

Modus

Modus ſecundus.

a Quid ſi mandans mandatariusve ſit mortuus? b Quid ſi mandatarius ignorans mortem mandantis executus fuerit mandatum?

8. § a Item ſi adhuc integro mandato, mors alterutri
inteterveniat, id eſt, vel ejus, qui mandaverit, vel illius
qui mandatum ſuſceperit, ſolvitur mandatum. b Sed uti
litatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi manda
verat, tu ignorans eum deceſſiſſe, executus fueris manda
tum, poſſe te agere mandati actione. alioqui juſta & pro
babilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic ſimil
eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſator
Titii, per ignorantiam liberto ſolverint, liberari eos: cu
alioqui ſtricta juris ratione non poſſent liberari, quia a
ſolviſſent, quam cui ſolvere debuerint.

II. Modus in §. 8. *h.n.* eſt mors mandatoris, vel mandatarii,
militer contingens re integra. [poſt inchoatum enim negociu
mors non ſolvit mandatum. *l.* 13. *C. de procur.*] Excipe, niſi q
poſt mortem ſuam aliquid faciendum, puta monumentum ſi
extruendum, mandaverit. *ff. eod. l. ſi vero non remunerandi.* 12.
ult. Sed ex dictis oritur quæſtio, ſi mandatore re integra mortu
mandatarius eum mortuum eſſe ignorans, mandatum execu
ſit, & pro mandatore aliquid impenderit, vel ſolverit, an id po
repetere ab hærede mandatoris? Reſpondet Imper. in verſic. *Sed*
tilitatis. mandatario actionem dari utilitatis cauſa, id eſt, ex bo
& æquo contra rationem ſtricti juris, ne juſta ignorantia ei
ceat. [*l. 26. h. tit. Tuld. hic c.* 5.]

Nata primo, cùm hæc actio dicatur dari utilitatis cauſa, e
actionem utilem, non directam.

Nota ſecundo, hanc regulam, Juſta & probabilis ignorantia n
nocet; intellige ignorantiam facti, non juris. *ff. de jur. & fact. i*
l. regula. 6. in princ. nam facti alieni ignorantia etiam in viros p
dentiſſimos cadit *ff. eod. l. mandati.* 2. Hæc regula, quod ignor
tia facti toleratur, & excuſat, a Juſtin. confirmatur in verſ. *Et h*
ſimile hoc exemplo; Stichus erat ſervus actor, ſeu diſpenſator
tii, id eſt, prçerat pecuniis domini ſui fœnerandis & exigendis,
que pecunias quaſdam credidit Sempronio. certe ſi Stichus in
dem ſtatu manſiſſet, Sempronius ei recte ſolveret: ſed fingin
antequam Sempronius ſolveret, Stichum eſſe a domino ſuo n
numiſſum, hac manumiſſione non ſolum deſinit eſſe ſervus,
etiam diſpenſator, quamobrem Sempronius non debet ſervo n
numiſſo ſolvere, ſed Titio creditori. Si tamen Sempronius ig
rans Stichum eſſe manumiſſum, ei ſolverit; ex bono & æquo

ju

jta ignorantia ei obſit, liberationem conſequitur contra ratio-nn ſtricti juris; quoniam ei ſolvit, cui non debuit.

Tertius modus.

9. § a Mandatum non ſuſpicere cuilibet liberum eſt: ſceptum autem conſummandum eſt, aut quam primum runciandum, ut per ſemetipſum, aut per alium, eandn rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuncietur, u ntegra cauſa mandatori reſervetur, eandem rem expcandi, nihilominus mandati actio locum habet, niſi ja cauſa interceſſerit, aut non renunciandi, aut intemptive renunciandi.

a Licetne mandatario renunciare mandato?

III. Modus in §. 9. *h. n.* eſt renunciatio mandati. ſicut enim ndator poteſt revocare mandatum, ita etiam mandatarius pote renunciare mandato. ſed quemadmodum mandator debet revare re integra, ita etiam mandatarius debet renunciare tempeſte, ut integra cauſa mandatori ſervetur negotium per ſe, vel per am expediendi. ſive ergo mandatarius, qui non eſt mandatum eutus, mandato non renunciaverit, ſive tardius renunciaverit, ndatori tenetur in id quod ejus intereſt. Excipitur in contextu, n ob juſtam cauſam excuſetur. veluti quia propter tempeſtatem a vim fluminis, aut incurſum hoſtium, non potuit ſuo tempore ndatori renunciare. [*v. Tuld. hic c.* 1.] Adde aliam exceptionn, niſi mandatarii nihil interſit. cum enim actione mandati pequod ſua intereſt mandatum impleri; certe ſi nihil interſit, nil petet. *ff. h. tit d. l. ſi procuratorem.* 1. §. *Mandati.* Ex hoc §. & §. *recte ſup. h. tit.* intelligimus in contractu mandati eſſe locum pnitentiæ. ut & in contractu ſocietatis. *ſup. tit. prox.* §. *Mandat.* 4 h: igitur proprium eſt horum contractuum, in quibus dixi magreſpici ad perſonas, quam ad res. nam ejuſmodi pœnitentia, ique in emptione & venditione, neque in locatione & conduction locum habet. [Et quamvis adjecto in obligatione recte ſolvatu, etiam me prohibente: aliud tamen eſt ſi debitori meo ex poſt fto permiſi ut alii ſolveret, & deinde re integra deuunciavi ne ſrat. *Tuld. hic d. c.* 1. *per l.* 106. *de V. O.*]

Dies, conditio mandati.

10. § a Mandatum & in diem differri, & ſub conditione fieri poteſt.

a Poteſtne dies vel conditio mandato adiici?

Quarta pars *in* §. *pen. h. n.* proponit duo mandati accidentia, ſape diem, & conditionem. Dies apponitur mandato: veluti, *ndo tibi, ut poſt biennium domum mihi emas.* Conditio apponitur

tur

nitur mandato:veluti, *mando tibi, ut, ſi Titius ſolverit quod mihi debet, ea pecunia domum mihi emas.*

Mandatum gratuitum.

a Admittitne mandatum mercedem?

11. § [a] In ſumma ſciendum eſt, mandatum, niſi gratui-
tum ſit, in aliam formam negotii cadere. Nam merced
conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et (ut gene-
raliter dicamus) quibus caſib. ſine mercede ſuſcepto offi-
cio, mandati, ſive depoſiti contrahitur negotium, iis caſi-
bus interveniente mercede locatio & conductio intelli-
gitur contrahi. Et ideo ſi fulloni polienda curandave qui
dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla merce
de conſtituta, neque promiſſa, mandati competit actio.

Quinta pars *in §.ult.h.n.* declarat proprietatem mandati, n
mirum quod eſt gratuitum. Hæc proprietas non convenit ſc
mandato. ſed etiam aliis contractibus, ut commodato, & depo
to. Unde tres caſus diſtinguuntur, ut ex ipſo contextu colligitu
Aut enim nulla merces intervenit, ſed eſt contractus gratuitu
aut convenit de certa mercede: aut de incerta mercede. I. Caſu
mandatum, vel commodatum, vel depoſitum. II. Caſu eſt locat
& conductio. [modo tale factum ſit quod locari ſolet. nam op
ras liberales, precio nummario æſtimari indignum eſt. *l. 1. de e*
cogn. Vinn. hic.] III. Caſu eſt contractus innominatus. Conju
ge. *§. item is. verſic. ult. ſup. quib. mod. re contr. obl. & §. 1. ſup.*
loc. & cond.

Nota aliud eſſe honorarium, aliud mercedem. Nam merces
pretium quoddam. *ff. ad l. Rhod. de jact. l. ult. de acq. poſſ. l. ſi q*
ante. 10. honorarium vero non eſt merces, ſed honoris cauſa t
buitur. *ff. ſi menſor. fal. mod. dix. l. 1. in princ.* Idcirco honorariu
non impedir actionem mandati. *ff. h. tit. l. ſi renumerandi. 6.*
pr. idem dicendum de ſalario. *ff. eod. l. ſalarium. 7.* [promiſſo
lationis gratiæ cauſa. *Tuld. hic c. 5. l. 1. C. eod.* Adde hic qu
mandatario ejuſque hæredibus detur actio contraria mandati,
verſus mandatorem ejuſque heredem ut agnoſcat & ratum h
beat, id quod ſuo nomine eſt geſtum, & impenſas eo nomine
ctas præſtet cum uſuris. *l. 12. §. 7. 9. l. 54. §. ult. h. tit. Perez. hic.*
tiamſi ſucceſſu, citra culpam ipſius, negocium caruerit. *l. 4. C*
tit. l. 5. 6. ff. eod.]

AXIOMATA.

1. *Nemo ex conſilio obligatur mandati, quamvis conſilium non utile ei cui datur: quia liberum eſt unicuique, apud ſe explo- re, an ſibi expediat. §. 4.*

2. M-

2. andatum contra bonos mores non eſt obligatorium. §. 5.
3. andatarius non debet excedere fines mandati. §. 6.
4. i mandat certo pretio emi, tacite mandat minoris emi, ſi poſſit, non pluris. d. §. 6.
5. tile per inutile non vitiatur. d. §. 6. conjun. §. ſi quis alii. & §. quoties. ſupra de inutil. ſtipul. & l. 1. §. pen. ff. de verb. oblig. & reg. 37. ex. de regul. jur. lib. 6.
6. andatum re integra revocari poteſt. §. 7.
7. andatum non tranſit ad hæredes. §. 8.
8. ſta alieni facti ignorantia excuſat. d. §. 8.
9. emo cogitur mandatum ſuſcipere, ſed ſponte ſuſceptum tenetur perficere, aut re integra quam primum ei renunciare. Nam re integra poteſt ei renunciari. §. 9.
10. Mandatum eſt gratuitum. §. ult.
11. Depoſitum eſt gratuitum, d. §. ult.
12. Quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio mandatum ſed depoſitum contrahitur, his caſibus interveniente mercede locatio & conductio intelligitur. d. §. ult.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCVNTVR.

TITVLVS XXVII.

Pſt contractus expoſitos, ſubjiciuntur quaſi contractus. Ut autem intelligatur diſcrimen inter contractus, & quaſi contractu notandum eſt, duo in hac materia ſpectari, conventionem & causam. Conventio eſt facti, nimirum couſenſus duorum, inter quos convenit de re aliqua danda, vel facienda. cauſa vero eſt juris: enim vis conventioni, vel cuivis actui a jure tributa, obligationem & actionem pariens, unde dicitur cauſa, quia eſt cauſa obligationis & actionis. Quando igitur hæc duo concurrunt, conventio & cauſa: tunc eſt verus contractus. *ff. de pact. l. 1. §. conventionis. 3. & l. jur. gent. 7. §. ſed etſi in al. 3.* ubi autem eſt conventio ſine cauſa dicitur pactum nudum. *d. l. 7. §. cum nulla.* denique ubi causa ſine conventione, ſi delictum abſit, appellatur quaſi contractus. habet enim aliquid contractus quatenus habet cauſam & parit obligationem: ſed non eſt verus contractus, quia non habet conventionem, ſine qua verus contractus eſſe nequit. *d. l. 1. §. conventionis. 3.* [Sic etiam captus ab hoſte nomine univerſita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tis ob contributionem non ſolutam, damnum ob hanc cauſa paſſum ab univerſitate repetet. *Sand. lib. 5. tit. 7. def.* 1. Secu contributio promiſſa non fuerat. *Theſaur. qu. for.* 73.

Quaſi contractus.

a Qua ratio continuationis hujus tituli?

Poſt genera contractuum enumerata diſp- ciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie naſci ex contractu i- telliguntur; ſed tamen quia non ex male- cio ſubſtantiam capiunt, quaſi ex contra naſci videntur.

Primo *in princ. tit.* generaliter loquitur de quaſi contractu, duo tradit. Primo enim nectit hunc titulum cum præcedentib; Deinde in *verſ. quæ quidem*, oſtendit hos non eſſe veros contractus ſed quia non poſſunt referri inter maleficia, merito appellari ca- ſi contractus: nimirum quia contractibus ſimiles ſunt, quatenus habent cauſam, ut nuperrime expoſui. Obſerva Juſtin. non nega- re hos aliquando appellari contractus: ſic enim appellantur *in* l. §. *debitum in. ff. de pec. conſt.* & multis aliis locis. ſed negato- cari contractus proprie, quia conventione vacant, quæ a vis contractibus abeſſe non poteſt. Poſt hæc ſingillatim enarrat via genera quaſi contractuum, in quibus omnibus obſervare licet le cauſam ſine conventione.

Prima ſpecies quaſi contractuum.

a Quomodo ex negotiis geſtis naſcuntur actiones?
b Cui datur actio directa?
c Cui contraria?
d Ex quo principio naſcuntur hæ actiones?

2. § a Igitur cum quis negotia abſentis geſſerit, ultro- troque inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur ne- gotiorum geſtorum: b ſed domino quidem rei geſta- verſus eum, qui geſſit, directa competit actio: c nego- rum autem geſtori contraria. d quas ex nullo contractu proprie naſci, manifeſtum eſt: quippe ita naſcuntur actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis ge- dis ſe obtulerit, ex qua cauſa ii, quorum negotia geſta e- rint, etiam ignorantes obligantur. idque utilitatis cauſa re- ceptum eſt; ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coa i, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregre profecti eſſent, desererentur negotia: quæ ne- nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet, ul- lam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui ut- geſſit negotia, [dominum habet obligatum negotiorum geſtorum,] ita & contra iſte quoque tenetur, ut admini- ſtrat

ſationis reddat rationem: [e] quo caſu ad exactiſſimam
ciſque diligentiam compellitur reddere rationem: nec
ſficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus ad-
hbere ſolet, ſi modo alius diligentior [eo] commodius
aministraturus eſſet negotia.

e Quam diligentiam præſtat negotiorum geſtor?

Primus quaſi contractus eſt negotiorum geſtio, de qua *in §.*
1. *n.* ubi Imp. 1. loquitur de hac obligatione in genere, ac docet
ue naſcatur, & quem effectum pariat. Naſcitur ex eo quod ali-
q negotia abſentis geſſit. parit autem actionem negotiorum ge-
ſtum directam, & contrariam: quarum illa datur domino contra
gorem, hæc geſtori contra dominum.

Nota primo; verbum *negotia*; hic late accipi, ſive ſint judicia-
li ſive extra judicialia; quomodo hoc verbum accipitur etiam *in*
l. 1 ſ. de procur. interdum vero negotia proprie & anguſte ſumun-
tu pro iis, quæ ſpectantur extra judicium, ut cum dicimus alios
eſſ procuratores ad lites, alios ad negotia. *ff. cod. l. ſervum quoque*
3 *n princ.*

Nota ſecundo. Imp. loqui de negotiis abſentis: quia ſi dominus
ne tiorum præſens eſſet, hęc actio negotiorum geſtorum locum
ha re non poſſet. aut enim dominus præſens patitur negotia ſua
ab io geri, & cenſetur tacite mandare ut gerat, proinde non te-
ne r negotiorum geſtorum, ſeu ex quaſi contractu, ſed tenetur
ex ero contractu, id eſt, mandati. *ff. mandati. l. ſi renumerandi. 6.*
§. *paſſus.* 2. aut prohibet eum gerere, & nulla actione tenetur.
C. *neg. geſt. l. ult.* [quia geſtor donaſſe videtur. *v. Zoeſ. hic nu.*
5.

ota tertio, in toto hoc tractatu de negotiis geſtis, & cum dici-
mt agi negotiorum geſtorum, ſemper intelligi negotia ab alio
geſ, domino non ſolum abſente, ſed etiam ignorante, ut hac ra-
tio ſit quaſi contractus, non mandatum. [etiam cum dominus
ali nandaverat, quod tu geſſiſti. *l, 45. ff. mandat.*]

ota quarto, actionem directam dari domino contra geſto-
rem contrariam vero competere geſtori contra dominum: pro-
ptea quod hoc facto, id eſt, negotiorum geſtione principaliter
obliatur negotiorum geſtor ad rationem adminiſtrationis ſuæ
red ndam: per conſequentiam vero quandam ex bono & æquo
dominus obligatur geſtori, ut ei reſtituat impenſas in negotia ge-
ſta factas, quia nemini debet officium ſuum eſſe damnoſum.
ff. t. quemadm. teſt. aper. l. Sed ſi quis. 7. Hinc eſt, quod actio quę
ple nque vocatur directa. interdum appellatur principalis. ut in
l. in mmodato. 17. §. 1. *ff. commod.* II. in verſ. *quas ex nullo.* oſtē-
ditur iones negotiorum geſtorum eſſe ex quaſi contractus III.
in v *ſ. ex qua cauſa,* ſpecialiter loquitur de obligatione contraria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

& rationem perſpicuam affert cur aliquis abſens & ignorans o
bligetur, oſtendendens eum obligari *utiltatis cauſa*, id eſt, e
bono & æquo, quia hoc ipſi quoque eſt utile, ne ejus negotia a
omnibus deſerantur, quia nemo facile ea curaret, niſi poſſet im
penſas repetere. IV. In verſ. *Sicut*, ſpecialiter loquitur de obliga
tione directa, ac docet quatenus negotiorum geſtor tenetatur. In
quit ergo eum præſtare diligentiam exactiſſimam. ſed quia ho
non eſt verum regulariter, idcirco recte ſubjicit limitationem,
modo alius diligentior erat negotia geſturus: hoc enim caſu no
ſufficit diligentia exacta; alias ſi non erat alius diligentius geſtu
rus, negotiorum geſtor tantum diligentiam exactam præſtat.
*de neg.geſt.l.tutori.*20 [Sed & caſum præſtat, ſi novum negotiu
quod non ſit ſolitus abſens facere, ejus nomine geſſerit. *l.*12.*h*
interdum tantummodo dolum. *v.l.*3.§.2.*eod.* ideoque arbitr
judicis pro ratione circumſtantiarum hæc relinquit. *Groenw.in*
20.*C.eod.tit.*]

Secunda ſpecies.

a Quomodo ſit quaſi coutractus ex tutela?

2. § [a] Tutores quoque, qui tutelæ judicio tenentu
non proprie ex contractu obligari (eſſe) intelliguntu
nullum enim negotium inter tutores & pupillum cont
hitur: ſed quia ſane non ex maleficio tenentur, quaſi
contractu teneri videntur. Hoc autem caſu mutuæ ſu
actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore hab
tutelæ actionem, ſed & contra tutor cum pupillo hab
contrariam tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pup
vel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus
obligaverit.

Secundus quaſi contractus in §.2.*h.n.* eſt tutela. Hic quoqu
mutua obligatio inter tutorem & pupillum. I. Imp. loquitu
obligatione & actione directa, qua tutor tenetur pupillo, u
tionem tutelæ geſtæ reddat: & oſtendit hanc obligationem
eſſe ex contractu, quia nullum negotium inter tutorem & pu
lum contrahitur, id eſt, pupillus non eligit ſibi tutorem, ſed
accipit ex teſtamento parentis, vel a lege, vel a magiſtratu: qu
am igitur nec eſt contractus, nec ullum delictum, ſine dubi
quaſi contractus. II. In verſ. *Hoc autem*, loquitur de actione
traria, & oſtendit pupillum ex variis cauſis tutoti teneri, ut
tutor pro pupillo aliquid utiliter impendit, vel pro eo ſe ob
vit, aut rem ſuam creditoribus pupilli pigneravit. [coque no
agit, ut impenſas recipiat, & ab obligationibus liberetur. *l.*
tut.& rat.dict.l.ult.de cont.tut.act.]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota, eadem ratione dici actionem tutelæ directam, & contra-
m, qua ſupra vocavimus actionem negotiorum geſtorum dire-
am, & contrariam, id eſt, quia principalirer obligatur tutor, ut
elæ geſtæ rationem reddat, minus principaliter obligatur pu-
lus.

Tertia ſpecies.

3. § [a]Item, ſi inter aliquos communis res ſit, ſine ſo-
cate, veluti quod pariter eis legata donatave eſſet, &
er eorum alteri ideo teneatur communi dividundo ju-
io, quod ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quod ſo-
s ejus ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit, non
elligitur ex contractu proprie obligatus eſſe, quippe ni-
inter ſe contraxerunt: ſed quia ex moleficio non tene-
, quaſi ex contractu teneri videtur.

a Quomodo ex communione rei ſingularis?

Tertius quaſi contractus eſt communio. Loquimur de com-
nione extra cauſam ſocietatis, alioquin eſſet verus contractus.
madmodum autem ſocietas dividitur in univerſalem, & par-
larem. *ſupra de ſociet. in princ.* ita etiam hęc communio vel eſt
ticularis, vel univerſalis, ut hereditatis. De particulari com-
nione agitur in §, 4, *h. n.* ubi dantur duo exempla. Alterum eſt
obus eadem res ſit legata: alterum, ſi duobus ſit donata. nam
aſibus non eſt contractus, quia non eſt ſocietas, ſed quaſi con-
tus.

ota primo hos vocari ſocios improprie, ut in hoc §. illis verbis
quod ſocius ejus. &c. [uti qui ſocii ſunt neceſſarii non volun-
. *Vinn. hic*]

ota ſecundo, ſocium ſocio. ſive ſit ſocius proprie dictus (id
x contractu ſocietatis) ſive improprie, (id eſt, ex aliis cauſis,
ex legato, vel donatione) teneri actione communi dividundo
& 2. ff. com. divid.] Differentia vero eſt: quia ubi ſunt veri ſo-
on ſolum datur hęc actio communi dividundo, ſed etiã actio
ocio. ubi autem veri ſocii non ſunt, non agitur pro ſocio,
antum communi dividundo. Idcirco Imp. in hoc §. tantum
itur de actione communi dividundo.

ota tertio, actionem pro ſocio eſſe perſonalem, actionem ve-
mmuni dividundo eſſe miſtam. quatenus. enim agitur de re
unda, ut quilibet partem ſuam accipiat, eſt actio in rem, quę
tur ex partium dominio. quatenus autem agitur ob præſta-
s perſonales, id eſt, quia unus ex ſociis fructus percepit, [§. 4
e offic. jud.] vel damnum in re communi. [dolo vel culpa.
§. *pen. l. 25. §. 16. fam. eriſc.*] dedit, vel alter ſocius in
communem impendit, [*l, 4. §. 3, communem. divid.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

eatenus eſt actio in perſonam, quæ naſcitur ex obligatione. Qu circa Imp. qui in præſentia loquitur de obligatione, non de don nio tantum loquitur de præſtationibus perſonalibus: qui tant merito harum præſtationum actio communi dividundo dici eſſe ex quaſi contractu. [Principalis vero finis judicii commu dividundo eſt, ut res dividantur & a communione recedatur, *c.* 1. *& l.* 1. *fam. erciſ.*]

Quarta ſpecies.

a Quomodo ex communione hæreditatis?

4. § a Idem juris eſt de eo, qui cohæredi familiæ erciſcundæ judicio ex his cauſis obligatus eſt.

De communione hæreditatis agitur § 4. *h. n.* ubi datur actio familiæ erciſcundæ, quemamodum ob rem particularem communem dabatur actio communi dividundo. Hæc quoque actio familiæ erciſcundæ eſt mixta, ſed eatenus naſcitur ex quaſi contractu, quatenus perſequitur præſtationes perſonales, [& res actu familiæ erciſcundæ, indiviſim relictas, quæ actio communi dividundo ſæpius intentari poteſt de ſingulis rebus, fam. vero erciſc. ſemel tantum. *Bronk.* 2. *aſſ.* 11. *Cujac.* 23. *obſ.* 1. *l.* 10. § *familiæ. fam. erciſc.*] non quatenus aliquis petit hæreditatem dividi & partem ſibi attribui.

Quinta ſpecies.

a Quomodo ex aditione hæreditatis?

5. § a Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur, (neque enim cum hærede, neque cum defuncto, ullum negotium legatarius geſſiſſe proprie dici poteſt) & tamen quia ex maleficio non eſt obligatus, quaſi ex contractu debere intelligitur.

Quartus quaſi contractus in §. 5. *h. n.* eſt aditio hæreditatis: quoniam hæres adeundo videtur quaſi contrahere. proinde quaſi ex contractu tenetur legatariis, ut legata eis ſolvat. *ff: quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. apud Julian.* 3 §. *ult. & l. ſeq.* [*l.* 5. §. 2. *de* … creditoribus vero hæreditariis ex contractu & facto defuncti tenetur actione hæreditaria: *Vinn. hic.*]

Sexta ſpecies.

a Quomodo ex ſolutione indebiti?

6. § a Item is, cui quis per errorem non debitum ſolvit, quaſi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus eſſe, ut ſi … rem rationem ſequamur. magis (ut ſupra diximus) ex …

iſtractu, quam ex contractu poſſit dici obligatus eſſe. Nam qui ſolvendi animo pecuniam dat: in hoc dare videtur, ut diſtrahat potius negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur, ac ſi mutuum ei daretur, & ideo condictione tenetur.

Quintus quaſi contractus *in §.pen.h.n.* eſt ſolutio indebiti, de qua dictum fuit *in §.1.ſupra quib.mod.re contrah.obl.* [*ubi vid.* *t.*]

Conditio indebiti ceſſat. cum lis per inficiationem creſcit.

7. § [a] Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem non debitum ſolutum ſit. ſic namque definierunt veteres ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſis non debitum ſolutum, repeti non poſſe, veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa pœna conſtituta, per damnationem cuique legata fuerant: noſtra autem conſtitutio cum unam naturam omnibus legatis & fideicommiſſis indulſit, hujuſmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommiſſis extendi voluit, ſed non omnibus legatariis hoc præbuit, ſed tantummodo in iis legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſolvantur, non repetuntur.

[a] Ceſſatne aliquando repetitio indebiti?

Addidit hoc loco Imp. *in §.ult.h.n.* quibuſdam caſibus indebitum ſolutum non repeti, licet per errorem ſolutum fuerit. [quibus adde quod non repetitur quoque illud, quod tranſactionis cauſa *l.65.§.1.de tranſact.* aut dotis nomine datum eſt opinione debiti. *l. 32.§.2.eod.*] dat igitur hanc regulam, quibus ex cauſis inficiando lis creſcit, indebitum ſolutum non repetitur. Intellige inficiando litem creſcere, quando reus, ſi debitum fateatur, condemnatur in ſimplum: ſi vero neget, & convincatur, condemnatur in duplum. Harum cauſarum duo exempla proponuntur in textu. I. Exemplum eſt, ſi quis agat lege Aquilia de damno ſibi dato. quod explicabitur *in § ſed furti.26.inf.de actionibus*. II. Exemplum eſt, cum petitur legatum Eccleſiæ, vel alii loco pio relictum. [quod & ſolutum repeti non poteſt uti indebitum. *l.* 3. *§.2.de cond.indeb.*] quo caſu hæres in duplum condemnatur, non ſolum propter inficiationem, ſi falſo negaverit hoc legatum ſed etiam ſolutionis dilationem, ſi legatum non ſolvat, ſed patiatur ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tur ſe judicio conveniri.*d.§.ſed furti.26.* [Item negans depoſitum miſerabilis *l.1.§.1.& ſeqq.ff.depoſ.§.20. inf. de act.* Item condictio ex chyrographo, inficiatione creſcit in duplum. *Nov.* 18.Verum moribus omnia indebita ſoluta repetuntur:nec ullum debitum ſive ulla lis inficiando creſcit in duplum. *v. Groenw. hi & ad l.14.nu.34.C.de SS.eccl.*]

AXIOMATA.

1. *Negotiorum geſtio eſt quaſi contractus.*§ 1.
2. *Æquum eſt, abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, peregri profecti ſunt, negotia non deſeri.*d.§.1.
3. *Nemo abſentis negotia facile curaret, niſi impenſas repeter poſſet.*d.§.1.
4. *Negotiorum geſtor, ſi ejus contemplatione alius ab adminiſtra tione abſtinuit, exactiſſimam.* d.§.4. *aliat exactam diligen tiam regulariter præſtat.*C.d.neg.geſt.l.tutori 20.
5. *Qui tutelam ſubit, nullum negotium cum pupillo contrahit.*§.
6. *Rei communio ſine ſocietate, eſt quaſi contractus.*§.3.
7. *Qui hæreditatem adit, quaſi contrahit cum legatariis.*§. 5. *cum creditoribus hæreditariis.*ff.quibus ex cauſis in poſſ.ea l.3.§.ult.
8. *Solutio indebiti eſt quaſi contractus, id eſt, diſtractus.* §. pe. *conjun.*§.1.ſupra quib.mod.re cont.obl.
9. *Indebitum accipiens obligatur quaſi ex mutuo.*d.§.penult. *con jun.*d.§.1.
10. *Ex quibus cauſis per inficiationem lis creſcit, ex his cauſis debitum ſolutum non repetitur.*§ ult.
11. *Ex lege Aquilia inficiantes damnantur in duplum, confiten in ſimplum.*d.§.ult.*conjun.*§.ſed furti.26.infra de act.
12. *Qui legatum loco pio relictum falſo inficiatur, condemnatu duplum.*d.§.ult.*idem eſt ſi ſolvere differat, donec judicio c veniatur.*d.§.ſed furti.26.

PER QUAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ADQVIRITVR.

TITVLVS. XXIIX.

POſtquam expoſuit modos, quibus obligatio dicitur acq ex contractu, vel quaſi contractu:conſequẽter agit de per per quos acquiritur.qua methodo uſus eſt etiã in tractatu d minio. *lib.2.tit.9.*cum quo hic tit.eſt conferendus, & ex illo r

enda hujus interpretatio, quia dominii & obligationis, quantum ad hoc eadem eſt ratio.

Acquiſitio per liberos noſtros & ſervos.

EXpoſitis generibus obligationum, quæ ex contractu, vel quaſi ex contractu naſcuntur, admonendi ſumus adquiri nobis non ſolum per noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt, veluti per ſervos, & filios noſtros: ut tamen, quod per ſervos noſtros nobis adquiritur, totum noſtrum fiat; quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit adquiſitum, hoc dividatur ſecundum imaginem rerum, proprietatis, & uſusfructus quam noſtra decrevit conſtitutio: ut quod ab actione commodum pervenit, hujus uſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſervetur, ſcilicet patre actionem movente ſecundum Novellæ noſtræ conſtitutionis diviſionem. Quomodo acquiritur obligatio per noſtros liberos & ſervos?

Primo Imper. loquitur de acquiſitione per filios. vel ſervos in noſtra poteſtare conſtitutos. [quod in ſummam ſic habet: ex Caſtrenſi & quaſi Caſtrenſi peculio filius ſibi pleno jure actiones quærit, ex profectitio, pleno jure patri: ex adventitio ſibi proprietatem patri uſumfructum. *Vinn. hic.* & quid moribus in his ſervetur vel. *ſup. d. tit. 9. §. 2. not.* Bonorum autem nomine ſive obligationum in quibus pater uſumfructum habet, filius actionem movere non poteſt, ſed pater, actio enim cenſetur eſſe in fructu. *l. 24. de uſ. & uſufr. leg.* niſi pater longe abſit vel filio actionum exercitium permiſerit. *l. 1. & l. 18. §. 1. de judic.* uti quoque, jure Nov. filius dum ſtudiorum cauſa abeſt ex contractibus a ſe initis cum debitoribus ſuis experire poteſt. *Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* Nam qui in ſtudiis eſt cenſetur quaſi in militia verſari atque ita ſui juris eſſe. *Deſ. ſel. in* Soeſ. *hic.*]

Liberi hominis & ſervi, bona fide poſſeſſio.

1. §. [r] Item per liberos homines, & alienos ſervos, quos bona fide poſſidemus, adquiritur nobis: ſed tantum ex duabus cauſis, id eſt, ſi quid ex operis ſuis, vel ex re noſtra adquirant. a Quomodo per liberos homines & ſervos quos bona fide poſſidemus?

Secundo *in* §. 1. *h. n.* de acquiſitione per eos, quos bona fide poſſidemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Servi uſufructuarii & uſuarii.

a Quomodo per ſervos uſufructuarios & uſuarios?

2. § a Per eum quoque ſervum, in quo uſumfructum (vel uſum) habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur.

Tertio in §. 2. *h. n.* de acquiſitione per ſervum, in quo uſum fructum, vel uſum habemus. Pro quorum omnium expoſition ſufficiunt notata ad *d. tit.* 3. [*lib.* 2.] hoc excepto, quod hic dicitu de ſervo in quo uſum habemus: quia non fuit ibi expoſitum, & ex poſitione eget, ſi in contextu retineamus verbum, *vel uſum*, quod quibuſdam codicibus abeſt. dubitatio namque occurrit: quia Juſti nianus comparat ſervum fructuarium, & ſervum uſurarium: i quiens utrumque nobis acquirere ex duabus tantum cauſis, id eſ ex operis ſuis, vel ex re noſtra: atqui in ſervo quidem fructuar nulla eſt difficultas. de eo vero, in quo nudum uſum habemu, merito dubitatur: quoniam uſurarius operas ſervi locare nequ, *ff. de uſu & hab. l. plenum.* 12. §. *ult.* & *l. per ſervum.* 13. *in pri.* [& per eum non aliter nobis acquiritur, quam ſi operis ejus ut mur in re noſtra. *l.* 14. *l.* 16. §. 2. *l.* 20. *d. tit.*] Theophilus fingi pſum ſervum ſuas operas locaſſe: quod non puto admittendu: ſed exiſtimo ita ponendum caſum, ut is, qui in ſervo uſum hab, aliquid faciendum conduxerit, & in eo faciendo opera ejus ſe ſit uſus, mercedemque pro operis illis ſtatuerit, quod quidem c ſtat uſuarium facere poſſe. *ff. eod. l. ſed ipſi.* 13.

Servi communes.

a Quomodo per ſervos communes?

3. § a Communem ſervum pro dominica parte domi adquirere certum eſt, excepto eo, quod nominatim ſtipulando, aut per traditionem accipiendo, illi ſoli quirit; veluti cum ita ſtipulatur, *Titio domino meo dare ſp des?* Sed ſi domini unius juſſu ſervus fuerit ſtipulatus, li antea dubitabatur, tamen poſt noſtram deciſionem expedita eſt, ut illi tantum adquirat, qui hoc ei facere ſit, ut ſupra dictum eſt.

Quarto in §. *ult. h. n.* loquitur de ſervo duorum, & repetit quæ jam tradita fuerunt, *ſupra de ſtipul. ſerv.* §. *ult.*

Q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.

TITVLVS XXIX.

HActenus dictum eſt de obligatione per contractum, vel quaſi contractum conſtituenda: nunc dicemus de ea diſſolvenda

Cum autem obligatio tollatur vel ipſo jure, ut ſolutione debiti, vel ope exceptionis, ut per pactum de non petendo, hoc tit. declarantur quatuor modi, quibus obligatio ipſo jure tollitur.

Solutio.

TOllitur autem omnis obligatio ſolutione ejus quod debetur, vel ſi quis, conſentiente creditore, aliud pro alio ſolverit. b Nec intereſt, quis ſolvat, utrum ipſe, qui debet an alius pro eo: liberatur enim & alio ſolvente: ſive ſciente, ſive ignorante debitore, vel invito eo ſolutio fiat. Item ſi reus ſolverit, etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit ſi fidejuſſor ſolverit: non enim ipſe ſolus liberatur, ſed etiam reus.

Quis eſt 1 primus modus tollendi obligationem? b Quis poteſt ſolvere?

Primus modus *in princ. tit.* eſt ſolutio, de qua tria conſiderantur I. quod ſolvitur; aut enim ſolvitur id ipſum, quod debetur: aut aliquid aliud; ubi notandum, non poſſe aliud pro alio ſolvi, niſi creditor conſentiat. *ff. de reb. cred. l. mutuum.* 2. §. 1. [vel res debita præſtari nequeat omnino, vel non ſine magno incommodo. *per l.* 8. *cond. furt. Perez. hic.* Nec invito creditori per partes ſolvi poteſt *l.* 41. §. 1. *de uſur.* ita ut partis ſolutio non liberet ab uſuris. *d. l.* 41. §. 1. *Tuld. hic c.* 4. niſi de reliquo ſit controverſia. *Tuld. d. c.* 4. *per l.* 21. *de reb. cred.* vel niſi hæredes debitoris conveniantur *Tuld. d. c.* 4. *l.* 1. *C. ſi cert. pet.*] II. In verſ. *Nec intereſt*, perſona ſolvens, non ſolum enim ipſe debitor poteſt ſolvere, & ſolvendo tollere obligationem, ſed etiam quivis alius pro eo, ſive ſciente, ſive ignorante, ſive invito. *ff. de neg. geſt. l. ſolvendo.* 39. Habemus igitur exceptionem illius regulæ, beneficium non confertur in invitum. *ff. de div. reg. jur. l. invito.* 69. [Hinc poteſt & ſolvi ei cui creditor debet liquide. *l.* 36. *& ibi Coſtal. ff. de neg. geſt. Tuld. hic c.* 3. *Rogh. ſing.* 37. *per l.* 6 *ff. de dol. mal. exc. l.* 11. §. 5. *de pign. act. v*

&

& *Menoch.2.arb.137.nu.1.2.* Rite quoque ſolvitur diſpenſat
pridem creditoris quem remotum debitor iguoravit. *Tuld.d.c.*
per l.12.§.2.de ſolut. Sic & liberat Solutio facta Præpoſito ad co
trahendum. *Sand.lib.3.tit.16.def.2.Tulden.d.c.3.per l.35.de*
lut. quamvis ei cui mandatum eſt vendere non recte precium ſ
vatur. *Roman.ſingul.23.per l.1.§.12.de exerc.act.* niſi circunſta
tiæ aliud ſuadeant. *Sand.d.def.2.* Verum Emphyteutæ nomin
ab alio canonem annuum recipere dominus non tenetur n
mandatum habeat ab emphyteuta. *Tuld.hic c.1.v.Tyraq.du re*
lignag.§.36.gl.2.nu.19. imo quia creditoris gratia dies ſoluti
nis hic dicitur, ante eum dominus recipere ſolutionem non
netur. *Tulden. ſup.tit.16.c.12.Cujac.lib.23.obſ.23.confer.ſ.*
tit.15.§.2,not.in fin.] III. In verſ. *Item ſi reus.* effectum ſolu-
nis. Effectus autem eſt, ut uno ſolvente, omnes liberentur: ſive
nim debitor principalis, ſive fidejuſſor ſolvat uterque liberat.
[ut & pignora & hypothecæ. *l.43.de ſolut.*]

Nota primo, quod dixi de ſolutione fidejuſſoris, ſic eſſe ac-
piendum, ut ſiquidem fidejuſſor nomine debitoris principalis ſ
verit, uterque ipſo jure liberetur ſi vero fidejuſſor ſuo nomine
ſolverit, reus principalis non liberetur ipſo jure ſed per doli ali
exceptionem. arg. *l.Papinianus.21.ff.mandati.*

Nota ſecundo, fidejuſſoris ſolutione reum quidem liberi a
creditore cui ſolutum eſt, ſed obligari fidejuſſori, ut ei reſtitu,
quod pro ſe ſolvit. *ſup.de fidejuſſor.§.ſi quid autem.*

Acceptilatio.

a Quis eſt ſecundus modus?
b Quid eſt acceptilatio?

c Poteſtne græce fieri acceptilatio?
d Quæ obligationes ſolvuntur per acceptilationem?

1. § a Item per acceptilationem tollitur obligatio.
autem acceptilatio, imagnaria ſolutio. Quod enim ex
verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit T
remittere, poterit ſic fieri, ut patiatur hæc verba de
rem dicere: *Quod ego tibi promiſi, habeſne acceptum?* & T
reſpondeat, *Habeo.* c Sed & Græce poteſt acceptilati
ri: dummodo ſic fiat, ut Latinis verbis ſolet exigi.
λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. *id eſt, Tot denarios acceptos*
Acceptos habeo. d Quo genere (ut diximus (tantum e
vuntur obligationes quæ ex verbis conſiſtunt, non e
cæteræ. Conſentaneum enim viſum eſt verbis fa
obligationem aliis poſſe verbis diſſolvi. Sed & id,
alia ex cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci
per acceptilationem diſſolvi. Sicut etiam quod deb
pro parte recte ſolvitur, ita in parte debiti accept
fieri poteſt.

ſun-

Secundus modus eſt acceptilatio:quæ aut eſt ſpecialis,aut generalis. De ſpeciali agitur *in* §.1.*h. n.* in quo Imp. I. hunc modum proponit. II. In verſ. *Eſt autem*, acceptilationem definit imaginariam ſolutionem:nimirum quia creditor ſciens prudens fatetur ſe accepiſſe,quod non accepit. Quocirca acceptilatio differt a ſolutione,quia ſolutio eſt naturalis,acceptilatio eſt civilis modus diſſolvendæ obligationis.*ff.de ſolut.l.pen.* Sed quamvis acceptilatio vera ſit juris civilis, tamen hoc jure utimur, ut juris gentium eſſe videatur. *ff. de acceptil. l. an inutiles.* 8, §. *ult.* Ergo origine & forma eſt juris gentium. III. In verſ. *Quod enim*, verba, quibus acceptilatio fiat. Noto formam verbis acceptilationis: quoniam utraque fit præcedente, ac ſequente congrua reſponſione. [Irrita vero eſt, ſi ſub conditione vel in diem expreſſe concipiatur.*l.4.l.5.ff. de acceptilat.* ſecus ſi tacite. *in hic c.5.per l.12.l.21.d.tit:l.44.de jur.doc.*]IV.In verſ. *Quo genere*,declarat effectum acceptilationis, & inquit per acceptilationem, quæ verbis fit, tolli verborum obligationem,non etiam ceteras.nam cæteris acceptilatio non ſua, ſed pacti, quod in ſe continet;vi & poteſtate nocet:proinde eas,quæ ſolo conſenſu conſtant ipſo jure tollit.*ff.de reſcind.vend.l.5. in princ.* eas vero, quæ re contractæ ſunt.ope exceptio elidit.*ff.de acceptilatione. l. ſi acceptilatum.*19. [Nam juxta *l.8.ff.de acceptil.*inutilis acceptilatio tamen vim pacti habet;& Traditione ſecuta, nudo conſenſu non tollitur: *v.§. fin. hic.*] Addit Imp. in verſ. *Sed & id.* obligationes re, aut literis, aut conſenſu. [ex quacunque cauſa, etiam ex malefacio vel quaſi.*l.9.de reb.cred.§. 2. hic.*] contractas, poſſe per ſtipulationem novari, atque ita in obligationem verborum transfundi,tuncque per acceptilationem ipſo jure tolli.V. In verſ. *Sicut.* docet acceptilationem non tantum fieri totius debiti, ſed etiam pro parte: quemadmodum etiam ſolutio pro parte fieri poteſt. Ad hoc dictum adhibendæ ſunt duæ limitationes. Prima eſt:quia non poteſt acceptilatio,vel ſolutio fieri pro parte, niſi res debita ſit dividua veluti ſi decem debeantur,pro parte ſolvi,aut accepto ferri poteſt. ſi vero ſervitus debeatur, nec ſolutio, nec acceptilatio parte locum habet. Secunda eſt: quia pars debiti creditori invito ſolvi regulariter non poteſt, ſed tantum certis quibuſdam caſibus vide *Cent.3.quæſt.70.& in tract.de contractibus* & 85.[*& ſup.in pr.hic not.*]

Aquiliana ſtipulatio.

§ [a] Eſt autem prodita ſtipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem

a Quæ eſt acceptilatio pe, aquilianam ſtipulationem?

b Quis eſt effectus & quæ forma ſtipulationis Aquilianæ

nem tollatur. [b] Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & a Gallo Aquilio ita compoſita e

Quidquid te mihi ex quacumque cauſa dare facere oportet, opor bitve, præſens in diemve, aut ſub conditione, quarumcumque rer: mihi tecum actio eſt, quæque adverſus te petitio, vel adverſu: perſecutio eſt eritve: quod ve tu mecum habes, tenes, poſſides, dolo malo feciſti, quo minus poſſideas. quanti quæque earum rerum s erit, tantum pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Augerius. ſpo dit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Auge ſpopondit, id haberetne a ſe acceptum Numerius Nigidus Aul Augerium rogavit. Aulus Augerius Numerio Nigidio accept fecit.

De acceptilatione generali tractatur in §. 2. *h.n.* ubi propon r formula introducta a Gallo Aquilio, per quam omnes præcen- tes obligationes adhibita ſtipulatione novantur, & per adjectm acceptilationem tolluntur. I. Igitur Imper. proponit hujus r- mulæ Aquilianæ argumentum. II. In verſic. *Quicquid*, adjugit ipſa verba: Notandum eſt, hanc formulam duabus conſtare r- tibus. quarum prior eſt novatio per ſtipulationem, poſterioeſt acceptilatio. Prioris partis tria ſunt membra. In primo mebro proponuntur obligationes. In ſecundo membro, quod eſt iner- verſic. *quarumcunque.* proponuntur actiones. In tertio memo, quod eſt in verſ. *quanti*, fit ſtipulatio novans dictas obligati s, & actiones. Secunda formulæ pars (id eſt, aceeptilatio) eſt in rſ. *Quod Numerius.* ſed ſingula membra diſtinctins explicemu In primo membro, ut appareat omnes obligationes contineri n n- tur tres diviſioues. I. Diviſio eſt, quod obligatio eſt vel ex co a- ctu vel ex quaſi contractu, vel ex delicto, vel ex quaſi delict as auté omnes obligationes hac formula contineri ſignificatu lis verbis, *Ex quacumq; cauſa*, i.e. ſive ſint obligationes ex contr u, ſive ex quaſi contractu, &c. II. Diviſio eſt, quod omnis obli tio vel in dando vel in faciendo conſiſtit. *ſup. de verb. obl. in p.* §. *ult.* idcirco inquit Aquilius, *dare facere.* III. Diviſio eſt, quc vel eſt cura obligatio, vel in diem, vel conditionalis *ſupra de ve o- blig. §. omnis. 2.* quo reſpiciens Aquilius ait *oportet oporteve.* In ſecundo membro habetur ratio diviſionis actionum: pr de Aquilius in hac formula mentionem facit actionis, petitio, & perſecutionis, nam actio (proprie loquendo) eſt in perſo m, petitio eſt in rem, perſecutio extra ordinem competit. *ff. de rb. ſignif. c. pecuniæ.* 178. & quia ſupra mentionem fecit oblig io- nis puræ, vel in diem, vel conditionalis, idcirco hic lo tur de actione, quæ *eſt*, *eritve.* Denique ut complectatur o a genera actionum in rem, addit, *quidve tu meum*, & ubi no-

not quatuor caſus, quibus contra aliquem agitur in rem, id eſt quidem habet, vel tenet, vel poſſidet, vel dolo fecit quominus poſſideret. *habere* eſt verbum generale: *tenere* eſt facti: *poſſidere* eſt juris & facti. *ff. de verbor. oblig. l. ſtipulatio iſta.* 38. is autem qui dolo poſſidere deſiit, ſeu dolo fecit quominus poſſideret, perinde tenetur, ac ſi poſſideret: quia dolus pro poſſeſſione eſt. *ff. de rei vind. l. ſin autem.* 27. *§. ſed & is.* 3. *de div. reg. qui dolo.* 131. Reliquæ partes hujus formulæ non egent expoſitione.

Novatio.

3 a Præterea novatione tollitur obligatio: veluti ſi quo tibi Sejus debebat, a Titio dari, ſtipulatus ſis. b Nam interventu novæ perſonæ nova naſcitur obligatio, & prima tollitur, tranſlata in poſteriorem: adeo, ut interdum, licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima novationis jure tollatur, veluti ſi id, quod tu Titio debes a pupillo ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fuerit, quo caſu res amittitur, nam & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt. Non idem juris eſt, ſi a ſervo quis fuerit ſtipulatus. Nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus fuiſſet. c Sed ſi eadem perſona ſit, a qua poſtea ſtipuleris, ita demum novatio fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatione novi ſit: forte ſi conditio, aut dies aut fidejuſſor adjiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, ſi conditio adjiciatur, novationem fieri: ſic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem, ſi conditio extiterit, alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio. d Sed cum hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri novationem, cum novandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat, per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alii in aliis caſibus introducebant: ideo noſtra proceſſit conſtitutio, quæ apertiſſime definivit, tunc ſolum novationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere, ut maneat ex utraque cauſa obligatio ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertius cognoſcere.

a Quis eſt tollendi obligationem tertius modus?

b Quomodo & quo effectu fit novatio interventu novæ perſonæ, id eſt, per delegationem?

c Quomodo fit novatio perſona eadem manente?

d Debetne novandi animus exprimi?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Tertius modus in §. 3. *pen. h. n.* eſt novatio cum enim obliga,
novatur, vetus tollitur, & nova conſtituitur. qnia novatio ni
ali ad eſt, quam prioris debiti in aliam obligationem civilem,
naturalem transfuſio atque tranſlatio. *ff. de novat. l. 1. in pr.* C
autem duplex ſit novatio; altera voluntaria, quæ fit per ſtip-
tionem; altera neceſſaria, quæ ſit judicio. *ff. eod. l. 1. in pri.*
de ſola voluntaria hic agitat: quæ quidem fieri poteſt duobs
modis aut enim mutatur perſona debitoris, aut eadem perſca
retinetur. Quod ad priorem modum attinet. I. Imp. dat reg-
lam, quod per ſtipulationem novandi cauſa factam transferr
obligatio a perſona ad perſonam, ita ut prior debitor liberetur
novus debitor conſtituatnr, qui vocatur expromiſſor. [Simis
huic novationi eſt delegatio, quia & prior debitor liberatur, du-
modo hic ſtipulanti promiſerit, vel obligationem in ſolutum
ceperit. *Tuld. hic c. 8. & C. de Nov. n. 2. 3.* etiamſi debitor de-
gatus non ſit ſolvendo tamen liberatur prior. *l. 3. in fin. C. de
Novat.* & quamvis qnoque pignora ab ipſo data evincantur.
Tulden. d. c. 8. per l. 66. de evict. & l. 30. de pign. & hypot.
idem in venditione nominis. & datione in ſolutum. *l. 4. de her.
vel act. vend. l. 74. de evict. l. 16. 17. C. de ſol.* idemque in ceſ-
ſione nominis creditore eam admittente, & debitore promitten-
te. *l. 1. C. ſi cert. pet. l. 3. C. de nov. Diſſ. Tuld. C. de Nov. nu. 4.* l.
20. C. de neg. geſt. ita ut mandaſſe tantum actiones videatur ſuo
riculo *v. Tuld. hic d. c. 8. per l. 45. §. ult. mand. l. 96. §. 2. de l.*
neque videatur ceſſionarius fidem ceſſi debitoris ſequi, per
quod ab eo ſolutionem petat, quod ei denunciet ne priſtino c-
ditori ſolvat, & deinceps minus acer ſuo debitori incumbat
ita demum ſi profeſſus ſit ſe contentum eſſe. *d. l. 96. §. 2.* vel
grapham prioris obligationis reddidit, aut cancellavit. *l.* §.
1, de pact. vel in codice rationum priſtini debitoris nomen
levit & novum ſubſtituit. vel ceſſo debitori diem proroget
eum in jus vocet, ſine reſervatione juris ſui erga priorem de-
rem. I. *v. Tuld. hic nu. 4.* vel partem debiti libere recepit. *l. 3. de
Nov. Tuld. d. loc.* Alias cedens & Ceſſionarius re integra,
tuo conſenſu a ceſſione nominis, reſilire poſſunt, invito deb
per d. l. 3. Sand. lib. 3. tit. 7. def. 2. Cacher. dec. 62. Nota qu
quod Ceſſionarius agens actione ceſſa non repellatur a jud
ſi litem conteſtatus ſit, non exhibito Ceſſionis inſtrum
poteſt enim ante ſententiam exhibere: uti & is qui ut procu
in rem ſuam nomine cedentis agit. *Tuld. hic c. 8. Diſſ. Mari
dec. 7.*] II. Excipit duos caſus, quibus hæc regula locum
habet. Priori caſu vetus obligatio tollitur, ſed nova obli
non conſtituitut; nempe, ſi Titius novandi cauſa ſtipulatur

pi ſine auctoritate tutoris, quod ipſi debet. tu namque liberaris
pe novationem, quamvis pupillus non obligetur, quia ſine tuto-
re omiſit, ita res amittitur, id eſt, obligatio omnino perit verſic.
ua ut. Poſteriori caſu, neque vetus obligatio tollitur, neque no-
va obligatio conſtituitur, nimirum ſi quis a ſervo novandi cauſa
ſti letur, quod alius ſibi debet: tunc enim actus eſt omnino inu-
til & neque obligatio tollitur, neque novatio fit: quia ſervus no-
va i cauſa promittere non poteſt. verſ. *Non idem juris*. Differen-
tia gitur inter primum & ſecundum cauſum ratio eſt: quia ſer-
vu ovandi cauſa promittens, nullo modo obligatur: [ſcil. extr.
ca m peculiarem. *Tuld. hic. c. 6. l. 20. de fidejuſſ.*] pupillus autem,
etſi uod ad ſuam perſonam non obligatur, tamen aliorum reſpe-
ctu bligari intelligitur, ut docui *Centur. 4. quæſt. 9*. Secundus no-
vati modus conſideratur in verſ. *Sed ſi eadem*. ubi Imp duo requi-
rit ut novatio fiat, cum aliquis a debitore ſuo ſtipulatur. I. Ut
ali id veteri obligationi adjiciatur, vel detrahatur ut dies, vel
co itio, vel fidejuſſor. [Sed etſi poſteriori obligationi acceſſerint
duo fidejuſſores, non inde liberantur priores. *per l. fin. C. de Nov.*
Qu & tacite repetita intelliguntur pignora, & quidem cum or-
din & prærogativa temporis. *Gail. 2. obſ. 30. Tuld. hic. c. 7. per l.
3. ipot. in pig.*] Cum autem conditio adjicitur, novatio non fit,
niſ onditio exiſtat. [ſi tamen poſt commiſſam moram cum de-
bit e novatio fiat, mora ejus intelligitur purgata. *Tuld. hic. c. 6.
per 8. de Novat.*] II. Ut hoc a contrahentibus exprimatur, quod
vel t obligationem novare: alioquin non præſumitur novatio
fier niſi hoc ſit expreſſum. [*vide. Fachin. 3. contr. 92. & l. ult. C.
de ceptilat.* quæ tamen conſtitutio ex ſententia communi non
per net ad delegationem. *Vinn. hic Wiſ. de Novat. nu. 8.* neque lo-
cu habet ubi conjecturæ ſunt manifeſtæ novationis. *Tuld. hic c.
7. l. 32. de ll. v. Menoch. recup. poſſ. rem. 9. nu. 39. 391.*] Hoc igi-
tur aſu ponatur regula, quod in dubio non præſumitur expro-
mi o, ſed adpromiſſio, i. e. non transfertur prior obligatio in po-
ſte orem, ſed poſteriori prior accedit, & utraque conſiſtit. [*ita &
Gr nw. hic & Grot. lib. 3. p. 43. nu. 7.* Diſſent. *Tuld. hic c. 7.*
Qu ad mores Gallorum, quibus tacite etiam Novatio fit. Plane ſi
ex na obligatione ſolutum ſit, altera quoque continuo tollitur,
qu ſunt unius rei. *l. 9. §. ult. de acceptil.*]

Contraria voluntas.

§ [a] Hoc amplius, eæ obligationes, quæ conſenſu — a Quis eſt quartus modus?
co rahuntur, contraria voluntate diſſolvuntur. Nam ſi
Ti ıs & Sejus inter ſe conſenſerint, ut fundum Tuſcu-
lar n emptum Sejus haberet centum aureis: deinde re
nondum

nondum ſecuta, (id eſt, neque pretio ſoluto, neque h-
do tradito) placuerit inter eos, ut diſcederetur ab a
emptione & venditione, invicem liberantur. Idem e n
conductione & locatione, & in omnibus contractib. ai
ex conſenſu deſcendunt: ſicut jam dictum eſt.

Quartus modus tollendæ obligationis in §. *ult.h.n.* eſt cota-
rius conſenſus: quomodo tolluntur ipſo jure obligationes nlo
conſenſu contractæ: quia nihil eſt tam naturale, quam unumqui-
que diſſolvi eo modo, quo ligatum eſt. *ff.de.de div.reg.jur.l. nil*
*tam naturale.*35. Exempla perſpicua ſunt in contextu, dum Jun.
ait poſſe nuda voluntate recedi ab emptione & venditione, la
locatione & conductione, ve a aliis ſimilibus contractibus, dn-
modo id fiat re integra. Adde, quod idem eſt, ſi partes rem inri-
ſtinum ſtatum reſtituant. verbi gratia, emi a te fundum, æc
emptio nudo pacto ut res fiat in empta, diſſolvitur: ſive hoa-
ctum fiat re integra, id eſt, antequam tibi pretium ſolvam, tu
poſſeſſionem fundi mihi tradas: ſive fiat poſt ſolutum pretim,
vel rem traditam, dummodo ſi emptor accepit, eam reſtituat vel
ſi pretium ſolvit, id accipiat: alioqui nudo pacto emptio & vdi-
tio non diſſolvitur. *ff. de pact.l.ab emptione.*58. Obſerva remlici
integram, quamdiu contractus non eſt impletus, quamvis ſiter-
fectus. nam emptio & venditio perficitur nudo conſenſu ed
impletur ex parte venditoris traditione rei venditæ: ex te
emptoris ſolutione pretii, de quo convenit. [Nota quod & iis
modis tollatur obligatio, veluti Compenſatione. *l.* 1. *de n-*
penſ. Confuſione debiti & crediti. *l.* 50. *de fidejuſſ.* item oba-
tione & depoſitione. *l.*19. C. *de uſur.l.*1. §. 37. *Depoſ. vid. gl. in*
fin.]

AXIOMATA.

1. *Solutio vera eſt præſtatio ejus, quod debetur. pr.*
2. *Quocumque debitum ſolvente debitor liberatur.* in pr. *conj.* l.
   ſolvendo. 49. ff. de neg. geſt.
3. *Unamquodque diſſolvitur eo modo, quo ligatum eſt.* §. 1. §.
   ult. *conjun.* l. nihil tam naturale. 36. l. omnia. 100. l. ferai-
   buſcumque. 153. ff. de div. reg. jur.
4. *Promiſſio novandi cauſa facta a pupillo, non obligat pupim,*
   ſed tollit priorem obligationem, facta autem a ſervo, nim
   habet juris effectum. §. 3.
5. *Novatio non præſumitur, niſi expreſſe facta ſit.* d. §. 3.
6. *Quæ conſenſu ſunt contracto, contraria voluntate partiuol-*
   vuntur. §. ult. h. *l.*80. ff. de *ſolut.*

A

.NACEPHALÆOSIS
INSTITUTIONUM.
LIBRI QUARTI.

TITULI.	
1 *le Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntus.*	*Tertia obligationis cauſa eſt delictum ut.*
2 *le Vi bonorum raptorum.*	Furtum Rapina
3 *le Lege Aquilia.*	Damnum
4 *le Injuriis.*	Injuria
5 *le Obligationibus, quæ uaſi ex delicto naſcuntur.*	Quarta cauſa eſt quaſi delictum.
	..ctenus de obligationibus. Hic finitur tractatus, de rebus.
6 *e Actionibus.*	*Sequuntur actiones quarum duo ſunt genera.* In primo genere ponuntur actiones proprie dictę quibus accidunt quatuor.
7 *uod cum eo, qui in aliena oteſtate eſt, negotium geum eſſe dicitur.*	PRIMVM accidens eſt qualitas: ut ex contractu alieno exercitatoria, Inſtitutoria, tributoria, de peculio, de in rem Verſo, quod juſſu.
8 *e Noxalibus actionibus.*	Ex delicto ſervi,
9 *i qundrupes pauperiem feſſe dicatur.*	Aut pauperie, data a quadrupede, noxalis.
	SECVNDVM accidens eſt per alium agere.
10 *de His per quos agere poſ imus.*	TERTIUM accidens eſt ſatiſdatio.
11 *de Satiſdationibus.*	QTARTRM accidens eſt Duratio.
12 *de Perpetuis & tempolibus actionibus, & quæ l hæredes & in hæredes anſeunt.*	
	IN ſecundo genere collocantur
13 *le exceptionibus.*	Exceptiones,
14 *le Replicationibus.*	(quarum appellatione etiã replicationes & ulteriores utriuſq; partis allegationes continentur)
15 *le Interdictis.*	Et interdicta.
	Dictum eſt de perſonis, de rebus, de actionib;: Ex his tribus conſtant judicia, quæ dividuntur in privata de quibus dantur præcepta,
16 *le Pœna temere litiganım.*	Tam litigantibus,
17 *e Officio judicis.*	Quam judici,
18 *e Publicis judiciis.*	Et publica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

INSTITUTIONUM LIBER QUARTUS.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

TITULUS PRIMUS.

EXpoſitis oblgationibus ex contractu, vel quaſi contractu ſequuntur obligationes ex delicto.

Nota I. *Delicta*, proprie dici quæ ſunt privata, ut furtum rapina, damnum, injuria, de quibus hic agitur: *Crimina* vere proprie appellari, quæ publica ſunt, de quibus *infra tit. ult.* quin etiam ea, quæ extra ordinem puniuntur, ut ſepulchum violatum concuſſio, vocantur crimina: ut in tit. *ff. de extraord. crimin.* quavis enim hæc vocabula interdum confundantur, & promiſcu accipiantur, tamen ſecundum verborum proprietatem hæc diſtinguuntur. *ff. de ædil. edict. l. ſiquid ſit.* 17. *§. noxas.* 8. *& de incend. ruin. naufr. l.* 1. *§.* 1. *& de verb. ſignific. l. aliud.* 131. *in fin* Quamobrem recte Imper. hoc loco ait, *ex delicto*, non crimine.

Nota II. Quatuor eſſe maleficiorum genera, videlicet privata extraordinaria, publica, & popularia. *Privata* ſunt ex quibus no poteſt quilibet agere ſed tantum is, ad quem ea res pertinet, ſe cujus intereſt: reliquorum autem criminum perſecutio cuivis populo competit: ſed *Publica* vocantur quęlegibus publicorum j diciorum conſtituta ſunt, & ex iiſdem legibus certam pœna acceperunt, ut Julia de adulteriis, Cornelia de ſicariis, &c. [*de qu bus. ff. lib.* 48. Sed hujuſmodi accuſationes omnium fere gentiu moribus ſublatæ ſunt. Hodieque ſolus fiſcus ejuſque procurat res publicam ex crimine vindictam, perſequuntur, cæteri ad p vatum tantummodo intereſſe conſequendum agunt. *Grot. lib, p.* 33. *nn.* 7. *Gudel. de I. N. lib.* 5. *c.* 14. *verſ. Quod divi. Matth Criminib. lib.* 48. *tit.* 20. *c.* 2. *nn.* 12. *Groenw. C. qui accuſ. poſ.* ve

..., m homine occiſo, petitur æſtimatio impenſarum, in curan-
... ..nere, & lucri quod feciſſet. niſi occiſus fuiſſet. *l.1.§.6. & l. fin. de his qui effud. Tuld. hic c.1.*] *Popularia* vero appellantur, qu... s edicto prætoris certa pœna irrogatur, veluti propter al-bu... corruptum. *Extraordinaria* vero dicuntur, quibus non eſt ... ſtatuta certa pœna, ſed arbitrio judicis delinquentes puniun-tur, ... prævaricatio, expilata hæreditas, & ſimilia. [*de quibus. ff. lib. ...*]

N... ta *III.* Privata delicta eſſe quatuor, quæ enumerantur *in ... hujus tit.* nempe furtum, rapina, damnum, injuria. Hujus ... æ ſunt aprtes.

Continuatio.

QUum ſit expoſitum ſuperiore libro de obli-gationibus ex contractu, & quaſi ex contra-ctu: ſequitur, ut de obligationibus ex male-ficio, (& quaſi ex maleficio) diſpiciamus. Sed illæ quidem (ut ſuo loco tradidimus) in qua... or genera dividuntur: hæ vero unius generis ſunt; ... omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio, veluti ... f... to, rapina, damno, injuria. Quæ eſt ordinis ratio?

P... r, quæ eſt *in princ.* eſt generalis, de obligationibus ex deli-... in parte Imp. Primo nectit hunc tit. cum præced. Secundo ... *Sed illa*, ponit proprietatem quandam obligationum ex ... per quam diſtinguuntur ab obligationibus ex contractu: ... m obligationes ex contractu partim ex re naſcuntur, par-... verbis. partim ex literis, partim ex conſenſu, ut *ſupra de obl.* ... it expoſitum: hæ vero obligationes quæ ſunt ex delicto na-... omnes ex re, id eſt, ex ipſo delicto. Objiciet aliquis, inju-... on tantum re fieri, ut verberibus; ſed etiam verbis, ut con-... literis, ut famoſis libellis. *ff. de pœnis. l. aut facta 16. in* ... eſpondeo quemadmodum obligatio emptionis & vendi-... icitur ſolo conſenſu perfici, licet verba, vel literæ interve-... a etiam injuriam tantum re fieri. quamvis verba, vel lite-... beantur: quia id ſpectamus, ex quo tanquam ex vero fon-... ime & immediate obligatio oritur. talis fons in emptione ... enſus, etiamſi verba vel ſcriptura ei accedant: & ſimiliter ... fons eſt delictum, id eſt factum, quamvis verba vel lite-... dant. Tertio in verſ. *veluti*, enumerat quatuor ſpecies de-... n privatorum. [*v. latius ff. lib. 47. titt. prioribus 10.*] de ... deinceps dicendum erit.

Definitio furti.

a Quid eſt furtum?

1. § a Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri f
ciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus poſſeſſi
nisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

Poſterior tit. pars ſpecialiter tractat de furto, de quo diſſol
varias quæſtiones. Prima quæſtio eſt, quid ſit furtum? Imp. *in* §.
h.n. ſic definit; Furtum eſt contrectatio, &c. In hac definitione.
Imp. ponit formam furti, dum ait *contrectatio frauduloſa.* Contr
ctationem intellige, etiamſi res loco non moveatur. *infra hoc ti*
furtum autem. Frauduloſam intellige : quia fraus committit
tam in mente furis, qui habet animum furandi, ſiquidem furta
ſine affectu fuurandi non committitur. *infra eod.* §. *placuit.* 7.
ſupra de uſucap §. *ſed tamen.* quam in re ipſa, quia reipſa fit in-
ria domino, cui res aufertur, id eſt, quia dominus eſt invitus. *in*
eod. §. *ſed & ſi credat.* 8 [etiamſi neſciat dominum: ut ſi in via f
reperit neque notificavit per præconem. *Tuld. hic c.* 8. *per l.* 4 §.
4. *de furt. add. Treutl. diſp.* 20. *th.* 2. *lit. h. p.* 2.] utroque autem o-
do fraudem accipi, jam expoſitum fuit *in* §. *in fraudem* 3. *In*
qui & ex quib. cauſ. manum. non poſſunt. [Si quis igitur e
cunia, quam alteri annumerandam ſuſcepit partem intervert
furti tenetur. *l.* 52. §. 16. *de furt. l.* 7. *C. eod. Diſſ. Coſt. in l.* 1 *ff.*
locati. niſi pecunia obſignata fuerit ei tradita. *v. Tulden. hic*
3.] II. Ponit materiam, dum ait *rei.* [ſcill. mobilis, non imm
quæ moveri non poteſt. *Zoeſ. hic n.* 4. *& ibi* Deſſel. in hac enim
committit. *Tuld. hic c.* 7.] legendum enim *contrectatio rei*
duloſa, ut habetur in quibuſdam libris manuſcriptis, & *in*
ult. ff. de furtis. non (ut in vulgatis libris legitur) *contrectatio*
duloſa, quia ſecundum hanc lectionem omitteretur materia
III. Adjungit cauſam finalem, inquiens, *lucri faciendi g*
[ſecus ſi contrectet ut extremæ neceſſitati ſuccurrat. *Tuld. h*
per c. 3. *de furt.* ſic & ancillam meretricem ſurripiens fur n
ſecus ſi honeſtam. 39. *l.* 82. *ff. de furt.* [IV. Exponit hunc
furti, ſubjiciens hæc verba, *vel ipſius rei, vel etiam uſus ej*
ſeſſionisve. Unde notandum tribus modis poſſe contingere,
lucrum faciat. Aut enim lucratur ipſam rem, ut cum aliqu
alienam domino ſurripit, & auſert. Aut lucratur tantum rei
ut cum depoſitarius utitur re deſpoſita, quam non vult re
ſed domino reſpoſcenti reſtituere, *infra hoc tit.* §. *furtum fit.*
lucratur ſolam poſſeſſionem, veluti cum debitor pignus cr
traditum ſurripit. *infra eod. tit.* §. *aliquando.* 10. non poteſ
dici rem ipſam lucrari : quia traditione pignoris dominiu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

am t, ſed retinuit. C. *de pignor. act. l. pignus.* 9. [Sed & ſurripiens cauonem creditori, furtum magis quam falſum committit, niſi agar de teſtamento. *l.* 27. & *l. ſeq. de furt.* idem ſi redditum chyrographum, diſſoluto debito creditor aufert. *Tulden. hic c.* 7. *per* 32. §. *ult. C. eod.* Hodie vero cum fures corporali pœna puniatur, hęc pęna iis fere caſibus locum non habet, ſed tantum circa idioſam amotionem rei e loco in quo repoſita a Domino fuit Excipe tamen fraudem publici nuncii. *Tuld. hic c.* 2. 3. & adminratoris publicæ pecuniæ. *d. c.* 3. *Beſold. de furt. qu.* 7. Et quia hod domino ac Patrif. privata coercitio, ut olim, permiſſa non .89. *hic* & *l.* 11. *de pœn.* etiam domeſtica furta publice vindica poſſunt. *Tulden. de c.* 3. *Diſſent. Tyraq. de pœn. temp. cau.* 58. *nfer. inf.* §. 12. *hic.*] V. Adjungit cauſam efficientem, non cur rtum fiat, ſed cur furtum ſit delictum: & inquit hoc eſſe lege aturali prohibitum. Appellatione legis naturalis intelligc jus gitium; quoniam hoc jure dominia rerum diſtincta fuerunt. *de iſtit. & jur. l.* 5. Sic appellatione juris naturalis ſignificabatur s gentium. *in* §. *ſingulorum.* 11. *ſupra de rer div.* Si quis objiciat, jus gentium apud omnes gentes cuſtodiri. *ſupra de jure* §. 1. quaſdam vero gentes, ut Lacedæmonios, & Ægyptio furta permiſiſſe: reſpondebo, pravis alicujus populi moribus aturalem rationem, quæ jus gentium introduxit. *d.* §. 1. non utari; propterea Lacedæmonios, & Ægyptios, dum furta permiſerunt, non jus gentium aboleviſſe, ſed contra illud peccaſſe

Etymologia furti.

quantum ob eam rem æquum judici, videtur, actio datur vid
liberisque, etiamſi heredes occiſi non ſunt. *Sand. lib. 5. tit. 9. def.*
in fin. Chriſtin. ad C. M. tit. 2. art. 34. nu. 7. 8. & art. 36. nu. 1. ar.
20. *de acq. hær.* & præter impendia & mercedes medicis præſti,
judex conſiderabit quantum ſua arte vel operis occiſus quotan
lucratus fuit. tunc pro pretio comparari potuit ejus quantitatis
ditus annui ad vitam occiſi, habita ratione ætatis illius ac valetu-
nis: atque illa quantitas perſolvenda ab occiſore. *vid. Put. 3. c.*
280. *& Grivel. dec. 15. Coſtal. in l. 3. ff. ſi quadrup. paup. fec.* quarro-
que pars bonorum occiſoris addicitur, uxori, liberis vel paren-
bus occiſi ſi pauperes ſint. *v. Tuld. hic c. 2. 3. Cujac. 17. obſ. 4. Cor*
lib 3. p. 33. nu. 2.] cum autem aliter corpori nocitum eſt, arbitrio
judicis res committitur, qui æſtimabit impenſas ob eam cau
factas, puta mercedes præſtitas medicis, nec non operas ob m
cauſam amiſſas. [Cicatricum autem & deformitatis nulla fit æſti-
matio. *d. l. 1. p. 2. & §. 6. l. 5. §. 5. d. l. ult. Diſſ. Groenw. in d. l. ult. a-*
lii ibi alleg.]

Filiusfam. ſeorſum a patre habitans.

a Quid ſi filiusf. a patre ſuo ſeorſum habitet, contra quē dabitur ex quaſi maleficio actio?

2. § a Si filiusfamilias ſeorſum a patre habitaverit &
quid ex cænaculo ejus dejectum effuſumve fuerit, e
quid poſitum ſuſpenſumve habuerit, cujus caſus peri-
loſus eſt: Juliano placuit in patrem nullam eſſe actione,
ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamas
judice obſervandum eſt, qui litem ſuam fecerit.

Expoſita ſunt tria quaſi delicta: quibus omnibus cum munc
eſt, quod ſi filiusfamil. ex his cauſis teneatur, non obligat pa
eſt, quod ſi filiusfamil. ex his cauſis teneatur, non obligat pa
de peculio, ſed ipſe conveniendus eſt actione directa. §. *pen*
quod attinet ad ſecundum & tertium quaſi delictum, ponit fi-
liusfamilias habitare ſeorſum a patre, quia ſi cum patre habit
ſpectaremus perſonã patris, non filii: adeo ut pater non per fil
ſed quia ipſe toti familiæ præeſt, ex his cauſis teneretur. Scien
porro eſt, filio ex his cauſis condemnato, patrem conveniri
actione judicati de peculio, propterea quod judicio quaſi co
hitur. *ff. de noxal. act, l. etſi condemnatus.* 35. *& de pecul. l. li §.*

ido ſcribit. Ac per condemnationem prior obligatio novatur. *C. de ur. rei judic. l. ult. verſ. ſi enim.* [Ita ut non ſit magis noxalis ve x maleficio vel quaſi, ex quibus in patrem actio nulla datur. *l. 5. pen. in fin. de O. & A.*]

Nautæ, caupones, ſtabularii.

§ a Item exercitor navis aut cauponæ aut ſtabu- li e dolo aut furto, quod in navi aut caupona aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur: ſi modo ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicujus eorum, quorum opera navem aut cauponam aut ſtabulum exercet. Cum enim neque ex maleficio, neque ex contractu adverſus eum conſtituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus eſt, quod opera malorum hominum uteretur. ideo quaſi ex maleficio teneri videtur. In his autem caſibus in factum actio competit quæ hæredi quidem datur, adverſus hæredem autem nou competit.

a Quis eſt quartus modus, & quæ ratio & pœna?

Quartum quaſi delictum eſt *in §. ult. h. n.* cum damnum datum, aut furtum factum eſt in navi, aut caupona aut ſtabulo. Exercitor navis, aut cauponæ, aut ſtabuli, id eſt, is ad quem quotidianus quæſtus pertinet.] *infra quod cum eo. § qua ratione. & ff. de exerc. act. l. 1. §. exercitorem.* 15. quamvis nihil deliquerit, tamen tenetur ob delictum a ſuis miniſtris commiſſum: quia dum talibus miniſtris utitur, culpa non vacat. *ff. nau. caupo. ſtabul. l. ult. §. debet em.* quod ſi alius, ut vector, ſeu viator, damnum dederit, vel furtum fecerit, exercitor non tenetur. [*v. Tuld. hic c. 5. Grivel. ... 5. Coſtal. ad l. 52. pro Soc.*] Nec obſtat *l. 1. § ult. & l. 2. & l. ... ff. naut. caupo. ſtabul.* ubi exercitor præſtat etiam factum vectorum, ſeu viatorum quoniam ibi non agitur de hac actione in factum ex quaſi delicto, ſed de actione ex contractu, quæ vocatur de recepto. [ratione damni dati in rem cujus cuſtodiam receperunt. *Perez. hic.*]

Nota igitur I. Exercitorem teneri actione in factum.

Nota II. hanc actionem dari hæredi, ſed non contra hæredem: quia ex parte actoris eſt rei perſecutoria, ex parte autem rei, eſt pœnalis. Non tamen eſt ex parte actoris, cum in ipſum exercitorem ſtatuitur ſimpliciter rei perſecutoria, ſed potius mixta: quoniam in duplum competit. *ff. naut. caupo. ſtabul. l. ult. §. 1.* [Sed cum moribus noſtris hæc actio non ſit in duplum nec pœnalis, ſed mere rei perſecutoria, etiam contra hæredem datur in ſolidum uti ad æris alieni ſolutionem cæteri. *Covar. 3. reſ. 3. nu. 7. Vinn. in §. 2. nu. 2. inſt. de perp. & tem. act.*]

Nota III *in princ. hujus* §. legendum eſſe, *de damno, aut furt* ſicuti legitur *in l. ſi quis abſentis.* 5. §. *ultim. ff. de obligat. & a*[...] unde hic §. ſumptus eſt, altera enim lectio, quæ habet, *de dolo a*[...] *furto*, perſpicue vitioſa eſt: primum quia furtum ſine dubio in[...] continet dolum, proinde non debet a dolo diſtingui: deinde qu[...] hæc actio in factum non ſolum habet locum in furto, ſed etiam damno. *d. l. ult.*

Nota IV. hanc actionem in factum concurrere cum actio[...] furti, vel legis Aquiliæ: adeo ut is qui damnum, aut furtum p[...] ſus eſt, electionem habeat, utrum malit agere in factum con[...] exercitorem, an furti contra furem, ſeu lege Aquilia contra eu[...] qui damnum dedit. *ff. nau. caupo ſtabul. l. pen. § ult.*

Nota V. ob factum hominis liberi, aut ſervi alieni, cujus opa[...] utitur, exercitorem in ſolidum teneri: ob factum autem ſervi[...] noxali tantum actione teneri, ita ut eum noxæ dedendo liberet, cum enim extraneos adhibet, diligenter explorare debet, ques[...] ſint: in ſuis autem ſervis venia dignus eſt, ſi eorum qualeſcumque ſint, opora uſus ſit. *ff. eo. l. ult. §. hac autem* & furti *adverſ. nau. caup. ſtab. l. un. §. pen.*

AXIOMATA.

1. *Qui per imprudentiam peccat, quaſi delinquit*: in princ.
2. *Non licet quid habere circa publicam viam quod noceat ano-cere poſſit* §. 1.
3. *Ex quaſi delicto filii pater non tenetur.* §. penult.
4. *Qui opera malorum hominum utitur, culpæ reus eſt.* §. ult.

DE ACTIONIBUS.

TITULUS. VI.

Ex tribus objectis juris propoſitis *in §. ult. ſupra de jur*[...] jam duo ſunt expoſita, perſonæ, & res: ſupereſt ergo te[...] explicandum, id eſt, actiones, quæ a Juſtinian. explicantu[...] nitione, diviſionibus, & exemplis. Hujus tituli tres ſunt part[...]

Ratio ordinis, actionis definitio.

a Quid eſt actio?

Supereſt, ut de actionibus loquamur. Actio [...] nihil aliud eſt, quam jus perſequendi in ju[...] quod ſibi debetur.

Prima in primis verbis nectit hunc titulum cu[...] cedentibus.

Sunda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

cundo in verſ. *Actio*, continet actionis definitionem. pro cujus terpretatione tria ſunt conſideranda. *I.* Ipſum definitum, qui eſt *actio*.

ota primo actionem non eſſe idem, quod judicium, ut nonnulli male interpretantur: quoniam actio definitur jus perſequendi in judicio: aliud autem eſt judicium, aliud vero quod in judicio perſequitur.

Nota ſecundo actionem proprie dici eam, quæ eſt in perſonam: quoniam ea quæ eſt in rem proprie dicitur petitio. *ff. de obl. & act. l. actio. 28. & de verb. ſignific. l. pecuniæ verbum. 178. §. actionis.* ſed hic actionis verbum latius ſumitur, quoniam in ſequenti §. actio dividetur in realem, & perſonalem: nec dubium quin eadem actio hic definiatur, quæ mox dividetur. *II.* Conſideranda eſt definitio, nimirum *jus perſequendi*, &c. Hæc definitio conſtat ex genere & quatuor differentiis. Genus eſt *jus*, accipitur autem jus hoc loco, ut & *in l. ult. C. de præſcript. long. temp. & in vers. incorporales. ſupr. de rebus corporal.* pro re incorporali, quæ in jure conſiſtit in qua ſignificatione dicimus etiam obligationes, hæreditates, ſervitutes eſſe jura. Prima differentia eſt *perſequendi*, quæ ſeparat actionem ab aliis rebus in jure conſiſtentibus: ut via eſt jus eundi, uſusfructus eſt jus utendi fruendi, actio vero eſt jus perſequendi; Perſecutionis vocabulum late accipe, ut omnibus actionum generibus convenire poſſit, nam proprie & anguſte ſumptum pertinet ſolum ad actiones extraordinarias. *d. l. pecuniæ verbum. 178. §. actionis.* Secunda differentia eſt *in judicio*, per quam excluduntur perſecutiones extrajudiciales: & indicatur neminem poſſe ſibi jus dicere, aut ſua auctoritate quod ſuum eſt, rapere. *ſupra de vi bon. rapt. 41. & ff. quod metus cauſa. l. extat. 13. & ad legem Iul. de vi priv. pen.* ſed opus eſſe ut quilibet per judicem repetat, quod ad ſe pertinere putat. Porro aliud eſt in judicio, aliud eſt in jure. nam in judicio, eſt coram judice pedaneo: in jure autem eſt coram eo qui juriſdictioni præeſt. *ff. de juſt. & jur. l. pen. & de interrog. in jud. l. voluit. 4. §. 1.* & quemadmodum judicium proprie eſt judicis pedanei, ita etiam actio proprie dicitur, quæ coram eo movetur. Sed quæritur an privata admonitio præcedere debeat antequam quis ad judicium proſiliat: quod putant. ſalicē de honeſtate. *4. Miſcel. 7.* & quod alias ſi reus promta oblatione oſtenderit ſe teneri potuiſſe privata admonitione, æquum ſit, petitorem in ſumptus litis cæptæ, expenſas condemnari. *Tulden. hic c. 4.* Si debitor fateatur debitum, ſed in præſenti ſolvere nequeat, poteſt judex ei indulgere dilationem fere 4. menſium: dummodo caveat ſe eum ſoluturum. *l. 21. & ibi Goth ff de judic.*] Tertia differentia eſt *quod debetur*: quæ quidem prima facie videtur tantum

pertinere ad actiones perſonales, non ad rei vendicationem, qu
rem noſtram perſequimur: quia quod noſtrum eſt, nobis debe
non poteſt, *ff de auro & arg. leg l. Quintus. 17. § argento. & l. ſcr.*
34. in princ. ſed intelligendum eſt, etiam rei vindicatione peti qu
debetur: petimus enim rem noſtram nobis reſtitui, id eſt, poſſe
ſionem, quam non habemus; atque hoc ipſum poſſeſſio, ſeu reſ
tutio rei noſtræ recte dicitur nobis deberi. Ultima differentia ſig
ficatur eo pronomine *ſibi*, quilibet enim petit, quod ſibi, non qu
alii debetur. idcirco non licebat olim per procuratorem litiga
infra de iis per quos agere poſſum. in princ. ſed hoc poſtea utilita
cauſa receptum eſt: adeo ut hic valeat illa regula, Qui per aliu
facit, per ſe facere videtur: atque ita qui per procuratorem agit,
ſemetipſum agere videatur: alioqui ſtricto jure inſpecto, procu-
tor non poteſt pro alio agere quia non petit quod ſibi, ſed q d
alii. i. e. mandatori debetur. III. Conſiderandus eſt nexus, per qu
definitio attribuitur definito. Inquit Imp. actionem nihil a d
eſſe quam jus, &c. quibus verbis ſignificat hanc eſſe veram &
fectam actionis definitionem, quæ plene explicat totam actio
naturam & eſſentiam. Quidam hæc verba ſic accipiunt, quaſi n-
per. diceret actionem olim fuiſſe formulam, ſed poſtquam foru-
læ ſunt ſublatæ. C. *de form. l.* 1. jam actionem nihil aliud eſſe q
jus, id eſt, non eſſe amplius formulam. Sed hæc interpretatio a-
va eſt. primum quia verbum *eſt*, in definitionibus tradendis n
ſignificat tempus præſens, quemadmodum nec in attributis i-
nis. ut cum dicimus, *homo eſt animal rationale. Deus eſt omni-*
tens. nullam temporis rationem habemus: ſed verbum illud
tantum copulat attributum cum ſubjecto. Deinde quia Celſu
rit. *in l. nihil aliud. 41. ff. de obl. & act.* ante quam formulæ ſu
tæ eſſent, iiſdem verbis definitionem actionis propoſuit. [Seco-
die Actionum nomina & formulæ libello non exprimuntur
factum ſive rei veritas proponitur, ut ex eo jus agendi colligi p
quamvis pleriſque nos Actionibus & formulis concluſionum
petitionum uti, nemo in foro verſatus dubitare poſſit. *v. Gr*
hic & C. de form. & impetr. act.]

Actiones in rem aut perſonam.

a Quæ eſt prima actionum diviſio? b Quæ ſunt actiones in perſonam?

1. § a Omnium autem actionum, quibus inter ali
apud judices arbitroſve de quacunque re quæritur,
ma diviſio in duo genera deducitur, aut enim in rem
aut in perſonam. b Namque agit unuſquiſque aut c
qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex male
quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam, per
in

endit adverſarium ei dare aut facere oportere, & aliis cibuſdam modis. [c] Aut cum eo agit, qui nullo jure ei o- gatus eſt, movet tamen alicui de aliqua re controver- m. quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti ſi rem [a] Quæ in rem? rporalem poſſideat quis, quam Titius ſuam eſſe affir- t, poſſeſſor autem dominum ejus ſe eſſe dicat. nam ſi ius ſuam eſſe intendat, in rem actio eſt.

ertia pars continet ſeptem actionum diviſiones. Prima diviſio quod omnis actio vel eſt rem, vel in perſonam. Primo Imper. *in rinc.*§.1 *h.n.* proponit hanc diviſionem pro cujus enarratione ſunt conſideranda, id quod dividitur, ipſa diviſio, & membra dentia. Id quod divitur, in primis verbis habetur, ubi Imper. tantum proponit actiones dividendas, ſed etiam adjungit ea- proprietatem, & eleganter complectitur tria juris objecta ju- s accommodata. Nam perſonæ litigantes, ſignificantur eo ver- *nter aliquos*: id eſt, inter actorem & reum: perſonæ judicantes ificantur illis verbis, *apud judices arbitrosve*. cum autem hæc a ſint homonyma, maxime probabilis mihi videtur hæc inter- atio, ut judices referantur ad judicia ſtricti juris, arbitri vero dicia bonæ fidei, vel arbitraria. Res de qua litigatur, notatur verbis, *de quacumque re*, ſubaudi, quæ ſit in commercio, & in cium cadere poſſit. Cum autem variæ ſint rerum diviſiones vi- r mihi Imp. hoc loco potiſſimum reſpicere ad hanc diviſio- , quod vel petimus rem noſtram actione in rem, vel rem no- debitam actione in perſonam: quia tractatus de rebus in his ous verſabatur, videlicet dominio, & obligatione, ut in ſupe- bus fuit expoſitum: & mox Imp. hæc duo actionum genera onet. Tertium objectum (id eſt, actiones) perſpicue indicatur verbis, *Omnium actionum*, quemadmodum enim de rebus lo- is, uſus eſt particulia illa univerſali *quacumque*: ita etiam lo- ns de actionibus, utitur hac particula univerſali *omnium*, ut dat ſe nihil velle prætermittere; non quod omnes & ſingulas onum ſpecies declarare velit, ſed quod prima genera ſit ſum- m enarraturus. Hæc dicta ſint de eo quod dividitur. De divi- autem duo ex contextu notare oportet. I. Hanc diviſionem ummam, id eſt, maximã, quia fit in ſpecies maxime inter ſe ctas, ut expoſui *ſupra de jure perſon: in pr.* II. Hanc diviſio- eſſe bipertitã fit enim in duo genera, ſed poſterius in §. *quæ-* adderetur tertium genus, id eſt, actiones mixtæ. [*de quibus in-* .20.] Nec eſt novum, ut initio proponatur numerus mem- um qui poſtea augeatur. idem enim fecit Imp. in §. *in extra*. 4. *ſupra de hæred. qual.* & Ariſtot. *in Categ. cap. de priori.* Sed n præſentia commodius fit; quoniam membra diviſionis hic

propoſita, ſimplicia ſunt, id eſt, actio in perſonam, & actio in re[m]
quod vero poſterius adjicietur, eſt ex his duobus compoſitum:
quidem actiones mixtæ appellantur, quæ ſimul ſunt in rem, &
perſonam: conſtat autem membrum compoſitum poſſe contin[eri]
ſub ſimplicibus, ut pulchre notat Accurſius *l. ſtipulationem.* 2.
de verb. oblig. Membra dividentia ſunt duo, quæ modo attigi,
eſt actio in rem, & actio in perſonam, quæ deinceps a Juſtin. d[e]
clarabuntur definitionibus, & exemplis. Secundo namque in ve[rſ.]
Namque agit, ponit definitionem actionis perſonalis. ubi nota c[o]
gnitionem actionis in eo potiſſimum conſiſtere, ut ſciamus
detur, & contra quem, & qua ex cauſa, & quid perſequatur. q[uæ]
omnia de actione perſonali in genere ſumpta, a Juſt. hic pro-
nuntur. Cum enim inquit, *agit unuſquiſq; cum eo qui ei obligas*
eſt, docet, cui, & contra quẽ actio perſonalis competat: nempe da[tur]
ei cui alius eſt obligatus, contra ipſum obligatum. Et cum ſubj[icit,]
vel ex contractu, vel ex maleficio. oſtendit, quibus ex cauſis in [per-]
ſonam agatur. ubi appellatione contractus ſignificatur e[tiam]
quaſi contractus: & appellatione delicti, ſignificatur etiam [qua-]
ſi delictum, ut & aliis locis. Tandem cum ſubjicit, *intendit*
adverſarium ei dare, aut facere oportere, & aliis quibuſdam
modis, proponit intentionem agentis in perſonam, id eſt,
quid actione perſonali perſequatur. Hac enim actione [aut]
dari, aut fieri: quoniam obligations partim in da[n]do,
partim in faciendo conſiſtunt. *ſup. de verb. obli. in pr.* §.
ult. & ſup. quib. mod. toll. obl. §. *eſt autem.* Addit Imp. *& aliis qui-*
buſdam modis. quia interdum nec petimus dari, nec fieri: ſ[ed]
adverſatius patiatur, vel non faciat. *ff. de ſerv. l. quoties.* 15.
Tertio in verſ. *aut cum eo,* ſimiliter definit, quamvis brev[iter]
ctionem in rem hæc actio contra eum qui non eſt obligatus (
contra poſſeſſorem) datur ei qui de re movet controverſiam,
qui jus (puta dominium) in re habet: & perſequitur ipſam r[em]
qua eſt controverſia. Hic autem vel contendit eſſe dominu[m]
qui rem vindicat, tuncque dicitur movere judicium petito[rium]
vel habet aliud jus, & nudam poſſeſſionem vindicat qui
dicitur agere judicio poſſeſſorio, ut creditor perſequens pig[nus]
ctione hypothecaria, utrumq; enim judicium, tam petito[rium]
quam poſſeſſiorium, eſt in rem, [Et jus in rem, Dominio
cauſa eſt actionis in rem: & obligatio aliquando vi ſua rem
afficit uti pignus: &c. *Tuld. hic c.* 10. Dominium autem in u[na]
cauſa fundare tutius eſt: ut, ſi ex ea non obtinueris, ſuperſit
ex alia cauſa; fundanda novo judicio. *Tuld. hic c,* 5. *per l.* 14
exc. rei jud. & l. 10. *de excep.* nam eadem res deberi nobis p[oteſt ex]
pluribus cauſis, licet noſtra eſſe non poſſit niſi ex una cau[ſa.]

de d.c. 5.] Quarto tranſit ad exempla, & quia in ſuperioribus titu; multa habuimus exempla actionum perſonalium, & mox propoſiturus eſt exempla actionum prætoriarum, tam in rem, qum in perſonam: idcirco in præſentia proponit exmpla actionu realium civilium. Primum exemplum in verſi. *veluti*, eſt rei vi icatio. Nota, aliud eſſe vindicationem, aliud rei vindicationem, na vindicatio eſt nomen generale, quod ſuo ambitu complectitur o ies in rem actiones. *infr. h.t. §. appellamus*. Rei autem vindica eſt ſpecies vindicationis & ſignificat vindicationem corporis t *hic*, *& ff de rei vind. tot. tit*. rei namque appellatio in præ- lici a nihil aliud ſignificat, quam corpus. ut& in § *ſi generaliter* 22. *ſu de leg. & in l. ſi in rem. 6 ff. de rei. vin. & in l. plane* 34. § *ſed ho ta. ff de leg*. 1. Alia eſt vindicatio ſervitutis, *ff. ſi ſerv. vin*. de qua di ur *in ſeq*. §. Alia eſt vindicatio pignoris, i e. actio Serviana. *ff.* ed *h. l in hac actione*. 3 §. *eſt autem*. 3. *& de pignor. l. ſi fundus* 16. §. *vindicatione* 3. quæ quidem dicitur avocare nudam poſſeſſione *ff. de evict. l. ſi cum venditor*. 66. *in pr*. ſed de hac actione dicer *infr. in §. item Serviana*. hoc loco Imp. loquitur de rei vindic ione de qua quatuor docet. I. Docet, quid in hanc actionem ve at, & oſtendit hac actione peti rem corporalem. II. Docet, contra uem hæc actio detur, & oſtendit dari contra eum qui poſſide Hæc ſententia duas productiones recipit. I. Productio eſt: quia rei indicatio non ſolum datur contra eum, qui vere & proprie po det, ſed etiam contra quemcumque detinentem & habentem rei ſtituendæ facultatem. *ff. de rei vind. l. officium*. 9. II. Productio eſt quia rei vindicatio non ſolum datur contra poſſidentem, ſed etia contra eum, qui dolo deſiit poſſidere. *ff. eod. l. ſin. autem* 27. §. *l & is. & l. qui petitorio*. 36. *in pr*. ſed hoc ideo, quia dolus pro oſſeſſione eſt *ff de diverſ. reg. jur. l. qui dolo*. 131. III. Docet, hæc actio detur, & oſtendit ei dari, qui ſuam rem eſſe affirmat, ei qui jure civili, vel jure gentium dominus eſt. *ff. de rei vindic. in rem*. 3. *in pr*. [Sed hic notandum hanc actionem in rem luplicem: alia enim eſt Directa quam habet dominus rei Directus, adverſus quemcunque poſſeſſorem: alia utilis, quæ datur ri Domino, ut, emphyteutæ, vaſallo, vel ex ceſſione Domini vel re toris in alium facta, item quæ moribus ex ſtipulatione Notat alterius publicæ perſonæ nobis acquiritur. *Tuld. hic c. 3. per* 4. *ff. rem pup. ſal. for*. Directa enim non competit alicui ex cio quod in perſona ejus non ſumſit initium. *Tuld. d. c. 3. per* 1 *de O. & A*. Sed hodie ſubtilitas hæc non attenditur, neque diſ- t *arg. l. 47 §. 1. de neg. geſt*. [IV. Docet, quis ſit conflictus, ſeu ntio inter actorem & reum, unde hoc judicium naſcitur. ubi conditiones requirit. Una eſt, ut actor rem ſuam eſſe inten-

dat. Altera eſt, ut reus e contrario dicat ſe eſſe dominum: Ex duabus coditionibus prior eſt neceſſaria: poſteriore non eſt neceſſ-ria, ſed tantum exempli cauſa proponitur: quia reus ut oſtendat bona fide poſſidere, plerumque dicere ſolet ſe eſſe dominum r, quam poſſidet. Unde Cic. *pro Muræna*, hoc judicium ait bell-ſime procedere dicente actore, *Fundus Sabinus meus eſt*; reo a tem ita contradicente. *Immo meus.* cæterum ſufficit, ſi neget re eſſe actoris, quamvis non arroget ſibi dominium: quia in p cauſa, id eſt, ſi actor non ſit dominus, quamvis etiam reus do-nus non ſit, tamen pro reo judicatur. *C. eod l. ult.* [Petitur tem hac actione ut ſententia judicis declaretur actorem rei eſſe minum vel rem ſuam eſſe reuſque condemnetur ut eam ſibi re-tuat una cum fructibus perceptis ſaltem a tempore litis, quia ſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores pares ſunt & ut malæ fei habentur & tenentur. *l. 25. §. 7. ff. de hær. pet. fac. l. 12. ff. de R. V.*]

Confeſſoriæ, negatoriæ actiones.

a Suntne actiones in rem comparatæ nomine ſervitutum & quæ confeſſoriæ? b Quæ negatoriæ?

2. § a Æque ſi agat quis, jus ſibi eſſi fundo forte el ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eunca-gendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem aio eſt Ejuſdem generis eſt actio de jure prædiorum ua-norum: veluti ſi quis agat jus ſibi eſſe altius ædes tollendi proſpiciendive, vel projiciendi aliquid, ven-mittendi tignum in vicini ædes. b Contra quoque uſufructu, & de ſervitutibus prædiorum ruſticor, item prædiorum urbanorum, invicem quoque pro ſunt actiones: ut ſi quis intendat jus non eſſe adver utendi fruendi, eundi, agendi aquamve ducendi: altius tollendi proſpiciendive, vel projiciendi immi dive: iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed nega Quod genus actionis in controverſiis rerum corpora proditum non eſt. Nam in his is agit, qui non poſſid, vero, qui poſſidet, non eſt actio prodita, per quam rem actoris eſſe. Sane. [*alii, non*] uno [*alii, illo*] caſu poſſidet, nihilominus is actoris partes obtinet, ſicu latioribus Digeſtorum libris opportunius apparebit.

Secundum exemplum *in* §.2.*h.n.* eſt actio confeſſoria, Imp. tria docet. I. Docet, cui hæc actio detur, & oſtendit cla cui jus eſt, id eſt, qui ſervitutem habet. Ubi nota non ſuffic cui ſervitus debeatur, ſed opus eſſe ut jam ſervitus ſit ei con ita ut dominium ſervitutis habeat: [ſcil. ex pacto vel ultima

tate *Perez.hic.*]alioqui non ageret confeſſoria in rem,ſed actione
perſonali ex ſtipulatione,vel alia cauſa.*ff.ſi ſerv.vind.l.ſicut.*8.§
& quidem. II.Docet, quid in hanc actionem veniat, & oſtendit
hac actione peti ſervitutem : nec intereſſe, utrum ſit ſervitus per-
ſonalis, ut uſusfructus;an prædialis,ſive ruſtica,ſive urbana. nam
horum omnium exempla proponuntur in contextu. Unum eſt
exemplum, quod difficultate non caret.(nam reliqua ſupra expo-
ſita erunt.*tit.de ſervit.& tit.de uſufruct.*) hic enim inter ſervi-
tutes urbanas hæc ponitur,quod aliquis habeat jus altius ædes ſuas
tollendi, ſubaudi, etiam vicino invito quamvis ipſi vicino noceat.
atqui ædes a domino altius tolli poſſunt non propter ſervitutem,
quam vicinus debeat,ſed quoniam hæ ædes, quæ altius tolluntur,
liberæ ſunt.*C.de ſervit.& aqua.l.altius.*8.male itaque Imp.vide-
tur tribuere ſervituti,quod pertinet ad libertatem. Reſpondeo,ſe-
cundum vulgatam regulam ſupponendos eſſe terminos habiles.
nam Imp. non docet, quibus caſibus jus altius tollendi ſit ſervitus
ſed ſimpliciter, &(ut ita dicam) in abſtracto hanc ſervitutem pro-
ponit. Jam, ſi quæras,quo caſu hæc ſit ſervitus, reſpondebo, tum
demum jure ſervitutis a vicino debitę ędes noſtras altius tolli poſſe,
cum harum ædium libertas aut jure civili, aut lege municipali,aut
teſtatoris diſpoſitione, aut contrahentium voluntate eſt amiſſa.
Nam jus prohibet aliquem ædes ſuas altius tollendo, ventum ad
ſeparandas a frugibus aridis paleas idoneum admere vicinæ areæ
C.de ſervit.l.ult.§.1. aut omnino obſcurare ædes a ſe legatas.*ff.de
ſervit.præd.urb.l.Caurus.*10.aut ſupra balneum ædificando exce-
dere modum uſitatum altitudinis.*C.de ædif.priv. l. ult.*item fieri
poteſt,ut teſtator damnet hæredem ſuum,ne altius ædes tollat vi-
cino invito. vicinis igitur concedentibus, ut ad pedem unum, vel
alterum ædes tollat,certe his caſibus ædes altius tollentur non jure
libertatis, (ſic enim poſſent tolli uſque ad cœlum)ſed illius ſervi-
tutis conſtitutæ,& ad pedem litatæ.III,Docet,aut ſaltem indicat,
vel innuit,contra quem hæc actio detur, colligitur enim ex con-
textu, hanc actionem dari contra vicinum, id eſt, contra domi-
num prædii ſervitutis.Ubi nota,ſervitutem perſonalem a perſona
realem deberi perſonæ. veluti, ſi habet uſumfructum fundi, hanc
ſervitutem fundus debet meæ perſonæ : ſervitutem autem realem
a re deberi rei.ſunt enim duo prædia: alterum inferius, ſeu ſerviens,
quod ſervitutem patitur:alterum ſuperius, quod Doct.dominans
appellant,id eſt, cui ſervitus præſtatur.itaque actio confeſſoria de
ſervitute datur domino prædii dominantis contra dominum prę-
dii ſervientis. veluti ſi jus habeam ex meis ædibus immittendi ti-
gnum in tuas ædes, tuæ ædes meis ſerviunt, & actio confeſſoria
mihi adverſus te, competit. Sed & inſuper contra omnes actio

Qq 5 com-

competit, qui ſervitute uti prohibent. *ff. ſi ſervi. vindic. l. ſi qu*
diuturno. 10. §. 1. [& ſi ſervitus communi prædio debetur, qui
que ſociorum confeſſoria aget in ſolidum: uti& quisque in ſol
dum convenitur, ſi commune prædium debeat ſervitutem. *l.* 4
3. *l.* . § 4. *ff. ſi ſerv. vindic.*] actio vero confeſſoria de ſervitute pe
ſonali, ut de uſufructu, contra dominum & alium quemcumq
poſſeſſorem competit. *ff. ſi uſufr. pet. l. uti frui.* 5. §. 1.

Tertium actionum realium exemplum in verſic. *Contra*, e
actio quæ hic vocatur negativa, & alibi plerumque negatoria,
in l. uti frui. 5. *ff. ſi uſusfruct. petat.* De actione Imp. quatuor d
cet. I. Docet, quibus de rebus competat, & oſtendit eam pertine
ad ſervitutes, ad quas ſupra dixi pertinere actionem confeſſoria
Sed differentia eſt: quia confeſſoria ſervitutem aſſerit, negato
vero negat.

Nota igitur, hanc actionem vocari negatoriam, quatenus ne
reo ſervitutem competere: & hac ratione non eſt vindicatio; ca
ratione nonnulli decepti putant ſolam confeſſoriam, non etia
negatoriam eſſe vindicationem. Sed animadvertendum eſt, eu
qui negatoria agit, intentionem actionis ſuæ fundare, non tam
gatione ſervitutis quam negat adverſario competere, quam aſ
tione ſui juris, i. e. libertatis: negat enim rem ſuam ſervire, &
ſerit eandem eſſe liberam. proinde hæc actio ita eſt vindicatio
bertatis, ut confeſſoria eſt vindicatio ſervitutis. ff. *ſi uſusfr. peta.*
l. uti frui. 5. *in princ.* Unde etiam nota eos errare, qui inter ha
ctiones ita diſtinguunt, quaſi confeſſoria proponatur verbis a
mativis, veluti, *ajo tuum fundum meo fundo ſervire*: negatoria v
verbis negativis, veluti, *nego meum fundum tuo ſervire*. nihil en
vetat, quominus negatoria concipiatur verbis affirmativis, vel,
ajo meum prædium eſſe liberum, vel, *ajo mihi jus competere pr*
bendi ne per meum fundum eas. vera igitur differentia eſt quod c
feſſoria vindicat ſervitutem in prædio vicini, & negat illud
liberum, negatoria vero aſſerit libertatem noſtri prædii, & ne
illud ſervire. [& ſic juris præſumtionem pro ſe habet: ſcil.
ſuam eſſe liberam donec probetur contrarium, & ſic reus po
ſor qui convenitur partes obtinet actoris& probare debet ſerv
tem ſibi deberi. *Perez. hic.* Reus autem qui in his actionibus vi
tur juxta petitionẽ actoris, ſervitutem pati vel omittere debe
inſuper victori promittere, quod contra jus ejus nihil in poſte
attentabit & ſi non pareat in intereſſe condemnabitur quant
ctor jurabit. *Tuld. hic. c.* 8. *per. l.* 7. *l,* 12. *ſi ſerv. vind* II. Docet
hæc actio competat. nempe datur domino prædii quod adverſ
dicit ſervire. III. Docet, contra quem competat, nimirum d
contra eum qui ſibi jus ſervitutis aſſerit, veluti contra domi
p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

prædi domnantis, id eſt, ejus prædii, cui dicitur deberi ſervitus. IV. In v. l. *Quod genus*, oſtendit actionem negatoriam non habere locum in rebus corporalibus: ſicut in iiſdem reb. non habet locum, ut poſſeſſor agat.

Ita igitur duas differentias inter actiones rerum corporalium, & rerum incorporalium. Prima differentia eſt, quod negatoria locum habet in rebus incorporalibus, id eſt, in ſervitutibus; non etiam in rebus corporalibus. exempli cauſa, poſſum ita agere, non eſſe tibi jus eundi per fundum meum: ſed non poſſum ita agere, fundum non eſſe tuum. Hujus differentiæ ratio eſt: quia (ut paulo ante notavi) actor intentionem ſuam fundare debet, non negatione juris quod dicit non competere adverſario, ſed aſſertione ſui juris. l. uti. 5. *ſi uſusfr. petat.* ut igitur admittatur actio negatoria, oportet, ut ſint duo contraria, ita ut dum actor unum negat, alterum affirmat: ſicut ſervituti eſt contraria libertas, adeo ut dum actor negat ſuum prædium ſervire, ſimul affirmet ſuum prædium liberum, ergo propter libertatem ſervituti contrariam admittitur in ſervitutibus actio negatoria. atqui corpori nihil eſt contrarium, in corporibus igitur actio negatoria locum habere non poteſt. nam ſi actor neget corpus aliquod eſſe adverſarii, ex hac negatione non poteſt ulla affirmatio colligi, quæ fundet intentionem ipſius actoris. Secunda differentia eſt, quod in rebus corporalibus numquam agit is qui poſſidet: diſtincti namq; ſunt actor, & reus, ita ut ex parte actoris requiratur dominium, ex parte rei poſſeſſio, ut expoſitum fuit in præcedenti §. *verſic. ult.* in rebus autem incorporalibus, id eſt, in ſervitutibus) æque datur actio poſſeſſori, ne in ſua poſſeſſione turbetur, atque datur non poſſidenti, ut poſſeſſionem conſequatur. *ff. ſi uſufr. petat. dicta l. uti frui.* 5. §. *ult.* Differentiæ rationem eſſe puto: quia poſſeſſio rei incorporalis minus certa & perſpicua eſt, quam rei corporalis; in rebus igitur corporalibus hoc ſolum receptum eſt, ut poſſeſſor multis caſibus fungatur vice actoris, non etiam ut ſit re vera actor, ſicut enim aliud eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione, *ff. de acq. vel amit. poſſideri.* 3. §. *ult.* & *l. ſi quis ante.* 13. §. 1. & aliud eſt ſervire, aliud eſſe in ſervitute. *Inſt. de ingen.* §. *ult.* & *ff. ex quibus cauſ.* l. *ei quoque.* 11. & aliud eſt eſſe prætorem, aliud prætura fungi, *de offic. prætor. l. ult.* ita etiam aliud eſt eſſe actorem, aliud actoris partes obtinere. Exem. cauſa, reus non eſt actor, ſed in exceptione fungitur vice actoris. *ff. de prob. l. in except.* 19. *in* ... & cum ſponte ſua in ſe ſuſcepit onus probandi *ff. eod. l. circa.* ... cum falſo negavit ſe accepiſſe, quod accepit *ff. eod l. cum de indebito.* 25. Denique actoris partibus fungi, ſive actoris partes ſuſtinere, nihil aliud ſignificat, quam ſubire onus probandi, quod

regula-

regulariter actor incumbit *ff. de oper. novi nunc. l. ſi priuſque.* 15. [Fundi autem dominium hic probare non tenetur qui po- det, alias vero ſi non poſſidet, tenetur. *Tuld. hic c.* 8. *Mynſ.* I. C. 19] Qua propter in fine §. ſine dubio contextus mendo non- ret, cum enim ſcriptum ſit *ſane uno caſu*, legendum, *ſane n uno caſu*, quam emendationem his argumentis confirmo. i- mo, quia ſunt multi caſus, quorum jam aliquot propoſui, c cum alii alium caſum indicari hoc loco putent, nemo tamen ſtendit illum caſum, quem proponit, eſſe unum & ſolum. Sec- do, quia Imp. non dicit poſſeſſorem eſſe actorem, quod ſupra - gaverat: ſed dicit eum obtinere partes actoris, quod longe div- ſum eſt. Tertio, quia ſi Juſtin. de uno caſu loqueretur, male o- jiceret, id in latioribus Digeſtorum libris oportunius appareret in latiores enim libros rejici debet prolixa aliqua expoſitio, vel mul- torum caſuum enumeratio, non unius caſus propoſitio, qui eoſ- ficilius invenietur, quo latiores ſunt Digeſtorum libri. Quarto, quia literarum ſimilitudo facile efficere potuit (hoc enim ipſe accidit) ut ſcriptor unam ſyllabam omiſerit, & pro *ſane non uno*, ſcripſerit *ſane uno*.

Actiones civiles, Prætoriæ.

a Quæ eſt ſecunda actionum diviſio? & quæ ſunt civiles? a Quæ Prætoria? c Quomodo diſtinguuntur Prætoriæ?

3. § a Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis & civilibus cauſis deſcendunt. [b] Aliæ autem ſunt, quas prætor ex ſua juriſdictione comparatas habet tam in rem, quam in perſonam: quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere: ut ecce, plerumque ita permittit Prætor in rem agere: ut vel actor dicat ſe quaſi uſucepiſſe, quod non uſuceperit; vel ex diverſo poſſeſſor dicat adverſarium ſuum non uſucepiſſe, quod uſuceperit.

Secunda actionum diviſio in §. 3. *h. n.* eſt bipertita. nam aliquæ actiones civiles, aliæ prætoriæ, quæ a Juſtin. declarantur defini- nibus, & exemplis. Actiones civiles definiuntur, *quæ ex legitimis & civilibus cauſis deſcendunt*, id eſt, quæ aliqua parte juris civilis ſunt conſtitutæ. Quod autem ait *ex legitimis & civilibus*, vel accipien- dum eſt *ἐκ παραλλήλου*, vel dicendum legitimas cauſas propriu- mi, quia legitimum proprie dicitur quod eſt ex lege xij. tab. *ſu- pra de legit. agnat. tut.* civiles autem cauſas eſſe verbum generale, quaſi Imp. diceret actiones civiles introductas eſſe lege xij. ta- ſaltem aliqua civili conſtitut. non eſt enim novum, ut lex ſp- libus verbis generale ſubjiciat. *ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſervus ſer-*

2 §. *& non negat.* Prætoriæ vero actiones difiniuntur, *quas prætor* e *ua jurisdictione comparatas habet*, id eſt, quas prætor vi ſuæ ju- r dictionis conſtituit.

Nota non omnes actiones a prætore in edicto propoſitas, nomi- n prætorias quoniam prætor etiam actiones civiles promittit, u ctionem commodati. *ff. commod. l. 1. in pr.* & actionem depo- ſi *ff. depoſ. l. 1. §. 1.* quocirca Imper. in definitione prætoriarum a onum non dixit, *quas prætor in edicto pollicetur, ſeu proponit:* ſe *quas ex ſua jurisdictione comparatas habet.* Hæc dicta ſint de d nitionibus.

Quod autem attinet ad exempla, quia ſuperius data ſunt exem- pl actionum civilium, idcirco Imp. hoc loco ſubjicit exempla a onum prætoriarum tam in rem, quam in perſonam & in eo- de §. *ſed iſtæ*, proponit duo exempla actionum prætoriarum rea- li a, quæ mox in ſequentibus paragraphis exponentur. tantum g ır ad finem dicti §. notandum eſt, pro *poſſeſſor*, omnino legen- du *poſſeſſorem*, ut conſtat ex §. *rurſus*, ubi hæc actio explicabitur. C ac. quidem vulgatam lectionem defendere conatur, ſed fruſtra. q mvis enim ſententia, quam affert, falſa non ſit, tamen huic lo- c ion convenit: quia Juſtinian. perſpicue loquitur de actione, q m in d. § *rurſus*, vocavit reſciſſoriam: ſecundum Cujacii ve- r nterpretationem his verbis non ſignificaretur actio, ſed ex- c io. Non ponitur autem fruſtra hoc verbum *poſſeſſorem*: ſed I perator hoc verbo indicat actorem fateri adverſarium ſuum p idere, licet neget eum uſucepiſſe: quia prætoris edi- c n non aufert illis poſſeſſionem, ſed tantum reſcindit uſuca- p nem.

Publiciana actio.

4. § [a] Namque ſi cui ex juſta cauſa res aliqua tradita fu rit (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut do- ti aut legatorum) & nec dum ejus rei dominus effectus e ſi ejus rei poſſeſſionem caſu amiſerit, nullam habet in re directam actionem ad eam perſequendam, quippe it proditæ ſunt jure civili actiones, ut quis dominium u n vindicet. ſed quia ſane durum erat, eo caſu deficere a onem, inventa eſt a prætore actio, in qua dicit is qui p eſſionem amiſit eam rem ſe uſucepiſſe, quam uſu non c t, & ita vendicat ſuam eſſe, quæ actio Publiciana ap- p atur, quoniam primum à Publicio prætore in edicto p poſita eſt.

[a] Quæ eſt prima actio Prætoria in rem dicta publiciana?

Primum

Primum igitur exemplum actionis prætoriæ in rem eſt ac Publiciana, de qua Imp. in §.4. *h. n.* quatuor docet. Primo doc quænam requirantur, ut ſit huic actioni locus. Requirit aut quinque. I. Ut ſit res aliqua, de qua agatur. ubi nota, Juſtin. uti vocabulo, quod eſt generale. *ff. de reb. cred. l.* 1. quoniam hæc ac tam ad res corporales, quam incorporales pertinet. *ff. de Public. in rem act. l. ſed & ſi. 6. l. ſi ego* 11. *& l. ſeq.* Rurſus nota Juſt. apponere provocabulum *aliqua*, eadem ratione, qua dixit *aliq in §. ult. ſupra de uſucap.* id eſt, ut oſtendat hanc actionem pertin ad res particulares, quę uſucapiuntur, non ad univerſales, veluti hereditatem. II. Ut ea res tradita fuerit actori, hoc enim in edi prætoris requiritur. verum Juriſconſulti per interpretationem p duxerunt hanc actionem etiam ad eas cauſas, quæ ſine traditio ſolent eſſe idoneæ ad dominium transferendum. verbi gratia res rem quaſi hæreditariam Publiciana petere poteſt, licet ea re bi tradita non fuerit. *ff. eod. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *in princ. l. cum ſponſ.* 12. §. 1. III. Juſta cauſa traditionis, id eſt, ex qua tradens transfer ſet dominium, ſi fuiſſet rei dominus.

Nota igitur tria eſſe cauſarum genera. quædam enim ſine tr tione dominium transferunt, ut legatum: quædam per trad nem transferunt dominium, ut emptio & venditio. *ſupra de r. divis.* §. *venditæ*. 14. quædam nullo modo ſunt aptæ ad domin transferendum, ut commodatum, & depoſitum. itaque Publicia verbis edicti traditionem ex juſta & idonea cauſa requirit: per terpretationem vero producitur ad cauſas, quæ non requirunt ditionem: ſed nullo modo locum habet in depoſito, commod locatione, & ſimilibus cauſis, quæ nihil cum rei dominio com ne habent. Quod autem dixi de aptitudine cauſarum ad domi transferendum. ſic accipi debet, ut ſi dominus ex his cauſis rem dat, accipiens acquirat dominium, & habeat rei vindicatione vero a non domino res tradatur, is, qui bona fide accipit, non ſtatim dominus, quia nemo plus juris in alium tranferre po quam ipſe habeat: ſed facultatem habeat uſucapiendi & inte antequam uſucapionem perficiat, Publicianam actionem h [Quæ tamen eodem libello cum Rei vindicatione conjungi p petendo rem, jure dominii vel quaſi, ſuam eſſe declarari. *v den. hic c.* 7. *per. c. abbate. de re jud. in.* 6.] In ſumma, q cauſa fierem dominus, ſi acciperem a domino; ex ea cauſa u pio, & habeo Publicianam, ſi bona fide accipiam a non do IV. Requiſitum eſt, ut uſucapio nondum abſoluta ſit: alioqui eſſet locus actioni Publicianæ, quę eſt utilis vindicatio, ſed d in rem actioni, i. e. rei vindicationi, quæ eſt actio civilis. *ff. blic. in rem act. l.* 1. *in princ. &* §. 1. V. Ut is, qui rem uſucap

poſ

poſſ ſanè amiſerit. nam vindicatio non datur poſſeſſori, niſi ſer-
vitus per actionem confeſſoriam. aut libertatis per actionem ne-
gatoriam, ut dictum fuit in ſuperiori §. His quinque requiſitis in
contextu expreſſis alia tria poſſunt addi, quæ breviter ſubj ciā. VI.
Ut actor habeat bonam fidem: quia cum bona fides in uſucapione
requiratur. *ſupra de uſucap. in pr.* conſequenter requiritur etiam in
actione Publiciana; quæ uſucapienti datur. *ff. eod. l. ſed & ſi. §. Præ-*
tor §§. *ſeqq.* VII. Ut res ſit tradita [& vacuam ejus quandoque
poſſeſſionem adeptus ſit. *v. Viv. com. opin. 20. nu. 1.*] a non domi-
no; alioquin (ut paulo ante notavi) is qui rem accepit, non ageret
Publiciana, ſed tanquam verus dominus haberet rei vindicatio-
nem directam *ff. eod. l. 1. in pr.* VIII. Ut is, qui convenitur, rem poſ-
ſideat, nec ſit ejus dominus. nam Publiciana datur contra quem-
cunque poſſeſſorem, præterquam contra verum rei dominum *ff.*
eod. l. pen. & ult. Ex dictis apparet, cui hæc actio detur, & contra
quem detur, & quid in eam veniat. nam datur uſucapienti contra
quemcumque poſſeſſorem, præterquam contra dominum: ac per-
ſequitur tam rem corporalem, quam incorporalem. Secundo do-
cet hic §. quæ ſit hujus actionis origo, & ait eam eſſe inventam a
prætore, qui prætor vocabatur Publicius, ut dicitur. *in fi.* § Tertio
docet quod ſit fundamentum quo nititur intentio actoris. Funda-
mentum eſt quod actor rem petit quaſi eam uſuceperit, imo in-
quit eam uſucepiſſe. quamvis enim revera non uſuceperit ta-
men fictione prætoris quodammodo uſuccepit: [vel potius inquit,
ſe bona fide, v. g. emiſſe a Titio. & ab eo traditam b. f. accepiſ-
ſe, ideoque petere, ut ſibi ea reſtituatur cum fructibus &c. *v. Ol-*
end. act. 3. claſ. 2.] quia prætor ad æquitatem reſpiciens, ita u-
ſucapienti contra extraneum poſſeſſorem favet, ac ſi uſucepiſſet.
Quarto docet, unde hæc actio dicta ſit Publiciana; & oſtendit eam
vocari Publicianam ab auctore Publicio, qui cum eſſet prætor, hanc
actionem invenit, & primus in edicto ſuo propoſuit.

Reſciſſoria.

5. [a] Rurſus ex diverſo, ſi quis cum Reipublicæ cauſa abeſſet, vel in hoſtium poteſtate eſſet, rem ejus, qui in civitate eſſet, uſuceperit, permittitur domino, ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa uſucapione eam petere, i. e. ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis quibuſdam & aliis ſimili æquitate motus prætor accommodat, ſicut ex latiore Digeſtorum ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

[a] Quæ ſecunda, dicta reſciſſoria?

Secun-

Secundum exemplum actionis prætoriç in ſe eſt actio reſciſ
ria, ſic a reſcindendo appellata, non quod aliquid reſcindat, quia
reſciſſionem datur: reſciſſo enim aliquo actu per quem actio di
cta amiſſa eſt, utilis actio reſtituitur, quæ vocatur Reſciſſoria
citur etiam actio Publiciana. *ff. de oblig. & act. l. in honorariis.*
in pr quia æque ac ſuperior actio, iutroducta eſt a Publicio præ
re. quamquam diſtinctionis gratia plerumque hæc vocetur R
ſciſſoria: illa vero Publiciana. Porro duo ſunt generales caſus, qu
hæc actio competit, prout duo ſunt diverſi actus, qui in gratia
hujus actionis reſcinduntur interdum enim reſcinditur uſucap,
interdum traditio, ſive alienatio. De uſucapione reſciſſa agitur
§. 5. *h. n.* de reſciſſa autem traditione in §. *item. ſi. quis 6*

Quod ad priorem Reſciſſoriæ actionis cauſam attinet, I. In
proponit duas cauſas hujus actionis, videlicet ſi is, qui reipubl. ca
abfuit, aut qui in hoſtium poteſtate fuit, rem noſtram uſucep
[contra præſentem reſtituatur in integrum præſens contra ab
rem, ne ei ſua abſentia proſit, uti & abſens contra eum qui præ
vel abſens rem uſucepit, ne illi ſua abſentia noceat. Ita tamen
tra abſentem competit, quatenus non defenditur per procurato
quem reliquit. & qui conveniri poterat. *l. 21. §. 2. ex quib. c.*
maj. Zoeſ. hic. nu. 13. Hodieque præſenti contra abſentem uſu-
pientem eſt aliud remedium ut coram judiçe poteſtetur vel con
Notario & teſtibus de interruptione uſucapionis, *Zoeſ. hic nu.*
per l. 2. de ann. exc. l. 1: §. 1. ex quib. cauſ. maj.] ſic enim domini
rei amiſimus, nec poſſumus eam vindicare: ſed quia ſine noſtra
pa hoc factum eſt, id eſt, quia non potuimus abſentis, aut capi
uſucapionem interrumpere, idcirco prætor ex bono & æquo
bis ſuccurrit, & reſciſſa uſucapione nobis reſtituit utilem vin
tionem, quæ appellatur Reſciſſoria.

Nota primo captivum non poſſe per ſemet ipſum rem noſtr
uſucapere: quia uſucapio non eſt ſine poſſeſſione: qui vero ab
ſtibus poſſidetur, non poteſt aliquid poſſidere. *ff. de acq. poſſ.*
eum hæredes. 21. §. 1. Sed intelligendum eſt, captivum uſucaper
eos quos in poteſtate habuit ex cauſa peculiari. nam ſi captiv
vus rem meam in peculio poſſideat, uſucapio præcedit, quæ c
vo, ſi ab hoſtibus revertatur, jure poſtliminii proderit, *ff. ex*
cauſ. ma. l. Ait prætor. 23. §. *hi plane, & de uſurp. & uſuc. l.*
45. §. *ult.*

Nota ſecundo, hanc actionem competere intra annum,
intra annum utilem ex tempore computandum, ex quo ab
vel capitivus reverſus eſt in civitatem, ſed Juſtin. *in l. ult. C. de*
por. in integr. reſtit. in locum anni utilis ſubſtituit quadrien
continuum. quod ergo hic dicitur de anno, procedit jure ant

ſe hodie intelligere oportet quadriennium continuum. II. In ve. *Id eſt*, declarat fundamentum hujus actionis. actor enim negat rem uſucepiſſe, & ita rem vindicat quaſi ſuam. Si objicias actore mentiri, quia reus revera uſucepit: reſpondebo actorem non mentiri: quoniam uſucapio a prætore reſciſſa eſt. idcirco diximus hanc actionem ex reſciſſione oriri, & reſciſſione opus eſſe ut hæc actio detur. *III.* in verſ. *Quod genus*, oſtendit hanc actionem non ſolum in caſu ſupra expoſito locum habere, ſed etiam multis aliis caſibus, qui declarantur in *ff.* ſub tit. *ex quib. cauſ. maj.* ibi namque explicantur varii caſus, ſeu variæ cauſæ, propter quas uſucapio reſcinditur, & utilis vindicatio, quæ Reſciſſoria vocatur, antiquo domino reſtituitur. Ex dictis habemus, cui, & contra quem hæc actio competat, & quid in eam veniat. datur enim ei qui ſine culpa ſua per uſucapionem rem amiſit, adverſus eum qui uſucepit: vindicatur autem res quiaſi non uſucapta, quia (ut expoſuimus) uſucapio per prætorem reſciſſa eſt. [& ea reſciſſa competit actio reſciſſoria, five utilis rei vendicatio, quę duo remedia licet diverſa uno actu exercentur. & una eademque opera judex reſcindit & cognoſcit de reſtitutione. *v. Zoeſ. hic nu.* 17. *& ibi Deſſel.*] Hæc dicta ſunt, de reſciſſa uſucapione.

Revocatoria alienatorum in fraudem.

§ [a] Item ſi quis in fraudem creditorum rem ſuam alienaverit tradiderit, bonis ejus a creditoribus poſſeſſis ex ſententia præſidis, permittitur ipſis creditoribus reſciſſa traditione, eam rem petere, id eſt, dicere eam rem traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe.

a Quæ eſt tertia, dicta revocatoria eorum quæ in fraudem ſunt alienata?

Deinceps ad § 6. *h. n.* dicamus de reſciſſa traditione: quia etiam inde datur actio Reſciſſoria. quod Doct. vulgo non animadvertentes, peſſime hunc §. ſunt interpretati de actione Pauliana, quæ eſt in perſonam, cum Juſtin. in præſentia perſpicue loquatur de actionibus in rem. Ut autem hoc rectius intelligatur, notandum eſt, ad rerum alienationem fraudulenter factam pertinere quatuor actiones, Favianam. Calviſinam, Paulianam, & Reſciſſoriam. hæc in rem: illæ ſunt perſonales. Faviana & Calviſiana dantur patrono ad revocandam alienationem a liberto in fraudem ipſius patroni factam, id eſt, ut eum privet legitima, quæ ei jure debetur, & Favianæ quidem eſt locus, ſi libertus teſtamentum fecerit; Calviſianæ vero ſi inteſtatus deceſſerit. Pauliana autem datur creditoribus, in quorum fraudem debitor res ſuas alienavit. De Faviana & Calviſiana agitur ſub *tit. ſi quid in fraudem patron.* de Pauliana tractatur ſub *tit. quæ in fraudem credit.* Hæ omnes (ut dixi) ſunt actiones perſonales, quas Imp. in hoc §. non conſiderat. ſed tractat

ribus. ait inter pignus & hypothecam non eſſe differentiam ſigt
ficationis, ſed tantum ſoni, ſeu vocis, ſi tamen proprie accipiantı
pignus & hypotheca differunt. ut enim proprie dicatur pignt
duæ conditiones requiruntur. una ut ſit res mobilis: altera, ut tr
datur creditori, ita ut ejus poſſeſſio ad creditorem tranferatur:qu
rum conditionum ſi altetutra deficiat, minus proprie vocatur p
gnus. ſimiliter hypotheca proprie dicta duas conditiones requir
quarum una eſt, ut ſit res immobilis. altera, ut poſſeſſio retine
tur a debitore. *D. de act. l. ſi rem alienam. 9. §. proprie. 2, & de v*
bor. ſignific. l. plebs. 238. §. 1. quamquã hæc pignoris & hypothe
diſtinctio non placet Laurentio Vallç *lib. 7. cap.* 57. Hactenus acı
nes prætoriæ in rem.

Prætoriæ in perſonam.

a Quæ prætoriæ ſunt in perſonam?

8. § In perſonam quoque actiones ex ſua jurisdicti-
ne propoſitas habet prætor: veluti de pecunia conſtitu.
cui ſimilis videbatur receptitia: Sed ex noſtra conſti-
tione (cum & ſi quid plenius habebat, hoc in actionm
pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt) & ea quaſi ſuper-
cua juſſa eſt cum ſua auctoritate a noſtris legibus rece-
re. Item Prætor propoſuit actionem de peculio ſer-
rum, filiorumque familiarum: & eam, ex qua quari,
an actor juraverit, & alias complures.

Poſtea in §. 8 *h. n.* proponit Imp. aliquot exempla actiorn
prætoriarum in perſonam, quæ ſuo ordine in ſeqq. §§. enar-
tur.

Actio de conſtituta pecunia.

a Quæ eſt prima Prætoriarum in perſonam?

9. § [a] De conſtitura autem pecunia cum omnibus i-
tur, quicumque pro ſe vel pro alio ſoluturos ſe conſtie-
rint: nulla ſcilicet ſtipulatione interpoſita. Nam aliui
ſi ſtipulanti promiſerint, jure civili tenentur.

Primum exemplum eſt actio de conſtituta pecunia, ſive io
conſtitutoria (nam utroque nomine appellatur) de qua Imp §.
9. *h. n.* tantum docet contra quos & qua ex cauſa competat, on-
dens dari contra eos qui ſe ſoluturos conſtituerunt, ita ut oblati
ſint ex nuda conventione, ſive ſtipullatione.

Nota I. appellatione pecuniæ hic ſignificari quamcumque n
C. de conſtit. pec. l. Receptitia. 2.

Nota II. Conſtitutum fieri nudo pacto, & ſpeciale eſſe h-
ſu, ut ex nudo pacto detur actio, cum regulariter pactum n
non pariat actionem. *ff. de pact. l. Iuriſgentium. 7. §. Sed cum* ll

..æc igitur actio eſt ſimilis Servianæ, ſive hypothecariæ, quate-.. utraque datur ex nudo pacto.

Nota *III.* non valere conſtitutum, ſi nihil ante conſtitutum de-b..atur. *D. de pec. conſt. l.* 1. §. 1. *l. hactenus.* 11. [Ideoque debi-t.. ante exprimendum eſt, ut ſciatur quid conſtituatur. *per l.* 24. *&* *l. fin. d. tit.*] Sed nihil refert quid debeatur, non eſt enim neceſ-ſe.. t aliquis conſtituat ſe ſoluturum, quod debetur: ſed ſicut [vo-le.. i] aliud pro alio ſolvi, ita etiam aliud pro alio conſtitui poteſt. *d.* 1. *§ an poteſt,* 5. Item nihil refert, quo jure debeatur, id eſt, ſi-ve.. ebeatur jure civili, ſive jure prætorio, ſive tantum naturaliter, c..ſtitutum valet. *d. l.* 1. *§ debitum.* 7. *&* *§§. ſeqq.* dummodo non ſit.. ebitum cui perpetua exceptio obſtet: hoc enim conſtitui non po..ſt. *D. eod. l. Quod ſi.* 3. §. 1. [uti neque quod civiliter tantum de-be..r. *Zoeſ. hic nu.* 32. §. Quod ſi debitum ſit conditionale eadem co..ditione conſtitutum, quamvis pure factum, ſuſpenditur. *D. eod. l. id quod.* 19. *in pr.* Præterea nihil refert, quæ perſona debeat, ve.. ui debeatur: quia quod unus debet, alius poteſt conſtituere ſe ſo..urum & quod uni debetur, alii conſtitui poteſt. *D. eod. l. eum qu..* 5. §. *quod exigimus.* 2.

..ota *IV.* conſtituto non fieri novationem, ſed obligationem co..ſtitutoriam accedere veteri obligationi. *D. eod. l. item.* 18. §. *ult.* *&* *ubi.* 28. [Ideoque hodie vix differt a fidejuſſione, & proderit, ..i..uoque exceptio ordinis & excuſſionis non factæ, ſi convenia-tur ..ite ipſum debitorem. *Auth. Præſente. C. de fidejuſ. Fab. C. lib.* 4. .. 13. *def.* 1.]

..ota *V.* omne conſtitutum debere etiam diem continere, qua ſol..tur: &, niſi dies ſit expreſſa, ſubaudiri tempus 10. dierum. *D. eod. promiſſor Stichi.* 21. §. 1. [hodie etiam confeſtim debetur. ..*um. d. l.* 21.]

..ota *VI.* actionem conſtitutoriam dari contra eum qui conſti-tuit.. i.e. ei cui conſtitutum eſt. *D. eod. l. ſi vero.* 8. *&* *duab. ll. ſeqq.* ..dar & in hæredem conſtituentis quia eſt in rem. *Zoeſ. hic nu.* 32.

..ta *VII.* hac actione peti id quod conſtitutum eſt, ideoque ..actionem non eſſe pœnalem, ſed rei perſecutoriam. *d. l. item.* .. 2.

Actio de peculio.

1. § a Actiones autem de peculio, ideo adverſus pa-.. dominumve comparavit Prætor: quia licet ex con..actu filiorum ſervorumve, ipſi jure non tenean-tur.. æquum tamen eſt peculiotenus (quod veluti patri-mo..um eſt filiorum filiarumque, item ſervorum) con-ven..ari eos. a Quæ ſecunda?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Secundum exemplum actionum prætoriarum in perſonam eſ
actio de peculio: de qua ex profeſſo tractabitur *infra tit. prox.* hi
autem §. 10. *h. n.* Juſtin. quatuor docet. I. Docet contra quos hæ
actio detur: & oſtendit dari contra patrem, vel dominum ejus qı
contraxit. *II.* Docet: qua ex cauſa detur: & oſtendit dari ex cor
tractu filiorumfam. vel ſervorum. nam ex delictis ſervorum vel f
liorumfam. non agitur de peculio, [*l.* 58. *de R.I.*] ſed ex delict
ſervorum noxales actiones competunt; quæ olim dabantur etiar
ex dilictis filiorumfam. *infra de nox. act. in princ.* & §. *ult.* Appell
tione autem contractus intellige etiam quaſi contractum. *ff. de n*
got geſt. l. ſi filiusfam. 14. & *de pecul. l. licet.* 3. §. *idem ſcribit*, ı
cum ſim. *III.* Docet, quod jure pater, vel dominus de peculio
neatur: & oſtendit eos non teneri ipſo jure, id eſt, jure civili, qı
ipſi non contraxerunt, ſed jure prætorio ex bono & æquo: qa
cum per filium, vel ſervum ſentiamus commodum, & nobis acc-
ratur; æquum eſt ut etiam ſentiamus incommodum, & teneanı
de peculio, dum enim filio, vel ſervo peculium concedimus, etin
videmur concedere, ut ſuper eo peculio contrahant. *IV.* Docen
quantum hæc actio competat: & oſtendit eam non dari in ſi-
dum, ſed peculiotenus: quia pater, vel dominus non condem-
tur creditori ultra quantitatem quæ eſt in peculio *infra hoc t§.*
ſunt præterea. 36. [Hodie moribus Domini pro famulis non
nentur, niſi quoad mercedem debitam. *Groenw. pr. ff. de pel.*
Grot. l. 3. *p.* 38. *nu.* 9. Pater vero filii minorennis nomine, ſi ha
habeat, tanquam tutor convenitur, & ſolvere condemnatı
bonis filii: majorennis autem ipſe conveniendus. *Groenw*
Grot. d. loc.]

Nota primo, Juſtin. non docere cui hæc actio detur; ſed ex
ctis facile colligitur, eam dari creditori peculiari, qui cum f-
fam. vel ſervo alieno contraxit.

Nota ſecundo, hanc non eſſe ſpeciem actionis a cæteris di-
ctam, ſed potius adjectionem quandam, ſeu qualitatem au
actionis ſpeciei adjunctam. v. g. ſi tibi mutuam pecuniam
competit mihi adverſus te certi condictio directa: ſed ſi fil vel
ſervo tuo pecuniam credam, dabitur mihi contra te certi c
ctio de peculio. utroque igitur caſu eſt eadem actionis ſpec id
eſt, certi condictio: ſed modo directa, modo de peculio.

Nota tertio, cum dicimus patrem teneri de peculio filii, ill
gendum eſſe peculium profectitium, non adventitium, &
minus caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe: [*l.* 18. *in fin. de caſtr. pe-*
6. *l. ult. C. de bon. quæ lib.*] ſervi autem peculium unius gen
proinde in peculio ſervi non addo aliquam limitationem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Actio in factum ex jurejurando.

. § a Item ſi quis poſtulante adverſario juraverit, de- a Quæ eſt tertia?
ſibi pecuniam, quam peteret, neque ei ſolvatur: ju-
me accommodat ei talem actionem, per quam non
quæritur, an ei pecunia debeatur, ſed an juraverit.

ertium exemplum actionis prætoriæ in perſonam eſt actio in
m ex jurejurando: de qua Imp. in §. 11. *h. n.* duo docet. *I.* Ex-
ea quæ requiruntur ad hoc ut huic actioni ſit locus. Primum
ſitum eſt, ut actor non juraverit temere & ſponte ſua, ſed ad-
rio poſtulante, id eſt, jusjurandum deferente. *ff. de jurejur. l.*
r. Supple, vel judice deferente: quia etiam judex ſæpe defert
randum. *ff. de jurejuran. l. admonendi* 31. *&* *C. de reb. cred. l.*
æ fidei. 3. [ab adverſario tamen delatum, niſi referat, jurare
vel ſolvere. *l.* 34. §. 6. *de jurejur. l.* 9. *C. eod.* Is quoque cui re-
neceſſario jurare debe:: niſi rem amittere velit. *d. l.* 34. *in fin.*
12. §. 1. *C. de reb cred.*] Secundum requiſitum eſt, ut poſt
ionem jurisjurandi ab adverſario factam, actor re ipſa jura-
nam delatio nihil prodeſt ei qui non juraverit, niſi, cum ju-
paratus eſſet adverſarius ei jusjurandum remiſerit: tunc enim
de habetur, ac ſi juraſſet. *ff. de jurejuran. l. nam poſteaquam.*
& *C. de reb. cred. l. actori.* 1. Tertium requiſitum eſt, ut jura-
ſibi deberi pecuniam. Quod Imper. ait de pecunia, generaliter
telligendum de quacumque re. *ff. eod. l. jusjuran. & ad pecu-*
34. *in pr.* nam pecuniæ verbo quæcumque res ſignificatur. *ff.*
rb. ſign. l. pecuniæ nomine. 222. *&* *C. de conſt. pecun. l.* 1. Ideo
inquit ſibi deberi: quia loquitur de actione perſonali. nam ſi
uret rem ſuam eſſe, ex eo jurejurando habebit actionem in
f. de jurejur. l. nam poſteaquam. §. *ult. & l. ſed ſi poſſeſſori.* 11.
Quartum requiſitum eſt, ut is, qui jusjurandum detulit, non
rit, ſupple, vel alio modo juranti ſatisfecerit, quia per ſolutio-
vel ſatisfactionem obligatio & actio tolluntur. *II.* In verſ. *per*
, declarat effectum hujus actionis. Effectus eſt, quod judex
condemnat, etiamſi ex ea cauſa, de qua juratum eſt, nihil
t: quia cum agatur ex jurejurando, ad condemnationem ſuf-
quod juratum ſit. [niſi tamen ex inſtrumentis poſtea repertis
t eum male juraſſe. *l. ult. C. de reb. cred.* quæ & in aliis inſtru-
s, æque ac in teſtamentis: locum habet. *v. Groenw. d. l. ult.*
l. 1. *eod.* vel niſi & teſtimoniis probetur eum male juraſſe. *v.*
ibid. v. Treutl. diſp. 21. *th.* 9. *lit. a. C. not.*]
ta primo, idem dicendum de actione ex jurejurando, quod
eriori §. dixi de actione de peculio: nempe hanc non eſſe
m actionis a cæteris ſejunctam, ſed eſſe adjectionem, ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

qualitatem. ſi quis enim (exempli gratia) juraverit ſe emiſſe, ha-
bet actionem in factum ex jurejurando, quæ eſt utilis actio ex
empto; ſimiliter ſi juravit ſe pecuniam credidiſſe habet utilem
certi condictionem: & ſi juravit rem ſuam eſſe, habet utilem
vindicationem. *ff. eod. l. ſi duo. 13. §. ſi quis juraverit. & §§. ſe*
Nota ſecundo, cum hæc actio modo ſit in rem modo in perſo-
nam, hic tantum conſiderari iis caſibus, quibus eſt in perſonam,
ut paulo ante expoſui.

Pœnales Prætoriæ.

a Quæ pœnales Prætoriæ? 12. §. Pœnales quoque actiones prætor multas ex ſua
juriſdictione introduxit: veluti adverſus eum qui quid ex
albo ejus corrupiſſet: & in eum, qui patronum vel pa-
rentem in jus vocaſſet, cum id non impetraſſet: item ad-
verſus eum, qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur,
cujuſve dolo alius exemerit: & alias innumerabiles. id
eſt multas & varias.]

Quartum exemplum actionis prætoriæ in perſonam in §2
h. n. eſt actio de albo corrupto.

Nota *I.* hanc actionem dari cuivis e populo, quoniam eſt actio
popularis.

Nota *II.* dari contra eum, qui non per ruſticitatem, aut impru-
dentiam, ſed dolo malo album prætoris corrupit, id eſt, quicor-
rupit edictum juriſdictionis perpetuæ cauſa a prætore in albo pro-
poſitum. alia namque edicta ſunt generalia, quæ ſemper & ab om-
nibus ſunt obſervanda, qualia ſunt edicta, quæ in ff. extant: a-
ſunt ſpecialia, ſeu particularia, prout quæque res incidit, ve-
quibus abſentes citantur, de quibus *in l. Edictum. 55. & l. ad e-
ptorium. 68. cum 5. legib. ſequentib. ff. de judic.* ſed hæc actio ad
ſola edicta pertinet, quæ in albo juriſdictionis perpetuæ cauſa pro-
poſita ſunt. Album autem erat tabula gypſata, in qua prætoris e-
dicta præſcripta erant: ſed quod ad hanc actionem attinet, nil
refert in qua materia edictum ſcriptum fuerit.

Nota *III.* hanc actionem eſſe pœnalem: pœnam autem eſſe
500. aureorum: ſed qui non habet in ære, luit in corpore: hæc
omnia colliguntur ex *l. ſi quis id. 7. ff. de juriſd.* ubi Hotoman-
tat pro 500. legendum eſſe 50.

Nota *IV.* hanc pœnam dividi inter accuſatorem & fiſcum
enim aſſentior, qui ſic dividi putant omnes pœnas actionum po-
pularium, adeo ut pars pœnæ, præmii loco cedat accuſatori. Si
vero plures corruperint omnes in ſolidum tenentur, nec pr-
tio pœnæ ab uno liberat alium: ut contemta Prætoris m-
o

omnino vindicetur. *per l.* 11. § 2. *de in jus voc. Perez hic.* Sed hodie ... ta publica corrumpentes, arbitrio judicis multari ſolent. ... *Groenw. in l.* 7. *de juriſd.* non diſtinguendo inter edictum perpetuu & temporale. *Vinn. & Gomeſ. hic.* & non habens in ære ... corpore. *v. Ann. Rob.* 2. *rer. jud. c.* 11. *per l.* 1. *in fin. ff. de pœn.*]

Quintum exemplum in verſ. *& in eum*, eſt actio in factum in ... aureos in eum, qui parentem ſuum, vel patronum, vel parentes, ... liberos patroni ſine venia prætoris in jus vocavit. *inf. de pœn. temere litig.* §. *ult. & ff. de in jus voc. l. Quique.* 4. § 2. *l. pen. & l. ult.* [Quod & hodie obtinet. Si tamen filium ſe eſſe ejus in libello ... & judex reſcribat, venia data intelligitur. *Groenw. in l.* 6. *ff. de in jus voc.* pœna tamen 50. aureorum in deſuetudinem abiit. ... *C. de in jus voc. def.* 17.] Hæc autem actio, ſive hoc jus generaliter producitur ad omnes perſonas, quibus reverentia debetur. ... *eod. l. generaliter.* 13. id eſt, (ut ego interpretor) qui ſunt loco parentum.

Noto, ideo requiri veniam prætoris: quia ſi forte ſit actio famoſa, prætor eam denegat. *ff. eodem. l. ſed ſi hac lege.* 10. §. *prætor.* ... 12.

Sextum exemplum in verſ. *item adverſus*, eſt actio in factum ... eum competens, per quem factum eſt ne in jus vocatus ... niret,

Noto I. hanc actionem ei dari, cujus intereſt, id eſt, qui reum ... in jus vocaverat.

Noto II. in hac actione deferri actori jusjurandum in litem, ... id veniat in actionem, quod actor jurabit ſua intereſſe. *ff. ... quis eum qui in jus voc. l.* 6 *per alium.* 5 §. 1.

Noto III. hanc actionem hic vocari pœnalem; quia eſt pœna ... tu rei conventi, [pœna autem hæc arbitraria eſt, uti & ... qui aliquem e carcere exemit. *v. Groenw. in l.* 6. *C. de epiſc.* ... *in l.* 4. *C. de cuſtod. reor.* Debitorem fiſci eximens, fiſco, & ... creditori ſolvere tenetur vice debitoris, *Groenw. in l.* 3. *C. ... r. trib*]ſed eſt rei perſecutoria reſpectu actoris, ſiquidem ... ur quod ſua intereſt, ut modo dixi, Hactenus ſeorſum ... ſunt actiones civiles, & actiones prætoriæ, tam in rem, ... perſonam.

Actiones præjudiciales.

... [a] Præjudiciales actiones in rem eſſe videntur: ... ſunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus ... de partu agnoſcendo. Ex quibus fere una illa legitimam

a Quæ ſunt actiones præjudiciales?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

perſecutoria: ſed non e contrario omnis actio rei perſecutoria in rem: ſunt enim multæ actiones perſonales rei perſecutoriæ ex *ſeqq.* §§. apparebit. Præterea actio in rem non poteſt eſſe niſi r- lis: actio rei perſecutoria partim eſt realis, ut rei vindicatio; par perſonalis, ut actio commodati: actio in rem ſcripta eſt tant perſonalis, ut actio quod metus cauſa, quæ dicitur eſſe in re ſcripta, propterea quod datur ei qui metum paſſus eſt, non ſol adverſus eum, qui vim fecit, ſed etiam adverſus quemcumque lium ad quem rem per vim & metum amiſſa pervenit. *ff. q me. cau. l. metum.* 9. §. 1. *&* §. *ult.* Vocabulum itaque *in rem* homonymum, quemadmodum & vocabulum in perſonam: c niam aliter hæc verba accipiuntur in diviſione actionis, cum i- mus alias eſſe actiones in rem, alias in perſonam, aliter in divi- ne pacti. dicitur enim pactum perſonale, quod reſtrictum ac tam perſonam, vel ad certas perſonas, veluti ſi paciſcar ne a te tam, poſſum autem petere ab hærede tuo. pactum verum in dicitur, quod eſt generale, non coanguſtatum aliquam perſon, veluti ſi paciſcar ne petatur. *ff. de pact. l. juriſg.* 7. §. *pactorum. l. idem* 21. §. 1. cum autem dicimus actionem quod metus ca, eſſe in rem ſcriptam, tunc accipimus in rem, ut in diviſione , non ut in diviſione actionis. Quocirca errant vulgo Doct. inquiunt, alias eſſe actiones in perſonam, alias in rem, alias dium locum inter eas obtinere, & eſſe in rem ſcriptas. ja nim docui actionem in rem ſcriptam, non eſſe interjecta ctioni perſonali & reali, ſed eſſe tantum perſonalem.

Nota II. triplicem eſſe pœnam. Alia namque eſt pœna le- ma, quam jus delictis imponit, ut in *tit. ff. & C. de pœnis.* A pœna teſtamentaria, quam teſtator irrogat, ut cum pœnæ aliquid legat. *ſupra de leg.* §. *ult* de qua pœna agitur. *ff. & C. quæ pœn. nom.* Alia eſt pœna conventionalis, veluti quæ ded in ſtipulationem pœnalem. *ſupra de inut. ſtipul.* §. *alteri.* in hac diviſione intelligenda eſt ſola pœna legitima. quod ac rum eſt, ut ſi quis petat pœnam, quam ſtipulatus eſt, non uti actione pœnali, ſed actione rei perſecutoria. generalite actiones ex ſtipulatione, & ex aliis contractibus ſunt rei pe toriæ. *infra* §. *prox.* [& Rei nomine hic intelligimus quic extra pœnam legitimam. *Vinn. hic.*

Nota III. Actiones vocari mixtas, vel quia ſimul ſunt in & in perſonam, ut *infra hoc tit.* §. *quædam.* 20. vel quia ſimul ſe- quuntur rem & pœnam, ut *hic.*

Rei perſecutoriæ.

a Quę ſunt rei perſecutoriæ?

17. § [a] Rei perſequendæ cauſa comparatæ, ſun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

nes i rem actiones. Earum vero actionum, quæ in perſonal ſunt, eæ quidem, quæ ex contractu naſcuntur, fere mnes rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur luti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum dam petit actor, item commodati, depoſiti, man- ro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto. [b] Plane i depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus, in- ruinæ, naufragii cauſa depoſitum ſit, in duplum m Prætor reddit: ſi modo cum ipſo, apud quem um ſit, aut cum hærede ejus de dolo ipſius agitur: u miſta eſt actio.

b Omnesne ex contractu ſunt rei perſecutoriæ?

do dat varias regulas, quibus dignoſcamus, quænam a- em, vel pœnam, vel utrumque perſequantur. *I.* Regula eſt § *7. h. n.* Omnes actiones reales, ſunt rei perſecutoriæ. Un- dum, omnem pœnam peti actione in perſonam. *II.* Re- in verſ. *Earum*. Actiones perſonales ex contractu ſunt rei oriæ. [quibus perſequimur quod ex patrimonio nobis ab- 5. *h. tit. v. Vinn. hic*,] Hujus regulæ exceptio eſt in verſ. iſi agatur depoſiti, & duæ conditiones abſint. Una eſt, ut m fuerit tumultus, vel incendii, vel ruinæ, vel naufragii am hæ cauſæ ſunt cæteris favorabiliores, propterea quod his cauſis deponit, non habet ſatis temporis ad eligendam perſonam, apud quam deponat: & cum propter talem ignus ſit miſericordia, augetur perfidia depoſitarii no- ldere depoſitum: proinde prætor has cauſas ab aliis ſepa- ue cum generaliter actio depoſiti ſit civilis in ſimplum, datur actio prætoria in duplum. Altera conditio eſt, ut uo dolo conveniatur. ſive ſit ipſe depoſitarius: ſive hæres tii, id eſt, neget ſe accepiſſe depoſitum: quoniam hæc a- onfitcutem eſt in ſimplum, proinde rei perſecutoria: in em eſt in duplum, conſequenter pœnalis. *infra hoc tit.* §. ,26. [Sed hæc pœna dupli, uti & ſequentes pœnæ pecu- *ſque ad* §. 21, relatæ. hodie in uſu non ſunt. *Groenew, hie* *pœn.*

Actiones ex maleficiis pœnales.

[a] Ex maleficiis vero proditæ actiones, aliæ tan- nænæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt: aliæ tam quam rei perſequendæ, & ob id miſtæ ſunt. [b] Pœ- tum perſequitur quis actione furti. ſive enim ma- gatur quadrupli, ſive non manifeſti dupli, de ſola

a Omnesne actiones ex maleficiis ſunt pœnales?

b Quæ igitur ſunt actiones mere ad pœnam comparatæ?

 pœna

pœna agitur. nam ipſam rem propria actione perſequitur
quis, id eſt, ſuam eſſe petens: ſive fur ipſe eam rem poſſi-
deat, ſive alius quilibet. Eo amplius adverſus furem etiam
condictio eſt rei.

Actiones ex maleficiis miſtæ.

a Suntne aliquæ ex maleficiis miſtæ?

19. § a Vi autem bonorum raptorum actio miſta eſt
quia in quadruplo rei perſecutio continetur: pœna au
tem tripli eſt. Sed & legis Aquiliæ actio de damno inju
ria dato, miſta eſt. non ſolum ſi adverſus inficiantem i
duplum agatur, ſed interdum & ſi in ſimplum quisqu
agat, veluti ſi quis hominem claudum aut luſcum occ
derit, qui in eo anno integer & magni pretii fuerit, tan
enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fu
rit, ſecundum jam traditam diviſionem. Item miſta
actio contra eos, qui relicta ſacro ſanctis eccleſiis, vel ali
venerabilibus locis, legati vel fideicommiſſi nomine, c
re diſtulerint uſque adeo, ut etiam in judicium vocare
tur. tunc enim & ipſam rem vel pecuniam, quæ reli
eſt, dare compelluntur, & aliud tantum pro pæna, & i
eo in duplum ejus fit comdemnatio.

III. Regula eſt. Actiones perſonales ex delictis partim ſi
pœnales, ut actio furti. §. 18. *h. n. & ſupra de oblig. quæ ex del.*
ult. partim rei perſecutoriæ, ut condictio furtiva, (quæ datur co
tra furem verſ. *Eo amplius*, & contra hæredem furis. *ff. de condi*
furti. l. Ex furtiva. 5. *& l. ſi pro.* 7. *§. condictio.* & actio rerum
motarum (quæ conjungi datur adverſus conjugem, ob res div
tii cauſa amotas. *ff. rer. amo. l. ſi mulier.* 21. *§. pen.* ſed in conte
Inſtit. tantum fit mentio condictionis furtivæ) partim mixtæ
actio vi bonorum raptorum. §. 19, *h. n. in pr. & ſupra de vi bon*
raptorum. in princ. & actio legis Aquiliæ. verſ. *Sed & legis, &*
pra de lege Aquilia. §. his autem. 9. IV. Regula eſt. Actio ex te
mento, uno caſu eſt miſta, id eſt, cum petitur legatum, vel fi-
commiſſum Eccleſiæ aut alii loco pio relictum, verſ. *Item mi-*
& ſupra de oblig: quæ quaſi ex contr. §. ult. [*de quibus omnibu*
ſup. ſuis locis. & not. §. 17. *in fin. hic.*] Quamvis autem lega
non ſolum actione perſonali ex teſtamento, ſed etiam rei vi
catione peti poſſit, *ſupra de legat. §. ſed olim* 2. tamen dubium
eſt, quin hoc loco Imperator loquatur de actione ex teſtamen
quia jam dixit in princ. §. *rei perſequendæ.* omnes actiones in

perſecutorias, ac deinceps de actionibus in perſonam loqui
cœpi.

Actiones miſtæ tam in rem, quam in perſonam.

§. [a] Quædam actiones miſtam cauſam obtinere vi- a Suntne & miſtæ tam in rem quam in perſonam?
…, tam in rem quam in perſonam: qualis eſt familiæ
…ndæ actio, quæ cumpetit cohæredibus de dividen-
… editate. Item communi dividundo, quæ inter eos
…ur, inter quos aliquid commune eſt, ut id divida-
…em finium regundorum actio, qua inter eos agitur,
… cnfines agros habent. In quibus tribus judiciis per-
…ur judici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo
…care: & ſi unius pars prægravari videbitur, eum in-
… certa pecunia alteri condemnare.

…o in §. 29. *h. n.* tractat de actionibus mixtis in altera ſigni-
…e, id eſt, quæ ſimul ſint in rem & in perſonam: atque ha-
… exempla proponit, videlicet actionem familiæ erciſcun-
… nmuni dividundo, & finium regundorum.

… I. quia Juſtinian. utitur verbo *videntur*, quod eſt ambi-
… & modo rei evidentiam ac certitudinem, modo impro-
… m ſignificat, Donellum exiſtimare nullas re vera eſſe a-
… miſtas in hac ſignificatione. nam has, quæ in contextu
…ntur, videri quidem miſtas, ut Juſtinianus loquitur, ſed
…ſſe tantum perſonales putant. hęc ſententia non minus fal-
… nova eſt. tantum enim abeſt, ut hæ actiones ſint mere
…es, ut actio familiæ erciſcundæ & actio communi divi-
… nagis ſint in rem, quam in perſonam: principaliter enim
…em, & ratione acceſſionum dicuntur eſſe in perſonam, ut
… clarabo. Præterea petitio hereditatis, quæ vocatur mixta
… nam. *C. de petitio. her. l. Hereditatis.* 7. quaſi dicatur non
…ſe in rem, ſed etiam perſonam: hæc (inquam) actio dici-
…n rem, *ff. eod. tit. l. ſed & ſi lege.* 26. *§. petitio.* 18. ubi non
…um ſubterfugium Donelli: quia Juriſconſultus non utitur
…*deri*, ſed verbo *eſſe*, & diſerte ait eſſe in rem. ſed Donel-
…nc legem non animadvertit.

…II. has tres actiones, quæ in contextu proponuntur, eſſe
… quia uterque litigator dicitur eſſe actor, & reus. *ff. fin. re-
…udicium.* 10. *& fam. erciſc. l. inter.* 44. *§. Qui familiæ. &*
…*vid. l. nihil.* 2. *§.* 1.

…II. in omnibus his judiciis judicem poſſe ex bono & æ-
…t, ſi commodius videatur partem unius adjudicare alteri,

ita ut eum cui adjudicat, invicem in pecuniam condemnet. ver
in quibus. & *infra de offic. judic.* §. *ſi familiæ.* cum tribus §§. ſe
quentibus.

Nota IV. has actiones eſſe in rem, quatenus quilibet ſuam por
tionem petit; & eſſe in perſonam ratione præſtationum perſona
lium: ut quia aliquis comdemnatur, eo quod in re communi da
mnum dedit, vel ſolus fructus ex re communi percepit, vel qui
ſocius in rem communem impendit. [dicunturque mixtæ, o
mixturam duplicis cauſæ efficientis: dominii ſcil. & obligationi
duplicisque objecti & intentionis quam habent: rem ſcil. pro pa
te petitoris eſſe, & alterum ſibi dare oportere. ita ut ex utroque g
nere ſimplicium æque multum participent. *Bach. diſp. de Act.*
7. ubi tamen alterum ex ſimplicibus potentius eſt altero, mixtu
ſequitur naturam potentioris, ut in hæred. pet. *v. Zaſ. hic nu.* 3.
Bronk. 2. aſſ. 10.]

Specialiter de actione familiæ erciſcundæ Juſtin. duo doc.
Primo docet, quibus hæc actio detur: & inquit dari coheredib,
quia ſcilicet heres contra coheredem agit.

Nota, directam actionem dari veris heredibus, ſive ſint heres
ex teſtamento, ſive ab inteſtato. *ff. fam. erciſc. l. Per familiæ.* 2
princ. utilem autem competere illis, qui ſunt loco heredum, vi-
ri fideicommiſſariis. *ff. eod. l. per familiæ.* 2 §. *ſi quartæ. l. ſed* &
jus. 24. §. 1. Secundo docet, quid in hanc actionem veniat, & oſt-
dit, hac actione dividi hereditatem: ideoque vocatur actio fam
erciſcundæ, quia familia hic ſignificat hæreditatem: erciſcere
tem eſt dividere.

Nota I. hereditatem (proprie loquendo) diſtingui a rebus he-
ditariis, quamvis Seneca propter juris imperitiam derideat h
Jureconſultor. diſtinctionem. etenim hæreditas eſt ſucceſſio
jus defuncti *ff. de verb. ſign. l. nihil eſt.* 24. & *de div. reg. jur. l. h*-
ditas. 62 idcirco dicitur eſſe nomen juris. *ff. de verb. ſign. l. hær*-
tatis. 116. *l. pecuniæ.* 178. §. 1. & eſt res incorporalis, cum ple-
que res hereditariæ ſint corporales, ſupra *de reb. corp.* & *inc*.
quandoque tamen hereditas accipitur pro rebus hereditariis,
pud Cic. *in Topicis*, dum hereditatem definit pecuniam quæ n
te alicujus ad alium pervenit, &c. & ita ſumitur hoc loco, n
ipſum jus hereditatis a lege, vel a teſtatore dividitur, dum ſin
heredes partibus æqualibus, vel inæqualibus vocantur: judex a
familiæ erciſcundæ, dividit res hereditarias.

Nota II. partes hereditatis, quæ a jure vel a teſtatore fiunt,
partes pro indviſo, quia ſcilicet non attingunt diviſionem co
rum: exempli gratia, ſi tres ſint hæredes ex partibus æquali
ſinguli habent partem hereditatis, id eſt, trientem: ſed nulla eſ

minin gleba fundi hæreditarii, quæ non ſit omnibus hæredibus communis, in qualibet enim glebula ſinguli hæredes habent tertiam ptem dominii, partes vero quæ fiunt a judice, ſunt partes pro diviſo, quia partes corporum hæreditariorum, actu ſeparantur & ſingulæ ſingulis hæredibus attribuuntur.

Not III. hoc judicio non dividi actiones hæreditarias activas vel paſſivas, quæ ipſo jure ſunt diviſæ ex lege 12. tab. pro hæreditariis portionibus, proinde non veniunt in hoc judicium, ut dividantur ſed tantum ut adjudicentur, *ff. fam. erc. l. Qui famil. 2. §. ult l. 3, & l. 4. princ.*

Similiter de actione communi dividundo, Juſtin. duo docet. Primo docet, quibus, & contra quos competat, dum ait reddi inter eos quibus aliquid commune eſt. indicat enim dari uni ex dominis contra cæteros, quibus res eſt communis.

Not. nihil referre, utrum res ſit communis ex cauſa ſocietatis vel alia quacumque. *ff. comm. divid. l. nihil. 2.*

Nota I. hoc judicium conſiſtere vel inter omnes quibus res eſt communis, vel inter aliquos eorum. *ff. eod. l. etſi. 1. in princ.*

Nota II. pro vocabulum *aliquid*, quod indicat hoc judicium eſſe particulare, non de univerſitate, ut judicium familium erciſcundæ eodem modo hoc pronomen acceptum fuit *ſupra hoc tit. §. neque ſi cui. & ſupra de uſucap. §. ult.* Secundo docet, quid in hanc actionem veniat, & oſtendit venire diviſionem rerum communium.

Nota, Juſtin. tam in hac, quam in ſuperiori actione tantum loqui de re dividenda, cujus ratione hæ actiones ſunt in rem, omittere autem præſtationes perſonales, ob quas hæ actiones ſunt in perſonam; propterea quod principaliter agitur de re dividenda, præſtationes autem perſonales acceſſionis locum obtinent. idcirco ſupra notavi has actiones magis eſſe in rem, quam in perſonam.

Nota. duas differentias inter actionem familiæ erciſcundæ, & actionem communi dividundo. Prima differentia eſt, quod illa eſt univerſalis, hæc eſt ſpecialis *infra de offic. jud. §. eadem. 5.* Secunda differentia eſt, quod actio familiæ erciſcundæ ſemel tantum moveri poteſt. quamvis communi dividundo ſæpius agi poſſit *ff. fam. erciſcund. l. ſi filia 20. §. familiæ. 4.*

Denique de actione finium regundorum tantum docet, inter quos locum habeat, id eſt, quibus & contra quos detur. inquit enim tantum actionem inter eos reddi qui confines agros ha bent.

Nota recte fieri mentionem agrorum; quoniaom hæc actio non pertinet ad prædia urbana [quæ diſtinguuntur potius parietibus quam terminis. *Zoeſ. hic. nu. 53.*] ſed ad predia ruſtica. *ff. fin. regund. l. hæc actio. 2. in pri.*

Nota *II*. per hanc actionem diſtingui fines agrorum cor nium &, ſi commode diſtingui non poſſint, uni adjudicari parti alterius, ita ut ille cui adjudicatur, alteri invicem pecuniam pi. ſtet pro parte ſibi adjudicata. *d. l. hac actio*. 2 §. 1. *& l. ſeq.*

Nota *III*. *regere* hic accipi pro dirigere. Dicitur enim actio- nium regundorum, quia per eam fines diriguntur.

Nota *IV*. hanc vocari etiam limitis actionem. 16. *queſtione. can. inter*. appellatur etiam finalis quæſtio. *C. fin. regund. l. ſi ce- ſtiterit*. 4. vel finalis. *C. de evict. l. ſi fines* 10, [Et maxime mi- ta eſt in perſonam ſi de vicini maleficio quæratur: veluti quod- bores terminales exſtirpavit, vel alio modo fines ſuos protr. *Tulden. hic. c. 9. per l. 23. l. 24 ff. fin. reg. & §. 7. inf. de offic. jud.*]

Quarta diviſio.

a Quæ eſt quarta actionum diviſio?

21. § a Omnes autem actiones, vel in ſimplum co- ceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadru- plum, ulterius autem nulla actio extenditur.

Quarta actionum diviſio eſt quadripetita. Vel enim ſunt a- ctiones in ſimplum, vel in duplum. vel in triplum, [vel] in qua- druplum.

I. Imper. §. 21. *h. n.* hanc diviſionem proponit, & inquit l- lam actionem extendi ultra quadruplum. Non obſtat, quod ſti- lationi principali poſſumus addere ſtipulationem pœnalem c ſ- lationi principali poſſumus addere ſtipulationem pœnalem c ſ- cumque quantitatis, etiam ultra quadruplum. *ſupra de inutil i- pulat. §. alteri*. verbi gratia, ſi ſtipuler a te ædes, quæ valeant 10. aureis, poſſum inſuper a te ſtipulari 1000. aureos, niſi ædes as mihi dederis: hoc (inquam) non obſtat; quia pœna illa, quantaca- que ſit, ſub ratione ſimpli petitur. non enim ſpectamus quanta- tem ſtipulationis pœnalis per relationem ad ſtipulationem pn- cipalem, ſed ſimpliciter & per ſe. cum autem dicimus petit dupl, vel triplum, vel quadruplum, hæc dicimus per relationem a ob- ligationem principalem: quia hæc vocabula, duplum, tripl, quadruplum, ſunt relativa. [& omnes hæ actiones duplica in deſuetudinum abierunt. *ut ſup*. §. 17. diximus. *v. Tuld. c. h. tit.*]

In ſimplum actiones.

a Quæ ſunt in ſimplum?

22. § a In ſimplum agitur: veluti ex ſtipulatione & mutui datione, ex empto, vendito locato, cond o, mandato, & denique ex aliis quamplurimis cauſis.

II. In §. 22. *h. n.* proponit varia exempla actionum in ſimpl n. Primum exemplum eſt actio ex ſtipulatione, quæ datur ſtipul contra promiſſorem: & cum perſequitur rem certam, appe ur

certi condicto; cum autem rem incertam, vocatur actio ex ſtipulatu *ſupra de verb. oblig. in princ.* Secundum exemplum eſt actio ex mutui datione, id eſt, certi condictio. quæ datur creditori pecuniam creditam repetenti a debitore qui mutuum accepit. *ſup. quibus mod. re contrah. oblig. in princ.*

Nota, ſecundum communem Doct. opinionem aliam eſſe certi condictionem generalem, quæ datur ex variis cauſis, nimirum quotieſcumque certa res petitur. *ff. de reb. cred. l. certi. 9.* aliam ſpecialem ex mutuo. Sed ego iis aſſentior, qui putant unam eſſe certi condictionem generalem, tam ex mutuo, quam ex certa ſtipulatione & aliis quibuſcumque cauſis competentem, ut notavi etiam. *ſupr. quib. mod. re contrah. oblig. in princ.* Tertium exemplum eſt actio ex empto, quæ datur emptori contra venditorem. hac autem actione petitur, vel ut venditor rem tradat, vel ut ſolvat quod emptoris intereſt. & eſt regulariter electio emptoris utrum petat, non venditoris utrum ſolvat, ut eſt communis Doct. ſententia, quam probavi *in tract. de empt. & vendit. n. 232.* Quartum exemplum eſt actio ex vendito, qua venditor ab emptore petit pretium rei venditæ. Quintum exemplum eſt actio ex locato, qua locator a conductore petit mercedē rei locatæ. *C. de locato l. legem. 16.* & æſtimationē damni a conductore in ea re dati. *ff. eod. l. videamus. ... ſi locatum. 42.* Sextum exmplum eſt actio ex conducto, qua conductor contra locatorem agit, ut poſſit re conducta uti alioqui præſtetur quod ſua intereſt. *ff. eod. l. ſi tibi. 7. & duabus. ll. ſeqq.* Quod dixi mercedem a conductore locatori præſtari, & locatorem mercedem petere actione locati, tunc obtinet, cum ita contractus eſt initus, ut conductor mercedem locatori præſtet. Quandoque autem e contrario locator mercedem ſolvit conductori, tuncque merces non petitur actione locati, ſed conducti. exempli cauſa, ſi locavi nautæ res meas vehendas, mercedem ipſi debeo, atque ei teneor actione conducti, ipſe autem contra eum habet actionem locati. *ff. de lege Rhodia l. ſi laborante. 2. in princ.* Si vero conduxi navem, qua res meas veherem; nauta mihi tenetur actione conducti, & contra me habet actionem locati: quamquam æque hoc, atque ſuperiori caſu, mercedem ei debeo. *ff. eod. ... ul.*. Septimum exemplum eſt, actio, mandati, quæ eſt directa, & contraria. Directa mandatori contra mandatarium datur ad id quod intereſt: ſive mandatum non ſit ab eo impletum, ſive male ſit impletum. *ff. mand. l. ſi quis alicui. 27. §. qui mandatum. 2. & C. eod. l. ad comparandas. 16.* Contraria datur mandatario contra mandatorem ad recipiendo ſimptus, quos in negotium ſibi mandatum bona fide fecit. *ff. eod. l. idem. que ... item Labeo. 9. l. inter. 26. §. ult. l. ſi quis alicui. 27. §. pen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

l. ſi mandat .45. §. ſi fidejuſſor. una cum uſuris. *ff. eod. l. ſi vero* 1 *§. ſi mihi.* 9 .& omni intereſſe *ff. eod. l. ſi mandavero* 23. *§. interdu* 2. [de quib. omnibus latius ſupra ſuis locis notatum.]

In duplum actiones.

a Quæ in duplum?

23. § a In duplum agimus: veluti furti nec manifeſti damni injuriæ ex lege Aquilia, depoſiti ex quibuſdar cauſis. Item ſervi corrupti, quæ competit in eum, cuju hortatu conſiliove ſervus alienus fugerit, aut contum: adverſus dominum factus eſt, aut luxurioſe vivere cœp rit. aut denique quolibet modo deterior factus ſit. In q. actione earum etiam rerum, quas fugiendo ſervus abſt lerit, æſtimatio deducitur. Item ex legato, quod vene. bilibus locis relictum eſt, ſecundum ea quæ ſupra di. mus.

III. In §. 23. *h. v.* dat exempla actionum in duplum. Prim exemplum eſt, actio furti nec manifeſti. de qua dictum fuit *in de obl. quæ ex del.* Secundum exemplum eſt actio legis Aquiliæ qua *ſupr. in tit. de leg. Aquil.* Tertium exemplum eſt actio depo ex quibuſdam cauſis, id eſt, cum tumultus, vel incendii, vel ru: vel naufragii cauſa depoſitum fuit: de qua *in §. rei perſequen.* 17. *ſupra h. tit.* Quarum exemplum eſt actio de ſervo corrup: de qua.

Nota I. Cum ſervus occiditur, aut ejus corpus læditur, loc eſſe actioni legis Aquiliæ, cum autem animus ejus corrumpit dari actionem de ſervo corrupto: & uno caſu agi de ſervo corr to, quamvis ſervus corruptus non ſit, qui caſus fuit ex poſitus i *ſed & ſi credat.* 8. *ſup. de obl. quæ ex del.*

Nota *II.* Dari actionem directam ob ſervum corruptum, lem ob corruptum filiumfam. *ff. de ſer. corrupt. l. ut tantum.* 1. 1.

Nota *III.* hanc actionem, ſive reus confiteatur, ſive neget, e in duplum, *infr. hoc tit. §. ſed furti.* 25. & *ff. Doli. l.* 7. *§. hac a de ſerv. corrupt.* 2.

Nota *IV.* in hoc judicium non ſolum venire ſervi depretia nem, ſed etiam æſtimari res, quas ſervus corruptus fugiens ſec abſtulit, verſ. *In quæ actione.* Ideo dictum eſt, omne damnum plicari debere *ff. d. tit. de ſerv. corrupt. l. in hoc judicinm.* 10.

Nota V. æſtimationem referri ad tempus ſervi corrupti, ad tempus, quo agitur. *d. l. Doli.* 5 *§. ult. & ll. ſeqq.* Quintun xemplum eſt actio ex teſtamento, qua petitur legatum loco relictum hanc enim eſſe in duplum, jam dictum fuit in *§. vi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

rſ.item miſta.ſup.h.tit. [hodie vero hæc non ſunt in uſu ut oravimus.]

In triplum.

§ [a] Tripli vero agimus, cum quidam majorem ve- imatione quantitatem in libello conventionis in- , ut ex hac cauſa viatores, id eſt: executores litium, orem ſummam ſportularum nomine exigerent. enim id, quod propter eorum cauſam damnum paſ- erit reus, in triplum ab actore conſequetur: ut in riplo etiam ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, meretur. Quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ tro Codice fulget, quam procul dubio certum eſt, e condictitia emanare.

a Quæ ſunt actiones in triplum?

In §. 25. *h. n.* dat exemplum, actionis in triplum quæ eſt tio ex lege.

a primo condictionem ex lege competere quotieſcumque l ſenatuſconſultum, vel conſtitutio principis novam obli- um introducit, non dato certo nomine actioni inde com . *ff. de cond. ex lege l. un.* Ergo hæc actio datur variis caſibus lo plus, modo minus perſequitur unde *in ſeq.* §. mentio fiet ctionis ex lege in quadruplum: hic autem eſt condictio ex triplum.

ecundo, hanc actionem dari contra actorem, qui dolo ma- petiit, quam ſibi debebatur, ut reus conventus ſportular. e plus ſolveret apparitorib. quia pro quantitate petita ſpor- æſtantur. C. *de fruct. & lit. exp. l. non ignor.* 4. puta ſi centum etantur, dimidiatum aureum reus apparitorib. præſtat. h. *in d. §. tripli.* [Juſtiniani autem conſtitutio, quæ modum larum definivit, ſub *tit. C. de ſport.* ordine poſtrema, injuria rum periit.] Hodie vero eæ ſportulæ, non taxantur ſecun- quantitatem rei petitæ, ſed ſecundum diſtantiam ac nume- illiarium, ſolvuntur, qua de re fere in ſingulis curiis & tri- ibus ſtatuta ſunt.]

ta tertio, poſtrema verba hujus §. non vacare mendo. Qui- a corrigunt, *ex qua proculdubio eſt ex lege condictitia ema-* Ego vero, ut minus a vulgata lectione recedam, tantum pro *titia* lego *condictitiam*: (ſubaudi, actionem. idem enim o condictitia, quod condictio) & verbum *emanare* ac- ctive pro emittere, ſeu producere, ut apud Plin. *lib. 23. cap.* verbis, *Vtilis & ſaniem emanantibus.*

In Quadruplum.

§ [a] Quadrupli (autem agitur,) veluti furti manife- ſti.

a Quæ in quadruplum?

ſti: item de eo, quod metus cauſa factum ſit, deque ea pec nia, quæ in hoc data ſit; ut is, cui datur, calumniæ cau negotium alicui faceret, vel non faceret. Item, ex le condictitia noſtra conſtitutio oritur, in quadruplum co demnationem imponens iis executoribus litium, q contra noſtræ conſtitutionis normam a reis quicqua exegerint.

V. In §. 23. *h. n.* dat exempla actionum in quadruplum. Pr mum exemplum eſt actio furti manifeſti, de qua dictum fuit tit. *ſupra de obl. quæ ex del.* Secundum exemplum eſt actio qu metus cauſa. de qua.

Nota *I.* eum agere quod metus cauſa, qui per metum ſeu vi coactus eſt rem ſuam tradere, vel debitorem ſuum liberare, l aliud facere ex quo damnum ſentit.

Nota *II.* hanc actionem dari non ſolum contra eum qui r- tum intulit, ſed etiam contra alium quemcumque inde aliqu commodum ſentientem. veluti ſi debitor coegit creditorem ſuu, ut ſe liberaret, conſequenter etiam fidejuſſor ab eo datus libera- nem conſequitur. hæc igitur actio non ſolum datur contra deb- rem, qui metum fecit, ſed etiam contra fidejuſſorem, ideoque- citur in rem ſcripta. *ff. quod metus cauſ. l. metum,* 9. §. *ult. l. ite ſi cum except.* 14. §. *in hac actione.*

Nota *III.* hanc actionem dari, non ob vanum timorem, tantum ob juſtum metum, qui etiam in conſtantem homin cadat, ut vinculorum, aut verberum. *ff. eod. l. metum* 5. 6. *&* 7

Nota *IV.* hanc actionem non ſemper eſſe in quadruplum, tantum intra annum, poſt annum vero eſt in ſimplum. *ff. eo item ſi cum exceptione.* 14. §. 1. *&* C. *eod. l. ſi per vim,* 4. [ho moribus pœna exolevit & actio in ſimplum, ſicuti cæteræ act- nes perſonales, ad 30. annos datur. *v. Zyp. Notit. de his quæ vi*

Nota *V.* hanc actionem eſſe arbitrariam: adeo ut ſi reus in- locutioni judicis parens, & ante ſententiam definitivam rem re- tuat, abſolvatur. *infra h. tit.* §. *item actio. &* §. *præterea. &* D. *q metus cauſ. d. l. item ſi cum exceptione.* §. 2. *&* §. *hæc autem.*

Nota *VI.* hanc actionem eſſe miſtem, ita ut ſimplum ſit reſ- ſa, pœna autem ſit tripli. *d. l. item ſi cum exceptione* §. *ſed & ſi q & §. ſeq.*

Tertium exemplum eſt actio in eum qui pecuniam accipi calumnioſo judicio aliquem vexaret, vel ne vexaret: [ſive ne cium deinde fecit ſive non fecit. *l.* 3 §. 1. *ff. de calumn.* & ſive null actionem habeat: ſive ab incepto deſiſtat, ſive comminetur fo meticuloſo, ut ſe ab ea calumnia cogatur redimere. *Cujac. ſ tit.*]

Na

N a *I.* hanc actionem eſſe in factum. *D. de calumn. l.* 1 *.in pr.*

N a *II.* hanc actionem dari contra eum qui ob dictas cauſas pecuniam accepit. *d. l.* 1 *.in princ.* & §. *qui autem*, id eſt, qui quodcumque emolumentum, ſeu quamcumque utilitatem præcepit. *d. l.* § *lt.* & *duabus ll. ſeqq.*

N a *III.* hanc actionem ei dari, cui negotium ſtruitur: ſive ipſe pecuniam dederit, ſive alius: ei autem non competere, qui pecuniam dedit, ut negotium per calumniam alteri fieret. Finge Titium dediſſe tibi pecuniam, ut mihi negotium faceres, id eſt, ut calumnioſo judicio me vexares; deinde me tibi dediſſe pecuniam, ne facere res: certe Titius nullam actionem contra te habet. ego vero de eo quod tibi dedi, & de eo quod tibi dedit Titius, habeo hanc actionem in quadruplum, *D. eodem l.* 3 *.§. ult.*

N a *IV.* hanc actionem eſſe miſtam, ita ut pœna ſit tripli. *D. eodem l.* 5 *.§.* 1.

N a V. hanc actionem intra annum eſſe in quadruplum, poſt annum in ſimplum. *d. l.* 1 *.in princ.* Quartum exemplum eſt condicti ex lege Juſtiniani contra executores litium, quia reis plus exegerint ſportularum nomine, quam exigere deberent. hi condemnantur in quadruplum; ita ut ſimplum detur reo, qui damnum paſſus eſt; triplum autem devolvatur ad fiſcum. *Nov.* 124. *cap.*

Subdiſtinctio actionum in duplum.

2 § 2 Sed furti quidem nec manifeſti actio, & ſervi corrupti, a cæteris, de quibus ſimul locuti ſumus, eo differunt, quod hæ actiones omnimodo dupli ſunt: at iſtæ, id eſt, damni injuriæ ex lege Aquilia, & interdum depoſiti, inficiatione duplicantur, in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa, quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, non ſolum inficiatione duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem, uſquequo juſſu magiſtratuum conveniatur. In confitentem vero, antequam juſſu magiſtratuum conveniatur, ſolvens ſimpli redditur. a Quomodo diſtinguuntur actiones in duplum?

N. In §. 26. *h. n.* diſtinctionem quandam ponit inter actiones in duplum: nam aliæ omnimodo & indiſtincte ſunt in duplum, ut actio furti nec manifeſti, & actio ſervi corrupti: aliæ ſunt ab initio in ſimplum, ſed per rei inficiationem creſcunt in duplum, ut actio legis Aquiliæ, actio depoſiti, ſi incendii, vel ruinæ, vel tumultus, vel naufragii cauſa depoſitum ſit: una eſt, quæ non ſolum inficiatione, ſed etiam ſolutionis dilatione donec debitor in jus vocetur,

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

plum redditur, nempe actio ex teſtamento, qua petitur legatu Eccleſiæ, vel alii loco pio relictum.

Nota, in his judiciis, in quibus diximus reum inficiantem co demnari in duplum, ut in judicio legis Aquiliæ, hoc ita demu obtinere. ſi actor propter inficiationem adverſarii coactus ſit leg timis probationibus ſuam intentionem confirmare. cum eni ſentiat hoc probationis incommodū, ſolatii hoc tribuitur ei con modum, ut duplum conſequatur, cæterum ſi delato ſibi jurejur do obtineat quod petit, condemnatio fit in ſimplum etiam adve ſus reum qui inficiatus eſt. *D. de jurejur. l. eum qui 30. in prin*

Subdiſtinctio actionum in quadruplum.

a Quomodo diſtinguuntur actiones in quadruplum?

27. § a Item actio de eo, quod metus cauſa factum ſi, a cæteris, de quibus ſimul locuti ſumus, eo differt, qu ejus natura tacite continetur, ut qui judicis juſſu ipſam re actori reſtituat, abſolvatur: quod in cæteris caſibus non i; ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur, qu eſt & in furti manifeſti actione.

VII. In §. 27. *h.n*, diſtinctionem ponit inter actiones quad pli. in quibuſdam enim, ut in judicio quod metus cauſa. reus p teſt vitare quadrupli condemnationē videlicet ſi ante ſententia definitivam actori rem reſtituat. cum enim hæc actio ſit arbit ria, primum judex interloquitur, ac reo jubet ut rem reſtituat ctori: deinde per ſententiam definitivam abſolvit reum. ſi inter cutioni paruerit, & rem reſtituerit; vel eum condemnat in qu druplum, ſi reſtetuere noluerit. *ff. quod metus cauſ. l. item ſi cum ceptione.* 14. §. 1. & §. *hæc autem.* Aliæ vero actiones omn ſunt in quadruplum, ita ut reus rem reſtituens non vitet conde nationem judicis. veluti ſi fur manifeſtus rem domino reſtitue nihilominus in quadruplum condemnabitur. Hæ vero ſubdiv poſſunt, quia partim ſunt perpetuo in quadruplum, ut actio fu manifeſti, *infra de perpet. & tempora. l. act. verſ. furti.* partim ſu intra annum in quadauplum. poſt annum, in ſimplum. ut vi b rum raptorum. *ſupra de vi bon. rapt. in princ.* Hæc de quarta di ſione dicta ſint.

Diviſio quinta.

a Quæ eſt quinta diviſio? b Quæ ſunt bonæ fidei?

28. § a Actionum autem quædam bonæ fidei ſun quædam ſtricti juris. b Bonæ fidei ſunt hæ: ex empt vendito, locato, conducto, negotiorum geſtorum. ma dati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignora tia, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, præſcrip verb

verb, quæ de æſtimato proponitur, & ea, quæ ex per-mut ione competit, & hæreditatis petitio. Quamvis enim uſque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia numeranda hæreditatis petitio eſſet, an non: no-tamen conſtitutio aperte eam eſſe bonæ fidei diſpo-ſuit.

Q nta actionum diviſio eſt in §.28.*h.n.*quod aliæ ſunt actio-nes b næ fidei, aliæ ſtricti juris. Imp. hanc diviſionem proponit. *in pr* c.§.

N a primo, adjici tertium membrum, id eſt, actiones arbitra-rias, §.*præterea, infra h.tit.*

N a ſecundo, bonam fidem eſſe verbum homonymum, ut colligitur ex loco a contrariis, quem Ariſtot. tradit. *lib.* 1. *Topic, cap.* 15. q a modo opponitur dolo malo, ut. *ff. depoſ. l. quod Nerva.* 32. nod ſtricto juris ut *hic.* Bona igitur fides hoc loco accipitur pro æqui te, ſiquidem æquitas eſt, quæ ſtricto juri opponitur.

N a tertio, quod actiones bonæ fidei, & actiones ſtricti juris olim cum formulæ agendi erant in uſu, diſtinguebantur formu-lis, n (ut putat Hotomannus) quia in judiciis bonæ fidei appo-neret r clauſula *ex bona fide*; in arbitrariis vero res committeretur arbi io judicis: quandoquidem actio rei uxoriæ erat bonæ fidei. *infra prox.* in cujus formula non ponebatur clauſula, *ex bona fi-de,* ſ *quanto æquius melius,* teſte M. Tullio *lib.* 3. *Offic.* ſed eo diſti guebantur, quod in judiciis ſtrictis judex erat adſtrictus for-mul a prætore præſcriptæ, non item in judiciis bonæ fidei, unde hoc tanquam proprium judiciorum bonæ fidei, traditum eſt, quo exceptiones inſunt bonæ fidei judiciis. *ff. de pact. l. Iuriſg.* 7. §. *quinimo.* 5. & §. *ſequent.* ſed hodie poſt formulas actionum ſub-latas *C. de formul. l.* 1. diſtinctio harum actionum in eo poſita eſt, od in judiciis bonæ fidei judex judicat ex bono & æquo, in judi iis ſtrictis magis ſequitur rationem juris. exempli cauſa reus, qui oram commiſit, ſi actione bonæ fidei, puta depoſiti vel lo-cati nventus ſit; etiam in uſuras, quas non promiſit, condemna-tur propter moram. *ff. de uſur. l. mora.* 32. §. *in bonæ fidei.* & *C. eod.* *in bonæ fidei.* 13. [licet etiam judici in his, ex cauſa, jubere debitorem ut cautionem præſtet antequam dies obligationis venit. l. 41 *de judic.* item decernere rem non videri redditam quæ dete-rior ve corrupta redditur. *l.* 1. §. 16. *depoſ. l.* 3. §. 2. *commod. v.* *ſ. hic c.* 16. & §. 30. *ſeq. hic.*] in judicio autem ſtricti juris non abetur ratio uſurarum, niſi per ſtipulationem promiſſæ fue-rint. *eod. l. Quam* 3. Explicemus hanc judiciorum differentiam etiam in exceptionibus, quas paulo ante dixi ineſſe judiciis bonæ fidei non item judiciis ſtricti juris. Breviter itaque hanc differen-

tiam

tiam exponamus tam jure antiquo, quam jure novo. Olim cu
prætor formulam judici preſcribebat, ſi in ea formula menti
nem faciebat exceptionis, omnino iudex datus ejus exception
rationem habere poterat, ac debebat, ſi vero in formula præ
toris exceptio erat prætermiſſa: ſiquidem judicium erat bon
fidei, nihilominus judex exceptionis rationem habebat, quia ex
ceptiones in his judiciis inſunt ipſo jure, licet a prætore non ſint i
formula adſcriptæ. ſin autem erat judicium ſtricti juris, jude
probata actoris intentione reum omnimodo condemnare deb
bat, quamvis reus in judicio juſtam exceptionem opponeret; qu
in his judiciis judex eſt adſtrictus formulæ Prætoris, proinde n
admittit exceptionem in ea formula minime poſitam. verbi g
tia, Titius Mævio 100. mutua dedit: deinde Mævio non ſolve
te, petiit contra eum a prætore judicem, & formulam. prætor ha
formulam præſcripſit, *Si paret Mævium a Titio centum mutua*
cepiſſe, condemna judex. jam pone Mævium cum Titio pactu
fuiſſe, ne ea 100. a ſe peterentur: poteſtne exceptione hujus pa
ſe defendere, ac Titium repellere; Reſpondeo, hoc pactum nil
Mævio prodeſſe, niſi a prætore impetrarit, ut in dicta form
hanc exceptionem adjungeret hoc modo: *Si paret Mævium a T*
tio 100. mutua accepiſſe, niſi Mævius cum Titio pactus ſit ne
petantur, comdemna judex. hoc ideo. quia actio ex mutuo eſt ſt
cti juris: unde exceptio pacti, in hoc judicio non ineſt, niſi app
natur a prætore. Rurſus finge Mævium Titio debere 100. pre
nomine, quoniam prædium a Titio emit hoc pretio: deinde p
ctum eſſe cum Titio, ne ea 100. a ſe peterentur: poſtea Titiu
vocaſſe Mævium in jus, ac prætorem aditum dediſſe judicem,
formulam agendi: certe quamvis Mævius nullam pacti ment
nem apud prætorem fecerit, tamen coram judice dato poterit
ceptionem opponere, & ea probata abſolvetur, quoniam judi
um ex vendito eſt bonæ fidei, adeo ut prætor non jubeat præ
Mævium condemnari ſi emerit, ſed condemnari ex bona fide
eſt, quatenus æquum & bonum eſt: non eſt autem bonum &
quum, ut is condemnetur, qui pactus eſt de non petendo. Sed
die, cum nec formulæ ſint in uſu, nec judices a magiſtratibus d
tur, ſed coram judicibus ordinariis litigetur, differentia hor
judiciorum aliter ſpectatur: & ita obſervatur, ut ſi judicium ſit b
næ fidei, exceptio ipſo jure inſit in hoc judicio, id eſt, ſ judex
ceptionis rationem habeat, quamvis reus hoc non petat, dummo
ex actis de exceptione conſtet: quia vulgata regula eſt judicand
eſſe ſecundum allegata & probata, ſi vero ſit judicium] ſtricti
ris, exceptio reo nihil prodeſt, quamvis de ea ex actis conſtet,
reus nominatim exceptionem opponat actori, & per eam ſe
ſc

ſolvi tat:[Plane quia hodie actionum nominibus non utimur, harum actionum differentiæ minus conſpecuæ ſunt & obſoletæ ita ut omnes vi & effectu videantur eſſe bonæ fidei. *v. Gudelin. de* *j. N.* *l. 3. c. 13. verſ. ſed quid. Vinn. hic nu. 4. & Argent. ad C. B.* *233. Cõſ. 4. nu. 3. 4.*]

... verſ. *bonæ fidei, & in §. ſeq.* dat exempla actionum bonæ fi..., quæ quidem exempla confuſe ac perturbate in contextu propo..ntur, ſed ſi placet ea in rectum ordinem dirigere, dicendum, ex contractibus, qui conſenſu fiunt, omnes actiones eſſe bonæ fi..., ut empti venditi, locati conducti, pro ſocio, mandati: ex contractibus nominatis, qui re perficiuntur, tres, commodati, depoſi.., pigneratitiam: ex contractibus innominatis duas, æſtimatoriam, & ex permutatione: ex ſtipulatione uno caſu, cum de do.. agitur: ex quaſi contractibus quinque, negotiorum geſtorum, ..telæ, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, hereditatis pet..onem. Extra has Cujacius negat eſſe ullas actiones bonæ fidei. Paratit. tamen *ad tit. C. de precar.* fatetur actionem præſcript. verbis de precario eſſe bonæ fidei, quod videtur probari. *l.* *2. §. .n. ff. eod.* Eademque ratio eſt condictionis indebiti. *ff. de cond. ..deb. l. hæc condictio. 66.* & condictionis ob cauſam. *ff. eod. l.* *..urna 65. §. quod ob rem.* Sed contraria ſententia facile defendi po..t: quoniam in dictis legibus non dicitur has actiones eſſe bonæ ..dei, vel judicem habere poteſtatem judicandi ex bono & æquo ..d eas ex bona fide originem ducere, ſive ex bono & æquo ..ctas eſſe. [in finium vero regundorum judicio judex ipſis ..n terminis quaſi coercetur & præterea fere ex delicto originem ..rahit, quales actiones ſtricti juris ſunt, uti & ex innominatis ..ntractibus, præter duas prædictas: item actiones in rem ..uris ſunt. *Tuld. hic c. 17. per l. 38. de uſur. l. 4. de ac.* *..l. 10. de dol. l. 7. §. 4. de injur.*] Nunc ſingula exempla a ..ic tradita, eodem ordine, quo in contextu proponuntur, ..amus, & quatenus opus eſt, explanemus primum exem.. ..tionũ bonæ fidei eſt ex actioe empto. Secundum eſt actio ..ndito. [Hinc vendito equo, etiam ornamenta in quibus ven.. tempore exhibitus fuit, judex emptori adjudicabit, quam.. ..s nihil fuerit cautum. *l. æediles. de ædil. edict.* non vero ſi ex ..u equus debetur. *vid. Tulden. hic c. 16. Gomeſ. de contract.* *..u. 15.*] Tertium eſt actio ex locato. Quartum eſt actio ..ucto de quibus ſupra dictum fuit. Quintum eſt actio negotiorum geſtorum: quæ eſt directa, vel contraria, ut expoſitum ... 1. *ſupra de obl. quæ quaſi ex contr.* utraque autem eſt bonæ ..emque ſentiendum eſt de ſequentibus actionibus, ut mandati, depoſiti, &c. omnes enim ſunt bonę fidei, tam directę, quam

con-

contrariæ quod probatur duplici argumento. Primum arg
mentum eſt: quia Juſtin. generaliter loquitur: ergo ejus verba g
neraliter ſunt accipienda: ubi enim lex non diſtinguit, nec nos d
ſtinguere debemus. Alterum argumentum eſt: quia tam ex er
ptione & venditione quam ex locatione& conductrone datur hi
inde actio bonæ fidei: ergo idem dicendum eſt de commodat
depoſito, negotiis geſtis, & aliis cauſis: quoniam omnium eſt e
dem ratio. Sextum exemplum eſt actio mandati, de qua ſup
dixi. Septimum exemplum eſt actio depoſiti, de qua *in §. præ*
rea, ſupra quibus modis re contr. oblig. Octavum exemplum
actio pro ſocio: quæ eſt actio perſonalis, redditur inter ſocio,
utrimque directa.

Nota obiter differentiam quandam contractuum. quidam-
nim pariunt actionem ex uno tantuum latere, ut ſtipulatio trib
actionem ſtipulanti contra promittentem, non promittenti c-
tra ſtipulantem: & mutuum tribuit actionem creditori contra -
bitorem, qui mutuatus eſt, non debitori contra creditorem alii-
riunt actionem unam ex utroque latere: ut ſocietas utrique ſo
contra alterum tribuit eandem actionem pro ſocio: alii pari
duas actiones uno generali nomine contentas, ſed eo diverſas, q
altera dicitur directa, altera contraria: ut depoſitum tribuit ac-
nem depoſiti directam depoſitori contra depoſitarium, & act-
nem depoſiti contrariam depoſitario contra depoſitorem. ſic
commodato datur actio commodati directa commodatori c
traa commodatarium, contraria commodatario contra commo-
torem. alii denique pariunt duas actiones omnino diverſis n
minibus præditas: ut emptio & venditio parit actionem ex em
to, & actionem ex vendito; quarum illa datur emptori contra v
ditorem, hęc venditori contra emptorem. Nonum exemplum
actio tutelæ, de qua *in §. tutores, ſup. de obl. quæ quaſi ex contr.*
cimum eſt actio commodati: de qua *in §, 1. ſupra quib. mod*
contr. obl. Undecimum eſt actio pigneratitia: de qua *in §. ult.*
pr. eod. tit.

Nota hanc actionem diferre ab hypothecaria, ſeu Serviana
qua *in §. item Serviana. ſupra h. tit.* quoniam actio pigneratitia
civilis perſonalis, bonæ fidei, ex contractu pignoris: Serviana v
vel hypothecaria eſt prætoria, in rem, arbitraria ex nudo pa
Duodecimum exemplum eſt actio familiæ erciſcundæ. Terti
decimum eſt actio communi dividundo. de quibus actionibus
xi ad. §. *quædem*, 20. *ſupra h, tit.* Quartumdecimum exempl
eſt actio præſcriptis verbis, ſi agatur de re æſtimata, vel ex pern
tatione.

Nota I. ſi tantum etymologia ſpectetur, omnem actionem

poſſe præſcriptis verbis: quoniam omnes habebant certa verba, & certas formulas præſcriptas. *ff. de orig. jur: l. neceſſarium. 1. §. deinde ex his legibus.* ſed quoniam aliæ actiones habebant certa nomina, empti, venditi, locati, conducti, &c. idcirco hoc generale nomen factum eſt proprium ejus actionis, quæ proprio nomine caret. cum enim proprio vocabulo deſtituimur, tunc communi utimur quaſi proprio. *ff. de mort. cau. donat. l. mortis cauſa. 31. in pr.* quamvis autem formulæ ſint ſublatæ. *C. de form. l. 2.* tamen idem nomen remanſit: ut nomen condictionis manſit ſublata denunciatione, & nomen vindicationis manſit ſublata vi imaginaria, quæ olim fiebat, ut notavi ad. *§. appellemus. ſupra hoc tit.*

No. *II.* hanc actionem vocari etiam incerti condictionem. *ff. de præſ. verb. l. juriſg. 7. § ſed et ſi in alium. 2. & comm. div. l. ſi convenerit,* & actionem in factum. *ff. de reſc. vend. l. ſi contum. 6. & de præſ. verb. l. ſi vir. 12.* conſtat autem eſſe actionẽ civilẽ, ac diſtinctam ab actione in factum prætoria. *d. l. juriſg. 7. §. ſed & ſi alium.*

No. *III.* hanc actione peti id quod intereſt actoris. *ff. de præſc. verb. l. natur alis. 5 §. at cum do. 2. & §. ult. & l. ſi tibi. 7.*

No. *IV.* hanc actionem concurrere cum aliis actionibus ut cum actione ex empto vendito, *dict. l. ſi convenerit, & ff. de contr. emp. l. ſi ſcribit. 50. & de reſcind. vend. l. ſi contemt. 6. & C. de pact. inter empt. l. 2.* & nihilominus dari etiam ceſſantibus aliis actionibus. *ff. de præſc. verb, l. 13. ſi vir. uxori & ſeq.*

No. *V.* hanc actionem duobus caſibus eſſe bonæ fidei. Unus eſt, cum agitur de æſtimato, id eſt, cum aliquis rem æſtimatam alteri dedit hac lege, ut ſibi vel eadem res, vel æſtimatio reddatur. & hoc caſu actio præſcriptis verbis appellatur etiam actio æſtimatoria, *D. de æſtimatoria act. o. l. 1. in pr.* Alter caſus eſt, cum agitur de permutatione: quia ſicut emptio & venditio eſt bonæ fidei, ita etiam permutatio, quæ emptioni & venditioni ſimilis eſt. *ff. de contr. empt. l. 1. & de rer. permut. l. 1.* Quoniam igitur omnibus aliis caſibus actio præſcriptis verbis eſt ſtricti juris, idcirco in Pandectis dantur duo ſpeciales tituli, *de æſtimatoria actione,* &, *de permutatione:* poſtea ſubjicitur titulus *de præſcriptis verbis.*

Illorum quintum exemplum eſt petitio hereditatis, quæ datur heredi ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato. *ff. de her. petit. l. ſive 3.* contra eum qui jus, vel rem hereditariam (licet minimam) poſſidet, ſive pro herede (id eſt, bona fide) poſſideat, putans ſe heredem, ſive pro poſſeſſore, id eſt, mala fide. *ff. eod. l. regulariter. 9. & ll. ſeqq.*

Actio de dote.

XXIX. § [a] Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei

a Actio ex ſtipulatione de Dote, eſtne bona fidei?

 fidei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

fidei judiciis: ſed cum pleniorem eſſe ex ſtipulatu ac-
nem invenientes, omne jus quod res uxoria antea ha-
bat, cum multis diviſionibus, in actionem ex ſtipula,
quæ de dotibus exigendis proponitur, tranſtulerim,
merito rei uxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu actio, qe
pro ea introducta eſt, naturam bonæ fidei judicii tant
in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei ſit: ſed & ta-
tam ei dedimus hypothecam. [b] Præferri autem aliis c-
ditoribus in hypothecis tunc cenſuimus, cum ipſa m-
lier de dote ſua experiatur, cujus ſolius providentia h
induximus.

[b] Quod ſi privilegium mulieris in dote?

Decimum ſextum exemplum in § 29. *h.n.* eſt actio ex ſtip-
tu de dote.

Nota *I.* actionem ex ſtipulatu hic ſumi latius, quam *ſuſe*
verb. oblig. in princ. ibi namque ex ſtipulatione dabatur dupl-
ctio; id eſt, actio ex ſtipulatu, cum petitur res incerta: & certi c-
dictio, cum petitur res certa: ſed hoc loco omnis actio ex ſtipa-
tione deſcendens, dicitur ex ſtipulatu, etiamſi rem certam pe-
quatur.

Nota *II.* quatuor eſſe privilegia dotium: quorum tria æ
competunt viro dotem petenti ac mulieri dotem ſoluto matri-
nio repetenti; quartum vero eſt mulieris proprium. Primum
vilegium eſt, quod datur actio ex ſtipulatu, licet ſtipulatio
preſſe facta non fuerit: quoniam a lege ſuppletur, & tacite fi
intelligitur. Secundum privilegium eſt, quod actio ex ſtipul
hoc caſu eſt bonæ fidei, cum aliis caſibus ſit ſtricti juris. Terti
privilegium eſt, quod mulier præfertur aliis creditoribu-
tiam anteriorem hypothecam habentibus: quod puto obti
(licet apud Doct. ſit controverſum) etiam contra priores m
creditores expreſſam hypothecam habentes. *C. qui potior. in p*
l. ult. Hoc privilegium prælationis non datur marito in bonis r-
lieris: immo nec heredi mulieris datur in bonis mariti. *C. de p*
dot. l. un. Nov. 61. §. pen. idque Imp. ſignificat poſtremis verbis
jus §. dum ait, ſe hoc privilegium ſolius mulieris provide
introduxiſſe, id eſt, ut ſoli mulieri proſpiceret, non here
vel marito ejus. producitur tamen hoc privilegium ad fili
communem, qui petens dotem maternam habet prærogati
in bonis paternis. *d. l. ult.* facit *l. etiam.* 18. *ff. ſolut. matr.* [*& N*
91.] Eſt autem hoc privilegium dotis numeratæ proprium, a
ut nec in dote, quam vocant confeſſatam, obtineat, *d. l. ult. ver*
tamen. nec in donatione ptopter nuptias, *d. l. §. pen §. pen.*
inde nec in dotis augmento, nec in bonis paraphernalibus. [Sed
die dotium uſum & privilegia regulariter non eſſe in uſu. *v.* G

rub. C, de jur. dot. idque procedit etſi pactis dotalibus conugal bonorum communio excluſa, ac mulier dotem ſibi ſalre ſtipulata ſit. *Neoſt. de pact. anten. obſ. 10. Grot. lib. 2. p. 12. rgent. ad C. Br. art. 413. gl. 3. nu. 3.* Niſi & lucri æriſque ommunio ſit excluſa. *vid. Neoſt, d. tract. obſerv. 9.* quo caſu dote tacita ei hypotheca in bonis mariti competit. v. *taroenew. C. d. tit. in l. 30. & l. 12. C. qui pot. in pign. confer. quib. alien. lic. in pr. not.*] Expoſui omnes actiones bonæ fipartim ſunt ex contractibus nominatis, partim ex contra nominatis, partim ex quaſi contractibus, ut *ſupra* notavi.

Natura actionum bonæ fidei.

30 § [a] In bonæ fidei judiciis libera poteſtas permitti judici ex bono & æquo æſtimandi, quantum aſtitui debeat. [b] In quo & illud contineatur: ut ſi vicem præſtare actorem oporteteat: eo compenſa reliquum is, cum quo actum eſt, debeat condem Sed & in ſtricti juris judiciis ex reſcripto D. Marci, a doli mali exceptione, compenſatio inducebad noſtra conſtitutio eaſdem compenſationes, quæ erto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipſo nuant: ſive in rem, ſive perſonam, ſive alias quaſ: excepta ſola depoſiti actione, cui aliquid comonis nomine oppoui ſane iniquum eſſe credimus: prætextu compenſationis, | depoſitarum rerum s ex actione defraudetur.

a Quæ eſt poteſtas in actionibus bonæ fidei?

b Habetne compenſatio locum in actionibus bonæ dei?

c Habetne compenſatio locum in ſtricti juris judiciis?

n §. 30. *h.* 2. declarat proprietatem judiciorum bonæ fidei n, diſtinguuntur a judiciis ſtricti juris: quoniam in judifidei judex eſt adſtrictus rigori juris, ſed ex bono & æmat, quantum debeatur actori. proinde ſi actor invicem at, judex debitum cum credito compenſat, atque ita cononem minuit, [& debitum minuitur ipſo jure ab eo temo utrinque debitum fuit] quamvis reus exceptionem ationis non oppoſuerit: quod olim non habebat locum in trictis, in quibus compenſatio non minuebat obligatio ope exceptionis. Hodie tamen ex Juſtin. conſtitutione, ad hoc, judicia bonæ fidei & judicia ſtrictijuris ſunt exita ut in omnibus compenſatio ipſo jure vim ſuam exevis exceptio a reo oppoſita non ſit. [Imo ante rem judioponi debet & probari, ut judici conſtare poſſit quid uebeatur. neque enim divinare poteſt, an quicquam actor lebeat, & a quo tempore debuit, ut locus ſit compenſaez. *hic. v. l. 4. l. ult. C. de compenſ.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota primo, compenſationem eſſe crediti & debiti invi[cem] contributionem. *ff.de compenſ.l.*1.

Nota ſecundo: ut compenſationi locus ſit, quatuor requ. I. Ut debitum utrimque ſit liquidum, ut *hic,* & *C.de compeſ. ult.* §.1. II. Ut compenſatio non opponatur repetitioni depoſiti vel commodati, vel poſſeſſionis perperam occupatæ. *hoc* § & *C.de commod.l.ult.* & *de compenſat.l. ult.* & *depoſ. l. pen.* Quod igit in hoc §.dicitur, ſolam depoſiti actionem excipi, debet accipi (ut cum Doctoribus loquar) cum mica ſalis, id eſt, ſubaudita pertic. *fere:* quæ aliis quoque locis ſubaudiri debet. Sic enim. *in* §.1.*proœm.* Juſtinianus ait omnes populos legibus a ſe promulgatis, vel pro-poſitis regi, quia fere omnes ſunt illis ſubjecti, & *in l.pen.C. leg. Rhod.* Imperatot ſe mundi dominum vocat, quia majori ter[ræ] habitabilis parti dominatur. & *in* §.1 *ſupra de jur.natur.* dic.1 jus gentium apud omnes peræque cuſtodiri, quia fere omnes lo[...] tuntur, *diſt,* 1.*cap.jus gentium.* 10.Item. *in* §.1.*ſupra de don.* di-citur mortis cauſa donatio per omnia comparari legatis, & [...] eo.§, dicitur comparari fere per omnia. Similiter. *in* §. *flum[in]a,* 2. *ſupra de rei.diviſ.* dicitur omnia flumina eſſe publica. Sed *in* 4. [...] *eod.* additur partic. *pene*, ac dicitur pene omnia eſſe public[a.] Item *in* §.1.*ſupra de oblig.quæ quaſi ex contr.* dicitur neminem cu-raturum abſentis negotia, niſi impenſas poſſet repetere, qu[...] hoc facerent: quidam tamen facerent, nempe qui donan[di c]auſa dicuntur negotia gerere, *C.de negot.geſt.l.*1.*l.alimenta:*11 *quod in uxorem.*13.& *l.ſi patrono:*15.Item. *in* §.& *ſi rem.infra offic. judic.* Imperator ait eadem circa fructus intervenire in rei vindica-tione, & hæreditatis petitione, deinde ſubjicit eandem [...] ra-tionem haberi. III. Ne is, qui compenſationis beneficio [...] per eam recuſet reſtituere rem commodatam, *C. de commod. l. ult.* IV. Ut ſint res compenſabiles. Hoc loco ſciendum eſt ſecun-dum communem Doct. ſententiam in ſolis quantitatibus c[om]pen-ſationem locum habere. ſed huic ſententiæ obſtat, quod c[om]pen-ſatio admittitur etiã in actionibus in rem. Secundum D[...] vero compenſatio fit in quibuſcumque rebus. Sed huic ſent[entiæ] ad-verſatur contextus. *in l.convenerit.*18.*in princ.ff.de pig.* Ob-ſtat etiam ratio juris, quia compenſatio vim habet ſolutio[nis ...] *potior. in pig. l.* 4. aliud autem pro alio ſolvi creditori in[...] poteſt. *ff.de reb.cred.l.mutuum.*2.§ 1. Ego igitur ſic ſtatu[o] com-penſationem ſemper admitti dummodo idem hinc inde [deb]eatur ſive debeatur eadem ſpecies, veluti ſi teſtamento damnatu[s ...] dare Stichum, ac tu mihi ſtipulanti promiſeris eundum S[tich]um ſive debeatur idem genus, veluti ſi tibi debeam hominem [ex] cau[ſa] legati, & tu mihi debeas hominem ex cauſa ſtipulation[is ...]

id ſpeciem diverſam compenſatio non eſt: *Vinn. Accurſ.* ve debeatur eadem quantitas veluti ſi tibi ſint legata de- mihi promiſeris decem [Quin & maleficia mutua com- ne tolluntur, dummodo civiliter ex maleficio agatur. *v.* 14. *ff. de comp. l.* 4. *C. eod.* & res fungibiles, modo ejuſdem itatis, compenſationem admittunt. *Perez. hic.*]

tertio, quia compenſatio fit uſque ad quantitatem concur- id eſt, hinc inde debitam. *C. de compenſ. l. ſi conſtat*, 4. non ieri poſſe, ut compenſatione condemnatio minuatur. ſed t reus abſolvatur, ſi quantum actor petit, tantum invicem *C. eod. l. ſi furores*. 11.

Actiones Arbitrariæ.

31 [a] Præterea quaſdam actiones arbitrarias, i. e. ex o judicis pendentes appellamus, in quibus, niſi ar- udicis, cum quo agitur, actori ſatisfaciat: vel- reſtituat, vel exhibeat, vel ſolvat. vel ex noxali ervum dedat, condemnari debeat. [b] Sed iſtæ actio- m in rem, quam in perſonam inveniuntur. In rem, Publiciana: Serviana, de rebus coloni: quaſi Ser- quæ etiam hypothecaria vocatur: in perſonam: vel- bus de eo agitur, quod vi aut metus cauſa, aut dolo ctum eſt. Item, cum id, quod certo loco promiſ- , petitur, ad exhibendum quoque actio ex arbitrio pendet. In his enim actionibus & cæteris ſimili- ermittitur judici ex bono & æquo, ſecundum cu- rei, de qua actum eſt, naturam æſtimare quemad- n actori ſatisfieri oporteat.

a Quæ ſunt actiones arbitrariæ?

b Suntne arbitrariæ tam in rem quam in perſonam?

n §. 31. *h. n.* adjungit Imp. tertium membrum dictæ divi- d eſt, actionibus bonæ fidei, vel ſtricti juris addit actiones ias: de quibus tria docet.

o definit, quid actio ſit arbitraria, & ait arbitrariam eſſe, ndet ex arbitrio judicis, id eſt, cujus eventus eſt, ut, niſi itrio judicis actori ſatis faciat, condemnetur. Ut hanc defi- m intelligas

primo, arbitrium hic ſignificare interlocutionem judicis: m eſt proprium actionum arbitrariarum, ut ſententiam vam omnimodo præcedat interlocutio judicis, quia judex tori ſatisfieri, & ſiquidem reus judici obtemperet, atque tisfacit, per ſententiam difinitivam abſolvetur. ſin minus, nabitur. Exempli cauſa, actio quod metus cauſa, eſt arbi- quia judex interloquitur, ac jubet reo, ut rem reſtituat, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

reſtituentem abſolvit, non reſtituentem vero condemnat in q-druplum. *ff. quod met. cauſ. l. item ſi cum exceptione.* 14. §. 1. & §. *hæc autem actio.* 4.

Nota ſecundo, actiones arbitrarias diſtingui ab actionibus ſtricti juris, & actionibus bonæ fidei, quoniam per ſe ſunt ſtricti juris, & ex aliquo accidenti fiunt bonæ fidei. unde diſtinguuntur ab actionibus bonæ fidei; quoniam actiones bonæ fidei dicuntur, quæ ſunt bonæ fidei per ſe, non propter adjectionem alicujus accidentis: item manifeſte diſtinguuntur ab actionibus ſtricti juris, quia non manent in ſua natura, ſed fiunt bonæ fidei. Exempli cauſa, ſi quis vendiderit rem hoc pacto, ut pretium ſibi ſolvatur Lugduni, habet actionem ex empto, quæ eſt bonæ fidei, per quam petit pretium, ſive Lugeduni, ſive alio quocunque loco agat. ſi cui vero decem Lugduni ex ſtipulatione debeantur: hic habet certi condictionem, quæ eſt ſtricti juris. & ſi quidem Lugduni agas, omnino eſt actio ſtricti juris. Sin autem alio loco eum convenias, diverſitas locorum facit hanc actionem arbitrariam, ut judex arbitrari poſſit, quanti actoris, vel rei interſit, Lugduni potius quam alibi ſolvi, *D. de. eo quod certo loco l. ſi heres.* 3. & *ſeqq.*

Nota tertio, in his actionibus diverſas eſſe judicis interlocutiones pro diverſitate ipſarum actionum. quandoque enim judex jubet rem reſtitui, ut in actione quod metus cauſa, & in actione Serviana, vel quaſi Serviana: quandoque jubet rem exhiberi, in actione ad exhibendum; quandoque rem ſolvi, ut in actione eo quod certo loco, quandoque ſolvi, aut ſervum noxæ dedi, in actione noxali.

Secundo in verſ. *Sed iſtæ*, dividit actiones arbitrarias nam aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam. ſupple, aliæ mixtæ. hæc tria diviſionis membra declarantur exemplis. Actionis arbitrariæ in rem primum exemplum eſt actio Publiciana: de qua dictum eſt in §. *namque ſi cui, ſupra hoc tit.* Hoc loco quæritur, an rei vindicatio ſit arbitraria. Accurſius ad rubricam. *D. de vind.* reſpondet rei vindicationem eſſe ſtricti juris, ego vero aſſentior Cujacio, qui putat omnes actiones in rem eſſe arbitrarias. rei vindicationem eſſe arbitrariam, videtur ſatis colligi ex. *l. qui reſtituere.* 68 *rei vindicat.* & ex. *l. In actionibus.* 5. & *ſeq. D. de in lit. juran.* ſecundum exemplum eſt actio Serviana: vel quaſi Serviana, de qua dictum fuit. *ſupra in* §. *item Serviana.* Actionis arbitrariæ in perſonam primum exemplum eſt actio, quod metus cauſa. de qua *ſupra in* §. *quadrupli.* & §. *item actio.* Secundum exemplum eſt de dolo: quæ eſt actio prætoria, ſubſidiaria, id eſt, tum demum competens, cum alia remedia deficiunt. *ff. de dolo. l.* 1. §. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

poſ: ideoqne non datur liberis contra parentes, nec libertis cont. patronos, nec vili contra honeſtam perſonam. *D. eod. l.* ... *et.10.* nec ob exiguam ſummam. *D. eod. l. ſi quis affirma-* ... *§. ult. & l. ſequenti.* Tertium exemplum eſt actio de eo ... certo loco.

N... a primo hanc non eſſe ſpeciem actionis a cæteris diſtin- ... ed eſſe qualitatem quandam, quæ propter loci adjectionem ... itur, & accedit actionibus ſtricti juris, ut eas reddat arbi- ... non actionibus bonæ fidei. *D. de eo quod certo loco. Si hæ-* ... *ſeqq. 5. 6. 7.*

N... ſecundo, cum quis certo loco ſolvere obligatus eſt, eum ... jure non poſſe alibi conveniri, ſed beneficio prætoris poſſe ... iri cum adjectione loci. *D. de eo quod certo loco. l. 2*, quod ... ligeudum de obligatione ſtricti juris. Exemplis res fiet illu- ... quis rem emerit, & convenerit ut pretium ſolveret Lute- ... oteſt in quocumque foro competenti conveniri actione ex ... Verbi gratia, ſi domicilium habeat Lugduni: tam Lutetiæ ... ri poteſt ratione contractus, quam Lugduni ratione do- ... & utrubi conveniatur, eſt judicium bonæ fidei. Si quis au- ... ſpulanti promiſerit ſoluturum Lutetiæ, ibi poteſt conveniri ... ex ſtipulatu, quæ eſt ſtricti juris: alibi autem ubi eſt forum ... ens: puta Lugdini, ubi domicilium habet, non poteſt con- ... iſi cum adjectione loci, id eſt, ita ut in libello conventio- ... ntionem faciat Lutetiæ: qua ratione actio ex ſtipulatu, quæ ... natura eſt ſtricti juris, evadit arbitraria: quoniam judex ... ir, & æſtimat, quanti actoris, vel rei interſit, Lutetiæ po- ... m Lugduni ſolvi. *D. de eo quod certo loco. l. arbitraria, 2.* ... Quod ſi actor alibi quam Lutetiæ agat, nulla mentione ... eſt, Lutetiæ) facta, dicetur plus loco petere. *inf. h. tit.* ... *agens 33. verſ. loco.* Actionis miſtæ unum eſt in contextu ... um, actio ad exhibendum: quæ eſt miſta quatenus pro ... canda agitur in perſonam. *ff. ad exh. l. in hac actione 3 §. eſt* ... Hæc actio datur ei cujus intereſt rem exhiberi *dicta l. 3. §.* ... *s.* Exempli cauſa, ſi quis meam gemmam annullo inclu- ... on poſſum eam vindicare: quoniam annulo cedit, & pro ... habetur: ſed per actionem ad exhibendum cogam eum ... o eximere, & exhibere, id eſt, rei copiam facere ut vindi- ... im, aut niſi id faciat, mihi ſolvere, id quod mea intereſt, ... *l. 6.*

... o in verſ. *in his enim*, declarat proprietatem omnibus ... is arbitrariis communem: judex enim arbitratur, id eſt, ..., quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, ſecundum ... de agitur, naturam: hoc eſt, quandoque interloquitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[rem petitoris eſſe] ut reus rem reſtituat, [cum fructibus, idque u na eademque ſententia, uti quoque petita fuit. *v.* §. *& ſi in rem. i de offic. jud.*] interdum ut rem exhibeat, aliquando ut ſolvat, ali ut ſolvat, vel noxæ dedat, ut paulo ante docui ad primam parte hujus §.

Nota igitur, cum in judiciis arbitrariis ſemper ferantur du ſententiæ, altera interlocutoria, altera definitiva, ut ſupra expoſu hunc verſiculum pertinere ad ſententiam interlocutoriam, quar ſupra docui appellari arbitrium judicis.

Sexta actionum diviſio reſpicit ad libellum conventionalem quem actor contra reum proponit. aut enim petit rem certa aut rem incertam. &, ſi petit rem certam, vel petit id ipſum qu ſibi debetur, vel plus, vel minus, vel aliquid aliud. Imp. omnia h membra conſiderat, excepto eo ſolo caſu, qui videtur difficult carere, cum aliquis id ipſum petit, quod ſibi debetur.

Forma ſententiæ.

a Quomodo eſt ferenda ſententia?

32. §[a] Curare autem debet judex, ut omnino, qu tum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ vel rei ſententiam fe etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum eſt.

De petitione rei incertæ in §. 32. *h. n.* notat Imp. quamvis p tio ſit incerta, tamen ſententiam certam ferri debere, quoad s fieri poteſt. [incerta enim ſententia finem liti non imponit, vim rei judicatæ obtinere poteſt. *l.* 59. *de re jud.* incerta vero pet in libello facta, certa fieri poteſt ex aliqua parte actorum. *Per hic.*] Pro hujus dicti interpretatione.

Nota primo, libellum incertum, ſeu petitionem incertam gulariter non admitti: verum admitti ex juſta cauſa, veluti ſi ſi defuncti petat incertam partem hæreditatis, quia mater eſt p gnans, & ignoratur utrum unum an plures ſit paritura. *D. ſi ſ her. petat. l.* 1. §. *ult.* aut ſi legatarius incertam partem rei leg petat: quia propter alia legata conditionalia non conſtat an legatum per legem Falcidiam minuetur, vel quatenus minue *D. de rei vind l. quæ de tota.* 67. §. 1. Item petitio incerta adm tur, cum res incerta eſt in obligatione, ut id quod intereſt. [in ac nibus quoque bonæ fidei incerta eſt petitio, in arbitrariis q incerta, uti & ex obligatione generis & alternativa. *v. Pe hic.*]

Nota ſecundo, hic haberi exceptionem illius regulæ, quod tentia debet eſſe conformis libello. *D. commun. divid l. ut fun* 18. quandoquidem ſententia certa pronuntiatur, quamvis li lus ſit incertus. Ut quia petiit actor, quod ſua intereſt, & judex ſtimatione facta ejus quod intereſt, in eam æſtimationem demnat.

Il

Pluris petitio.

3. § a Si quis agens intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat: cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat: nec facile in integrum reſtituebatur a Prætore, niſi minor erat viginri quinque anniis. Huic enim, ſicut in aliis cauſis, cauſa cognita ſuccurrebatur ſi lapſus juventute fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sed ſi tam magna cauſa juſti erroris interveniebat, ut etiam conſtantiſſimus quisque labi poſſet, etiam majori viginti quinque annis ſuccurrebatur. veluti ſi quis totum legatum petierit: poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis legata relata ſint, quæ efficiebant, ut plus petiiſſe videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur. b Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco. & cauſa. c Re, veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur. viginti petierit: aut ſi is, cujus ex parte res eſt, totam eam, vel majorem partem ſuam eſſe contenderit. d Tempore veluti ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione, qui tardius ſolvit, quam ſolvere deberet, minus ſolvere intelligitur, eadem ratione, qui præmature petit, plus petere videtur. e Loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco (ſibi dari) ſtipulatus eſt, alio petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, *Epheſi dare ſpondes?* Romæ pure intendit, ſibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia utilitatem, quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolveret, adimit ei pura intentione. Propter quam cauſam alio loco petenti arbitraria actio proponitur: in qua ſc. ratio habetur utilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolveret, (quo ſe ſoluturum ſpopondit.) Quæ utilitas plerumque in mercibus maxima invenitur: vel in vino, oleo, frumento: quæ per ſingulas regiones diverſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ſub eiſdem uſuris fœnerantur. Si quis tamen Epheſi perat, i. e. eo loco petat, in quo, ut ſibi detur, ſtipulatus eſt, pura actione recte agit: idque etiam Prætor monſtrat, ſc. quia utilitas ſolvendi ſalva eſt promiſſori. f Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is, qui cauſa plus petit: ut ecce, ſi quis ita a re ſtipuletur, *Hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes?* deinde

a Quid juris ſi quis plus ſuo vel ſibi debito petat?

b Quibus modis plus petitur?

c Quomodo re?

d Quomodo tempore?

e Quomodo loco?

f Quomodo cauſa?

deinde alterum petat, veluti hominem tantum, aut de cem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur quia in eo genere ſtipulationis promiſſoris eſt electio utrum pecuniam an hominem ſolvere malit. Qui igitu pecuniam tantum, vel hominem tantum ſibi dari oporte re intendit, eripit electionem adverſario: & eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit, adverſari vero ſui deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſ actio, ut quis intendat hominem Stichum, aut aureos de cem ſibi dari oportere: id eſt, ut eodem modo petere quo ſtipulatus eſt. Præterea, ſi quis generaliter homine ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat: aut generalit vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanum petat, a generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialit Tyriam petat: plus petere intelligitur, quia electione adverſario tollit, cui ſtipulationis jure liberum fuit, alii ſolvere, quam quod peteretur. Quinetiam licet utiliſ mum ſit, quod quis petat: nihilominus plus petere intel gitur: quia ſæpe accidit, ut promiſſori facilius ſit illud ſo vere, [quod majoris pretii eſt.] Sed hæc quidem antea uſu fuerant: poſtea vero lex Zenoniana & noſtra rem co ctavit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum quid ſ tui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur conſtituti Sin autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum in omne, ſi quod forte damnum ex hac cauſa acciderit, e contra quem pluris peritum fuerit, commiſſa tripli comd mnatione (ſicuti ſupra diximus) puniatur.

De pluris petitione Imper. in §.33.*h.n.* tria declarat. I. Expli jus antiquum: quo jure is, qui plus petebat, cauſa cadebat, & re amittebat: niſi ex juſta cauſa reſtitueretur a prætore. Reſtituti num autem duæ cauſæ in contextu proponuntur. Una eſt, ſi is q plus petiit, ſit minor 24. annis: quo caſu reſtituitur ex tit. *de min ribus*: reſtituitur (inquam) cauſa cognita, quia omnis reſtitut cauſæ cognitionem requirit. *ff. de in integ. reſt. l. omnes.* 2. Alte cauſa eſt facti juſta ignorantia: veluti ſi legata in teſtamento r licta, quæ non excedebant dodrantem hæreditatis, integra peta tur ab iis qui ignorant alia legata eſſe relicta in codicillis, quæ cum faciunt legi Falcid. adeo ut omnia legata per legem Falci minuantur, hoc caſu datur reſtitutio ex generali clauſula, quæ *in l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. major.* II. In verſ. *Plus autem*, d cet, quot modis plus petatur: ac ponit quatuor modos. Plus nim petitur re, vel tempore, vel loco, vel cauſa. Plus re dec

ra

ra r in verſ. *Re, veluti.* ubi notandum majorem partem dici, nc reſpectu rei, cujus eſt pars, ſed reſpectu debiti, exempli ca a, ſi is, cui debetur ſexta pars fundi, petat quartam partem, qu oiam eſt major, quam pars que debetur, id eſt, quam ſexta pa. Plus tempore exponitur in verſ. *Tempore.* unde nota eu, qui citius ſolvit, plus ſolvere, & eum, qui tardius ſolvit, m us ſolvere: quamvis eandem rem vel eandem ſummam ſol-va Hinc dictum eſt, diem ſolutionis, ut ſummam, eſſe par-te ſtipulationis. *ff. de eden. l.* 1. *§. editiones.* 2. Plus loco explicatur in rſ. *loco.* Hic.

Nota Primo actionem ſive intentionem puram appellari, in qu non fit mentio loci ſolutioni deſtinati. exempli cauſa, ſi pr miſeris te mihi ſoluturum centum Lugduni, & conveniam te M nſpelii: ſi ſimpliciter a te petam centum, dicitur actio pu-ra ſtricti juris: & hoc caſu peto plus loco. ſi vero in mea actio-ne iciam mentionem Lugdini, eſt actio arbitraria de eo quod cer loco, de qua ſupra diximus. nec peto plus loco. quia non ſim liciter peto centum: ſed judicis arbitrio committo, ut æſti-met quanti mea, vel tua interſit Lugduni potius quam Monſpe-lii lvi, atque ita condemnationem augeat, vel minuat.

Nota ſecundo verba in jure modo ſignificare actum ſine effectu ut *ſupra de oblig. quæ ex. del. §. ſed & ſi credat: & infra de publ.* jud *§, item lex Cornelia, de ſicariis.* 5. modo actum cum effectu, ut *. quod quisque juris. l.* 1. *§. ultim.* modo poteſtatem, ut *ff. de* po *l. l.* 1. *§. ait præt.* 8. *& ff. de ſtatu. lib. l. Labeo.* 21. mo-do oluntatem, ut hic, *in verbo adimit. & infra eod. §. verſ,* *itur in verbo eripit, & verſ. præterea. in verbo tollit.* dici-tur nim adimere, vel eripere, vel tollere electionem adverſario is q tentat hoc facere, quamvis re ipſa non faciat. Excipitur ur noviſſimo, niſi ideo plus petitum ſit, ne defenſor civitatis ju reſſet, ſed præſes cognoſceret tunc enim revocato jure ve-te ctor cauſa cadit. *Novel.* 15. *cap.* 4.

Nota terrio diverſitatem locorum magis ſpectari in aliis quan-ti ous, ut vino, oleo, frumento, quam in pecunia nume-rat propterea quod jure Romano ſemper & ubique eadem eſſe de pecuniæ æſtimatio. *ff. de eo quod cert. loc. l. ideo.* 3. Plus cau, tractatur in verſ. *Huic autem.* Ubi dantur duo exempla. Pri um exemplum eſt ſtipulationis alternatæ. nam ſi quis pro-mi tit. Stichum aut Pamphilum, electionem habet utrum ſol t, & ſi actor unum ex iis petat, puta Stichum, dici-tur us cauſa petere; quoniam eligit utrum petat, cum electio i pſi, ſed debitori competat. Secundum exemplum in verſ.

Præ-

Præterea eſt obligatio generis. ſi quis enim hominem promiſerit ipſe eligit quem ſolvat: & ſi actor nominatim aliquem hominem, puta Stichum petierit, dicitur plus cauſa petere ; quia ſalſo electionem ſibi atrogat. *III.* In verſ. *Sed hæc*, exponit jus novum a Zenone & Juſtiniano conditum. Summa hujus iuris hæc eſt: Si quis plus tempore petat, contra eum duplicatur tempus induciarum. verbi cauſa, ſi petat ante quatuor menſes quam ſolvi debet : octo menſes expectare cogitur: & hoc tempore uſuræ non curruntitem hoc tempore elapſo, actor non audietur, niſi prius omnia damna, quæ adverſarius ob intempeſtivam petitionem paſſus eſt, ei reſarciat, *infra de except.* §. *pen.* & *C. de plus petit. l. 1. princ.* & *l. 2. in princ.* Si vero actor plus re, vel loco, vel cauſa petierit, & inde adverſarius damnum paſſus ſit, in triplum ei condemnatur, ut ſupr diximus in §. *tripli.* Hæc dicta ſint de pluris petitione. [Sed hodi ſi quis conveniatur ante diem vel conditionem exiſtentem, re absolvitur ab obſervatione judici cum expenſis illius inſtantiæ, i quas actor condemnatur, reſervato actori jure agendi tempo debito, & poſt conditionis eventum: ita ut tempus actori non du plicetur. *Rebuf. ad C. R. in proœm. nu. 13. Coler. de proceſ. exec. p. c. 3. nu. 16.* & *deciſ. 265. nu. 3.* Et plus tempore petitum, ſi ſolutu ſit non condicitur ſive repetitur. *arg. l. 10. ff. de cond. indeb.* atq pœnæ hæ, & tripli, plus petentium hodie obſoletæ ſunt. *Groenn C. de plus. pet.* Et plus petens loco, reus abſolvitur & ſolvit acto expenſas ejus inſtantiæ, Salvo ei jure conveniendi debitorem loc convento. Plus repetens, debitor, ut expenſas non ſolvat, parten debiti quam debet offerre debet, neque ſufficit ſi neget ſe debe quod petitur. *Rebuf. d. loc. Fab. C. lib. 3. tit. 9.* plus cauſa peter ad ſolum damnum tenetur : & quod reo abeſt ex ea petitione tamen actor in libello addiderit clauſulam, ſalvo jure ſuperflui extra periculum erit ſi plus petiit. *Jaſon, hic.*]

Minoris petitio.

a Quid ſi minus quis petat?

34. § a Si minus in intentione ſua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti ſi cum ei decem aur deberentur, quinque ſibi dare oportere intenderit, aut cum totus fundus ejus eſſet, partem dimidiam ſuam e petierit: ſine periculo agit: in reliquum eum nihilominus j dex adverſarium (eodem judicio ei condemnat) ex conſ tutione divæ memoriæ Zenonis.

Si vero minus petatur, quam debetur. Imp. in §. 34. *h. n.* oſten hoc actori non nocere, dummodo totum debitum probet: q judex nihilominus in totum debitum condemnabit. [ſi de re

quo debito tacuerit ignorans, illud alio judicio perſequi non impeditur. *l.* 13. *C. de furt. l.* 62. *ff. de re jud.* omittendo enim donare non videtur. *Zoeſ. hic. nu.* 76.

Nota falli Doct. qui putant opus eſſe emendatione libelli. male enim confundunt hanc ſpeciem cum ſpecie ſequentis §. in qua libellus emendatur. hoc autem caſu non eſſe neceſſariam emendationem, conſtat ex *d. l.* 1. *§ ult. C. de plus petit.* Sed excuſandi ſunt Doct. quorum ætate ea lex non extabat. [*v. notata inf. hoc. §. ad fin.* Hic igitur caſus excipitur ab ea regula, quod ſententia debeat eſſe conformis libello. Aliam exceptionem notavi ſupra ad §. *curat.*]

Petitio alîus pro alio.

35. § a Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet, ſed in eodem judicio, cognita veritate, errorem ſuum corrigere ei permittitur, veluti ſi is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit quod ex ſtipulatu debetur.

a Quid ſi aliud pro alio petitum ſit?

De alîus rei petitione, id eſt, cum aliud petitur quam quod debetur, tractat Imp. in §. 35. *h. n.* ubi docet, actorem, qui ita erraverit, poſſe corrigere ſuum libellum in eodem judicio. [& niſi hoc fecerit petitio ejus non bene procedet, *v. Guid. Pa. dec,* 358. *adde* ... *hic. in fin.*]

Nota primo vulgo falli, non admittentes hanc correctionem libelli poſt litem conteſtatam. etenim litis conteſtatio eſt principium judicii. nec poteſt dici judicium, niſi lis conteſtata ſit. *ff. ratam rem hab. l. amplius.* 15. quare ſi libellus in eodem judicio corrigitur, etiam poſt litem conteſtatam corrigitur. ergo etiam in ſubſtantialibus poteſt corrigi libellus poſt litem conteſtatam, ut in re petita, & in cauſâ petendi, ſicut ex hoc §. conſtat. Nec obſtat ea regula, quod ſententia debet eſſe conformis libello: quia hoc caſu eſt conformis libello jam correcto, non libello, prout ab initio fuit propoſitus.

Nota ſecundo, in praxi recte hoc obſervari, ut actor, qui ſuum libellum corrigit, impenſas eo uſque factas reſtituat parti adverſæ [ſi ante litem conteſtatam corrigere velit, lite enim plene conteſtata. nemini errorem ſuum corrigere licet niſi recedatur ab inſtantia, & refuſis expenſis, atque inpetrata ad hoc a ſuprema ſenatu reſtitutione in integrum. *Merul. prax. lib.* 4. *tit.* 37. *c.* 6. *nu.* 4. *Sand. lib.* 1. *tit.* 4. *Chriſtin. dec.* 103. *nu.* 3. *vol:* 2. vel etiam animo partis adverſæ conſenſu, ut noſtra eſt praxis. *vid. & Groenw. hic.*]

Actiones,

Actiones, quibus actores non conſequuntur ſolidum.

a Omnibuſne actionibus obtinetur ſolidum
b Da exemplum ex perſonæ debitoris qualitate aut rei?

36. § [a] Sunt præterea quædam actiones, quibus non ſemper ſolidum, quod nobis debetur perſequimur: ſed modo ſolidum perſequimur, modo minus. [b] ut ecce, (ſi in peculium filii ſervive) agamus. Nam ſi non minus in peculio ſit, quam perſequimur, in ſolidum dominus paterve condemnatur: ſi vero minus inveniatur, eatenus condemnat judex, quatenus in peculio ſit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus.

Septima & ultima actionum diviſio eſt, quod aliæ ſunt actiones in ſolidum, aliæ cum aliqua limitatione, per quam fit, ut actor non ſemper ſolidum conſequatur, ſed vel quatenus eſt in peculio, vel quatenus reus facere poteſt, vel in quantum facta aliqua retentione ſupereſt. Quia vero regulariter actiones ſunt in ſolidum, idcirco in contextu dantur tantummodo exempla actionum, quæ ſunt aliqua ratione limitatæ, proinde non ſemper ſolidum perſequuntur. Primum exemplum in § 36. *h. n.* eſt actio de peculio, quæ datur in patrem ex contractu filii, vel in dominum ex contractu ſervi: nec eſt propria ſpecies actionis, ſed qualitas a prætore actioni adjecta, ut expoſui ad §. *actiones. ſupra hoc tit.* [*ubi vide not.*]

De eadem re.

a Da aliud exemplum ex qualitate perſonæ?

37. § [a] Item ſi de dote in judicio mulier agat, placet eatenus, maritum condemnari debere, quatenus facere poſſit: id eſt, quatenus facultates ejus patiuntur. Itaque ſi dotis quantitati concurrant facultates ejus, in ſolidum damnatur: ſi minus, in tantum, quantum facere poteſt. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur.

b Da exemplum ex qualitate rei?

[b] Nam ob impenſas in res dotales factas, marito quaſi retentio conceſſa eſt: quia ipſo jure neceſſariis ſumptibus dos minuitur, ſicut ex latioribus. Digeſtorum libris cognoſcere licet.

Secundum exemplum in §. 37. *h. n.* eſt actio, qua dotem ſoluto matrimonio mulier repetit, quæ quidem eſt actio ex ſtipulatu. *C. de rei uxor. act. l. un.* & eſt bonæ fidei. *ſupra hoc tit. §. fuerat.* 29. ubi plura de hac actione dicta fuerunt. Hoc autem loco duæ hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

hujus actionis limitationes proponuntur. I. Limitatio eſt quia maritus ad reſtituendam dotem ſoluto matrimonio eatens tenetur quatenus facere poteſt.

Not. primo, hoc privilegium concedi marito, ut mulieri non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, condemnetur, non ſolum in actione de dote, ſed etiam in aliis actionibus ex quovis contractu deſcendentibus. *ff. de re jud. l. non tantum*, 20.

Not. ſecundo, idem previlegium dari defenſori mariti. *D. ſolut. matrim. l. alia.* 14. nec non filio communi; *ff. eod. l. etiam filio* 18. non tamen dari heredi extraneo, quia eſt beneficium perſonale. *ff. eod. l. maritum.* 12. *& ll. ſeqq.*

Not. tertio, cum dicimus maritum eatenus teneri, quatenus facere poteſt, hoc ſic accipi debere, ut teneatur deducto, ne egeat. *ff. de di. reg. jur. l. in condemnatione.* 173. non etiam deducto ære alieno. *ff. ſolut. matrim. l. maritus facere.* 54. [In Gallia autem hoc marita privilegium non obtinet. *Rebuf. ad C. R. in præm. gl.* 5. *nu.* 91 Secus vero eſt noſtris moribus: *Zyp. Notit. de jur. dot. in fin. Groen. hic.* quod tamen fallit 18. modis. *ut refert. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. o. quart. qu. pr.* Idem de ſocero, ſi manente matrimonio dos ab eo petatur, *per l.* 1. *quod quisque jur. in ali.* Sed fallit ſi ſocer ſpe futuræ dotis fefellit generum. *Tulden. hic c.* 16. *per. l.* 8 *ſolut. r. dot.* doloſis enim & decipientibus hoc beneficium non competit, neque ex delicto condemnatis: neque ex actione in rem. *l.* 5 *de re judic.* neque iis qui debitum negarunt: vel huic beneficio renunciarunt: *Maran. p.* 4. *d.* 9. *nu.* 100. *& ſeqq.* neque reo competit ſi actor pari egeſtate laboret. *Tuld. d. c.* 19. *per l. Præſes. ff. de ſervit.*]

Not. quarto, tempore rei judicitæ ſpectari, an maritus ſit ſolvendo. *ſoluto matrimon. l. rei judicatæ* 15. II. Limitatio eſt in *præter*. quia ſi maritus in res dotales neceſſarios ſumptus fecerit, ſumptus dotem minuunt. *ff. de impenſ. in rem dotal. fact. l. in neceſſariis* 2. *l. Quod dicitur.* 5. *in princ.* & retentionem dotis marito tribuunt. ut *hic. & C. de rei uxo. act. l. unic §. taceat verſ. sed nec ob impenſas.* Alia eſt ratio ſumptuum utilium, ad quos recuperandos tantum datur marito actio mandati, vel negotiorum geſtorum & ſumptuum voluptariorum, quorum nomine maritus nullam habet actionem, ſed tantummodo poteſt detrahere, quod appoſuit, ſi id ſine detrimento rerum dotalium poſſit. *d. l. unic. §. taceat. verſic. ſed nec ob impenſas.*

De eadem re.

38 §. Sed & ſi quis cum parente ſuo patronove agat: a item, ſi ſocius cum ſocio, judicio ſocietatis agat, non plus a Da alia exempla ex qualitate perſonarum?

actor

actor conſequitur, quam adverſarius ejus facere poteſt Idem eſt ſi quis ex donatione ſua conveniatur.

Tertium exemplum in §. 38. *h. n.* eſt actio mota a filio contr parentem, vel a liberto contra patronum. nam parentibus & pa tronis non minus quam marito tribuitur hoc privilegium, ut no condemnentur, niſi in quantum facere poſſunt. [*l. 16. ff. de re jud & ibi Groenw.* idemque in liberis cum a parentibus conveniuntu obtinet. *Perez. hic.*] Quartum exemplum in verſ. *item ſi ſoci*u eſt actio reddita inter ſocios.

Nota *I.* non ſolum ſocium condemnari in quantum facere p teſt, ſed etiam defenſorem ſocii: ei vero, qui pro ſocio fidejuſſ hoc previlegium denegari, *ff. pro ſoc. l. verum. 63. §. 1.* [Idem milite etiam hodie. *l. 6. & ibi Groenw. de re jud.* & ſacerdo *Covar. 2. var. reſ. 1. nu. 4. Diſſ. Tuld d. c. 19.*]

Nota *II.* ſocium teneri in quantum facere poteſt, non deduc ære alieno, niſi ex cauſa ſocietatis conveniatur. *d. l. verum. 6 id quod.*

Nota *III.* excipi quoſdam caſus, quibus ſocius ſocio in ſolid condemnatur. Primus caſus eſt, ſi ſit ſocius particularis, [*I Bronck. 2. aſſ. 51.*] non omnium bonorum ſocius, & ex alia ca quam ſocietatis conveniatur: idcirco Imp. in contextu loquen ſocio particulari, recte ait, *judicio ſocietatis agat.* vide *l. ſunt 16. ff. de re jud. & d. l. verum. in princ.* Secundus caſus eſt, c ſocius ex ſuo dolo convenitur. *d. l. verum. §. hoc quoque, & l. mo. 68. §. 1. ff. pro ſocio.* Tertius caſus eſt, cum negavit ſe eſſe cium. *D. eod. l. ſi unus. 67. § ult.* [Verum noſtris moribus ſoci ſolidum tenentur. *Groenw. hic.* de fratre. *v. I. C. Bat. conſ. 49.* *Tulden. d. c. 19.*] Quintum exemplum eſt in verſ. *idem eſt,* c donator ex ſua donatione convenitur: quoniam donator donatam tradere cogitur. *ſupra de donat. §. aliæ. verſic. & ad emplum.*

Nota *I.* hanc actionem, qua donator convenitur, eſſe condicti nem ex lege. *C. de donat. l. ſi quis argentum. 35. §. ſin auten Novell. 63. cap. 1.*

Nota *II.* magis faveri donatori, quam aliis; quia ſolus dona deducit æs alienum. *D. de re jud. l. inter 19. §. 1.* [& ita obtin *v. Groenw. hic. I. C. Bat. conſ. 269. par. 1.*]

Compenſatio.

a Daaliud exemplum ex re?

39. § a Compenſationes quoque oppoſitæ, plerum officiunt, ut minus quiſque conſequatur, quam ei deb tur. Nam ex bono & æquo, habita ratione ejus, q ir

[illegible]em actorem ex eadem cauſa præſtare oportet, po-[illegible] judex in reliquum eum, cum quo actum eſt condem-[illegible], ſicuti jam dictum eſt.

[illegible]um exemplum *in §. pen.* eſt actio, cui opponitur compen-[illegible] nam compenſatio ipſo jure obligationem minuit, & cui [illegible]ue actioni opponi poteſt, ut fuit expoſitum. *in §. in bonæ* [illegible] *ſup. h. t.*

[illegible]ta *I.* dum dicitur in contextu, compenſatoines plerumque [illegible]e ut actor minus conſequatur, Imper. ea particula *plerumque* [illegible]re, contrarium interdum evenire; non quia compenſatio ali-[illegible]o hunc effectum non pariat, ſed quia interdum compenſa-[illegible]ocus non eſt, ut in judicio depoſiti, & quibuſdam aliis caſi-[illegible]pra notatis. *in d. §. in bonæ fidei* 30. [ut depoſiti, vectigalium, [illegible]orum &c. *l. 3. l. ult. C. de compenſ.*]

[illegible]a *II.* actorem propter compenſationem minus conſequitur [illegible]ei debetur, i. e. minus quam ei deberetur ſi obligatio per com-[illegible]onem non minueretur. cæterum per compenſationem mi-[illegible] ipſo jure. *dict. §. in bonæ fidei* 30. ergo actor conſequitur [illegible]id ſibi debetur, id eſt quod compenſatione facta manet in [illegible]tione.

[illegible]ta *III.* quod Imp. ait, compenſationem fieri, cum ex eadem [illegible] hinc inde debetur, accipi debere tamquam exempli gratia [illegible]itum: quia certi juris eſt, compenſationi locum eſſe, etiam [illegible] diverſis debetur: veluti ſi tibi debeam decem ex teſtamento, [illegible]ihi debeas ſeptem ex ſtipulatione. [*adde not. ſup. d. §.* 30.]

Ceſſio bonorum.

[illegible] § [a] Cum eo quoque qui creditoribus ſuis bonis ceſ- a Da exemplum ex re.
[illegible] poſtea aliquid acquiſierit, quod idoneum emolu-[illegible]m habeat, ex integro in id, quod facere poteſt, cre-[illegible]s experiuntur. inhumanum enim erat ſpoliatum [illegible]is in ſuis ſolidum damnari.

[illegible]mun exemplum eſt *in § ult.* cum is convenitur, qui bo-[illegible]it, [quia ad inopiam fortunæ vitio, ut belli, incendii, nau-[illegible] aliave calamitate redactus fuit. *Tuld. d. c.* 19. quod benefi-[illegible] Principe impetrari, & judicio moribus comprobari debet] [illegible]ceſſionem aliquid non modicum acquiſivit, vide *l. Qui bo-* [illegible] *& ſeq.*

[illegible] I. ceſſione bonorum debitorem non liberari, ſed actio-[illegible]tiſper differri, donec incipiat poſſe ſolvere. [ubi tamen [illegible] cum quadam actus ignominioſi ſolemnitate plene debi-[illegible]iberari volunt, *vid. Groenew. in l. 6. ff. de ceſſ. bon. Brun. de* [illegible]*. qu. 3. pr. nu. 7. Guid. Pa. dec.* 343.]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota *II.* non ſufficere quamcumque acquiſitionem, ut is qui bonis ceſſit, poſſit conveniri, ſed opus eſſe, ut aliquid idoneum, id eſt, non modicum emolumentum acquiſierit.

AXIOMATA.

1. *Obligatio perſonalem actionem parit.* § 1. *conjun.* l. licet §. ea obligatio. ff. de procurat.
2. *Qui non eſt obligatus, ſi de re aliqua controverſiam patiatur, actione in rem convenitur.* d. §. 1.
3. *Actio negatoria non habet locum in rebus corporalibus.* § 2.
4. *Vindicatio datur etiam poſſidenti ſi agatur de re incorporali, id eſt, de ſervitute, aut rei libertate, ſecus eſt, ſi agatur de corpore.* d. §. 2. *conj.* §. reſtituere. infr. de interdict.
5. *Rei vindicatio introducta eſt, ut quis dominium ſuum vindicet.* §. 4.
6. *Æquitas ſtricto juri præfertur.* d. §. 4: *conj.* l. placuit, 8. C. de jud
7. *Ubi eſt eadem ratio. debet eſſe idem jus* §. 5 *conjun.* §. eadem infra quod cum eo. & l. illud, 32. ff. ad legem Aquil.
8. *Stipulatio civilem actionem parit* § 6.
9. *Ex contractu filii vel ſervi pater vel dominus non tenetur jur civili, ſed jure pretorio, quatenus eſt in peculio* §. 10.
10. *Religioni jurisjurandi ſtandum eſt* §. 11. *conjun.* l. quod ſi deferente. 21. ff. de dolo.
11. *Præjudiciales actiones in rem eſſe videntur.* §. 1. 3.
12. *Nemo poteſt rem ſuam condicere, niſi furi.* §. 14. *conj.* l. ult. in ſi. ff. uſufr. quemadm. cav.
13. *Quod meum ſemel eſt factum amplius meum fieri nequit.* § 14. *h.*
14. *Nulla opus eſt denunciatione cum actio reſtituenda eſt.* §. 15. in fin h.
15. *Omnes in rem actiones ſunt rei perſecutoriæ.* §. 17.
16. *Omnes actiones ex contractibus ſunt rei perſecutoriæ, excepta actione depoſiti, quæ mixta eſt, cum tumultus, incendii, ruinæ naufragii cauſa depoſitum fuit.* d. §. 17.
17. *Actiones ex delictis partim ſunt pœnales partim mixtæ. paucæ ſunt rei perſecutoriæ, ut condictio furtiva* §. 18. & ſupr. h. t §. ſi citaque. & ſupr. de oblig. quæ ex delict. §. ult.
18. *Actio legis Aquiliæ & actio ex teſtamento, qua petitur legatum loco pio relictum; & actio depoſiti, cum tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſa depoſitum fuit, inſiciatione duplicantur.* §. 19. & §. 26.
19. *Nulla actio eſt ultra quadruplum.* §. 21.
20. *Mulier ad dotem repetendam habet privilegium tacitæ ſtipulationis, quæ bonæ fidei eſt, tacitæ hypothecæ, & prælationi* §. 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

…ejun. l.unic. in princ.§.1.& §.2.D. de rei uxor. actio & l.
…u C. qui potio.in pign.hab.

21. …onæ fidei judiciis libera poteſtas permittitur judici ex bono
& æquo æſtimandi quantum actori reſtitui debeat.§.30.

22. Co…penſatio ipſo jure omnem obligationem minuit. d. §. 19.
co…un. l. 4. l. ſi ambo. 10. in princ. ff. de compenſ, & l. ult.
in …inc.C.eod.

23. …o liquidi ad liquidum non fit compenſatio.d.§.30.

24. …dicio depoſiti non admittitur compenſatio. d. §. 30. con-
ju… d.l.ult.§.1.C.de compenſ.& l.pen C.depoſ.

25. In …diciis arbitrariis permittitur judici ex bono & æquo ſe-
c…um rei qua de agitur, naturam, æſtimare quemadmodum
…i ſatisfieri oporteat.§.31.

26. Sen…ntia debet eſſe certa.§.32.

Leg…a per legem Falcidiam ipſo jure minuuntur.§.33.conjun.
l.p…C.ad leg.Falcid.

Qui …rdius ſolvit. minus ſolvere intelligitur, d.§.33.verſ.plus
aute…n.conjun.§. fidejuſſores ſup.de fidejuſſor.

Qui …æmature petit, plus petere videtur.dict verſ.plus autem,
con…n.d.§.fidejuſſores.

…erum æſtimationes diverſis locis diverſæ ſunt.eod.§.

…ecu…ia numerata non in omnibus regionibus ſub eiſdem uſuris
…atur.eodem.§,

…ligatione alternata electio eſt debitoris quid malit ſol-
vere …ict.verſ.plus autem.conj.l.2.§,Scævola, ff. de eo quod
ce… …c. & l. plerumque. 10. § ult, ff. de jur. dot. & l. ſi in
empt…one. 34. §. pen. ff. de contrah. empt. & l. ult. §. 1. ff.
… …b. obl. & ex. de plus petit. cap. unic. & lib. 6. de reg:
… …;.70.

…o…gatione generis electio eſt debitoris quam ſpeciem ſol-
…. verſ.plus autem. conjun.l.cum is, 32. §. ult.ff.de con-
dict…d.

Jud… …eum condemnare debet, non in quantum actor petit ſed
in qu…tum probavit ſibi deberi, etiamſi plus probaverit, quam
…t.§.34.

…oteſt in eodem judicio libellum ſuum corrigere.§.35.

…itur in quantum facere poſſunt, maritus. §.37.parens.
…s, & actione pro.ſocio, vel ex donatione ſua conven-
… §.38. conjunc. l. ſunt qui, 16. cum 9. legib. ſeqq. ff.
… …dic.

…iis ſumptibus dos minuitur, d. §.37. conjun.l.5. ff. de
… in res dotal. fact. & l. un. §.taceat, verſ. ſed noc ob
… …s, C.de rei uxor act.

38. *Inhumanum eſt.ſpoliatum fortunis ſuis, in ſolidum damnar* §. ult.

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

TITULUS VII.

SUperiori titulo generaliter dictum fuit de actionibus: jam ſpe-
cialiter agitur de his actionibus, quibus convenimur ex pe-
na eorum, qui ſunt in noſtra poteſtate. Quemadmodum aun
cum ex noſtra perſona convenimur; vel agitur ex noſtro cora-
ctu, vel ex noſtro delicto: ita etiam cum ex perſona ſilii vel ſi
convenimur, aut actio illa eſt ex contractu, aut ex delicto. Ex
contractu ſunt hæ actiones, quod juſſu, exercitoria, inſtitoria, tri-
butoria, de peculio, & de in rem verſo quæ hoc titulo declarantur
Ex delicto autem ſunt actiones noxales, de quibus eſt *tit. ſeq.*

Nota igitur *I*, actiones hujus tituli eſſe ex contractu. Appa-
tione autem contractus intelligo etiam quaſi contractus: vel ſi
filius vel ſervus alienus negotia mea geſſerit.

Nota *II*. has actiones opponi actioni directæ, nam directa ...
eſt, qua quis ex ſua perſona convenitur.

Nota *III*. has actiones eſſe in duplici differentia. quædam e-
nim contra nos dantur tantum ex contractu filiorum, vel ſo-
rum noſtrorum, ut actiones, de peculio, de in rem ver-
ſo, quod juſſu, & tributoria; quædam vero competunt etiam ex
contractibus liberarum perſonarum, aut alienorum ſervorum,
quos ſcilicet navi aut negotiationi præfecimus, ut exercitoria &
inſtitoria.

Nota IV. omnes has actiones eſſe prætorias. Hujus tituli a-
que ſunt partes.

Cur hic tractatur de actionibus, quæ dantur ex contractu filiiſ. aut ſervi contra patrem vel dominum? b Cur de ſervis tantum ſit mentio?

Ratio continuationis hujus tituli & cur de ſervis tant. hic dicatur.

QUia tamen ſuperius mentionem habuimus
le actione qua in peculium filiorum ...
liarum ſervorumque agitur, opus eſt, de
hac actione & de cæteris, quæ eorum
nomine in parentes dominoſve dari ſ...
diligentius admoneamus. b Et quia, ſive cum ſervi...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tium geſtum ſit, ſive cum iis qui in poteſtate parentum ſunt eadem fere jura ſervantur: ne verboſa fiat diſputatio, erigamus ſermonem in perſonam ſervi, dominique, idem intellecturi de liberis quoque & parentibus quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his proprie ſervetur, ſeparatim oſtendemus.

Prima pars, quæ primis hujus tituli verbis continetur, hunc titulum cum ſuperiori connectit: id enim diligentius exponendum proponit, quod ſuperius attigit *in §. actiones. 10. & §. ſunt præterea 3 ſupra tit prox.*

Secunda pars in verſ. *Et quia*, declarat methodum hujus tituli. quod enim ſpecialiter dicetur de ſervis intelligendum eſt habere locum etiam in filiisfamiliarum. præter id, quod nominatim excipietur *in §. pen. h.*

Tertia pars explicat dictas actiones, quod juſſu, exercitoriam, & ſequenus ex ſervorum competunt.

Actio quod juſſu.

1. § Si igitur juſſu domini cum ſervo negotium geſtum erit, in ſolidum prætor adverſus dominum actionem pollicetur: ſcilicet quia is, qui ita contrahit fidem domini ſequi videtur, a In quid actio quod juſſu competit & quæ eſt ratio, quod detur in ſolidum?

De actione quod juſſu tractatur *in §. 1. h. n.* in quo quatuor de hac actione habentur.

I. Docet Imper. quæ ſit cauſa hujus actionis, nempe negotium cum ſervo alieno geſtum juſſu domini. Loquitur de negotio geſto & complectatur tam quaſi contractus, quam veros contractus. Rurſus loquitur de ſervo, & domino, quamvis idem obtineat in filiofamilias & patre, ut ſervet methodum nuperrime propoſitam.

Noto primo, hanc actionem vocari *quod juſſu*, a primis verbis edicti prætorii.

Noto ſecundo, hunc juſſum referri ad ſervum, non ad eum qui cum ſervo contrahit.

Noto tertio, juſſum referri ad eas perſonas quæ ſunt in noſtra poteſtate, mandatum vero ad eas perſonas quæ extra poteſtatem noſtram ſunt.

II. Docet in quantum hæc actio a prætore detur: & inquit eſſe in ſolidum, Intellige in ſolidum non omnino & ſimpliciter, ſed quatenus pater, vel dominus juſſit. *ff. de pecul. l. 1. princip. &. § 1.* expreſſe, vel tacite, ut ſi chyrographo filii vel ſervi ſubſcripſit, vel ſignum habuit. *Tulden. hic c. 4. l. 1. §. 34. quod juſſ.*]

III. Docet, contra quem hæc actio detur: & ait dari adverſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

dominum.ſupple,vel patrem ejus, qui contraxit.

IV. Docet,cui detur,& quamobrem detur in ſolidum : & quit dari ei, qui cum ſervo alieno contraxit; quia non tam ipſ ſervi,quam domini,qui ſervum contrahere juſſit, fidem ſecuſ videtur.Similiter qui cum filiofamilias, patre ejus jubente,conhit, fidem patris ſequi videtur. Hæc dicta ſint de actione quæ juſſu.

Actio exercitoria, inſtitoria,

a Quæ eſt actio exercitoria?

b Quare dicitur exercitoria?

c Quæ eſt actio inſtitoria?

d Quare appellatur inſtitoria

e Competuntne exercitoria & inſtitoria tantum ex contractu ſervorum?

2. § [a] Eadem ratione prætor duas alias in ſolidum actines pollicetur : quarum altera exercitoria, altera inſtitia appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis ſrvum ſuum magiſtrum navi præpoſuerit, & quid cumo ejus rei gratia, cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appllatur, ad quem quotidianus navis quæſtus pertinet. [c] Inſtoria tunc locum habet, cum quis tabernæ forte, aut clibet negotiationi ſervum ſuum præpoſuerit, & quid im eo ejus rei cauſa, cui præpoſitus erit, contractum fue. Ideo autem inſtitoria appellatur, quia qui negotiatior præponuntur, inſtitores vocantur. [e] Iſtas tamen duaſtiones prætor reddit, & ſi liberum quis hominem, ut alienum ſervum navi, aut taberna, aut cuilibet negotioni præpoſuerit: ſcilicet, quia eadem æquitatis ratiam eo caſu interveniat.

Actio autem exercitoria,&actio inſtitoria,quia inter ſe ſunt:ſimul declarantur in §.2.*h.n.*Primo Imp.docet,has actes eſſe prætorias, & in ſolidum. Secundo ſpecialiter loquitur actione exercitoria: de qua duo docet. Unum eſt in verſic.*Exitoria*,qua ex cauſa hæc actio detur. Alterum eſt in verſ. *Ide* vocetur exercitoria.

Nota igitur.I.hanc actionem ex contractu magiſtri navi contra exercitorem,qui magiſtrum navi præpoſuit.

Nota *II.* Exercitorem dici, ad quem quotidianus quæſtus navis pertinet:ſive ſit dominus navis,ſive eam conduxerit.*ff.de exercit.actio l.*1.§.*exercitorem.*15.

Nota *III.*magiſtrum navis appellari eum,cui totius navis incumbit. *d.l.*1.§.1.

Nota *IV.*magiſtrum,qui ab exercitore navi præpoſitus eſt ſe alium magiſtrum preponere:adeo ut magiſter vel ab exercitore,vel a magiſtro quem exercitor conſtituit,navi præficiatur.

§. *agiſtrum.* 5. [& exercitor ex contractu ſubſtituti quoque te-
neur,etſi expreſſe id vetuit.*d.l.*1.§ 3 Quin & ex pluribus exer-
citibus in ſolidum unus tenetur, cujus fidem ſecutus eſt contra-
he. *per d.l.*1.*§.ult.& l*,2.*l*.41.§.1.*de R.V.l.*41.*de acq.poſſ.l.*186
de .1.*Perez. hic.* Sed noſtris moribus ne quidem univerſi exer-
cites in ſolidum tenentur, ſed tantum ad æſtimationem navis
& rum quæ in navi ſunt, & liberantur præſtando id totum
qu in ſocietate habent.*Coren.obſ.*40.*verſ.*de gedaaghdens·*Grot*
lib .*p.*1.*nu.*39.*Groenw.hic.v.Pek.ff.de Exer.act.Wameſ.*2.*conſ.*
87 8.89.*&* 90.]

ota *V.* non eſſe locum huic actioni, niſi cum magiſtro ejus
rei ratia cui præpoſitus eſt,contrahatur.

ota *VI.* hanc actionem denominari ab eo qui præpoſuit:
quamvis *inſtitoria*, ut mox dicetur,ab eo denominetur,qui pre-
poſitus eſt. Tertio de actione inſtitoria ſimiliter duo declarat.U-
num eſt in verſ. *Inſtitoria.* qua ex cauſa detur. Alterum eſt in
verſ. *deo.*cur inſtitoria appelletur.

ta Igitur.*I.* inſtitoriam dari ex contractu inſtitoris, contra
eum qui inſtitorẽ tabernę vel cuivis negotiationi præpoſuit:dum-
modo tanquam inſtitor contraxerit,id eſt,ejus rei cauſâ, cui præ-
poſitus eſt.[*l.*1.§.7.12.*de inſtit. act.* quod creditor probare tene-
tur & quod idoneo loco in uſum commiſſi negocii nec ultra pe-
cuniam dedit.*Tuld.hic.c.*1.*Sich.in rub.C.eod.nu.*12.*l, ult. ff. de e-
xerc.* & præponentes plures,tenentur ſinguli in ſolidum:niſi cum
inter illos qui inſtitorem præpoſuerunt, non poſſit agi pro ſocio
vel communi dividundo: tunc enim quisque pro parte conveniri
debet *l.*14.*eod. Tuld.hic.c.*2 Inſtitor tamẽ alium ſubſtituere non
poteſt ut magiſter navis.*l.*1.*in pr.* & §. 5. *de exercit. Perez. hic.
Wameſ.d.loc.* & *Pek.* Neque inſtitor depoſito ſeu finito offi-
cio conveniri poteſt ex contractu tempore præpoſitionis celebra-
to. *Bart.& Dd.in l.ult. de Inſt. act. Heig.hic nu.*16.*Coſtal.in l.*1.
§.17 *de exerc.act.Coler.dec.*248.*nu.*1.*vid.l.*11.*pr:& l.*13.§.3.*de
inſtit. act.*]

Nota *II.* inſtitores appellari eos, qui negotiationibus præpo-
nuntur, eo quod negotiis gerendis inſtant. *ff. de inſtitor.act.l.In-
ſtitor.* Quarto in verſicul. *Iſtas*, producit has actiones ad con-
tractus factos a magiſtris, vel inſtitoribus,qui ſunt homines libe-
ri aut ſervi alieni, ſupra namque fingebat magiſtrum eſſe ſer-
vum exercitoris,& inſtitorem eſſe ſervum ejus a quo tabernæ vel
negotiationi præpoſitus fuit.

Actio tributoria.

[a] Introduxit & aliam actionem prætor quæ tribu- [a] Quæ eſt tributoria?
toria

toria vocatur. Namque ſi ſervus in peculiari merce ſcien te domino negotietur, & quid cum eo ejus rei cauſa con tractum erit: ita prætor jus dicit, ut quicquid in his mer cibus erit quodque inde receptum erit, id inter domi num, ſi quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro rat portione diſtribuatur, & ideo tributoria vocatur, quia ipſ domino diſtributionem prætor permittit. Nam & quis ex creditoribus quæratur, quo minus ei tributum ſit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ tributo ria appellatur.

De actione tributoria loquitur Imp. in §. 3. *h. n.* Ex quo,

Nota *I*, hanc actionem, ut & alias, quæ ex contractibus fili rum familias vel ſervorum competunt, eſſe prætoriam.

Nota *II*. hanc actionem, vocari tributoriam a tribuendo, eſt, diſtribuendo: quia merx peculiaris, id eſt, ea pars peculii, qua ſervus negotiatur, inter dominum, & alios ſervi credito diſtribuitur pro rata portione; ita ut non ſit præcipua conditio mini, ut in actione de peculio, ſed cæteris creditoribus exæquet. [Si ſervus plures negotiationes vel unus duas tabernas exercuit: ſeparatos habet creditores, ſeparatim in tributum vocantur, ita contrahentes in una ſtatione ſive negociatione in rebus ibi exiſt tibus præferantur aliis. *l.* 5. §. 15. 16 *ff. de trib. act.* quia merci gis quam perſonæ ſervi crediſſe videntur. *d. loc.* ideoque ſe eſſe in libero homine negotiante cenſet. *Groenw. dict. l.* 5. & ita riam Holl. judicaſſe refert. *Diſſ. Stracch. de decoct. c. ult. nu.* 2 *& ſeqq. & Coſt. & Auct. d. l.* 5. quod Antverpiæ receptum. *Con Antv. tit.* 52. *art.* 4.]

Nota *III*. in hanc actionem non venire totum peculium ſi ſervus in toto peculio negotietur. id enim tantum venit, quo negotiatur: quamvis in actione de peculio totum peculi veniat.

Nota *IV*. in contextu requiri, ut ſervus ſciente domino ne tietur. ubi ſubaudiendum, & non contradicente. dominus et ſciens ſervum negotiari niſi contradicat, conſentire videtur. *ff tribut. act. l.* 1. §. *ſcientiam.* 3.

Nota *V*. quod dicitur ſervum debere domino, accipiendum de naturali, non de civili obligatione. nam ſervus nemini oblig civiliter: filius autem familias parenti, in cujus poteſtate eſt, tum naturaliter, aliis civiliter obligatur.

Nota *VI*. diſtributionem mercis peculiaris permitti ipſi do no. ſed ſi ejus diſtributio ſit iniqua: quia minus aliis creditori

qu

quar ſibi tribuat; per hanc actionem corrigitur. dicitur autem mini tribuere etiam is, qui non tribuit. *ff. tit. eod. l. illud* §, 7. *ſi cuju*..

Na *VII.* dominum non cogi diſtribuere mercem peculiarem ſed poſſe, ſi velit, *d. l. illud.* 7. §. 1.

Actio de peculio & de in rem verſo.

4 [a] Præterea introducta eſt actio de peculio, deq; eo, quo in rem domini verſum erit: ut quamvis ſine voluntate domini negotium geſtum erit: tamen ſive quid in rem ejus verſum fuerit, id totum præſtare debeat: ſive quid non ſit in rem ejus verſum, id eatenus, præſtare debeat, quatenus peculium patitur. [b] In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſario in rem ejus impenderit ſervus, veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus ejus ſolverit, aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem neceſſariam mercatus erit. Itaque ſi ex decem puta aureis, quos ſervus tuus a Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos ſolverit, reliquos vero quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinque quidem in ſolidum damnari debet, pro cæteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint, totos decem aureos Titium conſequi poſſe. Licet enim una actio ſit qua de peculio, deque eo quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. [c] Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante inſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit: nec aliter ad peculii æſtimationem tranſit, quam aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum. [d] Cum autem quæritur, quantum in peculio ſit, ante deducitur, quidquid ſervus domino, eive qui in poteſtate ejus ſit, debet: et quod ſupereſt, id ſolum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet ſervus, qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio; veluti ſi is in ipſius peculio ſit: quod eo pertinet, ut ſi quid vicario ſuo ſervus debeat, id ex peculio ejus non deducatur.

[a] Suntne & actiones de peculio & de in rem verſo?

[b] Quando quid in rem domini verſum eſſe dicitur?

[c] Quid debet judex diſpicere in hiſce actionibus?

[d] Quomodo inveſtigatur quantitas peculii?

Actionem de peculio & de in rem verſo, declarat Im. in §, 4. *h. n.*

Nota, actionem de in rem verſo interdum eſſe partem actionis de peculio, ut *in hoc.* §, interdum eſſe ſeparatam ab actione de pe-

culio, videlicet cum actio de peculio finita eſt: quia poſt man miſſionem ſervi, aut emancipationem filii familias, aut eoru mortem actio de peculio eſt annalis, *ff. quando act. de pecul. ann.* *l.* 1. actio de in rem verſo eſt perpetua, *ff. de in rem verſo l.* 1. *§.* ergo poſt annum agitur de in rem verſo, non de peculio: proir de actio de in rem verſo, eſt ſeparata ab actione pe peculio. ſe cum de peculio actio competit, tunc actio de in rem verſo ab e non ſeparatur, ut mox exponam: hic enim eſt caſus, qui in ho §. conſideratur. Primo Juſtin. docet, qua ex cauſa agatur de in re verſo, & de peculio. Secundo in verſ. *In rem.* docet, quomo accipiatur in rem verſum: & dat exempla, in quibus ſervus nece ſarias impenſas pro domino fecit. ſed idem dicendum, ſi ſint ir penſæ utiles. *ff. de in rem verſo. l. Si res.* 5. *§. quod ſervus,* 2. Obi nota, quod Juſt. ait, dominum hac actione in ſolidum damna hoc enim non eſt omnimodo verum, ſed ſecundum quid, id e quatenus in rem verſum eſt, unde. *in l.* 1 *in princ ff. de pecul.* h actio diſtinguitur ab actionibus in ſolidum competentibus, exercitoria & inſtitoria. Tertio in verſicul. *Licet*, oſtendit una eſſe actionem de peculio, & de in rem verſo, habentem duas co demnationes. [ſcilicet quando actioni de peculio, ea de in re verſo adjicitur: Altera enim ſeorſim, & ſimpliciter intentata, n datur ad alteram ex eadem cauſa regreſſus. *Vinn. hic arg. l.* 9. 1. *de trib. act. & §. ſeq. hic. notat.*] quia primo judex dom num condemnat quatenus in rem ejus verſum eſt: deinde ſi pl debeatur actori, in reſiduum condemnat peculio tenus. Not ideo eſſe unam actionem, id eſt, actionem de in rem verſo, eſ partem actionis de peculio, quia in rem verſum eſt pars peculi quod enim ſervus in rem domini vertit, dominum ſervo natur liter obligat: & quemadmodum quod ſervus debet domino, p culium minuit. *infra hoc §. verſ. cum autem.* ita quod domin debet ſervo, peculium auget. *ff. de pec. l. Quam Tuberonis* 17. *pen.*

Quarto in verſ. *Cum autem,* docet, quomodo peculium intell gatur, & oſtendit peculium minui eo, quod ſervus debet domin vel ejus filio, vel conſervo. Excipit tamen niſi ſervus ordinarius de beat ſervo ſuo vicario: quia cum vicarius ſit in peculio ordinarii, u notatum fuit. *in § ſi quis ancillæ: ſupra de legat.* certe quod ſervu ordinarius vicario debet, in peculio ordinarii manet. Contra quo ſervo dominus vel conſervus debet, peculium auget. *ff. de pecul. Quam Tuberonis* 7. *§. pen. & ult.* Quæ de domino & ſervo dicu tur, eadem obtinere in patre & filio didicimus ex. *verſ. & qu ſupra h. tit.* ſuis in ſolidum damnari. *§. ult.*

Concu

Concurſus actionum præcedentium.

§ [a] Cæterum dubium non eſt, quin is quoque, qui ... domini contraxerit, cuique inſtitoria vel exercito-...ctio competit, de peculio, deque eo, quod in rem ...ni verſum eſt, agere poſſit: Sed erit ſtultiſſimus, ſi ...a actione, qua facillime ſolidum ex contractu con-... poſſit: ſe ad difficultatem perducat probandi in rem ...ni verſum eſſe, vel habere ſervum peculium, & tan-... habere, ut ſolidum ſibi ſolvi poſſit. Is quoque, cui ...oria actio competit, æque de peculio, & de in rem ... agere poteſt. Sed ſane huic modo tributoria expe-...ere, modo de peculio, & de in rem verſo. Tribu-... ideo expedit agere: quia in ea domini conditio præ-... non eſt, id eſt, quod domino debetur non deduci-... ſed ejuſdem juris eſt dominus, cujus & cæteri cre-...es: at in actione de peculio ante deducitur, quod ...no debetur: & in id, quod reliquum eſt, creditori ...nus condemnatur. Rurſus de peculio ideo expe-... ere, quod in hac actione totius peculii ratio habe-... at in tributoria, ejus tantum, quo negotiatur. Et ... quiſque tertia forte parte peculii, aut quarta, vel ... minima negotiari: majorem autem partem in præ-... el mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ...expedit, ita quiſque vel hanc actionem, vel illam ...e debet. Certe qui poteſt probare in rem domini ver-...ſſe: de in rem verſo agere debet.

[a] Cum concurrunt actiones variæ prætendentes, quid agendum eſt?

... expoſitis, Imp. in § 5. *h. n.* conſiderat duos dictarum actio-...oncurſus: [electivos ſcil. non cumulativos,] quia cum plu-... ones concurrunt, actor eligere debet actionem quam mo-...ılt. Sic una electa aliæ conſumuntur. *l*, 9. §. 1. *de trib. act.* ... *ult. h. tit.*] Primus concurſus eſt actionis de peculio & ...em verſo, cum actione quod juſſu, vel inſtitoria, vel ...oria. Imp. oſtendit, commodius eſſe actori, ſi aliqua ex ...us actionibus utatur, quam ſi agat de peculio vel de in rem ... Secundus concurſus in verſ. *is quoque*, eſt actionis de pecu-... de in rem verſo cum actione tributoria. ubi Imp. oſten-...do hanc, modo illam actionem eſſe utiliorem. nam actio ...ulio perſequitur totum peculium, ſed in ea dominus præ-... aliis ſervi creditoribus: actio autem tributoria refertur ſo-... mercem peculiarem, ſed in ea dominus non præfertur aliis

credito-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

creditoribus niſi ignorante domino negotiatus fuerit, tum enim dominus tantum tenetur actione de peculio, unde deducitur totum quod domino vel patri debetur. *l.4.l.9 §.4.de pecul.*& in eo præferuntur creditoribus etiam privilegiariis. *l.52.de pecul.* ſcil in pecunio profectitio & adventitio. *Tuld.hic.c.3.*] Obiter notā verbum *debere* tribus modis accipi quandoque ſignificat honeſtatem, ut *ſupra de nupt.in princ.* quandoque neceſſitatem, ut *ſupr. de excuſ.tut.§ qui autem.16.& quib.mod.re contrah obl.§.item is.2.in fin.& §.præterea.3.* quandoque utilitatem, ut *in fin. hujus §.& ſupra de pupill.ſubſtit.§ſi.n autem.3.& de verb.obl.§ ult.* Hactenus de ſervis.

Repetitio principii.

Omnîane quæ ante de ſervo dicta ſunt locum habent in filiof. aliiſque deſcendentibus?

6.§ a Quæ diximus de ſervo, & de domino, eadem intelligimus, & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre avove, cujus in Poteſtate ſunt.

In quarta tituli parte agitur de contractibus filiorum famil & I. in §.6.h.n. dat regulam, quod ſupra dicta de ſervis & domnis, obtinent etiam in filiisfamiliarum & eorum parentibu [Moribus vero hodiernis filiifa. ſeorſim a rationibus paternis trisque conſenſu mercaturam exercentes reputantur pro eman patis & ipſi ex ſuo contractu obligantur. *v. Groenew. ad rub.in quib.mod jus pat.pot.ſol.* Superiores tamen ex contractu cum ſu religioſis, adminiſtrationem bonorum habentibus, initio, ad inſt dominorum conveniri poſſunt. *ut notat. Fab. ad §.34. ſupr. Act.& Bart.ad tit.ff.de ſtipul.ſerv.*]

SC. Macedoni anum.

a Eſtne quid ſpeciale in perſonis filiotum? b Quid comprehenſum eſt SC. Macedoniano? c Quæ eſt ratio SC. Maced.?

7.§ a Illud proprie ſervatur in eorum perſona, qui b Senatuſconſultum Macedonianum prohibuit, mutu pecunias dari eis, qui in poteſtate parentis ſunt, & ei c crediderit, denegatur actio tam adverſus ipſum filium liamve, nepotem neptemve (ſive adhuc in poteſtate ſi ſive morte parentis, vel emancipatione ſuæ poteſtatis c cœperint) quam adverſus patrem avumve: ſive eos h beat adhuc in poteſtate, ſive emancipaverit. c Quæ id ſenatus proſpexit, quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ pare tum inſidiabantur.

II. In §.7.*hoc noſtro*, excipit mutuum filio familias datur quod inefficax redditur per ſenatuſconſultum Macedonianum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

IN primo hoc Senatuſconſultum pertinere ſolum ad pecuniam numeratam, non ad alias res, quæ mutuo dantur, niſi in fraudem ſenatuſconſulti dentur, verbi gratia, qui frumentum filiofamilias mutuum dat, ex hoc contractu efficacem actionem habet, niſi ideo dedit, ut filiusfamilias frumentum venderet, ac pecunia uteretur. *ff. de ſenatuſc. Maced. l. Item. §. mutui.* 3. [aut ea lege ut poſt mortem parentis redderet cum fœnore. *Tuld. hic c. iii in fin.* Ceſſat tamen hoc SC. ſi ad cultum vitæ vel ſtudiorum pro modo patri conſueto credidit. *per l. 5. l. 7. §. 11. ad SC. Mac. l. 3. §. 3. de in rem verſ. Tuld. hic c. 4.* Item ſi publice habitus fuerit pro patrefa. vel talem ſc. emancipatum ſe perſuaſit creditori ignoranti ejus conditionem: Si paterfa. factus debitum agnovit, aut ejus partem ſolvit: item ſi ſit, miles, qui tenetur uſque ad quantitatem peculii caſtrenſis. *Perez. hic.* Si dignitate Magiſtratus ſit inſignis, & publico munere fungatur. *Groenw. in l. §. 3. ff. ad Sc. Mac. & ibid. Buſ. per. Nov 81. c. 1. 3.* Et quamvis filiusfa. mercator, aut qui vectigalia conducta habet, ſi mutuam pecuniam accepit non juvetur Macedoniano. *l. 3. § 1. d.* tit. tamen ſi minor ſit, cauſa cognita, in integrum reſtitui poteſt. *d. l. 3. §. 2. & ibid. Groenw.*]

IN ſecundo, Juriſconſultos de effectu hujus ſenatuſconſulti varie loqui: modo enim dicunt actionem denegari creditori, ut etiam Juſt. hoc loco aſſerit, modo dicunt exceptionem contra eum dari, intelligendum igitur, quotieſcumque exceptio eſt evidens, prætorem denegare actionem, ne fruſtra litigetur coram judice. cum autem exceptio dubia eſt, tunc prætorem dare actionem cum exceptione. *ff de jurejur. l. Nam poſteaquam. 9. in princ.* Exempli cauſa; ſi Titius tibi decem debeat ex cauſa mutui: certum eſt, jure civili actionem tibi competere, etiamſi juraverit ſe non accepiſſe mutuum, vel acceperit mutuum contra Macedonianum ſenatuſconſultum. ſed ex his cauſis Titio contra te datur exceptio jurisjurandi, vel ſenatuſc. Macedoniani. Cum igitur tu prætorem adis, & petis actionem contra Titium ſi quidem certum ſit, eum juraſſe, vel contra ſenatuſc. mutuam pecuniam accepiſſe, prætor actionem, licet jure civili competentem, tibi denegat. ſi vero illud dubium ſit, tibi dat actionem contra Titium ſub exceptione jurisjurandi vel ſenatuſc. ut puta prætor dicet, *Si paret Titium a Mævio centum mutuo accepiſſe, niſi Titius juravit ſe non accepiſſe*, vel, *niſi Titius contra ſenatuſconſultum Macedonianum acceperit, condemna judex.*

IN tertio, exceptionem hujus ſenatuſconſulti non ſolum dari ipſi filiofamilias, qui contraxit, ſed etiam parenti ejus, nec

non

non hæredi, ſi forte paterfamilias factus deceſſerit. *d. l. Item ſi. 7. §. quamquam. 10.*

Nota quarto duplicem eſſe rationem hujus ſenatuſconſulti: quarum altera eſt odium creditoris. *ff. de condict. indebit. l. qui exceptionem. 40. & de SC. Macedon. l. 1. in princ.* Alter eſt favor parentum. *verſ. ult. hic.* [& utilitas publica. *Perez. hic.*] unde conſtat, quia quilibet favori ſuo poteſt renunciare, non favori alieno filiumfamilias fruſtra renunciare beneficio hujus ſenatuſconſulti quod non favore ipſius, ſed patris introductum eſt. [& utilitatis publicæ cauſa: ideoque nec cum juramento ei renunciat valide, ut bonis moribus & utilitati publicæ contrarium. *Perez. hic, & Zoeſ. nu. 14. & Pek. ad c. 58. de R. I. Diſſent Covar. de pact. p, 1. § 3, nu. 4.* & poteſt etiam ſe ea exceptione tueri in foro animæ. *Gomeſ. 2. reſol. 9. nu. 2. Perez. C. ad. SC. Mac. Diſſ. Tuld. C. eod. Covar d. loc. Fachin. 2. contr. 62. in fin.*]

Directæ actiones ex prioribus cauſis.

a Poteſtne directe a patre vel domino condici, quod actione quod juſſu, de in rem verſo, Exercitoria ac Inſtitoria peti poteſt?

8. § a Illud in ſumma admonendi ſumus, id, quod juſſu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus verſum erit: directe quoque poſſe a patre dominove condici, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Ei quoque, qui exercitoria vel inſtitoria actione tenetur, directe poſſe condici placet, quia hujus quoque juſſu contractum intelligitur.

Quinta pars tit. *in §. ult. h. n.* tractat de actione directa contra patrem, vel dominum competente ex filii vel ſervi contractu, & concurrente cum quibuſdam ex ſupra dictis actionibus. I. Namque Imper. oſtendit, hanc actionem directam concurrere cum actione quod juſſu, & de in rem verſo. *II.* In verſic. *Ei quoque,* oſtendit, eandem actionem directam concurrere cum actionibus inſtitoria & exercitoria. Obiter nota actionem directam eſſe verbum homonymum quandoque enim opponitur actioni utili, quandoque actioni contrariæ, quandoque *(ut hic)* actioni (ut ita dicam) obliquæ, id eſt, ex alterius perſona competenti: interdum accipitur pro pactione principali, & opponitur actioni præparatoriæ. *C. de crimin. expilat. hæred, l. 1.*

AXIOMATA.

1. *Verboſa diſputatio vitanda eſt.* in princ. verſ. & quia. *conjun. l.* 1. ff. de orig. jur.
2. *Qui contrahit cum ſervo juſſu domini contrahente, fidem domini ſequi videtur. §. 1.*

3. Pe

Peculi s intelligitur deducto eo, quod ſervus domino debet. §. 4.
Stultus eſt, qui omiſſa utiliori actione, aliam minus utilem eli-git. §. 5.
Luxurioſis liberis obæratis periculum parentibus imminet.
Patere nt, aliquid facere, & facienti conſentire. §. ult.

E NOXALIBUS ACTIONIBUS.

TITVLVS VIII.

imodum ex contractu filii familias vel ſervi dantur ctiones ſuperiori titulo expoſitæ. ita ex delictis ſervo- e antiquo etiam ex delictis filiorum familias dantur rales, de quibus hoc titulo diſſeritur. Sunt igitur hujus artes: prior de delictis ſervorum: poſterior de delictis milias.

Cauſa noxalium actionum.

EX Maleficiis ſervorum, veluti ſi furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiſerint [b] noxales actiones proditæ ſunt, quibus domino damnato permittitur aut litis æſtimationem ſuff ipſum hominem noxæ dedere. *Ex quibus cauſis oriuntur actiones noxales?* [b] *Quæ eſt condemnatio in noxalibus?*

parte Imp. I. ſummam hujus tractatus proponit *in* o,

no, actiones noxales dari ex delictis [vel quaſi delictis] urto, rapina, damno, injuria: non ex publicis crimini- erio, homicidio. *ff. de ædil. edict. l. quid ſit fugitivus.* 8. Itaque actio noxalis non eſt ſpecies actionis a cæ- a, ſed eſt qualitas adjecta actionibus competentibus rvorum delictis, ut actio furti noxalis, actio de dam- c.

undo, dominum ſervi delinquentis, cum ipſe inno- eligere, utrum actori ſatisfaciat ſolvens litis æſtima- ervum delinquentem noxæ dedat. quam electionem ondemnationem habet, dummodo prius ſervum quam actione judicati conveniatur. *ff. de pet. hæred. l.* 23. §. *Idem recte.* 5.

Noxa,

Noxa, noxia.

a Quid eſt noxa? b Quid eſt noxia?

1. § [a] Noxa autem, eſt ipſum corpus, quod nocuit, i eſt, ſervus: [b] noxia ipſum maleficium, veluti furtu, damnum, rapina, injuria.

II. In §. 1. *h. n.* diſtinctionem ponit inter noxam & noxia Ad hunc §. nota, verbum *noxa* quatuor modis accipi. Primo p delicto *ff. h. tit. l.* 1. & in hac ſignificatione accipitur apud Vir *Æneid.* illo loco.

Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei.

Secundo pro pœna delicti. *ff. ſi. quadr. paup. fec. dic. l.* 1 § *cum arietes.* Tertio pro quovis damno, ut *in eodem* §. *cum arietes.* apud Ovid. *Metamor.* illo verſu.

Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Quarto pro corpore, quod nocuit, ut *hic. & infra de offic. jud.* §. 1. & *ff. de his qui effud. vel dejec. l.* 1. *in princ.*

Ratio condemnationis.

a Quæ eſt ratio condemnationis in noxalibus?

2. § [a] Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ di tione fungi. Namque erat iniquum nequitiam eorum tra ipſorum corpora, dominis damnoſam eſſe.

III. In §. 2. *h. n.* docet, cur hæ actiones noxales ſint intr ctæ. [ſcil. ne nequitia ſervi ultra corpus ejus domino damn ſit.]

Dominus liberatur noxæ dedendo.

a Liberatur ne dominus noxæ dedendo? b Quid ſi ſervus acſarcierit ipſe damnum?

3. § [a] Dominus noxali judicio, ſervi ſui nomine conventus, ſervum actori noxæ dedendo liberatur: nec i nus in perpetuum ejus ſervi dominium a domino tranſf tur. [b] Sin autem damnum ei, cui deditus eſt, ſervu ſarcierit quæſita pecunia: auxilio prætoris invito dom manumittetur.

IV. In §. 3. *h. n.* declarat effectum harum actionum. [ſc dominus liberetur ſervum actori noxæ dedendo. Hodie a quia liberorum hominum miniſterio utimur de eorum dominus non tenetur, niſi juſſit aut ratum habuit. *l.* 5. § 23. 11. *de vi.* vel civiliter deliquerint, in eo actu cui nos præp *Tulden. hic c.* 4 *per l.* 1. §. 6. *de publican. adde ſup. de leg. Aq* 2. *not. c. conſtitutus de teſtib.* maxime ſi actus ille tractum h aut in eum dominus expenſas ſubminiſtravit. *Tulden. hic.*]

Neque alias noxioſum famolum exhibendo liberatur dominus quam ſi deliquit in officio publico. *d.l.1.§ ult. de public. Menoch.* 2 *arb.* 345. *Tuld.d.c.fin.* & ſi noxioſum famulum elegerit is cui civiliter delinquendo damnum dedit, in actu cui cum præpoſuit dominus, adhuc ipſe dominus tenebitur. *arg.l.1.§ 5. de exerc.act.* *vid.c Deſſel.in Zoeſ.hic.nu.4.*]

Leges, ex quibus noxales actiones.

4. a Sunt autem conſtitutæ noxales actiones, aut legibus aut edicto Prætoris: Legibus, veluti furti ex lege duodecim Tabularum: damni, injuriæ ex lege Aquilia. Edicti Prætoris: veluti injuriarum, & vi bonorum raptorum. a Ex quibus legibus ſecundum noxales?

I §. 4. *h. n.* ponit harum actionum diviſionem ab origine ...:quoniam aliæ ſunt civiles, aliæ prætoriæ: ut quibuſdam ... in contextu explicatur. ubi quod dicitur, actionem ... furti eſſe civilem, ex *l. 12. tab.* minus dubitationis habet ... e furti nec manifeſti, cujus pœnam civilem eſſe recte ... Accurſ. Auguſtinus, Cujac. & Contius; quam vis alii, ut ... aſſentiant. ob furtum autem manifeſtum ſervus ex XII ... capitali pæna afficiebatur, id eſt, verberibus affectus dejiciebatur de ſaxo Tarpejo, ut auctor eſt Gell. *lib. 11. cap. 18.* proinde ... at eſſe locus actioni noxali. Sed nihilominus Imp. ſimpliciter actionem furti noxalem eſſe civilem ex *l. 12. tab.* tam ... hic dici poſſit etiam de actione furti manifeſti, non qui... ta ratione primæ originis, ſed ex quo hujus pœna a ... ta eſt pecuniaria. Sic itaque mihi videtur dicendum: ... furti manifeſti eſt prætoria, nec manifeſti eſt civilis, ſed u... ...u ſervus noxæ dedi poteſt ex diſpoſitione legis 12. tab. ... pœna pecuniaria eſt, noxæ deditionem permittit. ... quod jure poſteriori ſit facta pœna pecuniaria: quo... quæ leges trahuntur ad leges poſteriores, & pertinent ad ... qui quandocumque ſimiles erunt, *ff. de legib. l. non* ... 26. & *l. ſeq.*

Noxa ſequitur caput.

5. a Omnis autem noxalis actio caput ſequitur. Nam ſi ſervus tuus noxam commiſerit, quamdiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatem venerit, cum illo incipit actio eſſe. At ſi manumiſſus fuerit, directo ipſe tenetur: & extinguitur noxæ deditio. Ex diverſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſervus tuus eſſe a Quis conveniendus eſt noxali judicio?

cœperit (quod quibuſdam caſibus effici primo libro tra didimus (incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ ante dire cta fuiſſet.

VI. In §. 5. *h.* §. declarat proprietatem harum actionum, ſei docet, contra quos competant. ubi dat regulam, quod actio noxali caput ſequitur, id eſt, datur in eum, qui eſt dominus ſervi eo tem pore quo agitur, licet tempore delicti non fuerit dominus. unde ſ ſervus manumittatur, non eſt amplius actio noxalis, ſed directa i ipſum manumiſſum: quemadmodum e contrario, ſi delinquer redigatur in ſervitutem, actio quæ contra ipſum directa comp tebat, noxalis adverſus dominum ejus redditur.

Noxia commiſſa domino.

a Quid ſi noxia ſit commiſſa domino?

6. § a Si ſervus domino noxiam commiſerit, act nulla naſcitur. Namque inter dominum & eum, qu poteſtate ejus eſt, nulla obligatio naſci poteſt. Ideoq & ſi in alienam poteſtatem ſervus pervenerit, aut ma miſſus fuerit, neque cum ipſo neque cum eo, cujus nu in poteſtate ſit, agi poteſt. Unde ſi alienus ſervus noxi tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœ rit, interdicitur actio: quia in eum caſum adducta ſit, in q conſtare non potuit. Ideoque licet exierit de tua poteſta agere non potes: quemadmodum ſi dominus in ſervu ſuum aliquid commiſerit: nec ſi manumiſſus aut alienas fuerit ſervus, ullam actionem contra dominum hab poteſt,

VII. In §. 6. *h. n.* oſtendit noxalem actionem non habere cum inter dominum, & ſervum ejus. [uti inter quos nulla c gatio naſci poteſt, etſi poſt damnum datum, tuus fiat: vel ſ eſſe deſierit.]

Noxæ non deduntur liberi.

b Habetne & in filiis, ac filiabus noxæ diditio locum?

7. § a Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarum ma ſculis & fœminis admiſere, nova autem hominum c verſatio hujuſmodi aſperitatem recte reſpuendam eſſe exiſtimavit, & ab uſu communi hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur filium ſuum, & maxime filiam, in no alii dari, ut pene per filii corpus pater magis, quam ipſe periclitetur? cum in filiab. etiam pudicitiæ favor h ne

excludat. Et ideo placuit in ſervos tantummodo noxales actiones eſſe proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus ſæpius dictum, ipſos filios familiarum pro ſuis delictis poſſe conveniri.

Secunda tituli pars *in ult.* §. *h. n.* corrigit antiquum jus, quo dabatur adverſus patrem actio noxalis ex delicto filii. vetat igitur filios familiarum noxæ dedi. ac permittit ipſos filiosfamiliarum delinquentes conveniri actione directa, ut pro ſuis delictis puniantur. [& conveniantur; ac condemnati in patrem actio de peculio dirigatur Perez. *hic.* non vero ratione legitimæ portionis, vel uſusfructus, quem pater habet in filii bonis adventitiis. *Tulden. hic c.* 3. *Farinac. de delict. qu.* 24.]

AXIOMATA.

1. *Iniquum eſt, nequitiam ſervorum ultra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe.* §. 2.
2. *Actio noxalis caput ſequitur.* §. 5.
3. *Inter dominum & ſervum nulla obligatio naſci poteſt.* §. 6.
4. *Quod in eum caſum deducitur, a quo incipere non poteſt, infirmatur.* d. §. 6. *Vide exceptionem hujus regulæ* in §. ex contrario. ſup. de legat.
5. *Magis afficimur periculo, quod in filiorum noſtrorum, quam quod in perſona noſtra contingit.* §. ult.
6. *Pudicitiæ favor in fœminis magis ſpectatur, quam in maſculis.* d. §. ult. *conjun.* princ. tit. ſupra quibus mod. tut. fin.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

TITULUS. IX.

Quemadmodum ex delictis ſervorum dātur actiones noxales, ut ſuperiori titulo didicimus: ita etiā de damno dato a quadrupede ut hic tit. declarat. Cujus quidem tituli duæ ſunt partes,

Noxales nomine quadrupedum.

ANimalium nomine quæ ratione carent, ſi qua laſcivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege duodecim Tabularum prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberatio- (Danturne noxales nomine quadrupedum quæ ſunt in dominio?)

 nem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

nem: quia ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt, ut pu
to, Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos corni
petere ſolitus, cornu petierit.

In prima Imp. tractat de actione noxali. Et primo *in princ. tit*
h. n. declarat hujus actionis cauſam, originem, & effectum. Cau-
ſa eſt, ſi animal laſcivia, aut fervore (ſic leg. ex manuſcriptis &
Theoph. non, *pavore*) aut feritate pauperiem fecerit. Origo duci
tur ex lege xij. tab. Effectus eſt, ut dominus poſſit [æſtimationem
damni præſtare vel] animal illud noxæ dedere, ac dedendo liberi
tur. [Nec eam electionem dominus conventus perdit niſi c
mendacium, *l. 1. §. omnes. de nox. act.* & in his noxa quoque cap
ſequitur. *l. 1. h. tit. Perez. hic.* Sed jure friſico dominus qui reci
noxiam quadrupedem optionem ſtatim amittit, quia reperit
poſt damnum datum eam poſſidere. *Sand. lib. 5. tit. 7. def.*
Groenw. hic. & moribus noxæ deditionem non obſervari trad
Buſ. in l. 1. §. plane ff. h. tit. & Vinn. in §. 1. h. tit. a quibus Diſſe,
Coſtal. d. l. 1. Grot. lib. 3. p. 38. nu. 13. Fons. & Groenw. hic. qui c
ſent res noſtras non ultra nos onerare debere quam valent. *per*
7. §. 1. de dam. inf. l. 64. de uſufr. Gudel. *de feud. part. 5. c. 1. n.*
1.] Nota verba illa, *quia ita lex xij. tab. ſcripta eſt*, includen
eſſe parentheſi. nam ſequentia non ſunt verba legis, ſed affert
exempla pauperiei, ex qua dicta actio naſcitur.

Noxalis non habet locum in feris.

a In quibus animalibus locum habet noxæ deditio?

1. §[a] Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam n-
ventur, locum habet. Cæterum ſi genitalis ſit feritas, c-
ſat actio. Denique ſi urſus fugerit a domino, & ſic -
cuerit: non poteſt quondam dominus conveniri: quia -
ſiit dominus eſſe, ubi fera evaſit.

Secundo in §. 1. *h. n.* docet in quibus animalibus hæc actio-
cum habeat: & inguit hanc actionem dari directam, ſi animal
tura manſuetum, ut equus, aut bos, pauperiem fecerit. nam
animal ferum, ut urſus, aut leo ceſſare inquit hanc actionem
eſt, actionem directam ex verbis legis: actionem autem uti
competere teſtabitur. *in §. ult. verſ. præter.* [ſcilicet, ſi e cuſt
domini elapſa & libera nocuerit: ſecus ſi nocuit dum eam d
nus poſſidebat. *l. 1. § 5. l. 2. §. 1. h. tit. Perez. hic.* Ceſſat qu
hæc actio ſi animal inſtigatum ab alio, illud forte percutie
damnum dedit: hic enim in factum actione ex L. Aquilia ten
Sand. d. tit. 7. def. 6, l. 8. §. 1. ad. L. Aquil. Item ſi quadrup
culpam mulionis, aut plus juſto onerata in aliquem onus ev
Perez. hic. Si arietes vel boves ap pugnam ſe commiſerint, fr

que occiſus aggreſſor: ſin vero agreſſus datur actio contra dominum aggreſſoris. *l.* 1. §. 8. *h. tit. Perez. hic.* Sic ſi pecudes alienam ſegetem depaſcant & ſic ſecundum naturam ſuam damnum dent, actio in factum datur, vel pecudes retineri & includi poſſunt pignoris loco donec pro damno dato ſatis fiat. *Zoeſ. hic* n. 4. *& ibi Deſſel.* Sed L. Aquilia agetur ſi dominus pecudes immiſerit. *v. Perez. hic & Deſſ. d. loc.*] Nota, pro *genitalis ſit feritas,* legendum. *generis talis ſit feritas*, ſignificat enim Imper. ſi animal nocent, cujus genus ſit natura ferum, ut urſus, hanc actionem

Pauperies.

a Pauperies autem eſt damnum ſine injuria faciendum. Nec enim poteſt animal injuriam feciſſe dici, quod ſenſu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem.

a Quid eſt pauperies?

Textio in §. 2. *h. n.* definit pauperiem, & ait pauperiem eſſe damnum ſine injuria facientis datum. Hinc diſtinguitur pauperies a damno per injuriam dato, de quo eſt lex Aquilia damnum enim a quadrupede datum vocatur pauperies; nec pertinet ad legem Aquiliam; quia lex Aquilia loquitur de damno injuria dato: quia vero animal non poteſt videri injuriam facere, cum ſenſu (ratione, intellectu & voluntate) careat, nemo enim injuriam faciat niſi volens faciat, ut Ariſtot. docet 5. *Et hic.*

Securitas circa viam publicam.

a Cæterum ſciendum eſt, ædilitio edicto prohibemur canem, cervum, aprum, urſum, leonem ibi habere, qua vulgo iter ſit. & ſi adverſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur, quod bonum & æquum videtur, tanti dominus condemnetur: cæterarum rerum quanti damnum datum ſit, dupli. b Præter has autem ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes alia aliam conſumit.

a Quid cautum eſt ædilitio edicto circa canem aprum &c.
b An non & de pauperie agi poteſt ob feram noſtram?

In ſecunda parte, quæ eſt *in* §. *ult. h. n.* Imperator loquitur de edicto ædilitiæ, qua is qui canem, aprum, urſum, vel aliud ſimile animal ibi habet, qua vulgo iter ſit, ſi ab eo damnum datum ſit, condemnetur in duplum damnum dati. [*v. not. ad fin. hic.*] ſin autem homini libero nocitum ſit, damnatur arbitrio judicis. *ff.* de ædil. edict. *l. hi enim.* 40. *& ll. ſeqq.* quia homo liber non recipit æſtimationem. *ff. de his qui effud. vel dejec. l.* 1. §. *ſed cum homo & l. ult.*

& l.ult. [*vide l.3.ſi quadr. paup.* ubi mulcta eo nomine ex ſtatuto debetur, in damnorum & expenſarum locum ſurrogata cenſetur. *v. Sand. d. tit. 7. def.* 5. Sed & ſi quis fugiens aliquem ſe forte in tabernam immiſerit. ibique canis ferox eum læſit ceſſat actio: niſi canis vinculis ſolutus erat. *l. 2. §. 1. d. tit. h. & ibi Gothof.*] Hanc autem oſtendit concurrere cum dicta actione civili ex lege 12. tabul. id eſt, cum actione utili, ut paulo ante notavi. Rationem autem affert: quia utraque actio tam civilis, quam ædilitia, eſt pœnalis, & de eadem re competit, id eſt, de pauperie ſeu damno dato a cane, verre, apro, urſo, leone: tales autem actiones poſſunt concurrere, & altera alteram non tollit.

Nota primo, actionis pœnalis ſignificatione hic ſignificari actionem mixtam: dicta enim regula, quod actiones pœnales, cum de eadem re concurrunt, alia aliam non conſumit. [*l. 130. de R. I.*] in omnibus pœnalibus actionibus locum habet, id eſt, ſive meram pœnam, ſive rem & pœnam perſequantur. [alias regula eſt. Quoties concurrunt plures actiones unius rei nomine una quis experiri debet. *l. 43. §. 1 eod.*]

Nota ſecundo, quod hic dicitur *de eadem re*, non reſtringere regulam, ſed reddere caſum magis dubium. nam ſi actiones de eadem re concurrentes, ſic ſe habent, ut alia aliam non conſumat: multo minus alia aliam conſumet, cum ſunt actiones de diverſis rebus.

Nota tertio actionem pœnalem non conſumi, non ſolum alterius pœnalis concurſu, ſed etiam electione, id eſt, ſi actor unam ex concurrentibus actionibus intentaverit, aliam quoque movere poterit. *ff. de oblig. & act. l. cum ex uno.* 32. dummodo in ſecunda actione plus ſit, quam in prima: quoniam actor ſecunda actione id tantum conſequitur, quod prima conſequi non potuit. *ff. eod. l. quoties.* 41. §. 1. ubi pro *id conſequatur*, cum Cujacio. *lib. 38. obſ. cap. 24.* legendum, *nihil conſequatur*. verbi gratia, qui egit furti nec manifeſti in duplum, poteſt agere vi bonorum raptorum, quæ eſt actio in quadruplum, non ut conſequatur totum quadruplum ſed id quod quadruplo deeſt, quia in hoc quadruplum imputatur duplum, quod actione furti conſecutus eſt. *ff. vi bon. rapt. l. 1* [*v. Cujac. 8. obſ. 24. & in l. 43. de R. I. & ibi Philip. Math. & Zoeſ. ff. de O. & A. nu. 83. Bronck. 4. aſſ.* 35. Sed hæ pœnæ dupli & quadrupli hodie ceſſam eorumque loco ad intereſſe agitur. *v. Groenw. hic. & ſup. de oblig. ex quaſ. del. §. 1.*]

AXIOMATA.

1. *Brutum animal non poteſt videri injuriam facere, quia ſenſu caret. §. 2.*

2. Acti

2. *Actiones præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, ſe invicem non tollunt* §. ult.

DE HIS PER QUOS AGERE POSSUMUS.

TITVLVS X.

Expoſitis variis actionum generibus, conſequenter tractatur de perſonis, per quas actiones moventur.

Quo nomine agere liceat.

Nunc admonendi ſumus, agere poſſe quemlibet hominem, aut ſuo nomine, aut alieno [b] Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim in uſu fuiſſet alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hoſtilia permiſſum rat furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, ut Reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cujus tutela ſſent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem abebat, quod alieno nomine, neque agere, neque expere actionem licebat: cœperunt homines per procuatores litigare. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria eregrinatio, itemque aliæ multæ (Juſtæ) cauſæ ſæpe ominibus impedimento ſunt, quo minus rem ſuam ipſi ęequi poſſint.

Eſtne permiſſum tantum agere proprio nomine? b Quomodo agitur alieno?

Primo *in pr.* docet Imp. olim regulariter agi non potuiſſe, niſi o nomine, exceptis certis caſibus, quoniam actio definitur, jus rſequendi in judicio quod ſibi debetur. *ſupra de act. in pr.* proinnon perſequitur quod alii debetur. [olim tamen pro populo inveniebat *Syndicus*: Pro ſervo ad libertatem proclamante aget *aſſertor*, *tutor* nomine pupilli, & quilibet pro abſente reip. uſa *Perez. hic.*] Hodie autem agi poſſe etiam alieno nomine, cum procurator agit nomine domini, vel tutor nomine puli, aut curator nomine adoleſcentis.

 Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Conſtitutio procuratoris.

a Qomodo conſtituitur procurator?

I. § a Procurator neque certis verbis, neque præſente ſemper adverſario, imo plerumque eo ignorante conſtituitur. Cuicumque enim permiſeris rem tuam agere, aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

Secundo docet, quomodo procuratores, tutores, & curatores conſtituantur. Ac de procuratoribus quidem loquitur. *in* §.1.*h.n.* Ex quo

Nota I. procuratorem conſtitui ſolo conſenſu, id eſt, mandat
domini, procurator enim definitur, qui mandato domini alien
negotia adminiſtrat. *ff. de procur. l.* 1. [*vid. tit. ſeq.* §. 3. *not.* olim o
ficium procuratoris ad lites erat privatum & cuilibet idoneo d
mandari poterat. *vid Perez hic.* Hodie moribus publicum eſt.
fere in unoquoque foro certæ perſonæ deſignatæ ſunt, quæ ſolæ
munus in judiciis adminiſtrant ex mandato litigantium, & pro
bitu dominorum litigantium etiam poſt litem conteſtatam ma
datum revocari poteſt, & alius procurator conſtitui: cum ho
procuratores non Domini lites ſed miniſtri ſint. *v. Merul. pr*
lib. 4. *tit.* 18. *c.* 1. *nu.* 7. & *Vinn. hic Gudel. de I. N. lib.* 4. *c.* 4. *in*
Zyp. Notit. de Procur.] Quod ſi quis ſine mandato negotia alie
gerat, non eſt verus procurator. *ff. de judic. l. licet.* 56. & *qu*
juſſu l. Si tutoris 2. *in fin.* ſed falſus procurator. *ff. rat. rem hab. l.*
§. *ultim.* & *de furt. l. falſus.* 43. §. 1. *l. ſi juſſu.* 44. *in princ.* & *C. eo*
l. falſus. 19. & *de procurat. l. licet.* 24. quamquam interdum ab
ſive procurator nominatur. *ff. de neg. geſt. l. ſi ego.* 24. & *de ſol*
l. ſi quis offerenti. 58. & *rat. rem hab. l. ſi ſine.* 22. §. *quod ſi pro*
rator. 1. & *l. ult.* proprie autem dicitur negotiorum geſtor. *ſu*
de oblig. quæ quaſi ex contr. §. 1. [ſcil extra judicialium. in judic
enim hodie non admittitur procurator ſine mandato, etiamſi
rato cavere velit, *v. Merul. d. tit.* 18. *c.* 2. & *c.* 1. 8. *Zyp. d. tit. V*
tit. ſeq. in fin. Chriſt. dec 108. *in fin.* & *dec* 109. *nu.* 2. & *ſe*
quin & poſt litem conteſtatam ſi falſus procurator reperiatur ju
cium erit nullum: imo & ſi allegetur poſt ſententiam. *l. licet*
procur. c. in noſtra ex eod.]

Nota II. Juſtinian, hic tantum loqui de procuratore ad jud
cum procuratorum alii dentur ad judicia ſeu lites; alii ad neg
extrajudicialia adminiſtranda. *ff. de procur. l. ſervum quoque.*
in princ. & §. 1.

Nota III. procuratorem qui ad lites datur, vel eſſe procu
tem actoris, vel rei: quorum ille dicitur datus ad agendum, h
defendendum, ut *hic,* & *infra tit. prox.* §. *ſin autem.* [In can
men criminalibus pro quibus pœna corporalis imponi ſolet
cu

curat: non admittitur ſed ipſius rei præſentia requiritur, *l.* 15. *C. de* ...*ſ. Perez. hic.*]

Conſtitutio tutorum &c. remiſſive.

1. [a] Tutores & curatores quemadmodum conſtituan-tur, primo libro expoſitum eſt. aQuemodo conſtituuntur tutores & curatores?

De tutoribus autem & curatoribus loquitur Imp. *in* §. *ult.* & in- ... libro primo expoſuiſſe quemadmodum tutores vel curatores conſtituantur: nempe tutores vel dantur a teſtatore, vel a lege, vel a magiſtratu: curatores autem teſtamento non dantur, ſed tantum a lege, vel a magiſtratu, & interdum teſtamento dati, confirmantur a magiſtratu, ut *lib.* 1. expoſitum fuit. [*ubi vid. not.* hi ta-men hodie ipſi non agunt, ſed pupillorum nomine procuratorem conſtituunt ad lites: niſi quod in ſubalternis minoribus tribunali-bus quiſque pro ſe agere poſſit.]

AXIOMATA.

... vel alieno nomine agere, vel actionem excipere licet. tam ...tur per ſe, quam per alium agi, vel actio excipi poteſt. in princ.

...tæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quominus rem ...tm ipſi exequi poſſint. eod. princ.

... Procurator ſolo conſenſu conſtituitur. §. 1.

DE SATISDATIONIBUS.

TITULUS. XI.

Hic titulus pulchre cohæret ſuperiori: quia ſatisdationes præci-pue præſtantur ab iis, qui alieno nomine agunt: & diverſimo-de ...ur pro diverſitate perſonarum, ut ex ſequentibus appa-rebit. Sumitur autem hæc inſcriptio ab eo, quod regulariter fit; regulariter ſatiſdatur, interdum tamen repromittitur, inter-dum juratur, ut exponam ad § *ſed hodie*, 2. ubi habes tria cautio-num genera, videlicet ſatiſdationem, juratoriam cautionem, & re-promiſſionem. *Satiſdatio* eſt cautio, quæ fit datis fidejuſſoribus, ...*tiſ. cog. l.* 1. interdum datis pignoribus. *ff de collat. bon. l.* ...*t.* 9. Juratoria cautio eſt, quæ non confirmatur fidejuſſori-bus, pignoribus, ſed jurejurando. Repromiſſio eſt nuda cautio, & ſimplex promiſſio, ſine fide juſſoribus, ſine pignoribns, & ſine jurejurando.

Nota ſatiſdatiónes prætorias, quales ſunt hæ de quibus *hoc tit* agitur, non admittere pignora, ſed requirere perſonas fidejuſſo rum. *ff. de ſtipul. prætor. l. prætoriæ.* 7. Hujus tituli duæ ſunt partes.

Antiquis modus ſatiſdandi in actionibus in rem.

Quomodo antiquitus fieri debebat ſatisdatio, cum in rem actio erat inſtituenda vel excipienda?

SAtiſdationum modus alius antiquitati pla cuit, alium novitas per uſum amplexa eſt: O lim enim, ſi in rem agebatur, ſatiſdare pol ſeſſor compellebatur ut ſi victus (eſſet.) ne rem ipſam reſtitueret, nec litis æſtimatic nem, poreſtas eſſet petitori aut cum eo agendi, aut cui fidejuſſoribus ejus. quæ ſatiſdatio appalletur *judicatum ſolv* Unde autem ſic appelletur, facile eſt intelligere. Namqu ſtipulatur quis, ut ſolveretur ſibi, quod fuiſſet judicatum Multo magis is, qui in rem actione conveniebatur, ſati dare cogebatur, ſi alieno nomine judicium accipieba Ipſe autem, qui in rem agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſ tiſdare non cogebatur, b Procurator vero ſi in rem ag bat, ſatiſdare jubebatur, *rem ratam dominum habiturum.* Per culum enim erat, ne iterum dominus de eadem re exp rißetur. Tutores vero & curatores eodem modo, qu procuratores ſatisdare debere, verba edicti faciebant, ſe aliquando his agentibus ſatiſdatio remittebatur. Hæc i erant, ſi in rem agebatur.

b Quomodo procurator ſatisdabat?

In prima parte explicatur jus ântiquum. Et primo *in pr. ti* conſideratur judicium in rem: ubi dantur tres regulæ: prima reo convento, & de ejus procuratore: ſecunda de eo qui ſuo nom ne agit: tertia de procuratore actoris. Prima regula eſt; reus vel ej procurator ſatiſdare debet judicatum ſolvi, id eſt, ſe ſatiſfacturu ſententiæ, ſi condemnabitur.

Nota tamen, hanc cautionem judicatum ſolvi habere tres cla ſulas, I. A qua denominationem accepit, de eo ſolvendo quod ju catum erit, id eſt, quod in condemnationem venerit. II. Def dendo, id eſt de judicio non deſerendo. *III.* De dolo malo, id e dolum abeſſe, abfuturumque eſſe. *ff. judic. ſolvi. l. Judicatum.* 6

Secunda regula eſt in verſ. *ipſe.* Agens ſuo nomine, non ſat dat.

Tertia regula eſt in verſ. *procurator.* Agens alieno nomine reg lariter ſatiſdat. aliquando tamen ſatiſdationem præſtare non te tur, id eſt. ſatiſdationem de rato, ſeu ratam rem dominum hal turum. Intellige (quod nunc quoque in uſu eſt) ſi dubitetur, an

...ieno nomine agit, ſit verus procurator, vel tutor, vel curator,...um cavere de rato. ſi vero conſtet eum eſſe verum procuratore, vel curatorem, ſatiſdationem non requiri. *ff. de procur. l. ſi procuratorem. 65.* [*v. hic. not. tit praeced.* § 1.]

...odus antiquus ſatiſdandi in actionibus perſonalibus.

... § [1] Si vero in perſonam: ab actoris quidem parte ea...obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agi...ur ab ejus vero parte, cum quo agitur, ſiquidem alieno ...ne aliquis interveniret; omnimodo ſatiſdaret, quia ...defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus eſſe ...tur. Quod ſi proprio nomine aliquis judicium acce...t in perſonam, *Iudicatum ſolvi*, ſatiſdare non coge...

1 Quomodo fiebat antiquitus ſatisdatio in perſonalibus actionibus.

...undo *in* §. 1. *h. n.* loquitur de judicio perſonali: ubi dat tres ...s, *I.* Ex parte actoris eadem obtinent en judicio perſonali, ...pra dicta ſunt de judicio reali. *II.* Qui alieno nomine con...r, ſatiſdat judicatum ſolvi. *III.* Qui ſuo nomine conve... non ſatiſdat, judicatum ſolvi. Si placet hoc jus antiquum in ... contrahere, dicendum eſt ex parte actoris uno caſu ſatiſda...ato, cum alieno nomine agitur, ac dubitatur de mandato ...atoris, vel officio tutoris, aut curatoris, alias non ſatiſdari: ex ...a rei uno caſu non ſatiſdari, cum qui ſuo nomine actione ...ali convenitur, alias ſatiſdari judicatum ſolvi.

Modus, qui hodie obſervatur.

... § [1] Sed hodie hæc aliter obſervantur. Sive enim ...n rem actione convenitur, ſive perſonali ſuo nomi...ullam ſatiſdationem pro litis æſtimatione dare com...ur: ſed pro ſua tantum perſona, quod in judicio per...at uſque ad terminum litis, vel committitur ſuæ ...iſſioni cum jutejurando, quam juratoriam cautio...vocant vel nudam promiſſionem, vel ſatiſdationem ...alitate perſonæ ſuæ dare compellitur.

1 Quomodo fit hodie ſatisdatio

...unda tit. pars declarat jus novum. ac primo Imper. docet, ...& quomodo caveatur, ubi dat ſex regulas. Prima regula eſt ...*.n.* Reus ſuo nomine conventus non ſatiſdat pro litis æſti...ne, id eſt, judicatum ſolvi. [Imo hodie ab utroq; litigantium, ...traneus, aut de fuga ſuſpectus, ſive non ſolvendo eſt præ... *Merul. d. lib 4. tit. 41. c. 1. nu. 13. Vinn. h. tit. in fin. Ann.*

Rob.

*Rob.rer.jud.lib.4.c.*11. Et ſi quis cautionem hanc præſtare nequit juratoria cautio admittitur. *Merul.d.c.1.nu.2.per Auth.generaliter.C.de epiſ.& cler.* Cautio autem de judicio ſiſti exolevit. *Merel. d. c.* 1. *nu.* 1. *Zyp.Notit.de Satiſd.* ejuſque loco ſucceſſit, quod extraneus litigator in territorio judicis domicilium eligere debeat, ut ibi citetur & requiratur quoties opus erit. *Merul.d.c.* 1. *in fin.Damhoud.prax.civ.c.* 99. *nu.* 5. 6.] Secunda regula eſt in verſ. *Sed pro ſua.* Reus ſuo nomine conventus cavet ſe in judicio manſurum uſque ad terminum litis, id eſt, uſque ad ſententiam definitivam, quæ per abſolutionem vel condemnationem liti finem imponit. *ff.de re jud.l.*1, cavet (inquam) alias ſatiſdatione, interdum juratoria cautione, quandoque nuda repromiſſione. Satiſdatio regulariter requiritur: & quidem regulariter idonei fidejuſſores dari debent, exceptis neceſſariis perſonis, ut parentibus & patronis, qui qualeſcumque fidejuſſores dare poſſunt. *ff.in jus.vo ut eant.l.*1.*qui ſatiſdar.cog.l.*2 *§.prætor.* 2. Jurato cavent. I. Viri Illuſtres. *C.de dignitat.l.pen.* II. Qui immobilia bona poſſiden *C.de princ.agent.in reb.l.ult.* [ſi illa tanti ſint ut liti reſpondeant *Perez. hic.* vel ſi Domicilium ſub judicis juriſdictione habeant *Coſtal.in l.*15.*qui ſatiſd.cog Viv.dec.* 11.*num.* 19.] Repromittun id eſt, nudam cautionem præſtant. I. Reſpublica. *ff.ut legat.nom cau.l.*6 §.1. II. Clerici quibuſdam, *C.de epiſcop. & cleric. l. cum clericis.*45.§.1.*l.omnes.*33.§.*in hac autem.*

Satiſdatio cum per procuratorem agit.

a Quomodo procurator ſatisdat ſi agat?

3. §. [a] Sin autem per procuratorem lis, vel infertur, ve ſuſcipitur, in actoris quidem perſona, ſi non mandatum actis inſinuatum eſt, vel præſens dominus litis in judicio procuratoris ſui perſonam confirmaverit, ratam rem do minum habiturum ſatiſdationem procurator dare compel litur: eodem obſervando, & ſi tutor, vel curator, ve aliæ tales perſonæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibuſdam per alium inferunt.

Tertia regula eſt in § 3.*h.n.* Qui nomine alieno agit, de rat ſatiſdat, niſi liquido conſtet eum eſſe verum procuratorem, vel tu torem, aut curatorem. [Semper autem ubi de Mandato ambigitu cautione opus eſt. *l.C.*1.2.*de procur.l.*5.§.18.*de no.op.nunc.* ſi v ro conſtet de defectu mandati non niſi conjuncta perſona ſub ha cautione admittitur. *l.*6.§.*ult,ff.de neg.geſt.* Allegatio autem co tra mandatum ut non ſatis validum uſque ad litiſconteſtatione tantum proponi poteſt. *Tulden. hic. c.* 1. *per l.* 49. §. 3. *de pro cur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Satiſdatio procuratoris conventi.

24 § d Si vero aliquis convenitur, ſiquidem præſens procuratorem dare paratus eſt, poteſt vel ipſe in judicium venire & ſui procuratoris perſonam per *judicatum ſolvi* (ſatiſdationem ſolenni ſtipulatione) firmare: vel extra judicium ſatiſdationem exponere, per quam ipſe ſui procuratoris fidejuſſor exiſtat pro omnibus *judicatum ſolvi* ſatiſdationis clauſulis, ubi & de hypotheca ſuarum rerum conveniri compellitur: ſive in judicio promiſerit, ſive extra judicium caverit, ut tam ipſe, quam hæredes ejus obligentur. Alia inſuper cautela, vel ſatiſdatione propter perſonam ipſius exponenda, quod tempore ſententiæ recitandæ in judicium veniet, vel ſi non venerit, omnia dabit fidejuſſor, quæ in condemnatione continentur, niſi fuerit provocatum.

d Quomodo ſatiſdat procurator ſi conveniatur.

Carta regula eſt *in princ.* §. 4. *h. n.* Qui per procuratorem judicium ſuſcipit, pro eo fidejubere poteſt judicatum ſolvi. [Hodie pro procuratore non fidejubetur, cum ejus perſona ſit publica & proba, ſed ipſi litigatores fidejuſſores ſive cautionem præſtare tenentur de judicato ſolvendo. *uti ſupra notatum. eſt.* §. 2. Sed hic fidejuſſor non teneatur amplius, ſi reus ab inſtantia illa liberatus, poſtea mutato actionis genere in alia inſtantia comdemnetur: fidejuſſor enim eſt ſtricti juris & de uno judicio ad aliud non extenditur. *Sand. lib. 3. tit. 10. def. 3. per l. 2, ff. judic ſolvi.* & reus in prima inſtantia non tenetur in cauſa appellationis. *Coſtal. in l. 27. §. ex parte, de procur. Fachin. 8. con. 57.* Diſſ. *Theſſ. dec. 202. Chriſtin. dec. 14. nu. 14. vol: 3.* Reo autem condemnato, in fidejuſſorem executio dirigi poteſt ſine novo proceſſu. *Chriſt. d. dec. nu. 2. Herbai. q. t. c. 4, Trentac. 2. var. reſ. 3. de expenſ.* Si quis tamen ita pro alio agat ſive interveniat in judicio, ne principalis reus eximatur judicio, non admittitur interveniens niſi ea conditione, ut ſententiam contra eum poſſit mandari executioni. *v. Groenew. hic.*] In hac regula Imper. ſupponit procuratorem rei conventi ſatiſdare debere judicatum ſolvi. idcirco docet hunc procuratorem poſſe fidejuſſorem dare ipſum dominum litis, a quo mandatum acceperit. Duo vero de hac cautione Imper. notat. Unum eſt, quod dominus qui pro ſuo procuratore fidejubet, non tantum ſe, ſed etiam bona ſua obligare hoc nomine tenetur. Alterum eſt, quod obligatio tranſit in ejus heredes, quod non eſt ſpeciale & hujus caſus proprium, ſed in omnibus fidejuſſoribus obtinet. *ſupra*

de

de ſidejuſſ. §. *fidejuſſor non tantum*. Quinta regula eſt in verſ. *Alia*. quod in dicto caſu: id eſt, cum dominus litis pro ſuo procuratore fidejubet, tenetur pro ſua perſona ſatiſdare, id eſt, alio fidejuſſore dato cavere, quod tempore ſententiæ definitivæ pronunciandæ in judicium veniet, ut poſſit ſententiæ ſatisfacere: aut ſi ipſe non veniet, ſaltem fidejuſſor ille judicatum ſolvet. [Sed & hæc ſatisdatio omnino exolevit. *v. Groenw. hic. & C. quemod. & quand judex.*]

Satiſdatio defenſoris.

a Quomodo ſatisdat defenſor?

5. § a Si vero reus præſto ex quacunque cauſa non fuerit & alius velit defenſionem ejus ſubire: nulla differentia inter actiones in rem vel perſonales introducenda, poterit hoc facere: ita tamen, ut ſatiſdationem *Judicatum ſolvi* pro litis æſtimatione præſtet. Nemo enim ſecundum veterem regulam (ut jam dictum eſt) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.

Sexta regula eſt in §. 5. *b. n.* Procurator rei abſentis cogitur ſatiſdare judicatum ſolvi.]

Praxeos commendatio.

a An non ex uſu hæc melius habentur?

6. § a Quæ omnia apertius & perfectius a quotidiano judiciorum uſu in ipſis rerum documentis apparent.

Secundo *in* § *pen. h. n.* docet perfectam harum cautionum doctrinam ex foro & praxi petendam eſſe.

Ubi vigeant ſatiſdationes.

b Eſtne præſcripta ſatisdandi forma ubique ſervanda?

7. § b Quam formam non ſolum in hac regia urbe, ſed etiam in omnibus noſtris provinciis, (etſi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere cenſemus: quia neceſſe ſit omnes provincias; caput omnium noſtrarum civitatum, id eſt, hanc regiam urbem, ejuſque obſervantiam ſequi.

Tertio *in* §, *ult. h, n.* docet has cautiones ubique locum habere, ita ut ea, quæ ſupra tradita ſunt, non ſolum in veteri aut nova Roma, ſed etiam in omnibus civitatibus Romano Imperio ſubjectis obtineant. [Legibus enim Principis civitates aliæ quoque tenentur ſi nihil aliud cautum ſit. *v. Radel, dec.* 117.]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

AXIOMATA.

1. Nemo alienæ rei defenſor idoneus eſt ſine ſatiſdatione. §.1. & §.5.
2. Perfectior juris doctrina ex quotidiano judiciorum uſu percipitur. §.6.
3. Omnes provinciæ caput imperii, id eſt, regiæ urbis obſervantiam ſequi debent. §.ult.

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUAE AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEUNT.

TITULUS. XII.

Expoſitis diverſis actionum generibus, & perſonis per quas actiones moventur, conſequenter videndum eſt, quando agi poſſit. Quæ quæſtio diſſolvitur duplici actionum diviſione allata, quia omnis actio vel eſt perpetua, vel temporalis. & rurſus vel eſt tranſitoria ad hæredes, vel non tranſitoria. Hujus tit. duæ ſunt partes.

Actiones perpetuæ, & temporales.

HOc loco admonendi ſumus, eas quidem actiones, quæ ex lege ſenatuſve conſulto, ſive ex ſacris conſtitutionibus proficiſcuntur, perpetuo ſolere antiquitus competere, donec ſacræ conſtitutiones, tam in rem, quam in perſonam actionibus certos fines dederunt: eos vero, quæ ex propria Prætoris juriſdictione pendent, plerumque intra annum vivere: nam & ipſius Prætoris annuum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, i. e. uſque ad finem conſtitutionibus introductum: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori, cæteriſque qui hæredis loco ſunt, accommodat. Furti quoque manifeſti actio quamvis ex ipſius Prætoris juriſdictione proficiſcatur; tamen perpetuo datur. Abſurdum enim eſſe exiſtimavit anno eam termi- Solentne actiones diſtingui in perpetuas ac temporales?

Primo

Primo *in princ. tit. h. n.* declarat Imper. priorem ex dictis d
viſionibus; ac docet civiles actiones eſſe perpetuas; prætorias ve
partim eſſe perpetuas, partim temporales, quæ maxima ex pa
te ſunt annales.

Nota *I.* actionem perpetuam dici, quæ olim perpetuo comp
tebat, ſed hodie terminatur certis finibus, id eſt, ſpatio 30. [ſc
civiles perſonales, reales & mixtæ] vel 40. annorum. [ſc. l. acti
nes in rem hypothecariæ & quæ ad eccleſiam pertinent: ad civi
tem vero vel Principem pertinentes non niſi tempore immem
riali. *Perez. hic l. 3 & ſeqq C. de præſ. 30. ann. Cujac. 18. obſ.* 2
27. criminales fere 20. annis terminantur. *v. l. 12. C. ad L. Co*
de falſ & ibi Groenw.

Nota *II.* cum dicimus actionem prætoriam eſſe annalem, i
telligendum eſſe annum utilem, non continuum. *ff. de vi & i*
armat. l. 1. §. annus 39.

Nota *III.* petitionem hæreditatis tam prætoriam, quam ci-
lem eſſe perpetuam. De civili agitur *in tit. D. & C. de petit. h-*
red. Prætoria vero eſt quæ datur bonorum poſſeſſori, de qua
tit. ff. de poſſeſſ. hæred. Item quæ datur fideicommiſſario univ-
ſali. *ſupra de fideic. hær. §. & Neronis. 4.* de qua. *in tit. ff. de fide*
hæred. petit.

Nota *IV.* actionem furti manifeſti eſſe prætoriam, quod
intelligendum de actione in quadruplum, quæ nunc eſt in uſu.
ge *notata ad §. ſunt autem, 4. ſupra de noxal. act.*

actiones conſideratæ reſpectu hæredem.

1. § a Non autem omnes actiones quæ in aliquem a
a Danturne actiones omnes contra heredes? ipſo jure competunt, aut a prætore dantur, & in hærede
æque competunt, aut dari ſolent. Eſt enim certiſſima jur
regula, ex maleficiis pœnales actiones in hæredem r
non competere; veluti furti, vi bonorum raptorum, inj
b Danturne omnes hæredibus? riarum, damni, injuriæ. b Sed hæredibus hujuſmodi acti
nes competunt, nec denegantur, excepta injuriarum acti
ne, & ſi qua alia ſimilis inveniatur. Aliquando tamen etia
ex contractu actio contra hæredem non competit, cu
teſtator doloſe verſatus ſit, & ad hæredem ejus nihil ex
c Nullo ergo caſu pœnales dantur contra hæredes? dolo pervenit. c Pœnales autem actiones, quas ſupra
ximus, ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſt
tæ, & hæredibus dantur, & contra hæredes tranſeunt.

Secundo *in §. 1. h. n.* declarat alteram diviſionem, quod al
actiones tranſeunt in hæredes, aliæ non tranſeunt. Intellige hæ
des tam ex parte actoris, quam ex parte rei. Hæc diviſio æq
co

...nve t actionib. civilibus;& prætoriis, ut Imp. indicat illis ver-
...s, ... *ipſo jure competunt, aut a prætore dantur.* Cum enim di-
...mus ...ſum jus, ſignificamus jus civile. Vis hujus diviſionis ex-
...cat quibuſdam regulis. *I.* Regula eſt, Actiones ex maleficiis
...nal non competunt in heredem rei. Quod dicitur, *ex male-*
... debet latius accipi, ut complectatur etiam quaſi maleficia.
... *obl. quæ quaſi ex delict §. ult.* ideo autem dicimus pœnales:
... ctiones rei perſecutoriæ, quamvis ex maleficiis naſcantur,
... n heredes competunt, ut condictio furtiva. *ſup. de obl. quæ*
... o, §. ultim. & ff. de condict. furt. l. Si pro fure. §. ultim. &
... um amotarum. *ff. rerum amotar. l. Contra 6. §. item heres* 4.
... l. ultim. Pœnalium vero appellatione non ſolum actiones
... nales, ſed etiam mixtæ continentur, ut ex ſequentibus
... apparet. *II.* Regula eſt: Etiam actiones pœnales ex male-
... tur heredibus actoris. Excipit Imp. actionem injuriarum,
... up. de injur. §. fin.] & alias ſimiles, & actionem in factum
... qui ſine venia, parentem, vel patronum in jus vocavit. *ff. de*
... can. l. penultim. III. Regula eſt: Actiones ex contractibus
... m dantur heredibus actoris, ſed etiam contra heredes rei.
... ione autem contractuum continentur etiam quaſi con-
... *f. de obl. & act. l. ex contractibus* 49. Excipit Imp. cum de-
... in contrahendo doloſe verſatus eſt, & ex eo dolo nihil ad
... pervenit. In interdicto quoque de precario hoc obtinet,
... ex dolo defuncti non teneatur, niſi quid ad eum pervene-
... precar. l. quæſitum 8 § *ult.* Ne intelligas ob hanc cauſam
... m dari actionem in heredem; ſed tantum certis caſibus
..., plerumq; enim ex dolo contrahentis heres tenetur. *ff. de-*
... ominem 7. §. 1. *& de oblig. & act. l. ex contractibus* 49. *&*
... eg. jur. l. hoc jure 152. *§. ult. & l. ad ea quæ* 157. *§, ult.*
... nti ad æris alieni ſolutionem hæres tenetur. *C. de hær. act.*
... a & ex delicto defuncti conventus ad reſtitutionem damni
... delicto, tenetur parti læſæ in ſolidum, etſi defuncti facul-
... n patiantur: niſi beneficium inventarii impetraverit.
... *C. ex delict. defunct. in fin & in l. ult. C. de jur. delib. &*
... de cond. furt.] Sequentes tamen actiones ex dolo defuncti
... ur in heredes. Prima eſt actio exſtipulatu, ſi defunctus,
... iriarum ageret, judicio ſiſti ſtipulatus ſit. quamvis e-
... ulatio regulariter pariat actionem perpetuam: quia tamen
... accedit actioni injuriarum, idcirco quemadmodum
... ollitur actio injuriarum, ita etiam tollitur hæc actio
... atu. *ff. ſi quis caution. l. ſi eum* 10. *§. ultim.* [*v. tamen*
... de injur. §, fin.] Secunda eſt actio in factum, qua tenetur
... qui falſum modum dixit. *ff. ſi menſor falſum modum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

dixerit.l. Si duobus.3.§.penult. & l.Hæc actio.4. Tertia eſt act *tributoria.ff.de tribut.action.l.illud.7.§.ult. & l.ſeq.* Ex dict patet, in hoc contextu legendum, *non competit cum teſtator*, & deleta particula, *veluti*, quæ male interjecta eſt, & recte abeſt vet. lib. ut Cujacius notat. Dictis regulis Juſt. addit generalem l mitationem: quoniam omnis actio per litis conteſtationem pe petuatur, ne judicium reddatur eluſorium itaque tranſit ad her des actoris, & in heredes rei. [nec intermoriuntur ante annos. 4 *l.fin.C.de preſc.30.ann. Tuld.hic. & Perez.*] Hæc exceptio ſp cialiter traditur in actione tutelæ. *ff.de fidejuſſ.tutor.l.ultim.§. & C.de in litem jurand.l.penul.* aliiſque exceptionibus adjungit *C.de hered.tut.l.1.*

Judicia omnia abſulutoria.

1 Quid ſi reus ſatisfaciat ante ſententiam actoris?

2. § 1 Supereſt, ut admoneamus, quod ſi ante rem judicatam is, cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori, officio judicis convenit, eum abſolvere; licet in ea cauſa fuiſſet judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet. & hoc e quod antea vulgo dicebatur, omnia judicia abſoluto eſſe.

Tertio *in §.ult.h.n.* proponit quandam actionum & judic rum proprietatem, quæ non pertinet ad rubricam hujus tit. Pr prietas hæc eſt, quod omnia judicia ſunt abſolutoria, non qu ſemper rei abſolvantur, ſed quia ſemper contingere poteſt ut re abſolvatur. etenim ſi debitor non ſit, ſine dubio abſolvi debet. vero ſit debitor, poterit judicio pendente ſatisfacere actori: [reſ tuendo ei rem petitam cum fructibus & reddendo ſumptus in tem factos. *Perez. hic.*] tuncque judex poterit eum abſolver Quod ſi ante litem conteſtatam ſatisfaciat, non cogitur judiciu ſubire. *ff.de procur.l.ſi reus.37.*

A X I O M A T A.

1. *Civiles actiones ſunt perpetuæ.* in princ.
2. *pleræque actiones prætoriæ ſunt annales*, eod. princ.
3. *Petitio hæreditatis, tam directa, quam utilis, eſt perpetu* eod. princ.
4. *Actio furti eſt perpetua.* eod. princ.
5. *Ex maleficiis pœnales actiones in heredem non competunt, ple que tamen heredi comptunt.* §. 1,
6. *Litis conteſtatio actionem perpetuat.* d. §. 1.
7. *Qui actori judicio pendente ſatisfacit, abſovi debet.* §. ult.
8. *Omnia judicia poteſtate ſunt abſolutoria.* d. §. ult.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DE EXCEPTIONIBUS.

TITVLVS XIII.

EXceptio eſt actionis excluſio. *ff. hoc tit. l. exceptio. 2. in princ.* uamobrem tractatui de actionibus recte ſubjicitur hic titu- us e exceptionibus. ut enim actor contra reum agit, ita reus con- ra ctorem excipit. Adde, quod vocabulis late acceptis, quemad- um replicatio appellatione exceptionis. *infra tit. prox. §. qua-* 3. ita exceptio appellatione actionis contineri poteſt. *ff. hoc* 1. licet proprie loquendo, actio & exceptio diſtinguantur. *ff.* *rb. ſign. l. verbum oportebit. 8. §. 1.* Tres ſunt partes hujus titu-

Exceptiones.

SEquitur, ut de exceptionibus diſpiciamus. Comparatæ autem ſunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipſa perſecutio, qua actor experitur, juſta ſit tamen iniqua ſit adverſus eum, cum quo agitur. Quid ſunt Exceptiones?

I prima parte Imperator nectit hunc tit. cum præcedentibus, unda, quæ eſt in verſic. *comparatæ*, docet, cur exceptiones ntroductæ, & quis ſit earum uſus. hæc autem doctrina ni- diſtinctione æquitatis a ſtricto jure cum enim actio juſta , d eſt, ſtricto jure competit; iniqua tamen eſt, hoc eſt, æ- i repugnat; adeo ut ſtrictum jus ſit pro actore, æquitas reo faveat: tunc reo ſuccurritur per exceptionem. [Et ſi ures competunt exceptiones, eas hodie litium abreviandarum omnes ſimul proponere debet niſi novæ aliquæ poſtea emer- : exceptis exceptionibus, declinatoria fori, ſive judicis npetentis: litis finitæ: litiſpendentis; compromiſſi in os & tranſactionis, quibus inſiſtere licet. *Vinn. & Groenw.* *terul. prax. civil. lib. 4. tit. 4. c. 1. nu. 6.* uti quæ impe- ulteriorem litis ingreſſum quoad ſuper iis redditum ſit

Exceptio metus, doli, erroris.

§ 1 Verbi gratia, ſi metu coactus, aut dolo inductus, rrore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non de- s promittere, palam eſt, jure civili te obligatum eſ- 1 Quæ eſt exceptio doli, metus erroris?

ſe, & *actio*, qua intenditur dare te oportere, efficax e ſed iniquum eſt te condemnari. Ideoque datur tibi exc ptio, quod metus cauſa, aut doli mali, aut in factum co poſita ad impugnandum actionem.

Hanc exceptionum rationem & utilitatem declarat Imper. va exemplis. Primum exemplum *in* §. I. *h. n.* eſt exceptio metus ſi quis enim metu coactus aliquid promiſit, jus ſtrictum ex prom ſione contra eum dat actionem, æquitas autem ex metu eidem buit exceptionem. Nota, ex metu dari actionem & exception. De actione agitur *in tit. quod metus cauſa.* De exceptione au *in tit. de doli mali & metus exceptione.* Secundum exemplum *eodem* §. I. *h. n.* eſt exceptio doli, cum ſcilicet aliquis dolo adr ſarii deceptus, ei aliquid promiſit. Hujus exceptionis & præce tis expoſitio ſimilis eſt: & ſicuti ex metu, ita etiam ex dolo ta ctio, quam exceptio competit. De actione agitur. *in tit. de dolo.* De exceptione vero. *in dicto tit. de doli mali & metus exceptione.* ſerva differentiam inter doli actionem, & exceptionem: quia actio eſt ſubſidiaria, quæ non datur niſi omnibus aliis remedii ficientibus. *ff. de dol. l.* 1. §. 1. *ait prætor. &* §§. *ſeqq.* [& eſt nalis] doli autem exceptio concurrit cum omnibus aliis exce nibus, propterea quod dolo malo facit actor, quotieſcumque quid petit, cum ei petitioni obſtet exceptio. *ff. de doli except. l.* *& generaliter.* [& eſt perpetua. *Tuld. hic c.* 5.] Tertium exe plum in *eo.* §. 1. eſt exceptio in factum, quæ naſcitur ex errore mittentis. ſi quis enim per errorem promiſerit, cum falſo put ſe debere, tenetur quidem ſtricto jure, propter promiſſionem, Prætor ex bono & æquo ratione juſti erroris ei per exception ſuccurrit.

Pecuniæ non numeratæ exceptio.

a Quæ eſt exceptio non numeratæ pecuniæ?

2 § a Idem juris eſt, ſi quis quaſi credendi cauſa pe niam a te ſtipulatus fuerit, neque numeraverit. Nam e pecuniam a te petere poſſe eum, certum eſt. dare e te oportet, quum ex ſtipulatione tenearis. Sed quia quum eſt, eo nomine te condemnari. placet exceptio pecuniæ non numeratæ te defendi debere. cujus tem ra nos (ſecundum quod jam ſuperioribus libris ſcript eſt) conſtitutione noſtra coarctavimus.

Quartum exemplum in §. 2. *hoc noſtro*, eſt exceptio non nu ratæ pecuniæ, de qua dictum fuit. *ſupra tit. de liter. oblig.* [*vid. not.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Exceptio non petendo.

3 P ræterea debitor ſi pactus fuerit cum creditore, ne a ſe pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto convento obligationes non omnino diſſolvuntur: qua de cauſa efficax eſt adverſus eum actio, quam actor intendit, *Si patet eum dare oportere*: ſed quia iniquum eſt contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conventi. a Quæ eſt de non petendo?

Quinim exemplum in § 3. *h. n.* eſt exceptio pacti.

Nota. Imperatorem loqui de pacto liberatorio, quod eſt pactum de non petendo. [& objiciens exceptionem pacti de non petendo, ſolutionis, aut compenſationis non cenſetur fateri debitum; quia cum eas objiciat ad ſe defendendum, non debet contrarium operari & excludere defenſionem rei. Ideoque actor equidem debitum probare tenetur. *Tuld. hic c. 2. per l. 19. ff. ſi cert. pet. l. 9. de* except. *l. 6 de R. I.* quia exceptio hæc tacite conditionem continet ſi indebitum probes. *l 9 C. de except.* & nemo prohibetur pluribus uti defenſionibus. *l. 8. ff. d. tit.* etiam contrariis, ſi alternative proponuntur. 2 *ſ. d. l. 8. Perez. hic in fin.* Qui tamen excipit de conditione adjecta obligationi: hanc fatetur & conditionem probare debet. *Vulten. a. 2. & Accurſ. de l. 9*] aliud eſt pactum obligatorium, ut ſi quis paciſcatur ut ſibi dentur decem, verum tamen hoc pactum obligatorium, quamvis non valeat ad agendum, tamen in mutuis obligationibus valet ad excipiendum. regulariter enim pacta non pariunt actionem, ſed exceptionem, ut docet Ulpian. *in l. Juri g. 7. ff. de pactis.* Exempli gratia, ſi tibi ædes vendidero decem, & poſtea ex intervallo mecum paciſcaris, ut de evictione tibi caveam duplæ ſtipulatione, vel ut tibi caveam datis fidejuſſoribus: ex hoc pacto non potes adverſus me agere, ut duplam promittam, vel fidejuſſores præſtem: quia eſt pactum nudum, quod non parit actionem. ſed ſi ego contra te agam ex vendito, tu potes ex dicto pacto contra me excipere, atque ita me ſummovere, ſi non ex pacto ſatisfaciam. *ff. de contrahend. empt. l. pacta conventa* in princ.

Nota I. non omnino pactis obligationes diſſolvi, id eſt, non ſolvi ipſo jure, ſed tantum ope exceptionis. his enim duobus modis obligationes ſolvuntur. & modi quidem, quibus obligatio ipſo jure ſolvitur, expoſiti ſupra fuerunt ſub tit. *Quibus modis toll.* obligat. hic autem titulus eſt de modis, qui ope exceptionis obligationem infirmant.

Nota tertio duos caſus a dicta regula exceptos, quibus obligatio

gatio per pactum tollitur ipſo jure. *I* Si obligatio nudo conſenſi conſtet. *ſupra quibus modis toll. obligat.* §. *ult. II.* Si ſit pactum le gitimum. *ff. de pact. l. Legitima. 6. & l. Jurisp. 7.* §. *ſi paciſcar n operis. 14.* aut prætorium. *ff. eod. l ſi tibi. 17.* §. 1.

Exceptio jurisjurandi.

1 Quæ eſt jurisjurandi? 4 § 1 Æque ſi debitor creditore deferente juraverit, ni hil ſe dare oportere, ad huc obligatus permanet: ſed qui iniquum eſt de perjurio queri: defenditur per exceptio nem jurisjurandi. In iis quoque actionibus, quibus in re agitur, æque neceſſariæ ſunt exceptiones; veluti ſi petit re deferente poſſeſſor juraverit eam rem ſuam eſſe, & n hilominus petitor eandem rem vindicet. licet enim v rum ſit, quod intendit, id eſt, rem ejus eſſe: iniquum t men eſt poſſeſſorem condemnari.

Sextum exemplum in § 9. *h. n.* eſt exceptio jurisjurandi.

Nota *I.* Jusjurandum non prodeſſe ei qui juravit, ſi temere ſponte ſua juravit, ſed ita demum, ſi deferente adverſario vel ju ce juravit. *ff. de jurejur. l. Ait Prætor. 5. in princ.*

Nota *II.* ex jurejurando naſci actionem, ſi quis juraverit r ſibi deberi, vel rem ſuam eſſe, ut expoſitum fuit *in* §. *item ſi q poſtulante, ſupra de act.* item naſci exceptionem, ſi quis juraverit rem non debere, vel rem quæ petitur ſuam eſſe, ut hic, aut pe toris non eſſe. *ff. de jurejur. l. ſed ſi poſſeſſori. 11. in princ.*

Nota *III.* iniquum eſſe, ut de perjurio quæratur: quia religi ni ſtandum eſt, videlicet in quæſtione de ea re, ſuper qua juratu fuit. ſed hoc non obſtat, quominus alio judicio de perjurio qu ratur, & perjurus extraordinaria pœna afficiatur, ut docui. Cen 3. *quæſt. 79.* [*adde not. d.* §. *ſi quis poſtulante. 11*]

Exceptio rei judicatæ.

1 Quæ eſt rei judicatæ 5 § 1 Item ſi in judicio tecum actum fuerit, ſive re ſive in perſonam; nihilominus obligatio durat: & id ipſo jure de eadem re poſtea adverſus te agi poteſt: ſ debes per exceptionem rei judicatæ adjuvari.

Septimum exemplum in §. 5. *h. n.* eſt exceptio rei judicatæ.

Nota *I.* rem judicatam dici in jure civile ſtatim ac judex c demnans vel abſolvens ſententiam definitivam pronunciavit. *ff re jud. l. 1.* In jure autem Canonico & apud Doct. in praxi dic ſententia tranſire in rem judicatam, cum non poteſt amplius pellatione reſcindi.

N

N:a *II.* quemadmodum ex ſententia condemnatoria datur actio judicati,de qua in d.tit.*de re jud.*ita etiam ex ſententia abſo-luto a dari exceptionem rei judicatæ , de qua *hic.*& *in tit. ff. de excep. rei judic.*

Na *III.*tum demum huic exceptioni locum eſſe , cum peti-tur e em res, de qua judicatum fuit, id eſt,idem corpus,vel ea-dem antitas,nec non idem eſt jus,& eadem cauſa petendi:item eade eſt conditio perſonarum. *ff. d. tit.de except.rei jud.l.cum quer ur.12.cum duab. ll. ſeqq.* [Si victor non opponat hanc ex-cept iem , & rurſus ſibi quæſtionem ſuper eadem cauſa moveri patia r,poterit judex iterum ſententiam ferre,etiam retractando prior n, citra appellationem. *Everh. conſ. 27. nu. 2. Chriſtin. C. lib. 7 ec. 100. nu. 7. & dec. 117. nu. 5. Surd. dec. 24. nu. 9. adde M nſ. obſ. 49.*]

Varietates exceptionum.

§. Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quam ex multis variiſque cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris in-telli poteſt. 1 Unde alię excep-tiones pe-tendæ?

Hi ſeptem exemplis expoſitis plura alia poſſunt adjungi. ſed Impe in §.6.*h.n.* jubet reliqua peti ex Digeſtis,præſertim ex *lib. 44. Digeſtorum*,qui totus fere eſt de exceptionibus. Hactenus ex-poſitæ exemplis illuſtrata eſt ratio & utilitas exceptionum.

Primo Diviſio.

§. Quarum quædam ex legibus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent, vel ex ipſius prætoris jurisdictione ſub-ſtantiam capiunt. 1 Quomodo primo divi-duntur ex-ceptiones?

In tertia tituli parte Juſtin.ponit exceptionum diviſiones.Pri-ma diviſio eſt in §. 7. *h. n.* quod aliæ ſunt exceptiones legitimæ civiles, quæ jure civili ſunt introductæ , atque hæ ipſo jure o-bligationem & actionem tollunt,ut exceptio pacti de injuria,vel furti *ff.de pact.l.Legitima.6.l. Iuriſg.7.§. paciſcar. l. ſi tibi.* 7. Aliæ ſunt prætoriæ,ut exceptio doli,vel metus,& plerum-que exceptio pacti.

Deviſio ſecunda.

§. Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ , aliæ temporales & dilatoriæ. 1 Quomodo ſecundo?

Secunda diviſio eſt in §.8.*h. n.* quod aliæ ſunt exceptones per-

petuæ

petuæ & peremptoriæ, quæ definitione & exemplis declarant in §. 9. *h. n*, aliæ temporales & dilatoriæ, quæ ſimiliter explicant in § 12. *h. n*, ubi etiam addit effectum harum exceptionum tei poralium, de quo dictum fuit. *ſupra de act.* § *ſi quis agens.* ȝ [quæ autem ſint exceptiones dilatoriæ quæ & poſt litem con ſtatam opponi poſſunt. *vid. Gail.* 1. *obſ.* 34. *Vinn hic.* § *ult. n.* 1 *Bronck.* 4. *aſſ.* 29. *Zanger. de except. p.* 2. *c. ult. nu.* 7. Peremptor etiam poſt litem conteſtatā recte opponuntur cum cauſam ipſa & judicium conſtitutum concernant, ut non impediant litem i choari. *l.* 2. *C. ſent. reſcind. non poſſ. l.* 8 *C. de except.* quales dilat riæ etiam poſt litem conteſtatam, opponi poſſunt. *Gail Vin. ſ.* Peremptoriæ quoque quę non tam ſententiam ſive cauſam qua ejus executionem impugnant, poſt finitum judicium opponi p- ſunt uti competentiæ. *l.* 33. *de donat. l.* 41. §. *fin. de re jud.* S- Maced. & Vell. *l.* 11. *ff. ad Maced. Zoeſ. hic nu.* 16.

Exceptiones perpetuæ.

1 Quæ ſunt perpetuæ ac peremptoriæ exceptiones?

9 § 1 Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper ag- tibus obſtant, ſemper rem, de qua agitur, perimunt: q- lis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum ı, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pe- nia peteretur.

Temporales ac dilatoriæ.

1 Quæ ſint temporales ac dilatoriæ

10 § 1 Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad te- pus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis pacti conventi, cum ita convenerit, ne intra certum te pus ageretur, veluti intra quinquennium: nam finito tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quil intra certum tempus agere volentibus objicitur excep aut pacti conventi, aut alia ſimilis, differre debent act nem, & poſt tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ i exceptiones appellantur. Alioqui ſi intra tempus eger, objectaque ſit exceptio, neque eo judicio quicquam c- ſequebantur propter exceptionem, neque poſt tem olim agere poterant, cum temere rem in judicium de- cebant, & conſumebant; qua ratione rem amittebat Hodie autem non ita ſtricte hoc procedere volumus: eum, qui ante tempus pactionis: vel obligationis, lit inferre auſus ſit, Zenonianæ conſtitutioni ſubjacere c-

ſem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſem, quam ſacratiſſimus legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant ii, qui talem injuriam paſſi ſint. & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obſervare.

Nota, hanc diviſionem ſumi ab effectu. dicuntur enim perpetuæ & temporales exceptiones, quæ habent hanc vim & hunc effectum, ut actionem, cui opponuntur, in perpetuum perimant. temporales autem & dilatoriæ, quæ ad tempus differunt. quod cum in contextu diſertis verbis tradatur; mirum eſt, Doct. hoc non animadvertiſſe ideoque adjeciſſe huic diviſioni tertium genus, id eſt, exceptiones, quas vocant anomalas. Exempli gratia. exceptio non numeratæ pecuniæ ex una parte videtur eſſe perpetua, quia in perpetuum actionem perimit: ex altera parte videtur temporalis, quia biennio concluditur, & poſt biennium non datur. atqui non dicitur exceptio temporalis a tempore, intra quod competit; ſed a tempore, quo actionem perimit. Ergo hæc exceptio nullo modo eſt temporalis, nec dicenda eſt anomala, ſed eſt vere perpetua, prout exceptio perpetua, & temporalis hic accipitur. Sed ſi hæc vocabula ita accipias in hac diviſione exceptionis, ut ſumuntur in diviſione actionis, cum dicimus actionem, eſſe perpetuam, vel temporalem. *ſupra de perp. & tem. act. in pr.* ita ut perpetuum vel temporale dicantur ratione durationis, non ratione effectus: certa hæc exceptio non numeratæ pecuniæ eſt temporalis, niſi per querelam intra biennium perpetuetur. *C. de non numera. pecun. l. in contractibus.* 14. *§. in* 4. [Nota autem quod judex regulariter non habet rationem exceptionis, quæ non eſt allegata. *v. Sand. lib.* 1. *tit* 7. *def.* 3. *Gail.* 2. *obſ.* 46. *nu.* 19. Niſi ſint exceptiones quæ ipſo jure reſcindent actionem & de iis conſtet ex actis. *Sand. d. def.* 3. *& ibi alle.*]

Dilatoria ex perſona.

§ 1 Præterea etiam ex perſona ſunt dilatoriæ exceptiones, quales ſunt procuratoriæ, veluti ſi per militem aut per mulierem agere quis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri conceditur. ſuis vero negotiis ſupereſſe ſine offenſa militaris diſciplinæ poſſunt. a Quæ ſunt dilatoriæ ex perſona.

ſunt. Eas vero exceptiones, quæ olim procuratorib propter infamiam vel dantis, vel ipſius procuratoris o ponebantur, cum in judiciis frequentari nullo modo pe ſpeximus, conquieſcere ſancimus; ne dum de his alterc tur, ipſius negotii diſceptatio proteletur.

Porro exceptionum dilatoriarum quædam dicuntur ſumi e perſona, ut Imp. docet § *ult. h. n.* ut exceptiones procuratoriæ, id eſ quæ procuratorem ſummovent, quaſi non poſſit procuratoris o ficio fungi. ejuſmodi exceptiones tres in contextu proponuntur. Exceptio militiæ. nam miles non poteſt eſſe alterius procurato ne hac ratione avocetur a militia. *C. de procurat. l. militem. 7. & Qui. 9. II.* Exceptio ſexus: quia procuratoris officium virile e ideoque mulieres ab eo ſummoventur. *C. eod. l. Quia abſente. 4 alienam. 18. III.* Exceptio infamiæ ſed hanc Imp. abolet, ne h prætextu judicia differantur. unde Doct. inter advocatos & pro ratores recte differentiam conſtituunt: cum enim infames ab o nibus dignitatibus arceantur. *C. de dignit. l. Neque famoſus. 2. & neque. 6.* apparet, officium procuratoris, ad quos infames adm tuntur, dignitate carere: advocati autem officium, a quo infan repelluntur, *ff. de poſtul. l. 1. §. ſecundo loco. 5. §. removet. 6. & § ait prætor. 8.* dignitatē in ſe continere. Non tamen propterea pr bo, quod Doct. aſſerunt, procuratorum officium eſſe vile & ſord dum. *I.* Quia non quicquid dignitate caret, continuo vile & abj ctum eſt: ſed quædam ſunt dignitatibus & ſordidis officiis inte jecta, quæ nec dignitatem nec indignitatem arguunt. *II.* Quia Im perator non dicit ſe admitere infames ad officium procuratoru obeundum, propterea quod ſit officium vile & ſordidum, ſed vet de procuratoris infamia quæri, cum quia hujuſmodi exceptio i judiciis non frequentabatur, tum etiam ne lites protrahantur. [ub quoque hodie exceptiones procuratoriæ ab uſu receſſerunt per *no ſup. §. 1. de iis per quos ager.* & mulieres, militesque procurator eſſe poſſunt: ita ut alium procuratorem ad lites ſubſtituant. *Groen in l. 10. C. de procur.*] *III.* Quia cum procuratore conjungit, eun qui procuratorem dedit, & tam de hujus, quam de illius infami quæri prohibet, quare ſi hinc colligi poſſet, officium procurato ris eſſe vile & abjectum, eadem ratione colligeretur viles perſon eſſe, quæ per procuratorem litigant, cum tamen honeſtius eſſe per procuratorem, quam per ſe litigare. *ſupra de injur. §. 10 & C. eod. l. ult.* Hæc ita jure civili obtinent. ſed jure can. inf mes a procuratorum officio removentur. *3. quæſt. 7. cap. infa mis. & cap. ſeq.* [Nota denique quod aliæ exceptiones ſi Reales, quæ & fidejuſſori & hæredi proſunt: aliæ Perſonal

qu

quæ ta:um perſonæ rei cohærent, eamque concernunt: uti beneficii ompetentiæ, in quantum facere poteſt, &c. quas ſcilicet exc tiones perſonæ favor obtinuit, non cauſæ conditio. *v. Tuld. hic c. ſ l.13. ff. de minor. l. 68. de R.I. adde tit. ſeq. §. ult.*]

AXIOMATA.

1. *Exc tiones reorum defendendorum gratia comparatæ ſunt*, in pr
2. *S ep quod juſtum eſt, iniquum eſt*, eod. princ. *vide Ariſtot.* lib. 5. thic: cap. pen.
3. *Pa n conventum non tollit obligationem ipſo jure, ſed ope exce ionis*. §. 3.
4. *Ini um eſt, aliquem contra pacta condemnari*. d. §. 3. *quia pa unt ſervenda*. ſupra de ſoc: axiom. 1.
5. *Iniqum eſt de perjurio quæri*. §. 4. *conjun*. l. quod ſi deferente. 1. ff. de dolo.
6. *Sen ntia abſolutoria non tollit actionem ipſo jure, ſed ope exce ionis*. §. 5.
7. *Mi non poteſt fieri procurator, niſi in rem ſuam*. §. ult. *conjun*. l. & l. 9. C. de procuratorib.
8. *Pr curatoris officium virile eſt*. §. ult.
9. *In nis in judicio procurator jure civili eſſe poteſt*. d. §. ult. *jure c onico non poteſt*. 5. quæſt: 1. cap. infamis & cap. ſeq.

DE REPLICATIONIBUS.

TITULUS XIV.

H titulo ſubjiciuntur aliæ duæ exceptionum diviſiones.

Replicatio.

INterdum evenit, ut exceptio, quæ prima facie juſta videtur, tamen inique noceat, quod cum accidit, alia allegatione opus eſt, adjuvandi actoris gratia, quæ replicatio vocatur; quia per eam replicatur, atque re-ſolvitur jus exceptionis, veluti cum pactus eſt aliquis cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniam petat, deinde poſtea in contrarium pacti ſunt, id eſt, ut creditori petere liceat: ſi creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemne- Quomodo introducitur Replicatio?

demnetur, ſi non convenerit, ne eam pecuniam credit petat, nocet ei exceptio. convenit enim ita namque nil lominus hoc verum manet, licet poſtea in contrarium p ẟi ſint, ſed quia iniquum eſt creditorem excludi, replic tio ei dabitur ex poſteriore pacto convento.

Duplicatio.

1 Quomodo duplicatio?

I. § 1 Rurſus interdum evenit, ut replicatio, quæ p ma facie juſta eſt, inique noceat. quod cum accidit, a allegatione opus eſt, adjuvandi gratia, quæ duplica vocatur.

Triplicatio.

1 Quomodo triplicatio?

2. § 1 Etſi rurſus ea prima facie juſta videatur, ſed p pter aliquam cauſam actori inique noceat: rurſus alia legatione opus eſt, qua actor adjuvetur: quæ dicitur t plicatio. [Hodie ferè in bene ordinatis Tribunalibus, tium abbreviandarum cauſa, prohibitum eſt ultra dupli cationem ſcribere, niſi ex cauſa judex aliter decern nempe ob novum & ad cauſæ ſtatum petinens factum a r allegatum. *v. Groenew. & Fuld. hic.*]

Latior explicatio.

1 Suntne plures defenſionum ſpecies?

3. § 1 Quarum omnium exceptionum uſum interdu ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introduci quas omnes apertius ex Digeſtorum latiore volumine fac le eſt cognoſcere.

Prima diviſio eſt, quod vel eſt exceptio proprie dicta, vel repl catio, vel duplicatio, vel triplicatio, vel ulterior exceptio, ut qu druplicatio, &c. De replicatione loquitur Imp. *in princ tit.* de d plicatione *in* §. 1. *h. n.* de triplicatione. §. 2. *h. n.* de ulteriorib exceptionibus. §. 3. *h. n.*

Nota *I.* hunc eſſe judiciorum ordinem & progreſſum, ut act contra reum agat, reus contra actorem excipiat: actor contra r exceptionem replicet, reus contra actoris replicationem duplice iterum actor contra rei duplicationem triplicet, & reus contra ctoris triplicationem quadruplicet.

Nota *II.* quemadmodum inſtitutio non ſolum continet inſt tutionem proprie dictam, quæ primo gradu fit, ſed etiam ſubſt tutionem, quæ fit ſecundo, vel ulteriori gradu; ut in *l. Galli*

2

29 *ff. li & poſth.* & aliis locis; ita etiam exceptionis appellatione non sol n contineri exceptionem proprie dictam, ſed etiam replicationem, duplicationem, & ulteriores defenſiones. d. § 3, *h. n.*

[E]xceptiones aliquando proſunt fidejuſſoribus.

4. § Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari ſolent etiam fidejuſſoribus [ejus:] recte: quia quod ab iis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: quia mandati judicio redditurus eſt eis, quod [ii pro eo] ſolverint. Qua ratione, & ſi de non petenda pecunia pactus quis cum eo fuerit, placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conventi illis quoque qui pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet, [n]e ab eis ea pecunia peteretur. [2] Sane quædam exceptionis non ſolent his accommodari: Ecce enim debitor, ſi bonis ſuis ceſſerit: & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, ſi bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fidejuſſoribus non datur: ideo ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime proſpicit, ut cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis, quos pro eo obligavit, ſuum conſequi. 1 Solentne exceptiones prodeſſe fidejuſſoribus? 2 Quomodo Exceptiones non proſunt fidejuſſoribus

Secunda diviſio eſt *in §. ultim. h. n.* quod aliæ ſunt exceptiones [personarum] propriæ, quæ non proſunt fidejuſſoribus, ſed tantum [pr]incipalibus, ut exceptio ceſſionis bonorum, de qua *in §. ul[t. ſupr]a de act.* aliæ proſunt etiam fidejuſſoribus, ut exceptio pacti de non petendo. nam ſi reus pactus ſit ne petatur, non ſolum [ipſe, se]d etiam fidejuſſor ejus pacti exceptione ſe tuere poteſt. [Q]uod [ve]rum eſt, cum pactum in rem, id eſt, generaliter, factum [ne p]etatur. nam ſi pactum ſit in perſonam, id eſt, ne a ſe [p]etatur, ab herede peti poterit. *ff. de pact. l. & heredi. 21. § ult.* [Ha]s [e] Hæ exceptiones, quæ etiam fidejuſſoribus proſunt, di[cuntur re]i cohærere. quæ vero fidejuſſoribus non proficiunt, di[cuntur pe]rſonæ cohærere *ff. de except. l. 7.* [*confer. not. tit. præced. [in] fin.*]

AXIOMATA.

[1. ...] *pactum per poſterius non tollitur ipſo jure, ſed ope exce[ptio]nis.* in princ. *conjun.* l. ſi unus 17. §. pactus ne peteret. ff. de pa[ct].

[2. Quod] *fidejuſſoribus petitur, ab ipſo reo peti videtur.* §. ult. *con[jun.] l.* adverſus 22. ff. de recept: qui arbitr.

3. *Ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

3. *Exceptiones, quæ rei cohærent, proſunt fidejuſſoribus, perſo-les non proſunt, l. 7. pr. & §. 1. D. de Except. §. fin h.*

DE INTERDICTIS.

TITULUS XV.

Actionis appellatione, ſi verbum latius accipiatur, etiam interdicta continentur. *ff. de obl. & act. l. actionis. 37.* ſed proprie loquendo interdicta ab actionibus diſtinguuntur. *ff. de proc. l. non ſolum. 39. in princ.* I. Quia actiones partim ſunt civiles, partim prætoriæ. *ſupra de action. § ſed iſtæ.* interdicta vero omnia ſunt prætoria. *ſupra hoc tit. verſ. erant.* II. Quia pleræque actiones ſunt de proprietate, interdicta vero omnia ſunt de poſſeſſione, etſi non-nulla etiam cauſam proprietatis implicitam habeant, quatenus in quæſtione de poſſeſſione is vincit, qui in proprietate potior. *ff. hoc tit. l. 2. §. quædam.* III. Quia in actionum formulis prætor verba dirigebat ad judicem, veluti, *Si patet Titium a Mævium tum accipiſſe mutuo, condemna judex.* in interdictis autem verba dirigebat ad litigãtes, veluti, *Quorum bonorum poſſeſſio illi ex edicto meo data eſt, quod ex his bonis poſſides, id reſtituas. ff. quorum bon. l. 1.* Divido hunc titulum in quatuor partes.

Definitio interdictorum.

Quid ſunt interdicta?

Sequitur, ut diſpiciamus de interdictis, ſeu actionibus, quæ pro his excercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, quibus prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. quod tunc maxime fiebat, cum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

In prima hic titulus nectitur cum præcedentibus. In ſecunda, quæ eſt in verſ. *erant*, definiuntur interdicta. Ex qua definitione

Nota I. interdicta olim a prætore vivente reddi ſolita: quod quia in deſuetudinem abiit, idcirco dicitur hodie judicari ſine interdictis. *infra eod. §. ultim.* non quia hodie nullus ſit uſus interdictorum, ſed quia interdicta ipſo jure vim ſuam exercent ſine pronunciatione prætoris.

Nota II. omne interdictum aut prohibere, puta vim fieri, aut jubere, veluti ut aliquid reſtituatur, vel exhibeatur.

Nota III. interdictis maxime locum eſſe, cum de poſſeſſione

aut qua[de] poſſeſſione contentio eſt. Intellige poſſeſſionem corporis: quaſi poſſeſſionem juris alicujus. [Puta uſusfructus & ſervitutes, quæ quaſi poſſideri dicuntur. *l.* 18. §. 1. *de hær. pet. l,*23. §. 2. *ex quib. cau. maj.*] Duplici autem de caſu adjecta eſt partic. *maxime.* Primo quia interdum actione de poſſeſſione quæritur, ut cum creditor pignus perſequitur actione hypothecaria, quæ nudam poſſeſſionem avocare dicitur. *ff. de edict. l. ſi eum venditor.* 66. *in princ.* [& ideo de cauſa poſſeſſionis potiſſimum interdicta propoſita ſunt, ut tales controverſiæ in quibus ut plurimum ultra jurgium proceditur, & manibus non temperatur, quam celerrime componerentur. *l.*13. §. 3. *de uſufr. Vinn. hic.* prærogativam enim habet poſſidens ut ab onere probandi ſublevetur: & in pari dubio quoque pro eo pronuncietur, *v. Tuld. hic c,*1.] Secundo, quia (ut paulo ante notavi) quædam interdicta etiam cauſam proprietatis continent.

Diviſio interdictorum.

> a Quæ eſt prima interdictorũ diviſio?
> b Quę ſunt prohibitoria?
> c Quę ſunt reſtitutoria?
> d Quę ſunt exhibitoria?
> e quę proprie appellantur interdicta?

1. § Summa autem diviſio interdictorum hæc eſt: quod aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. [b] Prohibitoria ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri, veluti vim ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti, quo ei jus erat inferendi; vel in ſacro loco ædificari vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. [c] Reſtitutoria ſunt, quib. reſtitui aliquid jubet, veluti bonor. poſſeſſori poſſeſſionem eorum, quæ quis pro herede aut pro poſſeſſore poſſidet ex ea hæreditate: aut cum jubet ei, qui vi de poſſeſſione fundi dejectus ſit, reſtitui poſſeſſionem. [d] Exhibitoria ſunt, per quæ jubet exhiberi: veluti cum, cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parens liberos, qui in poteſtate ejus ſunt. [e] Sunt tamen, qui putent, proprie interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt, quia interdicere ſit denunciare & prohibere: reſtitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari; quia inter duos dicuntur.

In hac tertia tituli parte ponuntur tres interdictorum diviſiones, quarum prima explicatur, *in* §. 1. ubi Imp. Primo ponit diviſionem interdictorum in prohibitoria, reſtitutoria, & exhibitoria, quibus poſſumus addere interdicta mixta, quæ ſimul prohibitoria ſunt, & exhibitoria. *ff. h. tit. l.* 1. §. 1. Secundo in verſ. *Prohibitoria* definitione & exemplis, declarat interdicta prohibitoria.

I. Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

I. Exemplum eſt, cum prætor prohibet vim ei fieri, qui ſine vitio poſſidet, id eſt, qui neque vi, neque clam, neque precario poſſidet. Accurſius hoc loco intelligit interdum *ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit*. Ego vero intelligo interdictum *uti poſſidetis*, quod poſterius explicabitur, vide *l. 1. in princ. ff. uti poſſidetis*. II. Exemplum eſt interdictum *de mortuo inferendo*, id eſt ne vis fiat, quominus liceat mortuum inferre, vide *l. 1. in princ. de mortuo infer.* III. Exemplum eſt, *ne ædificetur in loco ſacro. ff. ne quid in loco ſacr. l. 1. in princ.* ſubaudi, deformitatis vel incommodi cauſa nam ornamenti cauſa licet id facere. *d. l. 1. § quod e.* 2. Exemplum eſt, *ne quid fiat in flumine publico, vel ripa ejus, quo pejus navigetur. D. de fluminibus. l. 1. in princ.* Hoc interdictum ceſſat in fluminibus privatis, & in rivis, aut torrentibus. *d. l. 1.* ... tia in verſ. *reſtitutoria*, ſimiliter definitione & exemplis ... cat interdicta reſtitutio. *I.* Exemplum eſt interdictum *quorum bonorum*, de quo dicetur etiam *infra §. adipiſcendæ. 3.* vide *l. 1. D. quorum bonor.*

Nota *I.* hoc interdictum dari bonorum poſſeſſori, id eſt, cui jure prætorio ſucceſſit.

Nota *II.* hoc interdictum dari contra eum qui aliquid hæreditarium poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore, id eſt, bona fide, cum putet ſe eſſe hæredem, aut mala fide ſciens ſe non eſſe hæredem. *d. §. adipiſcendæ* [non vero adverſus juſto titulo poſſidentem *l. 2. ff. quor. bonor.*]

Nota *III.* utilitatem hujus interdicti eſſe, ne bonorum poſſeſſor rerum hæreditariarum poſſeſſionem adipiſcat. *d. § adipiſcen.* [Remedium etiam expeditiſſimum conſequendæ poſſeſſionis rerum hæreditariarum eſt *ex l. ult. C. de edict. D. Had. toll.* quo ... qui inſtitutus eſt teſtamento quod non laborat vitio conſpicuo ex comittitur in poſſeſſionem: dilata omni quæſtione contra teſtamentum ex defectibus in oculos non incurrentibus & altiorem indaginem requirentibus. *v. Menoch. adip. poſſ. rem. 4. nu. 6. & 727. & DD. in d. l. ult.*] Cum dicimus bonorum poſſeſſorem, reſpicimus ad jus: cum autem dicitur eum adipiſci poſſeſſionem, ſignificamus poſſeſſionem, quæ eſt facti. *II.* Exemplum eſt, interdictum *unde vi*, quo aliquis accipit poſſeſſionem rei immobilis, unde per vim dejectus fuit. *inf. h. t. §. recuperandæ & ff. de vi & vi armata l. 1. in pr.* Quarto in verſ. *exhibitoria*, definitionem & exempla proponit interdictorum exhibitoriorum. *I.* Exempl. eſt, cum de libertate alicujus agitur. hoc interdictum *de homine libero exhibendo. D. de lib. hom. exhib. 1. in princ. II.* Exemplum eſt, *de exhibendo liberto*, cui patronus vult operas indicere. Operarum definitionem, & ...

...fiorm expoſui. *ſupra ad tit. de acquiſ. per arrog.* Hoc loco. ...ota primo operas patrono a liberto deberi civiliter, ſi vel per ſtipulationem, vel adhibito jurejurando ſint promiſſæ, alias deberi ...m naturaliter. *D. de condict. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus.* ... *C. ad leg. Viſelliam. l. un.*

...ota ſecundo, libertum eas operas patrono debere, quas ei pa...s indixerit: nec prius debere, quam petantur. *D. de oper. li... ſi quis hac lege. 13. § judicium 2. III.* Exemplum eſt de li... parenti exhibendis, qui ab aliquo detinentur inviti. *ff. de li...m. exhibend. l. 1. in princ. & l. ult.* Quinto in verſ. *ſunt tamen* ...lit hæc omnia recte vocari interdicta, quaſi inter duos dicta: ...onnulli putarunt interdicta proprie dici, quæ ſunt prohibi... reliqua vero proprie appellari decreta, quia interdicere inter... ſumitur pro prohibere. Sed cur dicuntur interdicta inter ... quoniam prætor inter actorem & reum interdicta reddebat ...dice pedaneo, cum autem actionem dabat, tunc præter a...m & reum erat etiam ipſe judex pedaneus. Alii malunt in...ti vocabulum deducere a partic. *interim*, ut interdicta vo... quaſi interim ad tempus dicta, donec de proprietate judi... Iſidor *lib. 5 originum, cap. 25 §. interdictum.* Anianus ad ... *ſententiar. Pauli tit. 8. in princ.* Alciat. *in l. pecuniæ verbum. actionis. ff. de verbor. ſignif.*

Secunda diviſio.

2 [1] Sequens diviſio interdictorum hæc eſt, quod quæ... adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt, quæ... retinendæ, quædam recuperandæ. — 1 Quæ eſt diviſio interdictorum ſecunda?

...unda interdictorum diviſio ſubjicitur in § 2. *h. n.* quod alia ...dipiſcendæ poſſeſſionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. ...ta I. hanc non eſſe generalem diviſionem omnia interdicta ...ectentem, ſed eſſe ſubdiviſionem interdictorem ad rem ...am & familiarem pertinentium, cum alia ſint interdicta de ...ſacris, alia de rebus publicis. *D. de interd. l. 2. §. hæc autem.* ...ta *II.* differentiam inter adipiſci, & recuperare. dicimur e...dipiſci poſſeſſionem quam antea non habuimus, recuperare ..., quam antea habuimus & amiſimus, aut igitur poſſeſſio... habemus, aut habuimus, aut nec habemus, nec habuimus pri... ſu dantur interdicta retinendæ poſſeſſionis. ſecundo caſu in...a recuperandæ. tertio caſu interdicta adipiſcendæ.

Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis.

3 [1] Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum ac...modatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur, *Quo-* — a Quæ ſunt interdicta poſſeſſionis adipiſcendæ?

2 Quid eſt quorum bonorum? *rum bonorum*, 2 ejusque vis & poteſtas hæc eſt, ut quod ex iis bonis quisque quorum poſſeſſio alicui data eſt, pro herede, aut pro poſſeſſore poſſideat, id ei, cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere debeat. 3 Pro herede autem poſſidere videtur, qui putat ſe heredem eſſe. 4 Pro poſſeſſore is poſſidet, qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet. 5 Id eo autem adipiſcendæ poſſeſſionis vocatur interdictum: quia ei tantum utile eſt, qui nunc primum conatur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaque ſi quis adeptus poſſeſſionem amiſerit eam: hoc interdictum ei inutile eſt. 6 Interdictum quoque, quod appellatur *Salvian.* adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet.

3 Quis poſſidet pro herede?

4 Quis pro poſſeſſore?

5 Cur dicta adipiſcendæ

6 Quod eſt interdictum Salvianum?

Hæc vero diviſionis membra declarat Imp. exemplis. Itaque i §. 3. *h. n.* proponit duo exempla interdictorum adipiſcendæ. I. e emplum eſt interdictum *quorum bonorum*, de quo dictum fuit i §. 1. *verſ. reſtitutoria*. II. Exemplum in verſ. *interdictum*, eſt inte dictum *Salvianum*.

Nota primo auctorem hujus interdicti fuiſſe Salvium Julian Juriſconſ. qui juſſu Hadriani Imp. compoſuit edictum perpetuun & aliis interdictis prætoriis hoc poſtremum adjecit.

Nota ſecundo hoc interdictum directum dari domino fund adverſus quemcumque poſſeſſorem rerum pacto expreſſo ſibi colono pigneratarum. *D. de Salv. inter d. l. 1. §. 1.* [Moribus hodi res a fundo amotæ ſequelam non habent, nec obligata manen niſi illico arreſto includantur. *Grot. lib. 2. p. 48. nu. 21. IC. Ba conſ. 196. p. 1.* alias poſſidens eas præfertur *v. Groenw. in l. 10 C. d pign. & hyp. adde not. ſup. de act. §. 7. ad fin.*] hæc enim eſt diffe rentia inter colonum, & inquilinum, quod res coloni non obli gantur domino fundi ſine pacto expreſſo, quamvis quæ in fu dum illatæ ſint res inquilini, eo ipſo quod invehuntur vel inferu tur in ædes conductas, cenſeantur tacite obligari domino ædiu ut expoſui ad §. *item Serviana, ſupr. de act.* Utile autẽ interdictu Salvianum datur eidem domino fundi de partu ancillæ ſibi a c lono pigneratæ, poſt eam a colono venditam edito. *d. l. 1. §. 1.* aliis creditorib. contra ipſos debitores, non contra extraneos po ſeſſores. *C. de precar. l.*

1 Quæ ſunt ſpecies interdictorũ retinendæ poſſeſſionis

Interdicta retinendæ poſſeſſionis.

4. § 1 Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſu inte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

uti poſſidetis, & *utrubi*: cum ab utraque parte de
alicujus rei controverſia ſit: & ante quæratur
gatoribns poſſidere, & uter petere debeat. 2 — 2 Cur ſolet prima eſſe quæſtio de poſſeſſione?
iſi ante exploratum fuerit utrius eorum poſ-
non poteſt petitoria actio inſtitui: quia & civi-
ralis ratio facit, ut alius poſſideat, & alius a poſ-
t. Et quia longe commodius eſt [& potius]
uam petere; ideo plerumque & fere ſemper
it contentio de ipſa poſſeſſione. 3 Commo- — 3 Quod eſt commodum poſſeſſionis?
poſſidendi in eo eſt, quod etiamſi ejus res non
ſidet ſi modo actor non potuerit ſuam eſſe pro-
anet in ſuo loco poſſeſſio, propter quam cau-
ſcura ſunt utriuſque jura: contra petitorem — 4 De qua re quæritur interdicto uti poſſidetis?
t. 4 Sed interdicto quidem *uti poſſidetis*, de fun-
m poſſeſſione contenditur: 5 *utrubi* vero in- — 5 De qua in utrubi?
e rerum mobilium poſſeſſione. Quorum vis ac
rimam inter ſe differentiam apud veteres ha-
m *uti poſſidetis* intetdicto is vincebat, qui, in- — 6 Quis vincebat olim interdicto uti poſſidetis?
pore poſſidebat: ſi modo nec vi, nec clam,
io nactus fuerat ab adverſario poſſeſſionem:
m vi expulerat, aut clam arripuerat alienam
, aut precario rogaverat aliquem, ut ſibi poſ-
t. 7 *utrubi* vero interdicto in vincebat, qui ma- — 7 Quis utrubi?
jus anni, nec vi, nec clam, nec precario ab
oſſidebat. 8 Hodie tamen aliter obſervatur. — 8 Quis hodie?
que interdicti poteſtas (quantum ad poſſeſſio-
t) exæquata eſt, ut ille vincat & in re ſoli, &
, qui poſſeſſionem nec vi, nec clam, nec pre-
erſario litis conteſtatæ tempore detinet.

§. 4. *h. n.* proponit duo exempla interdictorum reti-
cet interdictum *uti poſſidetis*, & interdictum *utrubi*.
x hoc §. interdictum uti poſſidetis pertinere ad res
rubi ad res mobiles.
blata antiqua horum interdictorum differentia, ho-
eandem eſſe vim & poteſtatem, id eſt, ſi duo de
ntendant. quia uterque aſſerat ſe rem poſſidere, &
ſſeſſionem ſibi conſervari, eum vincere, qui tempo-
ſtatæ poſſidet, niſi ab adverſario vitioſe poſſideat.

[*vid. Sand. lib.* 5. *tit.* 4. *def.* 1. ubi late hoc explicat. Noviſſime t men prævalet is qui vel juſtiorem vel antiquiorem poſſeſſione probat. Nam hoc caſu ſi non apparet de titulo adverſarii, præſ mitur ejus poſſeſſio vitioſa, *Perez. hic & Tuld. c.* 3. *Dambou prax. c.* 34. ubi ait ita uſu ſervari.]

Nota *III.* poſſeſſionem vitioſam dicit quæ eſt violenta, vel cla deſtina, vel precaria.

Nota *IV.* Jure civili non poſſe cumulari judicium petitoriu quod eſt de proprietate, & judicium poſſeſſorium; ſed opus eſſe primum judicio poſſeſſorio conſtet, uter ſit poſſeſſor: deinde in dicio petitorio ille poſſeſſor ſubeat partes rei, adverſarius autem actor, & ſuſtineat onus probandi: jure tamen Canonico minu- darum litium gratia placuit contra rationem juris civilis admi cumulationem utriuſque judicii, tam petitorii, quam poſſeſſo. *extr. de cauſa poſſeſſ. & prop. c.* 1. 4. 5. & 6. [& ita uſu ſervat intentans autem poſſeſſorium, & probans in petitorio, nihilo nus jus in poſſeſſorio tantum redditur: reſervata quæſtione do- nii. *Sand. d. def.* 1. *in fin.* niſi vi clauſulæ ſalutaris adjectæ aliud- deatur. *Sand. d. def.* 1. *Cur. Holl. dec.* 14. *Menoch. in præelud. de rei poſſ. nu.* 16. 17.]

Nota *V.* commodum poſſeſſionis hoc eſſe, ut actore domin non probante res penes poſſeſſorem, licet nihil probantem, man *C. de rei vindic. l. ult. & de probat. l.* 3. [Nam in interdictis jus e titulus poſſeſſoris non examinatur. *Tuld. hic c.* 3. *per l.* 1. §. *ul- l.* 2. *uti poſſid.* Neque remedium *can. redintegrandæ qu.* 1. datur c- tra b. fidei poſſeſſorem: præſertim cauſam habentem ab auct non vitioſo. *v. Sand. l.* 5. *tit.* 4. *def.* 1. *in fin. Fachin* 8. *con. Menoch. recup. poſſ. rem* 15. *qu.* 13. *Gail.* 2. *obſ.* 75. *nu.* 1] Quocirca probandi onus dicitur actori incumbere, *ſupra de le* §. *non ſolum, in fin. & probat. l. verius* 21. & *de jur. fiſc. l. eſt & de- tum.* 25. & *C. de lib. cau. l. non ideo,* 5. id eſt, probandæ ſua- tentionis. nam onus probandæ exceptionis, ſeu defenſionis, actor intentionem ſuam probaverit, reo incumbit. *ff. de pro quinquaginta.* 12. *l. in exceptionibus* 19. *in princ. & C. eod. l.* 1.

Deſcriptio poſſeſſionis.

a Quis poſſideat?

5. § a Poſſidere autem videtur quiſque, non ſolum ipſe poſſideat, ſed & ſi ejus nomine aliquis in poſſeſſi ſit, licet is ejus juri ſubjectus non ſit, qualis eſt colonu inquilinus. *Per* eos quoque, apud quos depoſuerit q aut quibus commodaverit, ipſe poſſidere videtur. Et eſt, quod dicitur, retinere poſſeſſionem poſſe aliq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

per uemlibet, qui ejus nomine ſit in poſſeſſione b Quin- etia animo quoque ſolo retineri poſſeſſionem placet: ide, ut quamvis neque ipſe ſit in poſſeſſione, neque ejus omine alius: tamen, ſi non relinquendæ poſſeſſio- nis imo, ſed poſtea reverſurus inde diſceſſerit, retine- re oſſeſſionem videatur. Adipiſci vero poſſeſſionem per os aliquis poteſt, ſecundo libro expoſuimus. c Nec ulla ubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſſionem non poſſit.

b Poteſtne ſolo animo retineri poſſeſſio?

c Poteſtne quis animo ſolo adipiſci poſſeſſionem?

Po hæc in §. 5. *h. n.* quatuor de poſſeſſione notat. I. Non ſo- lum s poſſidere per noſmetipſos, ſed etiam per alios, qui noſtro nom e in poſſeſſione ſunt, proinde per eos poſſeſſionem retineri, ut colonos, inquilinos, commodatarios, depoſitarios. hi nam- que non poſſident, ſed domino: idcirco dominus dicitur per eos p idere. [Notandum autem aliud eſſe poſſidere, aliud in poſ- ſeſſio eſſe. *l.* 10. §. 1. *de acq. poſſ.* ſicut aliud eſt ſervire, aliud in ſervit e eſſe. §. *ult. ſup. de ingenuis.* Is poſſidet cujus nomine poſ- ſidetu qui in poſſeſſione ſunt alienæ poſſeſſioni præſtant miniſte- rium . 18 *ff. d. tit.*] II. Poſſeſſionem retineri ſolo animo. exem- pli gr ia, ut retineam poſſeſſionem fundi, vel ædium, non eſt opus, ut ibi emper maneam, & corpore inſiſtam: licet enim inde diſce- dam ſi tamen animum habeam retinendæ poſſeſſionis, placuit hoc ſ icere, ne poſſeſſionem amittam. verſ. *quia etiam.* [quod ſic int lige, dummodo facultas mihi relicta ſit, poſſeſſionem, cum volue , iterum apprehendendi: ea enim facultate ſublata, etiam poſſid e deſino. *Vinn. hic per. l.* 3. §. 13. *de acq. poſſ.*] III. Poſſeſſi onem acquiri, vel per ſe, vel per alium, verſ. *adipiſci.* ut ex- poſitum fuit. *lib.* 2. *tit. per quas perſonas nobis acq.* IV. Poſſeſ- ſionem non acquiri ſolo animo, verſ. *nec ulla opus eſt corporali apprehenſione.* Facilius igitur poſſeſſio retinetur, quam acquiritur. Nam quidem ſupra diximus eam retineri ſolo animo, nunc ve- ro dicimus eam acquiri ſolo animo. [ſed etiam corpore ſive ap- prehenſione ſimul non ſolo. Ideoq; infans & furioſus, non quæ- runt ſibi poſſeſſionem niſi autore tutore, quod affectum ſive ani- mum tenendi non habeant. *Perez. hic.*] An autem ſolo animo amittatur, id eſt, ſi quis animum habeat deſerendæ poſſeſſio- nis, an eo ipſo poſſeſſionem amittat, expoſui. *Cent.* 6. *quæſt.* et quod amittat. *v. l.* 3. §. 6. & *l.* 17. §. 1. *de acq. poſſeſſ. Vinn.*

Interdicta recuperandæ poſſeſſionis.

1 Quæ eſt ſpecies recuperandæ poſſeſſionis?

6. Recuperandæ poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi dejectus fuer
nam ei proponitur interdictum *unde vi:* 2 per quod is, q
dejecit cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licet is ab e
qui vi dejecit, vi vel clam, vel precario poſſideat. 3 S
ex conſtitutionibus ſacris (ut ſupra diximus) ſi quis re
per vim occupaverit, ſiquidem in bonis ejus eſt, domin
ejus privatur: ſi aliena, poſt ejus reſtitutionem, etiam
ſtimationem rei dare vim paſſo compellitur. 4 Qui a
tem aliquem de poſſeſſione per vim dejecerit: tenet
lege Julia de vi privata: aut de vi publica: ſed de vi p
vata, ſi ſine armis vim fecerit: ſin autem armis eum
poſſeſſione vi expulerit, de vi publica tenetur. 5 Arm
rum autem appellatione non ſolum ſcuta, & gladi,
& galeas, ſed & fuſtes, & lapides ſignificari intell-
mus.

2 Quid eſt interdictum unde vi?
3 Quid ſi dominus vel qui putabat ſe eſſe dominum per vim id occupaverit?
4 Eſtne præter interdictum, judicium publicum de vi?
5 Quid venit nomine armorum?

Tandem in §. 6, *h. n.* affert exemplum interdicti recupera
poſſeſſionis: ſimulque declarat affini quædam remedia, 1. Ig
proponit indictum *undi vi.*

Nota primo, nos hoc interdicto recuperare poſſeſſionem
rum immobilium, ut fundi, vel ædium. nam hoc interdictum n
pertinet ad res mobiles, niſi per conſequentiam quandam. ut p
ſi per vim ablata ſunt mihi veſtimenta, non habeo hoc inter-
ctum. ſed ſi dejectus ſum de poſſeſſione prædii, in quo habeb
veſtimenta, & hac ratione effectum eſt, ut veſtimenta amiſer
certe per hoc inrerdictum non ſolum recuperabo poſſeſſion
prædii, ſed etiam habebitur ratio veſtimentorum amiſſoru
ff. de vi & vi arm. l. 1. §. hoc interdictum non ad omnem. 3.
§. illud. 6. *& §. ſeq.* [& fructuum, omnisque utilitatis quæ
dejectum venire potuiſſet. *d. l. 1. §. 40. & ſeq. l. 15. eod. l.
C. eod.*]

Nota ſecundo, hoc interdictum non ad omnem vim pertin
ſed tantum ad vim atrocem, qua quis de poſſeſſione dejectus
d. l. 1. § hoc interdictum non ad omnem. 3. [ſc. rei immobilis q
ſuo nomine poſſidebat, non ſi nomine alieno. *Perez. hic.* qua
vis etiam colono ſubveniatur officio judicis, ſi dejectus ſit ut re
tuatur. *Sand. lib. 5. tit. 4. def. 2. Menoch. 2. recup. poſſ. rem. ult.
2. per l. 27. ff. de don. l. ult. ff. uti poſſid. Diſſ. Cujac. 9. obſ.
in fin.*]

Nota tertio, olim fuiſſe duo interdicta de vi, ut conſtat ex c
tione M. Tull. pro Cæcinna, quorum alterum erat de vi publica
mis illata, alterum de vi privata ſine armis facta, & huic quid
obſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

obſtat exceptio vitioſæ poſſeſſionis, illi vero non obſtabat, ſed poſtea factum eſt unum interdictum, poſitum *in l.1.in princ.ff.de vi & vi arm.* cui exceptionem vitioſæ poſſeſſionis [vel dominii] non ...ficere, Juſtinianus hoc loco teſtatur. [*Tulden. hic. c. 4.*] ...li cauſa, ſi dejeceris me de poſſeſſione fundi, poſſum hoc interdicto recuperare poſſeſſionem: & fruſtra allegabis te fuiſſe, a me antea dejectum: [niſi tamen incontinenti te rurſum dejeceris. *l.3. §. 9. de vi & vi arm. l. 17. eod.*] quia nihilominus cogeris poſſeſſionem vi adeptam reſtituere, poſtea vero quam mihi reſtitueris, liberum tibi erit contra me uti eodem interdicto. ... quod hoc interdictum detur adverſus tertium rei ſpoliatæ poſſeſſorem, dummodo ſciverit vitium rei: *Perez. hic.* ſecus ſi bona fide & juſto titulo poſſideat. *Menoch. recup. poſſ. rem 15.* ... qui rei vendicatione tamen conveniri poteſt. *v. Tulden.* ... Datur etiam adverſus eum qui vacuam alterius poſſeſſionem invaſit. ſcire enim debuit eſſe alienam. *l. fin. C. unde vi. v.* ... *hic. & Zoeſ. nu. 17.*] *II.* verſ. *Sed ex conſtitutionibus,* pone remedium ex conſtitutionibus, de quo jam dictum fuit ... [*pen.*] *de vi bon. rap. III.* in verſ. *qui autem*, addit aliud remedium, nempe accuſationem publicam ex lege Julia de vi de quo dicitur *in §. item lex Iulia de vi. infra de publ. jud.* ... verſ. *armorum.* quia dixerat vim publicam fieri armis, privatam ſine armis, declarat quænam appellatione armorum contineantur.

Tertia diviſio interdictorum.

§ 1 Tertia diviſio interdictorum eſt quod aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. 2 Simplicia ſunt, veluti in quibus alter actor, alter reus eſt: 3 qualia ſunt omnia reſtitutoria ... nam actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui, reus autem is eſt, a quo deſideratur, ut reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti cum prætor prohibet in loco ſacro, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri. Nam actor eſt, qui deſiderat, ne quid fiat: reus eſt, qui aliquid facere conatur. 4 Duplicia ſunt veluti *uti poſſidetis* interdictum, & *utrubi.* Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio eſt: nec quisquam, præcipue reus vel actor intelligitur: ſed unuſquisque tam rei, quam actoris partes ſuſtinet.

1 Quę eſt tertia diviſio interdictorum?
2 Quæ ſunt ſimplicia?
3 Da exempla ſimplicium?
4 Quæ ſunt duplicia?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Tertia interdictorum diviſio explicatur *in* §. *pen: h. n.* in qu
Imp. Primo ponit hanc diviſionem, quod alia ſunt interdicta ſim
plicia, alia duplicia. Similis eſt diviſio actionum. pleræque enir
ſunt ſimplices, ubi ſcilicet actor & reus diſtinguuntur. *ſupra ho*
t. §. *retinendæ.* quædam ſunt duplices, ſeu mixtæ, cum ſcilicet u
terque eſt actor, uterque reus. *ſupra de act.* §. *quædam.* Secundo i
verſ. *ſimplicia*, definitione & exemplis declarat interdicta ſimpli
cia. Quod ad definitionem attinet, nota, eodem modo definiri a
ctiones ſimpliciter, & interdicta ſimplicia: nimirum cum actor &
reus ſunt perſonæ diſtinctæ & ſeparatæ. In exemplis notetur a
ea verba *In flumine publico ripave ejus aliquid fieri.* reſpectu in
terdicti de loco ſacro ſubaudiendum, *deformitatis vel incommo*
cauſa ff. ne quid in loc. ſacr. l. 1. §. *quod ait.* 2. reſpectu interdicti
fluminib; ſubaudiendum, *quo pejus navigetur.* ex §. 1. *verſ. proh*
bitoria, ſupra hoc t. Tertio in verſ. *duplicia*, dat exempla & defi
tionem interdictorum duplicium. [ſcil. uti poſſidetis & utrub
cum tamen actoris partes obtinere cenſent, qui prior ad judiciu
provocavit. *arg. l.* 13. *de judic.* Si vero uterque agat res ſorte di
menda. *per l.* 14. *ff. eod.* vel transactione ne cuiquam obſit,
proſit, quod actor vel reus ſit, ut aliquando vidi: Nota autem
quod interdicto uti poſſidetis ſuccumbit qui ab adverſario v
clam, vel præcario poſſidet. §. 4. *ſup.* in interdicto unde vi etiam
le vincit, niſi incontinenti rurſum dejectus ſit. *l.* 17. *l.* 3. § 9. *ff. de vi.*

Ordo & exitus interdictorum.

a Qua methodo ac forma interdictum proponitur?

8. § a De ordine, & vetere exitu interdictorum ſuperva
cuum eſt hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem ju
dicitur (qualia ſunt hodie omnia judicia) non eſt neceſſ
reddi interdictum: ſed perinde judicatur ſine interdictis
ac ſi utilis actio ex cauſa interdicti reddita fuiſſet.

Quarta tituli pars eſt *in* §. *ult. h. n.* de ordine & ritu ſive exit
interdictorum, quem Juſtin. ait eſſe abolitum: quia olim præ
tor reddebat interdictum, deinde ſponſio fiebat, & dabatur a
eodem prætore actio eidem interdicto conſentanea: ſed hodie h
ipſo jure obtinent, ita ut agat aliquis quamvis nec interdictu
nec actionem a prætore impetraverit: hoc autem inquit Juſt. ide
fieri: quia ſolemnis ille ritus, quo veteres utebantur, non habet lo
cum in judiciis extraordinariis, ſed tantum in ordinariis: hod
vero omnia judicia ſunt extraordinaria. Hunc locum Cujaci
ſic interpretatur, ut omnia judicia dicantur hodie extraordina
ria, non quia neceſſe ſit extra ordinem agere, ſed quia ſemper l
berum eſt actori utrum velit agere ordine, an extra ordinem. Se
certe hinc factum eſſe videtur, ut judicia ordinaria in uſu eſſ
deſierint.

A XIO

AXIOMATA.

1. *Ni conſtet uter poſſideat, jure civili non poteſt actio petitoria* [in]*ſtitui.* §. 4. *jure tamen canonico poteſt.* extr. de cau. poſſ. & [pr]opr. cap. 3. 4. 5.

2. *Idem non poteſt eſſe poſſeſſo, & in judicio actor.* d. §. 4. *conjun.* §. [...]ue. ſupr. de act.

3. *Commodius eſt poſſidere, quam petere.* d. §. 4.

4. [In ob]*ſcuri cauſa, id eſt, neutro litigatorum probante, contra petito-*[re]*m judicatur.* d. §. 4. *conjun.* l. 4. C. de eden. l. ult. C. de rei [...] d. & l. 3. C. de probat. *cum ſimilibus.*

5. *Poſſeſſio per alium acquiri & retineri poteſt.* §. 5.

6. *Solo animo poſſeſſio retineri, non acquiri poteſt.* d. §. 5.

7. *In judiciis extraordinariis non eſt opus interdictis, ſed perinde judicatur, ac ſi actio in factum ex cauſa interdicti reddita fuiſſet.* §. ult.

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM,

TITVLVS. XVI.

[Ex]poſitis actionibus, tam proprie, quam improprie dictis, at-[q]ue ita abſoluto tractatu de objectis juris particularibus, quæ [ſunt pe]rſonæ, res, & actiones. noviſſimo loco agitur de objecto to-[tali, hoc e]ſt, de judiciis: quæ cum partim ſunt privata partim publi-[ca, pri]mo loco agit de privatis, de quibus duo conſiderantur, vide-[licet of]ficium litigantium, & officium judicis. In hoc igitur titu[lo pr]æcipitur litigantibus, ne temere litigent, cumque duobus mo[dis co]ntingere poſſit ut aliquis temere litiget, hoc eſt, quia vel ma-[lam cau]ſam habeat, vel bonam cauſam male perſequatur: utrum-[que] dum Imper. in hoc tit. conſiderat. Hinc duæ ſunt hujus [...]es.

Ratio pœnæ.

NUnc admonendi ſumus magnam curam egiſſe eos, qui jura ſuſtinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis ſtudio eſt. [b] Idque eo maxime fieri poteſt, quod temeritas tam agentium, quam [eorum] cum quibus agitur, modo pecuniaria pœna, modo [jur]andi religione, modo infamiæ metu coercetur. Quare eſt introducta pœna temerariæ litis? b Quæ eſt pœna?

Prima

Prima pars coercet litigantes quominus calumnioſe litigen [Duriora enim plerumque ſunt judiciorum remedia quam inju riæ vulnera: tanta quietis, temporis & pecuniæ jactura conſtat ju ſuum perſequi: adeo incerta ſententiarum alea. *Tulden. hic c.* I. Et primo Imper. *in princ. tit. h. n.* proponit tres modos, quibu litigantes coerceantur, nempe pœnam pecuniariam, jusjurandum de calumnia, & infamiam. [Hodie quoque apud nos ne quis te mere litiget, actor initio litis certam ſummam pro quantitat petitionis dependere tenetur: & de eo qui ſuccumbit in cauſa ap pellationis, vel renunciat cauſæ poſt litem conteſtatam, *v. ordi Cur. Ultraj. tit. de appell. art.* 2. *&* *Groenw.* §. I. *hic.*]

Jusjurandum calumniæ cauſa.

a Quibus defertur jusjurandum calumniæ?

I. § [a] Ecce enim, jurisjurandum omnibus, qui conv niuntur, ex conſtitutione noſtra defertur. Nam reus n aliter ſuis allegationibus utitur, niſi prius juraverit, qu putans ſe bona inſtantia uti, ad contradicendum perven At adverſus inficiantes, ex quibuſdam cauſis dupli vel t pli actio conſtituitur: veluti ſi damni injuria, aut legat rum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. S rum autem ab initio pluris, quam ſimpli eſt actio: velu tim autem ab initio pluris, quam ſimpli eſt actio: velu furti manifeſti, quadrupli: nec manifeſti, dupli. Nam his & aliis quibuſdam cauſis, ſive quis neget, ſive fate tur, pluris quam ſimpli eſt actio. Item actoris quoque c lumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia jura cogitur ex noſtra conſtitutione. [quod non calumnian animo litem moviſſet, ſed exiſtimando, ſe bonam cauſa habere] [b] Utriusque etiam partis advocati jusjurandu ſubeunt, quod alia noſtra conſtitutione comprehenſu eſt. [c] Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione i troducta ſunt, quæ in deſuetudinem abiit: quia in parte decimam litis actores mulctabat, quod nuſquam factu eſſe invenimus: ſed pro his introductum eſt, & præfatu jusjurandum, [d] & ut improbus litigator & damnum, impenſas litis inferre adverſario ſuo cogatur.

b Jurantne & advocati de calumnia.

c Quid olim obtinuit?

d Annon & in damnum condemnatur & impenſas qui temere litigavit?

Secundo *in* §. I. *h. n.* conjunctim tractat de jurejurando calu niæ, & de pœna pecuniaria, ubi dat varias regulas. I. Reus cogit jurare de calumnia, id eſt, ſe bona fide litigare, cum putet ſe hal re bonam cauſam. hoc a Doctor. vocatur juramentum credulit tis: quia non jurat ita eſſe, ſed ſe ita credere. Quod ſi reus h jusjura

jusjurandum præſtare nolit, pro confeſſo habetur. *C. de jurejur. propt. calum. l. Cum & judices. 2. §. ſin autem reus.* II. Reus propter inficiationem ex quibuſdam cauſis condemnatur in duplum. verſ. *adverſus.* ut fuit expoſitum in §. *ſed furti. 26. ſupra de action.* [vid. and. lib. 1. tit. 9. def. 2. ubi arbitrio judicis eum condemnari refert. adde Imbert. 1. inſt. c. 38. in fin. addit.] *III.* Actor cogitur jurare de calumnia. verſ. *item actoris.* alioqui, ſi jurare nolit, cauſa cadit. *dict. l. Cum. & judices. 2. §. quod ſi actor. IV.* Advocati utriusque partis, id eſt, tam actoris, quam rei, tenentur jurare de calumnia verſ. *utriusque.* Hodie hoc jusjurandum ab advocatis non præſtatur in ſingulis cauſis, ut Juſtin. conſtituit: quoniam ab initio, cum aliquis recipitur in numerum advocatorum, generaliter de calumnia jurat, id eſt, ſe non defenſurum cauſas, quas putet injuſtas. [quod tamen ſingulis annis apud nos poſt ferias majores renovare tenentur. *d. ordin. Cur. tit. de Avoc. art. 15.*] *V.* Improbus litigator (nec refert, utrum ſit actor, an reus) condemnatur adverſario in impenſas, litis, & ad reſarciendum omne damnum, quod ob eam litem paſſus eſt verſ. *has autem.* Nota ex verſic. veterem calumniæ actionem ſublatam fuiſſe, per quam improbus actor condemnabatur in decimam partem litis, quam repromiſerit: ideoque hæc erat actio ex ſtipulatione. Novus autem Imp. hanc actionem reſtituit: [*confer not. ſup. hic in princ.*] ſic tamen ut nolit repromitti, ſeu nudam cautionem præſtari, ut olim fiebat, ſed ſatiſdari: vel jurato caveri. *Novell.* 112. 2. Excipiuntur ibi cauſæ, quæ ex conſenſu utriusque partis in judicium deducuntur: in his enim cauſis hæc cautio non præſtatur. Item *edicto 7. cap. 5.* excipiuntur argentarii, qui hoc nomine non ſatiſdant, ſed repromittunt. [Nota quod improbus litigator condemnetur quoque in expenſas & damnum inde datum adverſario, non ob calumniam quam ei curavit: ſed ob temeritatem litigandi, *l. 1. ff. ad SC. Turpil. Tulden. hic c. 3.* niſi juſtam cauſam litigandi habuerit: inter quas etiam cenſetur reſponſum celebrium Doctorum: & in quæſtione juris, & in quæſtione facti unius teſtis & juramenti fiducia ad ſupplendam probationem. *Tuld. d. c. 3. viv. obin. 944.* Si tamen talis ſit cauſa quæ juramento litigatoris ſubjici nequit non excuſabit condemnationem expenſas ſemiplena probatio. *v. Tuld. d. c. 3. & Menoch. 2. arb.*

Sententia infamans.

I. [1] Ex quibuſdam judiciis damnati, ignominioſi fiunt: veluti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, tutelæ, mandati, depoſiti, directis, non contrariis actio- [1 Ex quibus cauſis condemnati fiunt infames?]

actionibus. Item pro ſocio, quæ ab utraque parte direct
eſt: & ob id quilibet ex ſociis eo judicio damnatus, igno
minia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum rapto
rum, aut injuriarum, aut de dolo non ſolum damnati no
tantur ignominia, ſed & pacti: & recte. plurimum enim
intereſt: utrum ex delicto aliquis: an ex contractu debi-
tor ſit.

Tertio in §.2.*h.n.* tractat de tertio modo, quo litigantes coer
centur, id eſt, de infamia. ubi docet duo eſſe genera cauſarum e
quibus ſequitur infamia. nam ex quibuſdam infames fiunt tan
tum per condemnationem: ex aliis tam per pactionem quam pe
condemnationem. Exempli cauſa condemnatus depoſiti eſt inf
mis, quia ob fidem fractam damnatus eſt: pactus autem ne depo
ſiti conveniatur, non eſt infamis, ſed fur infamia notatur, ſive con
demnatus, ſive pactus ſit. Plura alia exempla ſunt in context
conjun. *d. l. 1. ff. de his qui not. infam.*

Nota primo actiones ex contractibus, vel quaſi contractibus no
eſſe famoſas niſi quis ex ſuo dolo damnetur. idcirco Juſtin. ait h
actiones tunc eſſe famoſas, cum ſunt directæ, non contrariæ. quo
regulariter verum eſt: quia regulariter contrariis actionibus no
agitur de dolo & perfidia, ſed de calculo. *ff. eod. l. Furti accipe. 6.*
ultim. interdum tamen hoc accidit, ut propter ſuum dolum ali
quis judicio contrario damnetur: tuncque etiam actiones contraria
infamant. Exempli cauſa, tutor propter dolum pupillo condemna
tus directo tutelæ judicio, fit infamis: pupillus autem tutori con
demnatus contrario judicio, non eſt infamis. is autem, qui nego
tium gerendum mandavit, ſi contra datam fidem nolit impenſa
reddere, judicio mandati contrario damnatus, infamiam non vi
tat. *d. l. Furti. 6. mandati. 6.* [Sed hanc infamiam evitat, qui a lit
deſiſtit & ultro ſolvit quod debet, quo reſpectu omnia judicia di
cuntur abſolutoria. *Tulden. hic c. 4. l. 73 ff. de Procur.* Sed cum ho
die actionis nomen neque libello, neque condemnationis cauſ
ſententiæ inſeratur hinc moribus nulla civilia judicia famoſa ſunt
& non tam ex cauſa, quam ex genere pœnæ infamia irrogatur
Groenw. hic. Zyp. Notit. ex quib. cauſ. inf.]

Nota ſecundo differentiam inter contractus, & delicta. nam
contractus non infamant ſine condemnatione; delicta vero infa
miam irrogant tam pactis, quam damnatis: nimirum quia paci
cens cenſetur crimen confiteri. [*l. 5. de his qui not. infam.* niſi juſ
ſu pactus ſit. *v. Perez. hic. & Tuld. c. 4.*]

Nota tertio, hoc eſſe intelligendum, non de pacto gratuito, ſe
cur

cum quos data pecunia pactus eſt ne ſecum agatur. *d. l. Furti. 6. §. pactus ie. 3.*

In jus vocatio.

3. 1 Omnium autem actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in jus vocando. Utique enim in primis adverſarius in jus vocandus eſt, id eſt, ad eum vocandus, qui jus dicturus ſit. 2 Qua parte prætor parentibus, & patronis, item parentibus liberiſque patronorum & patronarum hunc præſtat honorem, ut non aliter liceat liberis libertiſque eos in jus vocare, quam ſi id ab ipſo prætore poſtulaverint, & impetraverint. & ſi quis aliter vocaverit, in eum pœnam ſolidorum quinquaginta conſtituit.

1 Quod eſt initium omnium actionum inſtituendarum?
2 Eſtne privilegium parentibus vel patronis datum circa in jus vocationem?

Secunda tituli pars *in §. ultim. h. n.* duo præcepta continet: quorum utrumque reſpicit actorem. *I.* Præceptum eſt, ut in primis reus in jus vocetur: quia hoc eſt principium actionum inſtituendarum. Atque hæc vocatio vel viva denunciatione perſonæ facta vel ejus familiæ, vel edicto publice propoſito: atque hæc adeo neceſſaria eſt, ut ea omiſſa ſententia ſubſecuta ſit nulla. *v. Groenw in l. 7. C. quemo & quand. ad ſent.*] Obſerva non dici ab Imperatore hoc eſſe principium judicii, ſed eſſe principium actionum inſtituendarum, principium vero judicii eſt principium actionis inſtitutæ, nimirum litis coteſtatio. *ff. rem ratam hab. l. amplius.* 15. Unde ea, quæ litis conteſtationem præcedunt, ut vocatio in jus, & actionis editio, non dicuntur partes, ſed præparatoria, judiciorum. *II.* Præceptum eſt in verſ. *qua parte*, ne parentes, vel pratroni, vel patronorum liberi, ſeu parentes in jus vocentur ſine venia prætoris. [idem de noverca, dum pater in vivis eſt, ſecus eo mortuo. *Tulden. hic. c. 5. per 3. C. de furt.*] nam qui ſecus fecerit, quinquaginta aureis multatur, data in eum actione in factum, de qua dictum fuit. *in §. pœnal. 12. ſupra de act.* [quod ſi libertus inopia laboret a Prefecto urbis quaſi inofficioſus caſtigatur. *l. ult. de in jus voc.* unde vulgo dicitur, qui non habet in ære, luat in pelle. *Vinn. hic.*] Nota, prætorem contra dictas perſonas actionem interdum denegare, veluti ſi petatur actio famoſa. *ff. de in jus vocand. l. ſed ſi hac* 10. *§. penultim.* [habet que hæc actio maxime locum ſi ob levem cauſam vocentur hodie: ſecus ſi modeſta ſit querela de gravi parentis iniquitate. *Tuld. hic. c. 5. arg. l. 1. ff. & l. 4. C. de obſeq. patr. præſt. v. Cujac.* 10. *Diſſ. Fach.* 10. *con.* 87. *p. r. l.* 10. *§.* 12. *de in jus voc.*]

AXIO-

AXIOMATA.

1. *Cavendum,ne facile homines ad litigandum procedant* i
princ.
2. *Multum intereſt,utrum ex delicto ali quis,an ex contractu debi-
tor ſit.*§.2.
3. *In jus vocatio eſt principium actionum inſtituendarum.*§.ultim

DE OFFICIO JUDICIS

TITVLVS XVII

EXpoſito officio litigantium , ne temere litigent, conſequer
ter exponit officium judicis. Eſt autem duplex:nempe ind
pendens,& dependens.Officium independens eſt,quod per ſe co
ſiſtit , & a Doct.nobile appellatur.ut cum judex ex officio, & v
aliquo vel nemine denunciante , in facinoroſos homines inquir
*ff.de offic. præſid. l. congruit.*13.*in princ.*Dependenseſt, quod j
dicio per actionem moto inſervit, eique adhæret , nec ſine eo co
ſiſtit:ut cum in vindicatione frumenti,quod cum frumento ali
rius mixtum eſt, judex qualitatis frumenti rationem habet.*ſupr
de rer.diviſ.§.quod ſi frumentum.*28.*in fin.* & cum deducto uſu
fructu , qui ad legatarium ex cauſa lucrativa pervenit , rei legata
æſtimationem legatario præſtari jubet. *ſupra de legat,* §.*cui fun
dus.*9.Hoc ſi actionem juvet,& condemnationem augeat (ut cu
in judiciis bonæ fidei judex reum in uſuras propter moram con
demnat.*ff.loca.l.quæro.*54.*in princip.* & *C.de uſur.l. in bonæ fi
dei.*13.)mercenarium vocatur. Si vero condemnationem minua
ut quia reo hereditatis petitione convento permittitur impenſa
deducere. *ff. de hered. petit. l. plane.* 38, & quia rei vindicatio
conventus non condemnatur ultra pretium , quo eam rem vend
dit.*ff.de rei vindic.l.item ſi verberatum.*15.§.1.officium adverſ
rium nominatur a Bart.*in l.*1.*num.*12. *ff. de juriſdict.* Sed hic t
tulus eſt tantum de officio Judicis mercenario,quod actioni ſerv
[abſolvendo reum vel condemnando in id quod in judicium de
ductum fuit, non in aliud quod litiſconteſtatio poteſtati ejus no
ſubjecit. *Gail.*1.*obſ.*66.*per l.*18.*ff.com.divid.l.ult.C. de fideic.* P
rez.hic.] Dividuntur in quinque partes.

Co

Continuatio tituli & regula de offic. judicis.

SUpereſt, ut de officio judicis diſpiciamus. Et quidem in primis illud obſervare debet judex, ne aliter judicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt.

Quomodo debet judex judicare?

Prin pars nectit hunc titulum cum ſuperioribus. ubi Imp. uti) *Supereſt*; quia nihil amplius dicendum eſt de judiciis imili ratione hoc eodem verbo uſus eſt *ſup. in pr. tit. de a-* exponitur ultimum juris objectum: *& in pr. tit. de lege* ui continet ultimum tractatum ad legata pertinentem. la pars in verſ. *Et quidem*, eſt de officio judicis in genere, od pertinet ad quaſcumque actiones. Hic Juſtin. judici t, ut judicet ſecundum leges ſcriptas, vel ſecundum con-em. [Ita ut etiam legem duram ſequi debeat & in ſpecie *Tulden. hic. c. 2. per l. 12. qui & à quib. man.* etiamſi lex ugnet cum æquitate non licet judici hanc præferre. Si repugnet in certis aliquot caſibus ea non expreſſis & ſub legis non contentis, licet judici æquitatem præferre. nim contra rigorem legis ſive juris ſcripti licet ſequi æqui- lege ſcriptam; ſi æquitas pariter ad ſpeciem dirigatur. *.c. 2. Gail. 1. obſ. 33.* neque enim ſimpliciter ob regulas æquitatis a lege recedere licet. *vid. Tulden. d. c. 2. Gudelin. .5. c. 2. nu. 17. & ſeqq. per l. 1. de R. I.* Et in facti quæ-et judicare juxta allegata & probata & non juxta id quod e judex ſit & teſtis. *v. Tulden. hic c. 3. Hotom. ill. qu. 12. reſ. 1. Cujac. 111. obſ. 19.*]

rimo, ſi judex contra jus judicaverit eum facere litem *. de obl. quæ quaſi ex del. in pr.* [& quamvis imperitus it eſſe judex, debet tamen in juris controverſiis uti con-peritorum. *Tuld. hic c. 4. per l. 2. quod quiſque jur. in al. uriſd. l. 11. C. de judic.* moribus tamen judex non facit m ſi contra jus judicavit. *vid. not. ſupra de oblig. ex quaſi r.*]

ecundo duobis modis poſſe contingere, ut judex contra t: vel enim judicat contra jus conſtitutionis, vel contra tis. exempli gratia duobus modis fieri poteſt, ut ſenten-t pro teſtamento facto ab impubere, id eſt, vel quia judi-berem poſſe facere teſtamentum, vel quia judicet hunc mentum fecit eſſe puberem, cum revera ſit impubes. ſu dicitur ſententia lata contra jus conſtitutionis, & i-

pſo

ſe jure non valet, adeo ut non ſit opus appellatione. Poſteri casu ſententia tenet, niſi per appellationem reſcindatur. *ff. q. ſentent. ſine appellat. reſcind. l. 1. §. item cum contra.* [Moribus ta-men etiam a ſententia ipſo jure nulla appellari debet. *Mynſ.* 1. *o.* 17. *Zyp. Notit. de appell. verſ. per viam Goth.* & *Groenew. C. quæ app. non eſt nec.* niſi nullitas procedat ex defectu juriſdictionis, citationis, vel mandati, procuratorii. *Groenw. C. d. l.* 10. vel niſi ta ſit a ſupremo judice a quo appellari non poteſt: tum enim ta-tur adverſus eam reſtitutio, *Groenew. ibid.*]

Judicis officium in noxalibus.

a Quomodo judicandum, ſi actum ſit judicio noxali?

1. § [a] Ideoque ſi noxali judicio aditus eſt, obſervare de-bet, ut ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat con-demnare, *Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos con-demno, aut noxam dedere.*

Tertia pars *in §. 1. h. n.* eſt de judicio noxali quod eſt judicium in perſonam. Hic datur unum præceptum, ut ſi judex putet con-demnandum eſſe dominum ſervi delinquentis, eum condemnet, ut certam ſummam ſolvat, (puta 10.) aut ſervum noxæ de-dat. [*de quo vid. ſup. de nox. act.*]

Nota primo, hanc ſummam, in quam judex condemnat, e-ſſe litis æſtimationem: nimirum quia judex tanti æſtimat (exempli gratia) damnum a ſervo datum, vel injuriam ab eo factam.

Nota ſecundo non eſſe neceſſarium, ut judex hac formula u-tatur, id eſt, ut condemnet dominum in quantitatem certam, & noxæ deditionem. nam etſi non debet prætermittere condem-nationem certæ quantitatis, tamen poteſt omittere noxæ dedi-tionem: quia facultatem ſervi noxæ dedendi non habet dominus a judice, ſed ab ipſa lege. *ff. de re judic. l. 6. in §. 1.* [ideoque in e-xecutione fieri poteſt. *per ea quæ not. ſup. de except. §. 8. ad fin.*]

Iudicis officium in actione in rem.

1 Quomodo ſi in rem ſit actum? 2 Quid ſi poſſeſſor neget ſe ſtatum poſſe reſtituere? 3 Quid de fructibus ex hereditate perceptis ſtatuendum?

2. § [1] Et ſi in rem actum ſit coram judice: ſive contra petitorem judicaverit, abſolvere debet poſſeſſorem: ſive contra poſſeſſorem, jubere ei debet, ut rem ipſam re-ſtituat cum fructibus. 2 Sed ſi poſſeſſor neget in præſen-ti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus re-ſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei: ut tamen de litis æſtimatione caveat cum fidejuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit. 3 Et ſi hereditas pe-

ſit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus interveire de ſingularum rerum petitione. 4 Illorum autem fructum, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit, ſive illorum, quos perceperit, in utraque actione eadem ratio ne habetur, ſi prædo fuerit. 5 Si vero bonæ fidei poſſeſſor fuerit, non habetur ratio, neque conſumptorum neque non perceptorum. Poſt inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt.

4 Quid de fructibus ſtatuendum quos percepit poſſeſſor mala fide?

5 Quid de fructibus, ſi poſſideat quis bona fide?

Quæ pars in §. 2, *h. n.* eſt de judiciis realibus. Primo Imp. loquitur de rei vindicatione, quæ eſt actio in rem ſpecialis. *ff. de rei vind. l. 1. in princ.* ubi dat tria præcepta. I. Præceptum eſt, ut ſi contra petitorem judicaverit, id eſt, ſententiam ferendam contra eum exiſtimaverit, abſolvat poſſeſſorem.

Nota primo verbum *judicaverit*, hic ſignificare voluntatem, non actum: quia non abſolvit poſſeſſorem poſtquam judicavit, ſed poſtquam judicandum eſſe cenſuit. De variis modis, quibus verba accipiuntur, lege notata ad § *plus autem. ſup. de action.*

Nota ſecundo, in his judiciis ſpectari jus actoris, non rei. nam Imp. ait poſſeſſorem (id eſt, reum) abſolvi debere, non propter jura quæ ſi reo competunt, ſed quia nihil juris petitori competit. Regula namque juris eſt, in pari cauſa meliorem eſſe conditionem poſſidentis, adeo ut actore non probante reus abſolvatur, quamvis nihil ipſe juris habeat. *ſupra de interd. §. retinendæ. 4. verſ. commodum C. de l. l. Qui accuſare. 4. & de rei vind. l. ult. & de prob. l. Et incumbit 2.* II. Præceptum eſt in verſ. *ſive contra.* ut ſi reum condemnare velit, eum jubeat reſtituere rem petitam una cum fructibus, de quib. autem fructibus hoc ſit intelligendum, explicabitur in altera parte hujus §. III. Præceptum eſt in verſic. *ſed ſi poſ.* ut ſi reus non moræ faciendæ cauſa, ſed juſta de cauſa dilationem petat ad rem reſtituendam, puta quia res illa eſt in aliquo loco remoto, judex tempus, ſeu dilationem ei concedat. Si quæras quantum temporis ſit concedendum: reſpondebo, quia hoc nulla lege definitur, judicis arbitrio committi, argum. *l. 1. §. ult. ff. de jure delib.* præſertim quia pro factorum & circumſtantiarum diverſitate alias prolixius, alias brevius tempus concedendum videtur. Notandum eſt ex ultimis verbis hujus verſic. non aliter dilationem reo indulgeri, quam ſi ſatiſdet de re reſtituenda. [v. ...*new. C. de uſur. rei jud.*]

Secundo in verſic. *Et ſi hæreditas,* loquitur de petitione hæreditatis, quæ eſt actio de univerſitate. *ff. de rei vend. d. l. 1. in princ.* eadem circa fructus obſervari in hoc judicio, quæ obſervantur in rei vindicatione. Sed ex ſequent verſic. hic ſupplenda eſt

ticula *pœne*; quia ſunt quædam differentiæ, quas mox exponam.
Similiter Juſtin. *in* §. 1. *ſupr. de donat.* inquit mortis cauſa do-
nationes ad exemplum legatorum redactas eſſe per omnia: deinde
paucis interjectis, addit particulam *fere.* inquiens has donationes
per omnia fere legatis connumerari.

Tertio in verſ. *illorum*, proponit quædam utrique judi-
cio communia, tam ſpeciali, quam univerſali, ubi dat tres
regulas de fructibus. I. Regula eſt: Cum malæ fidei poſſeſſor
condemnatur, eadem ratio pœne habetur in fructibus, ſive
actum ſit rei vindicatione, ſive hæreditatis petitione: quia ma-
læ fidei poſſeſſor cogitur omnes fructus reſtituere, tam perce-
ptos, quam percipiendos, id eſt, quos percipere potuit. Parti
cula *pœne*, indicat eſſe quaſdam differentias. Prima differenti
eſt: quia in rei vindicatione non veniunt fructus percepti ante li
tem conteſtatam, niſi nominatim petiti ſint. *ff. de rei vindic. l. præ*
terea. 20. *& de ædilit. edict. l. ædiles.* 25. §. *item ſciendum.* 8. i
petitione autem hæreditatis etiam hi fructus veniunt quoniar
hæreditatem augent. *D. de hæred. petit. l. item veniunt.* 20. §. *ite*
non ſolum. 3. *& l. item hæres.* 51. §. 1. Secunda differentia eſt
quia fructus poſt litem conteſtatam in rei vindicationem ve
niunt, non jure actionis, ſed officio judicis. *D. de uſur. l. neque.* 15
propterea quod non ſunt partes rei petitæ, poſtquam ab ea ſepa
rati ſunt, ſed tunc duntaxat, cum ſunt pendentes, & cum re con
juncti, ut poma in arbore pendentia. *D. de rei vind. l. fructus pen*
dentes. 44. in petitionem autem hæreditatis omnes fructus etian
a ſolo ſeparati, veniunt jure actionis, quia (ut jam dixi) hæreditat
augent. [& regulariter in judiciis univerſalibus veniunt in acceſſic
nem condemnationis principalis. *l.* 20. §. *item de pet. hær.* in part
cularibus vero non aliter niſi ſint petiti, vel adhuc fundo coha
reant, *Tuld. hic c.* 8. *per l.* 35. *& l.* 44. *de R. V.*] II. Regula eſt
verſic. *ſi vero*, Bonæ fidei poſſeſſor nec fructus conſumptos, n
neglectos reſtituere tenetur. Utrum autem teneatur reſtituere fr
ctus perceptos non conſumptos, expoſui ad §. *ſi quis non domi*
35. *ſupr. de rer. diviſio.* [*ubi vide not. ad fin.*] *III.* Regula eſt
verſic. *poſt inchoatam.* Omnes poſſeſſores tenentur reſtituere fr
ctus a die litis conteſtatæ, ſive eos fructus neglexerint, ſi
perint, quamvis conſumpſerint. ratio eſt, quia poſt litem con
ſtatam omnes ſunt malæ fidei poſſeſſores. C. *de acquir. poſſeſſ. l.*
mo 10. Generaliter de fructibus nota, fructus intelligi ded
ctis impenſis, quæ quærendorum, colligendorum, conſerv
dorumque eorum gratia fiunt. *D. de hæred. petit. l. ſi a domi*
36. §. *ultim. & de ope. ſervi. l. Fructus.* 4. §. 1. *& fam. erciſ*
fructus qui dotis. 51. *in princ. & de uſur. l. quod in fructus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

& ol. mat. l. Fructus. 7. in princ. & C. de fructib. in lit. expen. l.

quinta tit. parte conſiderantur judicia mixta nempe ad exhibendum, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum. quorum primum pertinet ad rerum exhibitionem, ſecundum & tertium ad diviſionem, quartum ad agrorum confinium diſtinctionem.

Judicis officium circa actionem ad exhibendum.

§ Si ad exhibendum actum fuerit, non ſufficit, ut exhibeat rem is, cum quo actum eſt: 2 Sed opus eſt, ut etiam rei cauſam debeat exhibere, i. e. ut eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi cum primum ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet. Ideoque ſi inter moras exhibendi uſucapta ſit res a poſſeſſore: nihilominus condemnabitur. 3 Præterea fructuum medii temporis, id eſt, ejus quod poſt acceptum ad exhibendum judicium, ante rem judicatam interceſſerit: rationem habere debet judex. 4 Quod ſi neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſa petat, idque ſine fruſtratione poſtulare videatur: dari ei debet, ut tamen caveat ſe restiturum. quod ſi neque ſtatim juſſu judicis rem exhibeat neque poſtea exhibiturum ſe caveat: condemnandus ſit in id, quod actoris intererit, ſi ab initio res exhibita eſſet.

1 Quod eſt officium judicis in actione ad exhibendum?

2 Debetne res ſoli exhiberi?

3 Quid juris de fructibus?

4 Quid ſi ſtatim non poſſit res exhiberi?

Primo Imp. in §. 3. *h. n.* loquitur de actione ad exhibendum. ubi quatuor præcepta, ſeu quatuor regulas. *I.* Res eſt exhibenda in eadem cauſa, in qua erat, cum primum petitum fuit, ut exhiberetur, unde ſi judicio ad exhibendum pendente, res a poſſeſſore uſucapiatur, deinde actori exhibeatur, non eſt recte exhibita: ſed is qui exhibuit, nihilominus condemnabitur actori in id quod interest. *II.* Non ſolum res exhibenda eſt, ſed etiam fructus medii temporis ſunt reſtituendi. Medium tempus Juſtin. appellat, quod pendente judicio ad exibendum currit, nimirum poſt litem conteſtatam usque ad ſententiam definitivam. verſ. *Præterea. III.* Reo petenti ſine fruſtratione, ut tempus exhibendi cauſa ſibi detur, judex dilationem concedere debet, dummodo ſatiſdet de re reſtituenda, id eſt exhibenda. verſ. *quod ſi neget. & D. ad exhib. l. de eo.* 12. §. pen. Quantum autem temporis indulgeri debeat, quia nulla lex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

debeat, quia nulla lex definit, ipſe judex arbitrabitur. arg. *l.* 1. §. *ult. D. de jur. delib.* IV. Qui juſſui, id eſt, interlocutioni judicis non obtemperat, hoc eſt, nec rem exhibet, nec ſe exhibiturum cavet, condemnandus eſt per ſententiam definitivam in id quod actoris intereſt. verſ. *quod ſi neque.* §: *præterea.* (vide §. 31. & ibi notat.) *ſup. de act.*

Officium judicis in actione familiæ excíſe.

1 Quod eſt officium judicis in judicio famil. Erciſcundę?

4. § 1 Si familiæ erciſcundæ judicio actum ſit: ſingulas res ſingulis heredibus adjudicare debet. & ſi in alterius perſona prægravare videatur adjudicatio, debet hunc invicem coheredi certa pecunia (ſicut jam dictum eſt) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque ſuo condemnandus eſt, quod ſolus fructus hæreditarii fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, aut conſumpſerit. Quæ quidem ſimiliter inter plures quoque quam duos coheredes, ſubſequuntur.

Secundo in § 4. *h. n.* tractat de judicio familiæ erciſcundæ, quo quia mixtum eſt, id eſt, partim in rem, partim in perſonam, ut ex poſitum fuit in §. *quædam. ſupr. de act.* conſequenter in hoc judicio conſiderantur res, & perſonales præſtationes. De rebus dat Imperator unum præceptum, ut ſingulæ res hæreditariæ ſingulis hæredibus adjudicentur. Proponit autem tres cauſas propter quas fi condemnatio in præſtationes perſonales. I. Cum res uni hæred adjudicata, pretioſior eſt, quam adjudicata coheredi: ut enim ſer vetur æqualitas, is, qui rem pretioſiorem obtinet; alteri in pecuniam eſt condemnandus. *II.* Cum unus hæres fructus ex rebu hæreditariis percepit. *III.* Cum unus hæres rem hæreditariam corrupit, vel conſumpſit. Adde *IV.* cauſam, ſi coheres ſumptus bona fide fecerit *ff. fam. erciſc. l. ex parte.* 39. *in princ. & C. eod. l.* ſ*liæ* 18. §. 1. In fine §. ait Imperator, ea, quæ de rebus, & perſonalibus præſtationibus dicta ſunt indiſtincte obtinere, ſive ſint duo ſive plures hæredes.

Officium judicis in judicio comm. dividundo.

1 Quod eſt officium judicis in judicio communi dividundo?

5. § 1 Eadem interveniunt, & ſi communi dividundo de pluribus rebus actum ſit. Quod ſi de una re, veluti de fundo: ſiquidem iſte fundus commode regionibus diviſionem recipiat: partes ejus ſingulis adjudicare debet. & ſi unius pars prægravare videbitur: is invicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quod ſi commodo divi-

n

non oſſit: (veluti ſi homo) forte, aut mulus erit, de quo actu ſit: tunc totus uni adjudicandus eſt, & is invicem alter certa pecunia condemnandus eſt.

Tertio in §. 5. *h. n.* loquitur de actione communi dividundo, ubi diſtinguit tres caſus. I. Caſus eſt, cum de pluribus rebus dividendis agitur: hoc caſu inquit Imperator eadem obtinere quæ in judicio familiæ erciſcundæ: proinde ſingulæ res ſingulis litigantibus adjudicari debent: &, ſi unius res ſit pretioſior, is cæteris in pecuniam condemnandus. II. Caſus eſt in verſic, *quod ſi de una*, cum agitur de una re, quæ commode in partes dividi poteſt, veluti de fundo: hujus caſus deciſio perſpicua eſt in contextu. III. Caſus eſt in verſic. *quod ſi commode*, cum res vel comodam diviſionem non recipit, ut ædes valde anguſtæ; vel nullo modo dividi poteſt, ut ſervus, aut quadrupes; hoc caſu jubet. Imp. omiſſo diviſione, totam uni adjudicari; cumque invicem alteri in pecuniam damnari. [*l.* ... *C. comm. divid.*] In verbis autem legendum ex quibuſdam manuſcriptis. *vel homo*. non (ut vuglo) *veluti ſi homo*: quoniam hæc lectio falſam ſententiam continet: ſiquidem ſignificat hominem, aut mulum non poſſe commode dividi, cum hæ res nullo modo recipiant diviſionem, de qua hic agitur, id eſt, per quam judex facit partes pro diviſo.

Officium judicis in Iudic. finium regundorum.

1 Si finium regundorum actum fuerit, diſpicere debet judex, an neceſſaria ſit adjudicatio. quæ ſane uno caſu neceſſaria eſt, ſi evidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quam olim fuiſſent diſtincti Nam tunc neceſſe eſt, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari. quo caſu conveniens eſt, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc judicio, quod forte circa fines aliquid malitioſe commiſit: verbi gratia, quia lapides finales furatus eſt, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quiſque eo judicio condemnatur: veluti ſi quis jubente judice metiri agros paſſus non fuerit.

1 Quod eſt officium judicis in judicio finium regundorum?

Quarto in §. *pen. h. n.* tractat de judicio finium regundorum: & tam de re ipſa, quam de præſtationibus perſonalibus. De ... num præceptum, u t judex ex fundo unius nihil a lteri ad ... niſi commodior & evidentior finium diſtinctio hoc re-

 quirat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

quirat. Ponit autem tres cauſas, propter quas aliquis condemnatur in præſtationes perſonales. *I* Cauſa eſt in verſic. *quo caſu*. cum pars ex agro unius eſt alteri adjudicata. hic enim illi in pecuniam eſt condemnandus. *II*. Cauſa eſt in verſic. *Eo quoque*. cum quis circa fines deliquit, ut quia ſurripuit lapides, vel excidit arbores finales, id eſt, quibus agri diſtinguebantur. hoc caſu datur etiam actio extraordinaria de termino moto. [& is qui mota lite ex fundo adverſarii partem occupavit prolatis finibus, eam cum altera tanta parte reddet. *Tuld. hic. c. 6. l. 4. C. fin. regund. adde Cujac. 16. obſ.* 10 Atqui ut judex de crimine termini moti aditus, etiam de finibus cognoſcit *l. 4. §. 4. ff. fin. reg*, Non ſic, is coram quo actio fin. reg inſtituitur, etiam pœnam termini moti irrogabit. *Tuld. d. c. 6.*] III Cauſa eſt in verſic. *Contumaciæ*, cum quis judici non obtemperavit, veluti quia judice jubente agros metiri, non eſt paſſus id fieri [ut condemnetur quanti actor in litem juravit, uti & ex ſecunda cauſa ſuperiore. *Perez. hic per l. 1. & 2. de term mot.*]

Effectus adjudicationis a judice facta.

1 Transitione, quod prioribus judiciis eſt adjudicatum, in dominium ejus, cui adjudicatum eſt?

7. § [1] Quod autem iſtis judiciis alicui adjudicatum fuerit: id ſtatim ejus fit, cui adjudicatum eſt.

Quinto in §. *ult. h. n.* (qui communiter pertinet ad tria illa judicia familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum) declarat effectum adjudicationis, quam diximus ſæpe fieri in dictis judiciis. Effectus eſt acquiſitio dominii, nam is, cui res adjudicatur, ſtatim ejus dominus fit.

Nota *I*. hunc eſſe modum acquirendi civilem & particularem ideoque adjungendum eſſe duobus illis modis *lib. 2.* expoſitis, i eſt, uſucapioni, & donationi.

Nota *II*. hoc modo aliquem acquirere dominium, licet rem non apprehenderit: hoc enim eſt, quod Imper. ait eum ſtatim fieri dominum, ac res ipſi adjudicata fuit, id eſt, etiamſi corporalem poſſeſſionem non apprehenderit.

Nota *III*. tum demum hoc obtineret ut is cui res adjudicatu ſtatim fiat dominus, cum adverſarius ejus, a quo fuit ea res adjudicata, erat dominus: alioquin is cui adjudicatur, non fit ſtatim dominus; ſed poteſt eam rem uſucapere. *ff. de uſurp. & uſucap. l. per tutorem.* 17. [item niſi judicis error intervenerit. *Tuld. hic c. Fachin. I. con. 62. per l. 3. §. 8. de cond. cau. dat.*]

AXIOMATA.

1. *Iudex non debet aliter judicare, quam legibus, aut conſtitutionibus aut moribus proditum eſt.* in princ.
2. *Bonæ fidei poſſeſſor nec de fructibus conſumptis, nec de neglectis tenet.*

..netur. §. 2, *conjun.* §. ſi quis a non domino. ſupra de rer. ..iviſ.

.. *..die litis conteſtatæ omnes fructus rem vindicanti reſtitui de..nt.* d. §, 2.

.. *..n ſufficit rem exhibere, niſi in eadem cauſa exhibeatur.* §. 3,

.. *..identioris diſtinctionis gratia judex fines agrorum mutare po..ſt.* §. 6.

.. *P.. adjudicationem dominium transfertur in eum cui adjudi..tur.* §. ult.

DE
..UBLICIS JUDICIIS
TITULUS XVIII.

A ..diciis privatis tranſit ad publica. Nota judicia publica capi ..obus modis, quandoque latius, ut complectantur etiam ..judic.. popularia. *ff. de jurejurand. l. eum qui,* 30. §. *in populari..bus.* quandoque anguſtius ut diſtinguantur a judiciis populari..bus; ..de in ff. diverſi ſunt tituli, de popularibus actionibus, & de ..publ..is judiciis. hæc poſterior ſignifiatio ſumi hoc loco debet. Eſt ..te.. differentia inter judicia popularia, & publica; non quam ..ja.. tradit, quod illa ſunt civilia, hæc criminalia: ſed quod illa ..ſunt ..ætoria, hęc civilia. proprie namque publica judicia dicuntur, quæ ..gibus publicorum judiciorum ſunt conſtituta, ut lege Julia de ad..lteriis, lege Corneliade falſis, &c. quapropter etiamſi harum le..gu.. pœnæ ſunt mutatæ, tamen ipſæ leges retentæ ſunt, iiſque ..tri..ntur pœnæ quæ ſuntconſtitutionibus principium introdu..ctæ, .. in progreſſu magis intelligetur.

Quomodo ordinentur judicia publica.

PUblica judicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam ſimile habent cum cæteris judiciis, de quibus locuti ſumus: magnaque diverſitas eorum eſt & in inſtituendo, & in exercendo. Habentne judicia publica quid ſimile cum privatis?

..r..no Imp. diſtinguit hæc judicia publica a privatis: nam judi..cia p..rivata per actiones inſtituuntur: judicia vero publica, vel per ..accu..ſationem, vel per denunciationem, vel per inquiſitionem. *..extra ..de accuſ. in rubr. c. qualiter & quando debeat.* 24. *verſ. con..tra ..quos. & de ſimonia. c. licet, Heli,* 13. *verſ. contra quos.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Etymologia publicorum.

1 Unde dicta ſunt judicia publica?

1. § 1 Publica autem dicta ſunt, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur.

Secundo *in* §. 1. *h. n.* docet, unde dicantur judicia publica: & inquit, ideo dici publica, quia eorum executio plerumque datur cuivis e populo. [Hodie autem quævis maleficia publica videntur cum de omnibus fere inquirat fiſci Advocatus. *Tuld. hic. c.* 1. cui ſoli jus accuſandi eſt, quoad vindictam publicam, decreto tamen judicis præcedente. *Groenw. hic. & C. qui accuſ. poſſ.* Ideoque ſe ad pœnam talionis non adſcribunt. *Groenew. hic & C. qui ac.* Sed cæteri tamen privatum intereſſe actione civili adverſus delinquentem proſequi poſſunt. *Grot. lib.* 3. *p.* 33. *nu.* 7. *Zyp. Notit.* ... *tit. Math. de Crim. lib.* 48 *tit.* 20. *c.* 2. *nu.* 1. 2.]

Nota I. executionem hic accipi pro perſecutione, quæ eſt propria actoris, ut & *in l. Juriſgentium.* 7. § *ſi paciſcar ne operis.* 1 *ff. de pact.* alias executio locum habet poſt rem judicatam, & tribuitur executori, qui rem judicatam ad effectum perducit.

Nota *II.* particulam *plerumque*, indicare hanc eſſe juris regulam quæ non caret exceptionibus. quidam enim judicio public... accuſare prohibentur. *D. de rit. nupt. l. palam.* 43. §. *Senatus. & d accuſat. l. qui accuſare.* 8. *& l. ſeq.*

Nota *III.* hanc etymologiam poſſe accommodari etiam judiciis popularibus: quemadmodum definitio judiciorum popularium, quæ habetur *in l.* 1. *ff. de popular. act.* quod jus populi tuentur etiam judiciis publicis aptari poteſt. [hodieque nemo privatus populares actiones perſequitur quoad intereſſe publicum ſed ſolus fiſci Procurator. *Groenw. ff. de pop. act & C. de his qui acc. non. pr* ſuo autem intereſſe cuilibet per ſe, ſive per procuratorem agere licet. *Groenw. ff. de tit.* Sic neque hodie differentia eſt inter privata & publica delicta. *Math. d. tit.* 20. *c.* 4. *nu.* 2. *Clar.* §. 1. *qu.* 1. *nu.* 6 *Groenw. tit. ff. de privat. delict.*]

Nota *IV*: hanc etymologiam convenire judiciis publicis, prout judicia publica in noſtro jure accipiuntur, id eſt, quæ legibus publicorum judiciorum ſunt conſtituta ut paulo ante expoſui. ſed initio Romanæ reipublicæ judicia publica dicebantur, cum ipſe populus judicabat. nemo enim de capite civis Romani injuſſu populi ſententiam ferre poterat. *D. de orig. jur. l. Neceſſarium,* 2. §. *exactis* 16. *&* §. *& quia* 23. unde Cicero damnatus eſt lege Clodia, qui injuſſu populi conjuratos ſupplicio affecit.

Diſtin-

Diſtinctio.

2. 1 Publicorum judiciorum quædam capitalia ſunt, [...]m non capitalia. 2 Capitalia dicimus, quæ ultimo [...]io afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis inter-[...]ne, vel deportatione, vel metallo. 3 Cætera, ſi [...]nfamiam irrogant, cum damno pecuniario: hæc [...]a quidem ſunt, non tamen capitalia.

1 Quomodo diſtinguuntur publica? 2 Quæ ſunt capitalia; 3 Quæ ſunt non capitalia?

[...]io in §.2.*h.u.* proponit ſummam horum judiciorum divi-[...]:quod alia ſunt capitalia, alia non capitalia. Dicuntur ca-[...], quibus damnatus eximitur e civitate Romana: quod fit [...] vel maxima capitis deminutione, ut damnatione in metal-[...] [...]l media capitis deminutione, ut deportatione. non capitalia [...]cuntur, cum damnati caput non eximitur e civitate Roma-[...]aliter punitur, nimirum infamia cum damno pecuniario. [...] vel corparalia coercitione, ut fuſtigatione. *D. hoc tit. l.* 2,

[...] I. aliter judicia capitalia hic accipi, aliter *in l. tranſigere.* 18 [...] *tranſact.* ibi namque capitale judicium dicitur, quod irrogat [...] ſanguinis, id eſt, mortis *ff. de bonis eor. qui mort. ſibi con-* [...] *in pr.*

[...]a *II.* omnia judicia publica irrogare infamiam.

[...]a *III.* falſam eſſe Doctor. regulam, quod honor vitæ æqui-[...]. ſic enim infamia morti eſſet comparanda: quod falſum [...]aret ex hoc §. quia pœna mortis facit judicium capitale, [...]utem infamiæ non facit capitale.

[...]to declarat ſingulas ſpecies publicorum judiciorum. [qua-[...]merantur 16, quæ ſtatum politicum lædunt, præter quæ [...] alia quæ religionem, vitæ civilis fundamentum, lædunt: [...]eiſmus: Blaſphemia: Hæreſis: Apoſtaſia: magia: Sacrile-[...]: Simonia: Uſura: perjurium: item quæ militiæ diſcipli-[...]ſſolvunt, militibus propria: uti qui hoſtibus ſe dedunt: fu-[...]acie faciunt: vel arma abjiciunt vel alienant: ſtationem re-[...]nt: contra centurionem contumaces ſunt: qui ſunt eman-[...]eſertores: transfugæ. &c. *v. Math. de Crimin. in prolegom.* [...]6.]

Lex Julia majeſtatis.

[...] 1 Publica autem judicia hæc ſunt: lex Julia majeſta-[...] quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rempubli-[...]iquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit. 2 Cujus [...] animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam [...]ortem damnatur.

1 Quæ eſt prima ſpecies publicorum judiciorum 2 Quæ eſt lex Julia majeſtatis? 3 Quæ eſt pœna?

Judicium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Judicium publicum in .3.*h.n.* eſt judicium legis Juliæ maj ſtatis.

Nota primo, incertum eſſe auctorem hujus legis. ſed Antoni Auguſtinus ſuſpicatur latam fuiſſe a Cajo Cæſare dictatore.

Nota ſecundo, ex variis cauſis locum eſſe huic accuſationi: ſe in contextu tantum proponi cauſam graviſſimam, cum ſcilic aliquis contra ſalutem principis, aut reipublicę machinatus eſt: qu caſu ſpecialiter vocatur crimē perduellionis: quia hoſtes a veteribu appellabantur perduelles: & qui ita delinquit, hoſtilem animu habet. *ff. ad leg. Iul. maj. l. ult.* & *de verb. ſignific. l. quos nos hoſte* 234. *in pr.* [Eſt autem machinatio ſubditi contra ſupremi ir perii ſecuritatem vel in toto corpore vel in capite ejus violand *Tuld. hic.* ita ut ejus qui ſuperiorem in ſuo territorio recognoſ proprie nulla ſit majeſtas. *Gomeſ. 3. reſ. l. 2. nu. 10.* improprie etia adverſus legatos Principis ejuſve Conſiliarios, ut Pars princi committitur: Si non proprio odio, ſed ſtudio evertendi Princip ſive ſtatum Reip. eos lædat. *Perez. hic per l. 5. C. ad l. Iul. maj.* S neque ab extero advena, qui non eſt incola hoc crimen comm titur. *d. c. 2. de ſent. & re jud.* neque a populo fœderato, adver eum quoque, cui impari fœdere conjungitur: quia nihilomin ſui juris manet. *Tuld. hic c. 3. per l. 7. §. 1. de captiv.*]

Nota tertio, puniri hoc caſu affectum, quamvis non ſit ſecut effectus. *C. eod. l. 5.* idcirco Imperator in contextu non ait eos p niri, qui facinus perpetrarunt, ſed qui aliquid moliti ſunt. [Pu niuntur & conſcii, qui non detulerunt crimen, tenentur enim co ſcii deferre, etiam pater filium. *Perez. hic per l. 5. C. d. tit. §. pen.*

Nota quarto, ſi delinquens vivat, eum morte puniri. ſi vero a te ſententiam mortuus ſit, ejus memoriam damnari, & bona co fiſcari, quod ſpeciale eſt in crimine perduellionis. alias no habet locum, quamvis ſit crimen læſæ majeſtatis. *d. l. ultim* quia delicta morte delinquentium extinguuntur, heredes aute in pœnam non ſuccedunt. *C. ſi reus, vel accuſat. mortuus fuer. l.* 2. 3. 4. 5. [Nota etiam quod patrato hoc crimine ei auferatur b norum ſuorum adminiſtratio, ita ut alienare nihil poſſit, nec d bitores ei recte ſolvant. *l. 7. 8 ff. ad l. Jul. maj. Perez. hic.* Sed & n tandum quod hodie moribus noſtris filii inſontes ob hoc crim parentis neque ab hæreditate extraneorum, neque ab honorib ſubmoveantur: ut peccata ſuos teneant autores. *v. Groenw. in l.* §. 1. *C. d. tit. Zyp. Notit. de bon. damn. verſ. liberos.*]

1 Quæ eſt ſecunda ſpecies? 2 Quæ eſt lex Julia de adulteriis?

Lex Iulia de adulteriis.

4. § 1 Item lex Julia de adulteriis coercendis, quæ no ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſe & ec

& eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent. 3 Sed eadem lege Julia etiam ſtupri flagitium punitur, cum quis ſine vi vel virginem, vel viduam honeſte viventem, ſtupraverit. 5 Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus: ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione.

3 An non & eadem lege ſtuprum punitur? 4 Quid eſt ſtuprum? 5 Quæ eſt pœna ſtupri?

Judicium publicum in §. 4. *h. n.* eſt legis Juliæ de adulteriis.

Nota primo hanc legem latam eſſe ab Auguſt. *ff. ad l. Iul. de adulter.* Suet. *in Aug. c.* 34.

Nota ſecundo ſtuprum, & adulterium in hac lege promiſcue accipi, quamvis loquendo [proprie] adulterium dicatur committi in nuptam: ſtuprum in viduam honeſte viventem, aut virginem aut puerum. *ff. Ad l. Iul. de adult. l Inter. 6. §. 1. l. ſtuprum 34. & de verb. ſignif. l. inter ſtruprum.* 101. *in princ.* hoc autem loco Imperat hæc tria diſtinguit: adulterium cum nupta, nefandam libidinem cum puero, & ſtuprum cum virgine, vel vidua honeſte vivente.

Nota tertio pœnam gladii, quæ irrogatur adulteris, non eſſe ex lege Julia, quæ relegatione adulteros puniebat. *D. de teſtibus. l. ſcio.* 4. ex .18. *& de his quæ ut indign. l. Claudius.* 13. *& de quæſt. Si quis viduam.* 5. *& de re milit. l. Qui cum 4. §. adulterii.* 7. ſed ex conſtitutionibus ad legem Juliam accomodatis. *Cod. ad. l. Iul. de adulter. l. quamvis adulterii 30. in fin.* [Nota vero hanc criminalem accuſationem fiſco non competere poſt quinquenniu. m *l.* 11. §. 4. *ff. eod.* Civilis vero ad divortium & lucrum marito quandoque. *Groenw. in l. 6. C. eod.*]

Nota quarto, adulteram jure noviſſimo caſtigari, & in monaſterium detrudi. *Novel. 134. cap. 7.* Quod autem habetur. *in l. ult.* ex Baſilicis adjecta. *in dict. tit. C. de adulter.* ut adulteris verberatis & tonſis nares abſcindantur, non eſt (ut puto) Juſtinianeæ compilationi conſentaneum: ideoque ea lex tollenda eſt ex Juſtiniani Codice. [Hodie vir cum ſoluta adulterium committens punitur pecuniaria & infamia. & ſi iterato committat etiam exilio: ſi vero uxoratus cum uxore alterius committat adulterium verum, morte punitur. *ſtatuto Ultraj. art. 24. de matrim. legitt. contrah. & art. ſeqq.*

Nota quinto, pœnam ſtupri, de qua hic in verſ. *Pœnam*, regulariter intelligi, quandoque autem ſtuprum gravius puniri. nam qui in puerum deliquit, gladio punitur, ut dixit Imperator. *in omnibus* §. [*v. Groenw. hic nu.* 12. 13. & qui Sodomiam cum omnibus committunt cum beſtiis vivi comburuntur. *v. Groenw. ibid. nu.*

nu. 14.] Et tutor qui pupillam quondam ſuam ſtupravit, publ- tis bonis in exilium mittitur. C. *ſi quis eam cujus tutor. fuit cor- perit. l. nu.* tem ſi mulier ſervo ſe junxerit, capite punitur : ſervus crematur. C. *de mulier. quæ ſe propr. ſervo junx. l. un.* [- die hæc pœna exolevit cum ſervitute.]

Nota ſexto, pleriſque locis hodierna conſuetudine probat, quod olim apud Athenienſes lege cautum fuit, ut ſtuprator dotet puellam, qua cum ſtuprum commiſit, vel eam uxore ducat. Clarus. *lib.* 5. *ſententiarum.* § *ſtuprum. num.* 3. [Groen. *h.* §. 4. *nu.* 15. 16. 17. Neoſt. *ſup. ſen. dec.* 52. *pr. Fab.* C. l. 9, *tit.* 7. *def.* 5. Viduam vero ſtuprans non tenetur. Groen. *ibid. nu.* 18. nondum viri potentem ſtuprans punitur arbitra, vel morte. *v. Goth. in l.* 38. §. 3. *ff. de pœn. & Fab.* C. *lib.* *tit.* 7. *def.* 5. *Grammatic. dec.* 2. *Clar.* § *ſtuprum. in fin.* L qui mulieres fraudulenter perſuaſit: & ad quæſtum proſtit, capite punitur. *Damh. prax. crimin. c.* 61. *Novel.* 14. *c.* 1. ſ ſi propria libidine incitatis utitur ad lucrum ſuum, .*v. Tuld.* *c.* 9.]

Lex Cornelia de ſicaris.

1 Quæ eſt tertia ſpecies?
2 quid punit lex cornelia de ſicariis?
3 Quid eſt telum?

5. § [1] Item Lex Cornelia de ſicariis, [2] quæ homicidas tore ferro perſequitur, vel eos, qui hominis occiden cauſa cum telo ambulant. [3] Telum autem (ut Cajus n ſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſc ptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod ab ar mittitur, ſed & nunc omne ſignificat, quod manu cuj que jacitur. ſequitur ergo, ut lignum, & lapis, & ferru hoc nomine contineatur: dictum ab eo, quod in longi quum mittitur, a Græca voce τηλοῦ figuratum. Et ſic ha ſignificationem invenire poſſumus & in Græco nomin nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. τοῦ βάλλειν Admonet nos Xenophon nam ita ſcribit καὶ βέλη ὁμῶς ἐφέρετο, λογχαι, τοξεύματα, σφενδόναι. πλεῖστοι δὲ λίθοι. id eſt, *Et hujuſmodie telæ ſimul ab eis ferebantur, lance ſpicula, fundæ, plurimi autem & lapides.* Sicarii autem app lantur a ſica, quod ſignificat ferreum cultrum. Eadem le & venefici capite damnatur, qui artibus odioſis, ta venenis, quam ſuſurris magicis homines occiderint, mala medicamenta publice vendiderint.

III. Judicium publicum in §, 5. *h. n.* eſt legis Corneliæ de cariis.

No

No primo, hanc legem latam eſſe a L. Cornelio Sylla Dicta-tore.

bio ſecundo, hac lege puniri homicidas, & eos, qui hominis deli cauſa cum telo ambulant [Hodie autem hoc jure non neque conatus punitur: niſi ad actum proximum perve-um hic arbitrarie punitur. *Groenw. hic & Fab. C. de pœn. Math d. lib.* 48. *tit.* 5. *c.* 1. *nu.* 2. & *c.* 3. *nu.* 11. & *tit.* 6. & *tit.* 18. *c* 4. *nu.* 13. In crimine tamen læſæ majeſtatis atrocioribus delictis conatus ſine effectu punitur. *Groenw.* .] (quid autem teli appellatione contineatur, in verſ. *Te-*onitur, & Xenophontis auctoritate confirmatur, quemad-ſicarii etymologia declaratur in verſ. *ſicarii*) & veneficos, nim eſt hominem veneno extinguere, quam occidere 1 *C. de Venef.*]

tertio, ſicarios dici a ſica, quæ eſt gladiolus incurvus, teſte *.lib.* 20. *Antiq. Iud. cap.* 7. attamen per abuſionem ſicarii r, quicumque cædem quovis telo commiſerint, ut ait *lib.* 10. *cap.* 1.

quarto, telum dici quidquid in longinquum jacitur, a oce τηλȣ̃, quæ ſignificat procul, ſeu longe.

quinto veneficos dici (ut Juſtin. *in fin. hujus* §. definit) qui tibus, & ſuſurris magicis, aut venenis homines occidunt, na vendunt. adde eos quoque veneficorum appellatione ri, & hac lege puniri, qui venenum malum necandi homi-a fecerint, aut habuerint. *l.* 3. *ff. ad l. Corn. de ſicar.* [& *ibi* d ſuſurris magicis homines necari, carmine malum incan-ges excantari &c. poſſe ſanior noſtrorum temporum ſecta dit. *Groenw. hic.* & *C. de malefic. Senec. nat. qu.* 4. *c.* 7. *de civ. Dei. c.* 19, *Plin. lib.* 28. *c.* 2. impoſtores tamen tales ie puniuntur. *Groenw. ibid. vid.* & *Math. d. lib.* 48. *tit.* 5. *in.*]

ſexto, hac lege irrogari pœnam gladii, non ut lata, ſed cta fuit. nam ejus pœna fuit deportatio cum bonorum tione: quæ pœna hodieque viris honeſtioribus infligi-*l. Si quis percuſſorem,* 3. §. *pen.* [ſcil. ſi dolo malo cædem it. ſi vero culpa, etiam lata, mitior pœna imponitur; ero ei qui injuſte impetentem ſeſe tuendo illico peremit, vi repulit. *l.* 2. 3. 4. *C. h. tit. l.* 4. 5. *ff. ad l. Aquil. Perez. hic.* es quoque ſunt qui fortuito caſu perpetrarunt cædem: ariosi, & impuberes: qui ſi ſint doli capaces minus pu-, uti & ebrii ſenſu ſano deſtituti, & qui in calore iracun-m occiderunt. *v. Perez. hic.* & *Tuld. d. c.* 5. *Theſſaur. dec* 38. §. 8. *ff. ad L. Iul. de adult.* Excuſatur, quoque qui ad

arcendum

arcendum ſtuprum occidit. *l.* 1. §. *pen. ff. hic. l.* 8. §. 2. *ff. quod v. cau.* aut ad arcendam ſimilem infamiam publicam, facti atroci e aut turpitudine horribilem. *Tuld. hic c.* 5 *arg. l.* 9. *D. de man. vind.*]

Nota ſeptimo, Gajum, *noſtrum*, a Juſtiniano appellari, ut & *ſ. in prœmio*, §. *pen.* non quia Gajus Juſtiniani temporibus vixer, quippe qui Hadriani ætate floruit: ſed quia Juſtin. has inſtitu- nes potiſſimum ex commentariis hujus Gaji deſumpſit. d. §. *qs ex omnibus.* Locus autem Gaji, qui a Juſtiniano hic citatur, est *in l. ſi calvitur* 233. §. *ult ff. de verb. ſignif.*

Lex pompeja de parricidiis.

1 Quæ eſt quarta ſpecies? 2 Quid cavetur lege Pompœa de parricidiis? 3 Quæ eſt pœna?

6. § [1] Alia deinde lex aſperrimum crimen nova pœna perſequitur, quæ Pompeja de parricidiis vocatur: [2] cavetur, ut ſi quis parentis, aut filii, aut omnino affectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit (ſive clam, ſive palam id auſus fuerit) ſed non is, cujus dolo malo id factum eſt, vel conſcius criminis exiſtit, licet extraneus ſit, pœna parricidii puniatur, 3 & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii ſolenni pœnæ ſubjiciatur, ſed inſutus culeo cum Cane, & Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales angustias comprehenſus, (ſecundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel adfinitate perſonas conjunctas necaverit: pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſubibit

IV. Judicium publicum in §. 6. *h. n.* eſt legis Pompejæ de parricidiis.

Nota primo, incertum eſſe hujus legis auctorem. Eam Cn. Pompejo atribuit Hotomanus: a quo diſſentit Antonius Augustinus, hoc argumento, quod Malleolus, multis ante Pompejum annis, hac lege damnatus eſt.

Nota ſecundo, parricidium interdum accipi pro quocumque homicidio, ut in lege illa Numæ: *Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit, parricida eſto.* quæ lex apud Feſtum extat in verbo *parricidium.* ſed hic anguſtius ſumitur pro ſpecie quadam homicidii, ut in contextu explicatur. Quidam in priori ſignificatione parricidium ſimpliciter: in poſteriori autem parricidium dupliciter ſcribendum putant.

Na

Nota tertio, parricidium in hac anguſta ſignificatione, qua h accipitur, complecti multos caſus. Nam parricidium committitur. *I.* In parentes. *II.* In liberos. *III.* In aliquem ex ſequentibus tranſverſalibus, id eſt, vel fratrem: vel ſororem v patruum, vel amitam, vel avunculum, vel ma. vel conſobrinum, vel conſobrinam. *IV.* In virum, n. *V.* In aliquem ex ſequentibus affinibus, id eſt, vel ſocrum, vel generum, vel nurum, vel no- vel privignum, vel privignam. *VI.* In patronum nam. Hæc colliguntur partim ex hoc §. *& ex l.* *his qui par. aut lib. occid.* partim ex. *l. 1. ff. ad* *de parric.* quæ tamen multis modis corrupta mihi vi-

Nota uarto, puniri hac lege non ſolum eum, qui parri- mmiſit, veluti qui parentem, aut filium necavit, ſed aneum, cujus dolo parricidium commiſſum eſt, quive riminis extitit. Unde habemus caſum, quo aliquis ccat, ſi conſcius ſit criminis ab alio admiſſi, quam ſi eu committat. etenim ſi extraneus Titium occiderit, da, & tenetur lege Cornelia de ſicariis. ſin autem filio , ſit criminis conſcius, parricida eſt, ac punitur leg. de parricidiis. [qui tamen in ipſo actu opem non tulit, ſceleris fuit gnarus, mitius, puta relegatione, puni- *6. ff. d. tit. Perez. hic.* uti quoque qui fratrem vel r notiore neceſſitudine conjunctum necavit, ultimo ive capitis pœna plectitur. *v. Tuld. hic. c. 6. & Perez.* *hic, prax. crim. c. 89. adde Treutl. diſp. 32. th. 7. lit.*

Nota inito, in contextu legendum *affectionis*, non *adfinitatis:* gendum. *nuncupatione parricidii*, non *nuncupatione pa-*

Nota xto pœnam parricidii in contextu expoſitam: de qua M. Tull. *in orat. pro Sex. Roſcio.* Quod autem Juſtinian. dam inſutum culeo, projici in mare, vel in flumen, in- quam virgis [ſanguineis] cæſus fuit. *ff. ad leg. Pompe-* *ricidiis. l. pen.*] ut ſic ei lex vivo lucem, fluctuanti mare, portum, morienti terram, defuncto ſepulchrum neget, *ait: declam. 299.* Sed hoc ſupplicii genus in uſu eſſe de- ie puniuntur & fere parenticidæ, rato, cruce & fractio- rorum necati publico ſpectaculo exponuntur: matres s vivos in lucem editos necarunt, pœna talionis fere pu- & ſpectaculo exponi ſolent. *vid. Groenw. hic. & Sand.* *lib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

lib.5.tit.9.def.3 Math.d.lib.48. tit. 6.c.ult.in fin.Gudel.de I. lib.5.c.17 verſ.pen.]

Nota ſeptimo, hanc pœnam tribui legi Pompejæ, non pr lata; ſed prout correcta fuit. nam lex Pompeja irrogavit pœna leg. Corneliæ de ſicariis.*ff.ad leg.Pomp.de parricid.l.*1.hæc aut pœna culei eſt ex more majorum. *ff. eod. l. penult. in princ.* q cum abolita eſſet, ac parricidæ vivi exurerentur, vel ad beſt damnarentur, Paul. *lib. 5. Sentiarum tit.24.* a Conſtantino in-ſum revocata eſt, *C.de his qui par.vel lib.occid.l.un.*

Lex Cornelia de falſis.

1 Quæ eſt quinta ſpecies publicorum judiciorum? 2 Quid comprehenſum eſt l.cornel. de falſis?

7. § 1 Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur, 2 pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recverit, ſubjecerit, vel ſignum adulterinum fecerit, ſculrit, expreſſerit ſciens, dolo malo. Ejusq;legis pœna invos, ultimum ſupplicium eſt, quod etiam in lege de ſriis & veneficis ſervatur: in liberos vero deportatio.

V. Judicium publicum in §.7. *h. n.* eſt legis Corneliæ de fa.

Nota primo, hanc legem latam fuiſſe a Cornelio Sylla Ditore, qui publicas quæſtiones falſo conſtituit.*ff.de orig.jur l.neceſſarium.2.§.capta.*32.Paul.*lib.5.ſentent.titul.23.* & 25.

Nota ſecundo, hanc legem vocari etiam Corneliam teſtamtariam, quia plerumque falſum in teſtamentis committitu, quamvis hæc lex etiam ad alias cauſas pertineat, præſertim nummos, unde etiam nummaria vocatur a Cic. *Verr.* 3. [qu crimen fere morte punitur.*v. Perez.hic.*]

Nota tertio, falſi verbo non ſignificari quodcumque mendcium, ſeu doloſam veri imitationem.*ff.ad leg.Corn.de falſ.l.quſit.23.* & *C.eo. l.nec exemplum.20.* [*v.late.Perez.hic.* & *Tul.* 10.*l.*1.3.8.13.19.24.*ff. d. tit.*]

Nota quarto, pœnam hujus legis, quæ traditur in fine hujuid eſt, deportationem regulariter infligi: quandoque autem irrogpœnam graviorem, ut mortem.*C.de falſis.l.ubi.*21, quandoleviorem. *ff.eod.l.pen* [Moribus noſtris arbitraria eſt pro ratidelicti & fere exilio ſolo, vel cum fuſtigatione punitur falſarzyp. *Notit. de falſ. Menoch. 2. arb. c.* 306. *Damhoud.c.* 119 *ſeqq.Groenw.hic.* Neque judex cujus arbitrio committitur pœcapitalem irrogare poteſt. *Tulden.hic c.*11, & *C.de pœn.in pri Clar.§. fin. qu.* 82.*per l.*1. *ff. de fur. baln.Diſſ.Fachin.9.con. Bronck.6. eſſ.* 68. *per l.7.9.de extraor. crimin.* Reus tamen pribus maleficiis obnoxius, quæ ſingula capitalia non ſunt, cap

po

puniri poteſt quod deſperatam rei indolem arguant. *Tuld. & alii.*]

Lex Iulia de vi.

8. 1 Item lex Julia de vi publica ſeu privata, 2 ad- eos exoritur, qui vim vel armatam, vel ſine ar- mmiſerint. 3 Sed ſi quidem armata vis arguatur: atio ei ex lege Julia de vi publica irrogatur. 4 ſi ne armis: in tertiam partem bonorum ſuorum tio imponitur. 5 Sin autem per vim raptus virgi- , vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterius fuerit ratus: tunc & raptores, & ii, qui opem huic fla- ederunt, capite puniuntur, ſecundum noſtræ con- nis definitionem, ex qua hoc apertius poſſibile e.

1 Quæ eſt ſexta ſpecies?
2 Quæ eſt l. Iulia de vi?
3 Quę pœna vis publicæ?
4 Quæ eſt pœna vis privatæ?
5 Quid juris in raptu virginis?

Judicium publicum in §. 8. *h. n.* eſt legis de vi publica, ata, de quo aliquid dictum fuit. *in §. recuperandæ, ſupra d.*

primo, hanc legem latam fuiſſe, vel a Cæſare Dictatore, utio placet, vel ab Auguſto, ut Hotomanus ſcribit.

ſecundo. hæc poſſe dici duo judicia, alterum de vi publi- um de vi privata. nam & in ff. ſunt duo tituli ſeparati, *ad n de vi publ. & ad l. Iuliam de vi priv.*

tertio, vim privatam dici, quæ fit ſine armis: publicam quæ fit armis abhibitis, ut *hic, & d. § recuperandæ.* iam hæc expoſitie imperfecta eſt, ut enim dicatur vis , non ſufficit eam factam eſſe ſine armis, ſed & inſuper ut facta ſit a perſona privata contra perſonam pri- ſine violatione juris publici. vide *Diſp. 31. th. 21. & Theſaur. dec. 35. nu. 3.* in dubio autem delictum vi, refertur ad vim privatam. *Tuld. hic c. 4. per l. 42. D.*]

quarto, pœnam deportationis, [ob vim publicam] vel tionis tertiæ partis bonorum [& infamiæ ob vim priva- : qua hic in verſ. *ſed ſi quidem.*) irrogari liberis hominibus, lmodum & pœna capitis ob virginem, vel viduam, vel onialem raptam, in verſ. *ſin autem.* ſervi autem qui vim inſcio domino, ultimo ſupplicio afficiuntur. [Quæ pœna uſu eſt in iis, qui vi pacem publicam violant. *Perez. hic.* Ex en domus aut villæ oppugnatione, non ſecuta effractione ugnatione, pœnæ capitali locus non eſt, ſi ipſe conſilium.

mutavit & abſtinuit: ſecus autem ſi contraria defenſione & vi impeditus fuit *Tuld. hic. c. 4 per l. 11. ff. de vi pub. Treutl. diſp. 32 th. 4. lit. c. Diſſ. Weſſ. h. tit. nu. 3. per l. 3. D. eod.* Moribus vero hodi vis publicæ & privatæ pœna arbitraria eſt pro modo & gravitat criminis & fraudis. *Groenw. hic. confer. ſup. §. 1. de vi bon. rapt not.* qui vero non ignorante domino fecerunt, in metallum damnatur *C. ad leg. Iul. de vi, l. ſervos. 8.* ſed qui crimini raptus ſunt obno xii concremantur, *C. de rap. virg. l. un. §. ſed & ſi quis.* [Sed cum hodie ex jure Can. liceat raptæ raptori nubere, pœna corporal ceſſat, maxime ſi ſine vi rapuit: nec multatur mulier amiſſione bo norum quod ei nubat *juxta d. l. unic. Groenw. d. l. nu. 1. §* 1. puniturque hodie arbitrarie qui auxilium proberunt raptori. *Groenw. d. §. 1. in princ.* nec hodie raptorem privata autoritate interficere licet. *Groenw. d. l. in princ.* Et ſponſus volentem ſponſam rapie nulli pœnæ ſubjacet. *Groenw. ibid. Math. d. lib. 48. tit. 4. c. nu. 12. IC. Bat. conſ. 191. p. 2.* ut nec rapiens mulierem volente *Perez. C. eod. nu. 3.* niſi malis artibus eam ad hoc pellexit, quo ſu arbitrarie punitur. *Groenw. d. l. un. §. 2, Math. d. lib, 48. tit. c. 4. nu. 8.*]

Nota quinto, raptum diſtingui a rapina. nam rapina dicitur b norum, ut *ſupra de vi bonor. raptor.* raptus autem dicitur perſon rum, ut virginis, aut viduæ. [proprie tamen non perficitur ſi ſtupro: ideoque ob ſolam abductionem ſummum ſupplicium no irrogatur. *Tuld. hic c. 9. Theſſaur. dec. 216. Sand. lib. 5. tit. 9. de 11. Groenw. hic.* Niſi per vim publicam abripiatur alium locum *l. 5. §. ult. D. ad l. Iul. de vi publ.* vel furtim animo abutendi ſi matrimonio. *Tuld. eod. loc.*]

Nota ſexto, judicium de raptu non tam eſſe ex lege Julia quam ex conſtitutionibus, id eſt, ex *d. l. un.* quapropter judiciu publicum de vi in tria diſtinguitur, nempe de vi publica, de privata, & de raptu.

Lex Iulia peculatus.

1 Quæ eſt ſpecies ſeptima? 2 Quos punit lex Iulia peculatus? 3 Quæ pœna in judicibus;

9. § 1 Item lex Julia peculatus eos punit, 2 qui (p blicam pecuniam, vel rem ſacram,) vel religioſam rati fuerint. 3 Sed ſi quidem ipſi judices tempore adm niſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint: capitali nimadverſione puniuntur: & non ſolum hi, ſed etiam qui miniſterium eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſu tractas ab his ſcientes ſuſceperint. Alii vero qui hanc legem inciderint, pœna deportationis ſubjugenti

VII.]

Judicium publicum in §. 9. *h. n.* eſt legis Juliæ de peculatu. [De hoc Catonis querela fuit: cum dixit Fures minutos in nervis & compedibus, at grandes in auro & purpura vivere. *Tulden. hic. c. 15*]

Nota primo, hanc legem latam eſſe ab Auguſto, ſi Hotomano credideris.

Nota ſecundo, peculatum eſſe furtum pecuniæ, ſeu reipublicæ, aut ſacræ aut religioſæ. [quamvis rei ſacræ furtum ſacrilegium proprie dicitur. cujus ſupplicium eſt capitis, facit autem circumſtantia augeri aut minui pœnam. *l. 6. D. de crim. pecul.*] Quæri autem poteſt, ſi res civitatis ſurripiatur, an peculatus dici poſſit. Reſpondeo non eſſe proprie peculatum, quia bona civitatum non dicuntur proprie publica. *ff. de verb ſignif. l. bona 15. & l. ſeqq.* Et inde, qui ejuſmodi res ſurripit, non tenetur ipſa lege Julia, id eſt ex verbis legis. *ff. de furt. l. ob pecuniam. 81.* ſed ex conſtitutionibus ad legem Juliam accommodatis. *ff. ad leg. Jul. peculatus l.* ... *lege Julia* §. *ult.* [*adde hic inf. judicium x. & xij.*]

Nota tertio pœnam hujus delicti modo eſſe capitalem, modo leviorem, ut in contextu explicatur. [Hodie varia & mitior pœna ſtatuitur exilium, fuſtigatio, & pœna pecuniaria. maxime ſi falſi crimen non concurrat. Sacrilegi vero, cum apud nos extra uſum ſacrum rebus eccleſiæ ſanctitatem aliquam adhærere ſecta noſtri temporis non credat, vix gravius puniri ſolent quam fures. *v.* ... *adde* §. 5. *ſup. de oblig. ex delict. not. de furt.*]

Lex Fabia de plagiariis,

10. §. Eſt & inter publica judicia lex Fabia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex ſacris conſtitutionibus irrogat, interdum leviorem. 1 Quæ eſt octava ſpecies?

Judicium publicum in §. 10. *h. n.* eſt legis Faviæ de plagiariis.

Nota primo, non tantum auctorem, ſed & nomen hujus legis incertum eſſe: quia modo *Fabia*, modo *Flavia*, modo *Favia* perperam ſcribitur.

Nota ſecundo, plagiarios dici eos qui πλαγείως (id eſt, dolo) liberos homines, aut ſervos alienos intercipiunt. [*adde &* ... §. ... *n. ſup. de furt.* fitque communiter celando, licet ... vendendo, emendo, donando permutando fiat. *v. Perez.* ... *D. ad L. Fab. de plag.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Nota tertio, pœnam hujus legis fuiſſe pecuniariam, *ff. a*
leg. Fab. de plagiar. l. ult. ſed ex conſtitutionibus plerumque eſſ
capitalem. *C. eod. l. ult.* [Sic & jure Divino qui pueros furan
tur morte mulctantur. *Exod.* 21. *verſ.* 16. *Deut. c.* 24. *verſ.* 7
uti & *jure Canon. c.* 1. *de furt.* & moribus noſtris ſi celandi ani
mo plagium commiſſum ſit. *Perez. hic & Groenw.* alias fere exi
lio & virgis. *Perez. C. d. tit. Clar. §. fin. qu.* 68. *nu.* 31. *Groen*
weg. hic.]

Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de annona, de reſiduis.

1 Quæ eſt nona? 2 Quæ decima? 3 Quæ undecima? 4 Quæ eſt duodecima?

11. § 1 Sunt præterea publica judicia, lex Julia de ar
bitu, 2 lex Julia repetundarum, & 3 lex Julia de ann
na, & 4 lex Julia de reſiduis, quæ de certis capitulis l
quuntur: & animæ quidem amiſſionem non irrogar
aliis autem pœnis eos ſubjiciunt, qui præcepta earu
neglexerint.

IX. Judicium publicum *in §. pen. h. n.* eſt legis Juliæ de a
bitu.

Nota primo, hanc legem Auguſto tribui ab Hotomanno.

Nota ſecundo, hac lege teneri eos, qui illicito modo, ut d
pecunia, honorem, ſeu magiſtratum ambiunt. [Sed hæc lex R
mæ ceſſavit ex quo magiſtratuum creatio ad curam Principis p
tinere cæpit. *l. un. de L. jul. de Ambit.*]

Nota tertio, pœnam hujus criminis eſſe deportationem. C.
L. Iul. d ambitu. l. un. [In urbe Roma ſcil. propter vim publica
vel perjurium, alias prohibentur repetere honores ad quinqu
nium. *Perez. & Tuld. hic c.* 13. *per l. ult. D. de ſtellion.* [in mu
cipiis mulcta 100. aureorum cum infamia. *d. l. un* §. 1 Hodie po
arbitraria eſt ubi Magiſtratus & officia decreto populi diſtribu
tur, *v. Groenw. hic* §. 9. *num.* 1. *& Zoeſ. hic num.* 29. *Tuld*
hic c. 13. putat Pœnam diſſimulari poſſe, ſi manifeſte idoneus l
gitiones fecit, ut ineptum & improbum excluderet. Vicinum h
crimini in eccleſiaſticis beneficiis eſt Simonia. *de quo v. Dec*
lib. 5. *tit.* 3. *& ibi Pac. Iſag.*]

X. Iudicium publicum *in dict. § penult. h. n* eſt legis Julia
repetundis.

Nota primo, hanc legem latam fuiſſe a C. Julio Cæſare.

Nota ſecundo, hac lege teneri eos, qui cum officio publico f
gerentur, aliquid acceperunt, quo magis, vel quo minus offici
facerent. *ff. ad l. Iul. repet. l.* 1. *& ſeqq.* [Etſi id eis ultro oblatu
imo ingeſtum ſit. *l.* 4. *D. & ult. C. eod.* quamvis pro acce
nihil promiſerit. *Boſſ. de official. correct. nu.* 2. aut, quod ini

prom

promit, non præſtiterit. *Tulden. hic c. 14. Menoch. 2. arb. 342.* Exceptis perſonis conjunctis ad quas illa taxatio non pertinet. *l. D. hic v. Cujac. 6. obſ. 18.*] Nam is quoque turpiter facit, qui pecuniam accipit, ut id faciat, quod gratis facere tenetur. *ff. de con. ct. ob turp. vel injuſt. cau. l. ult.* [Sed nec magiſtratus ab iis qui cum iis nullam cauſam proſequuntur capere munera poſſunt ultra 100. aureos in anno. *l. 6. §. fin. D. h. tit.*]

No. tertio, hos puniri in quadruplum. *C. eod. l. 1.* quod inter fiscum & perſonam læſam dividitur *C. de aſſeſſoribus. l. Conſiliarios.* Interdum extra ordinem puniuntur, modo gravius, modo levius; ita ut quandoque ultimo ſupplicio afficiantur. *ff. eod. l. Lex Julia. §. ult.* Præterea qui hac lege damnatus eſt, teſtimonium publice dicere, aut judex eſſe, aut poſtulare prohibetur. *ff. eod. l. ex lege 6. §. 1.* [Hodie hæc quoque pœna arbitraria eſt pro ratione atrocitatis delicti. *l. 7. §. 3. D. hic. l. 8. D. de publ. judic. adde* ... *ad fin. pr. de obl. ex quaſi delict.*)

XI. Judicium publicum *in eod. §. penult. h. n.* eſt legis Iuliæ de annona cujus legis auctor ignoratur.

Not. Primo, hac lege teneri eum qui annonam flagellavit, id eſt, qui aliquid fecit, quo annona carior eſſet, [vel minor copia. Perez. c.]

Not. ſecundo, pœnam hujus criminis eſſe ordinariam 20. aureorum *ff. ad leg. Jul. de annona. l. Lege julia. 2. in fin,* ſed plerumque extra ordinem puniuntur. *ff. de extraor. crim. l. annona. 6.* [arbitrario pro qualitate delicti & perſonarum qualitate, & conditione. *Perez. hic.*]

XII. Judicium publicum *in dict. §. penul. t. h. n.* eſt legis Juliæ de reſiduis.

Not. primo, hac lege teneri eum, qui pecuniam publicam ſibi ... aliquem tributam retinuit, nec in eum uſum conſumpſit *ff. ad l. pecul. l. Lege julia 2.* [vel apud quem ex pecunia publica reſedit, ſive ex locatione, emptione, alimentariave ratione, *l. 3. d. tit.* id eſt etſi eam in ſuos uſus non convertit, ſed tantum retinuit. *d. l. 4. §. 4. Groenew. d. §. 9. hic. nu. 5. 6.*]

Not. ſecundo, reſiduorum appellatione etiam totam ſummam ſignificari. *C. de hered. inſtit. l. Pater tuus. 2,* quapropter hac lege tenetur, qui pecuniam publicam accepit, ſive totam, ſive partem non retinuerit.

Not. tertio, hujus criminis reum amplius tertia parte quam debet puniri. *ff. ad leg. Jul. pecul. Lege julia l. Lege 4. §. qua lege 5.* id eſt non ſolum reſtituere eam pecuniam, quam retinuit, ſed & insuper etiam ejus quantitatis partem, finge aliquem acceptis cen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tum, impendiſſe in opus publicum 70. retinuiſſe 30. dicimus eu reddere 30. & inſuper tertiam partem, id eſt, 10. proinde reſtitu re 40. [Sed hæc pœna hodie quoque arbitraria eſt ut ceter *Groenew. d. §. 9. nu. 8. & C. de pœn.*]

Latior omnium explicatio in pandectis.

1 Unde horum omnium latior explicatio petenda?

12. § 1 Sed de publicis judiciis hæc expoſuimus, ut vo bis poſſibile ſit ſummo digito, & quaſi per indicem ea t tigiſſe: alioqui diligentior eorum ſcientia vobis ex latio bus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris Deo propitio a ventura eſt.

Quinto, *in §. ult. h. n.* oſtendit ſe breviter percurriſſe, & q in indice propoſuiſſe judicia publica. [id eſt ſummatim, digit fontes, unde hauriatur intenſo.] proinde exactiorem notitiam Digeſtis peti jubet.

AXIOMATA.

1. *Magna diverſitas eſt inter judicia publica, & privata.* in pr
2. *In crimine læſæ majeſtatis, punitur affectus, licet non ſequ effectus.* §. 3. *conjun.* l. 5. in Princ. C. ad leg. Jul. majeſt.
3. *In parricidio æque conſcius ac perpetrans delictum punitur.* l.
4. *In inſtitutionibus per indicem ſingula demonſtrantur, in pa ctis plenius §. fin. h.*

INST-

INSTITUTIONUM VARII INDICES.

Index Decisionum & Constitutionum Justiniani Imperatoris quarum fit mentio in IV. Institut. Lib.

DEciſiones ſunt quæ dirimunt controverſias juris veteris quę& Conſtitutiones dicuntur. Specialites autem Conſtitutiones ſunt, quibus jus vetus vel emendatur, vel confirmatur, vel ampliatur. Et ex Deciſionibus quidem ſunt quæ ſequuntur.

Deciſio l.penult. C.de neceſſ.ſer.hær.inſtit.quæ & in ea & in l,ult eod. decisio dicitur, de qua lib. 1, Inſtit. tit. 6, §: Idem juris, & lib. cap. 14, §: 1,

Deciſiones de Dedititia & Latina libertate tollenda, quibus ſingulis etiam eſt proprius titulus lib. 7, Cod. Prior illa fuit, quæ eſt de Dedititia. cui adjungi etiam poſſunt l.2, C.com .de manumiſſ. & l. unic. de nudo jure Quiritum toll. de quibus lib. 1, Inſtit. tit. 5, §: ult. & tit. 11, §: ult. & lib. 3, t. 7, §: ult.

Peculium quaſi caſtrenſe co[...] paratur peculio caſtrenſi. 248

Peculium regulariter filiifam[...]lias in bonis patris compu[...]tur, ut peculium ſervi. 255

Peculium intelligitur deduc[...] eo, quod ſervus domino [...]bet. 68[...]

Pecunia numerata non in o[...]nibus regionibus ſub eiſd[...] uſuris fæneratur. 675[...]

Periculum & commodum i[...] venditæ ad emptorem ſpe[...] 51[...]

de *Periurio* quæri iniquum. 71[...]

quod *Permittitur* inter vi[...] multo magis permittend[...] eſt in ultima voluntate. 5[...]

ſi *Perſonæ* iguorentur, quar[...] cauſa jus eſt conſtitutum, [...]rum eſt jus noſſe. 36,

qui *Præmature* petit, plus pet[...] videtur. 675,

Pignus tam creditoris, qu[...] debitoris gratia contrahit[...] 463,

Piſcari in flumine cuivis e p[...]pulo licet. 18[...]

quod ſemel *Placuit*, amplius [...]ſplicere non poteſt. 21[...] 317,6.580,

Pœna numaria pauperi ma[...] pœna eſt 60[...]

Populi ſunt legib. regendi. 1[...]

Poſſeſſio autoris continuat[...] cum poſſeſſione ejus qui ab [...] cauſam habet 211,

Poſſidere commodius quam [...]tere: 72[...]

Poſſeſſio per alium acquiri & [...]ti[...]

…ini poteſt. 729,5
Poſſeſſio ſolo animo retineri, non acquiri poteſt. 729,6
Poſſeſſor bonę fidei fructus perceptos lucratur, ſi aut titulo oneroſo poſſideat, aut ſint fructus induſtriales, aut eos conſumſerit. 182,37
Poſſeſſor bonæ fidei nec de fructibus conſumptis nec de neglectis tenetur. 742,2
Poſſeſſor bonorum vicem heredis obtinet. 441,3
Poſſeſſor ridem non poteſt eſſe, & in judicio actor. 729,2
Poſthumi habentur pro jam natis. 91,4
Poteſtas Imperialis a populo eſt conſtituta, 36,4
Poteſtas dominorum in ſervos eſt juris gentium. 57,3
patria Poteſtas eſt juris civilis, & civium Romanorum propria 61,3
quoad patriam Poteſtatem liberi patrem, non matrem ſequuntur. 61,3
in Poteſtate eſt filius, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant, 61.1
Præceptorum multitudo ac varietas nimia obeſt, ut aut derelinquantur ſtudia, aut ſtudioſi cum tædio ſerius ad optatam metam ducantur 24,5
dicta in Præfationibus, cenſentur repetita in concluſionibus. 412,10
*Præferri patrono filium liberti non naturalem ſed adoptivum iniquum eſt. 431,1
Præfertur quem pater elegit 126.4
Præteritio matris, vel aſcendentium per lineam maternam habet vim exheredationis. 264,8
cui Pretium abeſt, ipſa res abeſſe videtur, 353,11
Pretium in ſola numerata pecunia conſiſtit. 519,5
Prætor jus civile modo corrigit, modo ſupplet, modo confirmat. 440,1
Princeps armis & legibus opus habet, 18.4
Princeps licet legibus ſolutus ſit tamen ſecundum leges vivit. 301,9
Principis conſiliarii ſunt loco patrum principis. 87,8
Principali ſublato tollitur acceſſorium, 354,22
* ſublato uno ex diverſis æque Principalibus alterum non tollitur. 354,21
magis ſpectamus quod Principaliter, quam quod ſecundario & per conſequentiam contingit. 243,12
privatio prę ſuponit habitū. 46.1
Privilegium non egreditur perſonam privilegiatam. 36,5
Probandi onus incumbit actori. 353,8
Procurator ſolo conſenſu conſtituitur, 697,3
Procuratoris officium virile eſt. 715,8
Prodigus furioſo comparatur. 255,8
Promiſſio ad certum locum relata, tempus, quo poſſit in eum locum perveniri, tacite continet. 474,8
Promiſſio impoſſibilis non valet, 474,9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Promiſſio alieni facti non valet 498,6
Promiſſio turpis non valet 499 29
Promiſſio novandi cauſa facta a pupillo, non obligat pupillum ſed tollit priorem obligationẽ facta autem a ſervo nullum habet juris effectum. 560,4
Provinciæ caputimperii, id eſt, regiæ urbis obſervantiam ſequi debent 703,3
Proviſio hominis tollit proviſionem legis & proviſione hominis ceſſante, locum habet proviſio legis 97,1
Proximus proprie ex pluribus gradibus intelligitur: ſed & ſi unus ſit, proximus dici poteſt 406,4
Proximi appellatione continentur etiam plũres, qui ſunt in eodem gradu 406,6
Proximior remotiori in tutela ſuſcipienda præfertur. 101,5
Pudicitiæ favor in fœminis magis ſpectatur, quam in maſculis 691,6
Pupillus ſine tutore conditionẽ ſuam meliorem facere poteſt, non deteriorem 110,1
Pupillus hereditatem ſine tutore acquirere non poteſt nec jure civili, nec jure prætorio: & neque jure directo, neque per fideicommiſſum 110,3
Pupillus omne negotium recte gerit, dum tamen tutor adhibeatur, ubi tutoris auctoritas eſt neceſſaria 499.15
Pupillus ſine tutoris auctoritate rem alienare nequit. 223.8
Pupillus ſine tutore poteſt rerum dominium acquirere 224 10
Pupillus ſine tutore ſolvens quod debet, ante pecuniam conſumptam non liberatur 224,12
Pupilli favor facit contractum claudicare non item hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem 110,4
is qui cum *Pupillo* contrahit, obligatur, ex contractibus ultro citroque obligatoriis, ſed pupillum invicem obligatum non habet 110,
Pupillo ſolvens ſine tutore, & interdum ſine ſententia judicis non liberatur. 224,1

Q

Quadrupes que pecudum numero, ſunt ea, quæ gregatim paſcuntur 595,2
Qualitate qua quid geratur præcipue attendendum 309,9
Querela inofficioſi eſt odioſa quia eſt contra naturæ verecundiam 309,5
Querelam quarta inofficioſi teſtamenti excludit 309,10

R

Raptor eſt fur impr. 584,1
Ratihabitio comparatur mandato 191,14
Ratio major obſcurat minorem 71,16
ubi eadem *Ratio* eſt, debet eſſe idem jus 86,3.103,5.519,4 674,7
Ratio civilis jura civilia tollere poteſt, non etiam jura naturalia 97,4

Reformatum a jure civili juris civili est 61,4
Religatus non amittit civitatem 86,5
* *Remedium* ordinarium quamdiu præest proponi, non est locus extraordinario 309,6
Res sua nemini ſervit 185,2
Res humanæ perficiuntur cœleſti favore 18,9
Res ſacræ regulariter alienari nequeunt 181,6
Res extinctæ non vindicari, ſed inſuper dei poſſeſſoribus condici poſſunt 182,27
Res quæ complectitur diverſæ ſunt jus, & res ipſæ, arg. 181,2
Res uſucapienda non debet habere vitium 211,10
Rei immobilis furtum non fit 211,8
Rei emphyteuticæ periculum, ſi tota pereat, ad dominum ſpectat, ſi pars intereat, ad emphyteutam pertinet 528,5
Rei communio ſine ſocietate eſt quaſi contractus 550,6
Rei incombere utilius eſt quam in perſonam agere 550,9
Rem quæ mala fide conſumpſit, ad exhibendum teneatur. 224,9
Rem alienam qui ſciens vendit, vel ex alia ſimili cauſa tradit, furtum committit 210,4
Reipublicæ adminiſtratio juris peritis committi debet 38,15
Reipublicæ expedit, ne quis re ſua male utatur 57,9
Ad *Reipublicæ* adminiſtrationem honores aſpirare licet 18,14
Qui pro *Republica* ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur 136,2
Rerum dominia non debent eſſe incerta 210,1
a *Reſponſis* juriſconſultorum recedere judici non licet 36,7
non *reſtituitur* major viginti annis ſe paſſus vendi 41,4
Reſtitutio adverſus libertatem non datur 52,15
Reſtitutio in integrum omnia jura amiſſa reſtituit. 86,4

S

Satiſdatio malevolum tutoris conſilium non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat 142, 5
Scriptura cedit chartæ 182,35
Sententia abſolutoria non tollit actionem ipſo jure, ſed ope exceptionis 715,6. debet eſſe certa 675,26
Servitus eſt juri naturali contraria 36,2,40,2
Servitutes ſine prædiis non conſiſtunt 185,5
* *Servitutes* non ex loco, ſed uſu ac materia æſtimantur ac dominationem ſuam habent 185,2
Servus ex perſona domini jus ſtipulandi habet 477,1
Servus quidquid acquirit, domino acquirit 57,5
Servus qui in domini poteſtate eſt, nihil ſuum habere poteſt 231,5
Servus plurium ſingulis dominis acquirit pro dominii portione 278,9, 477,5
Servus hereditarius acquirit here-

hereditati, & per eam futuro heredi. 477,3

Servus civiliter obligari non poteſt. 499,11

Servum ſuum nemini licet occidere, aut durius tractare, quam par ſit. 57,6

Servum libertate fraudare exemplum peſſimum eſt, & manumittentem damno affici non manumittentem lucrari. 218,7

Servo hereditatem adeunte juſſu domini, periende habetur ac ſi dominus adiret. 231,6

Servorum qualitates variæ ſunt conditio autem ſervilis una eſt 605,9

Servorum nequitiam ultra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe, iniquum eſt. 691,1

cum *Servis* hereditariis eſt teſtamenti factio. 278,6

Servis nulla injuria fieri intelligitur, ſed dominis per eos fieri videtur. 608,6

intereſt dominorum ne *Servis* contra famem, ſævitiam, injuriam juſte deprecantib. denegetur auxilium. 57,11

Sexus muliebris fragilis eſt. 223,5

Sexus uterque in hominibus procreandis ſimili naturæ officio fungitur. 264,6

Silentium militis non ignorantis ſe habere liberos, pro exheredatione nominatim facta habetur. 264,8

Simplicitas eſt legibus amica. 406,3

vide *Imperitia*.

Singula ſuis locis ſunt enarranda 232,12. 351

ſæpe quorundam ita preta eſt opera in *Societate*, ut juſtum ſit eos meliore conditione in ſocietatem admitti. 3.., 3

Socius dolum & culpam la.. & levem præſtat. 5..3

Socium qui parum diligentem ſibi adjungit, ſibi debet imputare: 53.0

qui tardius *Solvit* minus ſolvere intelligitur, 67..8

Solo cedit, quicquid inædificatur, 182, 29: plantatur.

Solvens non liberatur niſi ſ.. pecunia fiat accipientis. 22..

* *Solutio* vera eſt præſtatio .. quod debetur. 5..

Solutio indebiti eſt quaſi contractus, id eſt, diſtractus. 55..

non obligatio, ſed *Solutio* in e.. traneam perſonam confe.. poteſt. 498

Spes contractus conditiona.. ad heredem tranſit. 471

Spes autem legati conditiona.. ad hered. non tranſit: quia ſi .. gatarius pendente legati co.. ditione moriatur, legatum .. tinguitur. 47..

Spoliatum fortunis ſuis in ſ.. dum damnari, inhuman.. eſt 675..

Sponſa patris non eſt noverca .. ſponſa filii non eſt nurus. ..

Spurii non intelliguntur hab.. patrem. 71..

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

qui ad *Statuas*, ad aſyla confugiu ex juſta cauſa, jure & legi is ab injuria ſunt vindi-cand ſi ſine juſta cauſa, ſunt ſeve puniendi. 57,13
Stipulatio quacunque lingua fieri poteſt. 471,1
Stipulatio præpoſtera hodie valet. 499,24
Stipulatio civilem actionem parit. 674,8
Stipulatione contrahentes, ſe invice exaudire debet. 499,13
ex *Stipulatione* facti, niſi fiat quo promiſſum eſt debetur quo intereſt ſtipulantis. 471 11
Stipulationes ex conſenſu contrahentium valent. 499 23
Stipulationes inventæ ſunt, ut unuſquisque ſibi acquirat. quo ſua intereſt, 499.27
Stipulandi correi non ſunt, ſi primus huic poſt alteri ſpondeat 474,1
Subſtitutio pupillaris non excedit annos pubertatis. 294,5
Subſtitutio pupillaris eſt pars et ſequela teſtamenti paterni a qua ita pendet ut ſine illo. valere non poſſit. 294,3
in *Subſtitulatione* pupillari ſunt duo quodammodo teſtamen-ta. 293,2
in *Subſtitutione* ſuccedi patri, qui ſubſtituit: ex pupillari autẽ ſuccediturpupillo cui ſubſtitutũ eſt, 293,1
Subſtitutus ſubſtituto, eſt etiam ſubſtitutus primo inſtituto. 285,3
Succeſſio ex teſtamento præfertur ſucceſſioni ab inteſtato. 232,11
in *Succeſſione* ab inteſtato major ratio habetur ordinis, quam gradus. 427.6
jus *Succedendi* non eſt reſtringendum, ſed dilatandum. vide *agnatio*: 441,4
Suſpectus judicatur ex moribus non ex facultatib. 142,6
Suum cuique tribuendum. 25,6
Sui heredes exiſtunt etiam ignorantes. 398,2
Sui heredes ſunt domeſtici heredes, & vivo quoque patre, quodammodo domini 316.1

T

Tabula cedit picturæ. 182,3
Tale propter quod aliquid eſt, illud quoq; eſt tale. 398,1
Tempus petendæ bonorum poſſeſſionis eſt utile, non continuum. 441,7
Teſtamentum, quod ab initio non valet, ex poſt facto non confirmatur. 255,5. 264,2
Teſtamentum cum rumpitur, totum infirmatur; nec poteſt pro parte valere, pro parte eſſe inutile. 264,3
Teſtamentum quo liberi a patre prætereuntur eſt inutile, ſi ſint in poteſtate. 264,1
Teſtamentum inutile eſt in quo nemo heres inſtituitur. 373.4
Teſtamentum ſola contraria teſtatoris voluntate non infirmatur 301,7
Teſtamentum imperfectum nullum

lum eſt, id eſt, ipſo jure non valet 301,8
Teſtamentum qui ob facti impedimentum non poteſt facere, non prohibetur facere codicillos 381,1
* *Teſtamenti* factio duplex: activa, & paſſiva 317,4
Teſtamenti factio in teſtatore requiritur eo duntaxat tempore, quo teſtamentum facit, excipe niſi capitis deminutione teſtatoris fiat teſtamentum irritum 255,7
Teſtamenti factio ab homine privato permitti non poteſt 255,1
Teſtamenti ordinandi gratia, totum negotium, quod agitur, inter teſtatorem & heredem agi videtur 243,9
in *Teſtamento* ſuſpicio falſi vitanda eſt 243,2
ex *Teſtamento* qui capere poſſunt poſſunt in teſtamento eſſe teſtes 243,4
*eor. qui *teſtamento* dati ſunt fides eſt approbata a teſtatore 126,2
Teſtamenta ſunt favorabilia, & quo ad ejus fieri poteſt, ſuſtinenda 243,6
qui *Teſtatur* contra offic. pietatis quaſi fur 105. videtur. 309,2
Teſtatoris ignorantia inutilem inſtitutionem non facit 178, 16
Teſtatoris voluntas verbis præfertur 353,4
Teſtatoris voluntati eſt obtemperandum 353,9
Teſtatoris ſcripturæ ordinem ſequi, ac ſperni voluntatem incivile eſt 354,29
Teſtimonium Domeſticum reprobatur 243,8
Teſtes plures ex una domo negotio alieno adhiberi poſſunt 243,7
Teſtes nemo poteſt eſſe in cauſa propria 243,11
Theſauros tantum in ſuo fundo quærere licet 182,40
Tignum alienum nemo cogitur ædibus ſuis junctum eximere 182,31
Totius ad totum, & partis ad partem eadem eſt ratio 374,8 354,16
Tranſverſales non debent eſſe liberis potiores 398,16
Tutela eſt munus publicū. 136,1
in *Tutel.* ſuſcipienda proximior remotiori prefertur 101,5
Tutelæ, vel curę plurium pupillorum indiviſa bona, habentium pro una computantur 136,3
Incivile eſt, eos qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egent, & ab aliis reguntur, aliorum *Tutelam*, vel curam gerere 136,4
Qui *Tutelam* ſubit, nullum negotium cum pupillo contrahit 550,5
* *Tutori*, ſi non ſit aptus, licet probus, poteſt adjungi curator 122,5
Tutor datur perſonæ non rei, vel cauſæ 95,5
Tutor in rem ſuam actor fieri nequit 110,6
Tutor, vel curator poteſt actorem conſtituere non procuratorem 122,7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

atus, ad univerſum pa- rimonium datus eſſe creditur 137,5
ninima capitis deminu- tio regulariter non extinguit tutelam 118,3
maxima, vel media ca- pitis deminuitio perimit tute- lam 118,2
habenti tutor dari non poteſt 122,6
tueri debent pupillos 91,3
, vel curatores non de- bent pupillorum, vel eorum qui in curatione ſunt, bona conſumere, aut deminuere 126,8
& curatores admini- ſtrare compelluntur 127,8

V

lere rem ſuam inter- dum aliquis cogitur 57,8
qui non poteſt rem *Vendere*, non poteſt eam pignorare ſive hy- pothecæ ſupponere 223,4
præſtat dolum, & cul- pam non caſum fortuitum, niſi pacto 519,8
Verba non operantur ultra in- tentionem proferentis 278,2
magis oculata, fide quã per aures, animis omnium inſi- gitur 429,4
quod in *Varitate* eſt, plus valet, quam quod in opinione 42,4. 353,15
ſunt a Deo 18,6
n neceſſitudinis fortius linea recta quam tranſ- verſali 71,9
ncula magis ligant, quam unum 78,1.398,14
Vindicatio datur etiam poſſi- denti, ſi agatur de re incorpo- rali 674.4
Vindicatio, ei introducta eſt, ut quis dominium ſuum vindicet 674,5
Vim atque injuriam propulſare licet 595,3
Vim non facit qui loci vacan- tis poſſeſſionem ingreditur, 210,7
Vivendum honeſte 23,4
Unciæ tot aſſes efficiunt, quod teſtator vult 278,10
Vocabula diverſa arguunt re- rum diverſitatem 95,6
qui quid *Vult* videtur illa om- nia velle ſine quibus id, quod vult, effectum habere nequit 52,8
Volenti non fit furtum 580,5. quemadmodum nec injuria. 580,5
Voluntas noviſſima teſtatoris ſervanda eſt 301,3
Nihil eſt tam convenient natu- rali æquitati, quam *Volunta- tem* domini rem ſuam ad a- lium transferre volentis ra- tam habere 182,41
Voluntas teſtatoris vim legis habet 361,1
Voluntas ultima tuenda eſt, ne pereat 374,12
* *Voluntas* ultima eſt ambula- toria ad extremum vitæ ſpiri- tum 356,1
Quod alterius *Voluntati* com- mittitur, neceſſitatem non in- ducit 373,1
Voluntates teſtatorum impoſſi- biles aut legibus interdictæ, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

aut alias probroſæ non valent. 354,31
Vox filii eſt tanquam vox patris, & e contra. 498,9
Vſuarius non poteſt ſuum jus in alium tranferre 201,2
Vſucapionem non parit error falſæ cauſa. 211.11
in *Vſu* quæ conſiſtunt, id eſt, quę uſu conſumuntur velquaſi conſumuntur, non recipiunt verum uſumfructum. 197,5
in *Vſu* minus juris eſt quam in uſufructu. 201,1
Vſufructus a proprietate in perpetuum non ſeparatur. 197,3
Vſufructus finitus redit ad ſuum principium, id eſt, proprietatem, a qua diceſcerat. 197,4
Vſufructus non partis ſed ſervitutis vicem obtinet 353,12
*in *Vſufructu* ſubſtantia deb manere ſalva 197,
qui in *Vtero* eſt, pro jam nat habetur. 278,
Vtile per inutile non vitiatur. 498,
* Multa publice *Vtilia*, mult privatim. 25,
Vulgo quæſiti nullos habent a gnatos. 418,
Vulgo quæſiti nullum patre habere intelliguntur. 418,
cujus fratris, vel ſororis filia *Vxorem* ducere non licet, ej nec neptem ducere permitt tur. 71,1
eadem duobus ſimul nupta idem duas *Vxores* eodem tem pore habere non poteſt. 71.1.
Vxores a viris defendi æquum eſ non viros ab uxoribus; 605,

FINIS.

JULI

IULII PACII, JC. CLARISS.

SELECTA EX INSTITUTIONIBUS IMPERIALIBUS.

CUM ANACEPHALÆOSI.

Singulorum Librorum & Indice Capitum Alphabetico.

SELECTORUM

ANACEPHALÆOSI

LIBER PRIMUS.

2. IUriſprudentię finis eſt juſtitia:juſtitię objectu
eſt jus:quod quadrifariam dividitur.Primo
eſt publicum, aut privatum. 2. Privati au
partes ſunt, jus naturale, jus gentium, & ju
le.Secundo, vel eſt ſcriptum,vel non ſcript
Tertio,partim eſt mutabile,partim immutabile.Quarto
verſatur in perſonis, aut in rebus, aut in actionibus 3. Q
ad perſonas attinet, civium Romanorum alii ſunt filiifa
in poteſtate parentum conſtituti,alii patrisfamil.qui ſui
ſunt. 4. Patria poteſtas conſtituitur juſtis nuptiis, legiti
tione, 5. & adoptione. 6. Solvitur autem variis modis. 7.
trumfamil.alii ſunt in tutela, alii in curatione, alii neutro
re tenentur. Tutores conſtitunutur. 8. Aut teſtamento: 9.
lege, ut adgnati (10. ſed agnatio per capitis deminution
tollitur,) 11. parentes, 12. & tutores fiduciarii: 13. aut a
giſtratu. Qui vero tutor datus eſt, partim negotia pupilla
gerit, 14. partim pupillo gerenti auctor fit, 15. donec tutela
niatur: 16. tuncque curatio ſuccedit. 17. Tutoribus autem
curatoribus tria communia ſunt: ſatisdatio, 18. excuſatio,
& ob ſuſpicionem remotio, Hactenus de perſonis.

1. De juſtitia & jure. 2. De jure naturali, gentium & civili
De patria poteſtate. 4. De nuptiis. 5. De adoptionibus. 6. Quibus m
dis jus poteſtatis ſolvitur. 7. De tutelis. 8. Qui teſtamento tutoris
ri poſſunt. 9. De legitima adgnatorum tutela. 10. De capitis demi
tione. 11. De legitima parentum tutela. 12. De fiduciaria tutela.
De tutela dativa. 14. De auctoritate tutorum. 15. Quibus modis
tela finitur. 16. De curatoribus. 17. De ſatisdatione tutor
vel curatorum. 18. De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

J. P. SELECTA
INSTITUTIONUM
LIBER PRIMUS,
CAPUT I.
DE JUSTITIA ET JURE.[a]

IUſtitia[b] eſt conſtans & perpetua[c] voluntas[d] jus[e] ſuum cuique tribuendi. *in princ.*

2. Juriſprudentia eſt divinarum atque humanarum rerum[f] notitia, juſti atque injuſti[g] ſcientia. §. 1.

3. Juris præcepta[h] tria ſunt: honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. §. 2.

4. Jus publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ[k] ſpectat. Privatum, quod ad ſingulorum[l] utilitatem pertinet: hoc autem collectum[m] eſt ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus. §. *ult.*

a Jus accipitur pro parte juris, ut *in l. 1. in princ. ff. hoc tit.*

b Intellige juſtitiam humanam, quæ eſt finis Romani juris.

c Juſtitia numquam mutatur: quamvis juſtitiæ ſubjectum, id eſt, homo, ſæpe mutetur, nec ſemper agat.

d Metonymicῶs voluntas accipitur, pro habitu, per quem volumus. Recte ſpectatur potius voluntas, quam actus: quia non actus, ſed voluntas juſtum facit. Exempli gratia, qui vult depoſitum reddere, ſed vi prohibetur, juſtus eſt: qui vero invitus & coactus reddit, non eſt juſtus, quamvis ejus actio juſta ſit.

e Jus hic non ſumitur pro arte juris, ut *in rubr.* ſed pro objecto juſtitiæ, in quo juſtitia verſatur, ut fortitudo in periculis, temperantia in voluptatibus corporeis, liberalitas in pecuniis.

f Res divinæ & humanæ a nobis conſiderantur, quatenus ad jus & juſtitiam referuntur: in aliis ſcientiis conſiderantur aliis modis.

g Nota contrariorum eſſe eandem ſcientiam. h Subaudis generalia, ſub quibus omnia ſpecialia præcepta continentur. Quin etiam duo priora ſub tertio comprehendi poſſunt, ut in definitione

juſtitiæ factum eſt: Inſunt enim in tertio eminenter, ut cum Sch laſticis loquar, quemadmodum trigonum tetragona, & anima v getativa, ac ſenſitiva in rationali.

i Hic prima juris Romani diviſio proponitur.

k Ideo dicimus *rei Romanæ*, quia verſamur in jure Romano, g neraliter autem jus publicum eſt, quod ad ſtatum Reipublicæ ſp ctat.

l Subaudi, civium Romanorum. [m] Nota, jus naturale, gentiu & civile, non eſſe ſpecies, ſed partes juris privati.

CAPUT II.

DE JURE NATURALI, GENTIUM ET CIVILI.

1. JUs naturale [a] eſt, quod natura omnia animamal docu Hinc deſcendunt [b] maris & feminæ conjunctio, liber rumque procreatio, & educatio. *in princ.*

2. Quod quisque populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſi proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile, quaſi jus civit tis proprium. Quod vero naturalis ratio inter omnes [c] hom nes conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, vocatu que jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utuntur §. 1

3. Jus civile ex unaquaque civitate appellatur, ut Laceda moniorum, vel Athenienſium. Sed cum ſimpliciter dicimu jus civile, non addito alicujus civitatis nomine, jus Roma num intelligimus. d. §. 2.

4. Jure gentium introducta ſunt bella [e], captivitates, ſervitu tes, [f] & contractus, exceptis quatuor, videlicet ſtipulation [g], emphyteuſi [h], literarum obligatione [i], & ſponſalitia la gitate [k] *d. §, 2. verſ. jus autem gentium. & ibi gl.*

5. Jus [l] Romanum partim ſcriptum eſt, ut [m] lex plebiſcitum ſenatuſconſultum, conſtitutio, jus honorarium [n], reſpon prudentum [o], partim non ſcriptum. §. 3.

6. Legis auctor eſt populus: plebiſciti, plebs. §. 4. ſenatu conſulti, ſenatus. §. 5. conſtitutionis, princeps per epiſtolam reſcribens [p], vel cauſa cognita decernens [q], vel edicto [r] præ cipiens (ſed harum conſtitutionum, aliæ ſunt perſonales, qua perſonam non egrediuntur, aliæ generales, quæ in omnes va lent) § 6. juris honorarii, prætores, & ædiles curules [s] §. 7. reſponſorum, Juriſconſulti. §. 8.

7. Non ſcriptum jus, eſt conſuetudo, quam tacitus popul conſenſus diuturno [t] uſu comprobavit. § 9

8. Ju

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

8. ...s [n] naturale primævum eſt immutabile: ſecundarium ...utatur: jus civile conſuetudine, aut lege ſæpe mutatur. ...naturale [x] primævum appello, quod divina providen... omnes homines conſtituit, veluti ut Deus colatur, ut ...bus obtemperetur. Secundarium voco, quod naturalis ...oſt pecatum primi parentis introduxit. de quo *ſupra* ... Legis appellatione nunc [y] ſignifico quodvis jus ſcri...

9. ...is [z] objecta [s] tria ſunt, perſonæ, res, & actiones §. *ult.*

... improprie dicitur jus, cum non a ratione, ſed a naturali ... proficiſcatur.

... omnes brutorum animalium actiones ad jus naturale re...: ſed eæ tantum, quæ in vitæ communione quadam ſpe... omne enim jus, ſecundum Ariſtotelem, in vitæ commu...nitur.

...udi *fere*, ut & in aliis quibuſdam locis juris: nam gentes interdum violant jus gentium, ut Barbari, qui veſcuntur ... carnibus: & Ægyptii ac Lacedæmonii probantes furta.

...ξοχὴν, ut appellatione Philoſophi ſignificatur Ariſtote... pellatione Poëtæ ſignificatur apud Græcos Homerus, a...nos Virgilius.

...dam bella ſunt juſta, ut contra Barbaros, & ea quibus pa...ditur, vel res ab hoſtibus ablatæ recuperantur.

... vitas, & ſervitus non tam jure gentium probantur, quam ... majoris mali vitandi cauſa, id eſt, ne capitivi occidan...

[g] De qua *infra lib.* 3. *cap.* 7. [h] De qua *infra lib.* 3. *c.* 15. *them*, 4. ... *infra lib.* 3. *c.* 12.

..., donatione propter nuptias, de qua *infra lib.* 2. *cap.* 7. *th.*

... ſt ſecunda Romani juris diviſio.

[n] ... mnes juris ſcripti ſpecies ad duo genera referri poſſunt, ...s civile proprie dictum, & ad jus honorarium. nam ſub ... continentur lex, plebiſcitum, ſenatuſconſultum, conſti... prudentum reſponſa: ſub jure honorario edicta præto... icta ædilium curulium.

... r eſt magiſtratus. inde jus honorarium dictum eſt, quod ...s (id eſt, prætores, & ædiles curules) auctores habet, idem ... jus prætorium; quia plurima ſunt prætorum edicta, æ... pauca.

... ocantur Jureconſulti, [p] Subaudi, conſulentibus, [q] Inter...ntes.

... e & generaliter propoſito. [s] Inde dicti, quod ſella curu... r alii erant ædiles plebis.

[t] Nulla lex certum tempus definit, quo dicatur eſſe uſus di turnus, quo circa judicis arbitrio relinquendum hoc cenſeo; arg. l. 1. §. *ult. ff. de jur. delib.*

[u] Hic datur tertia juris diviſio [x] Juris naturalis appellatione m do ſignificatur jus commune omnibus animalibus, ut *ſupra hoc t tul. in princip.* modo jus gentium, ut *infra de rer. diviſ §. ſingul rum*, modo utrumque ſimul. ut *hic.*

[y] In principio hujus them. [z] Hæc dici poteſt quarta juris divi quod vel circa perſonas verſatur, vel circa res, vel circa actiones.

[a] In quibus verſatur, ut phyſica in rebus naturalibus, medici in corporibus ſanis, vel ægrotis, geometria in magnitudinibus, rithmetica in numeris.

CAPUT III.

DE PATRIA POTESTATE,

1. IN poteſtate parentum jure civili [b] ſunt. I. Nati ex ju nuptiis [c] *in princ.* Intellige hos eſſe in poteſtate patris, avi, aut proavi paterni, non matris, nec aſcendentium p lineam maternam. § *ult.* II. Legitimatio. *infra tit. prox. §. u* III Adoptati. *infra de adopt. in princ.*

[a] Civium Romanorum alii ſunt patres, vel matresfamiliarur id eſt, ſui juris: alii filii vel filiæfam. id eſt, in poteſtate parentum *de his qui ſui vel ali. jur. ſunt. l. 4.* de quibus hic agitur.

[b] Nota patriam poteſtatem eſſe juris civilis, id eſt, civium R manorum propriam: nulli enim alii ſunt homines, qui talem in beros poteſtatem habeant, qualem habent cives Romani. *§. jus a tem, hoc tit,*

[c] Quæ ſint juſtæ nuptiæ, declarabitur *cap. ſeq. them. 2.*

CAPUT IV.

DE NUPTIIS.

1. NUptiæ ſunt viri & mulieris conjunctio [a] individua [b] vitæ conſuetudinem continens. *ſupra tit. prox. §. 1.*

2, Juſtæ nuptiæ ſunt, quas cives Romani [c] inter ſe cont hunt, qui ſecundum præcepta legum coëunt. *in princ.*

3 Ut alicui nuptias contrahere liceat, hęc requiruntur. I. ſit civis Romanus. II. Ut ſit pubes (id eſt [d], maſculus major annis, fœmina major annis 12. *infra quib. mod. tut. fin. in princ* II. Ut filii, vel filię familiarum conſenſum habeant parentu [e], in quorum poteſtate ſunt. *in princ.* Quod ſi parens ſit furi ſus, adhibenda eſt auctoritas magiſtratus, vel Epiſcopi, & c

rat

ratori furioſo dati, & nobiliorum perſonarum ex furioſi genere. *hoc tit. l. ſi furioſi. 25.*

4 Nuptiæ prohibentur. I, Inter parentes & liberos, etiam ſi ſint adoptivi, & adoptio per emancipationem ſit diſſoluta f §. 1. II. Inter fratrem & ſororem, niſi per adoptionem juncti fuerint, & alteruter ſit emancipatus g §. 2. III. Cum fratris vel ſororis filia, vel nepte, niſi ſit filia, vel neptis ſororis adoptivæ h §. 3. Conſobrinorum [i] autem nuptiæ jure civili [k] permittuntur §. 4 IV. Cum amita [l], vel amita magna [m] licet adoptivæ ... m matertera [o], vel matertera magna [p] §. 5. V. Cum ea, quæ ... nel [q] fuit privigna [r], vel nurus [s] § 6. vel ſocrus, vel noverca §. 7. Sed comprivigni [x] recte inter ſe nuptias contrahunt § 8. VI. Cum filia uxoris poſt divortium [z] ex alio Viro procreata [a], & cum ſponſa filii, vel patris §. 9.

5 Injuſtarum nuptiarum pœnæ multæ ſunt. quarum non nullas referam. I. Nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium [d], nec dos [e] intellligitur II. Liberi ex eo coitu ſuſcepti non ſunt in poteſtate patris, ſed ſpurii. III. Diſſoluto tali coitu non datur actio ad dotem repetendam [f] § 12.

6 Liberi naturales legitimantur, atque ita in poteſtatem patris rediguntur quibuſdam modis: veluti ſi fiant curiales [g], aut ſi cum eorum matre, qua cum ab initio matrimonium contrahi poterat, dotalia inſtrumenta fiant [h].

Intellige conjunctionem animorum, non corporum: quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. *ff. de div. reg. jur l. nuptias.*

[b] Hoc jure civili verum, ſed jure canonico ex certis cauſis admittitur tori ſeparatio, quæ vitæ conjungalis conſuetudinem dirimit matrimonio manente, *ex de divort. cap. 2.* Nihilominus tamen jure canonico matrimonium dici poteſt conſuetudo individua. *... q. 1. in princ.* inſpecto voto contrahentum; quia hoc animo contrahitur matrimoniuum, ut individuum maneat *ff. de jur. dot. l. ...*

[c] Opus igitur eſt, ut is qui matrimonium contrahit, ſit liber: nam ſervi non ſunt cives Romani: & inter ſervos jure civili non eſt matrimonium, ſeu nuptiæ, ſed contubernium. *C. de inceſt nupt. l. 3. ... l. Iul. de adult. l. ſervi. 28.* jure tamen canonico, quia matrimonium eſt Eccleſię ſacramentum, etiam ſervis conceditur. *ex: de conj. ſerv. cap. 1.*

[d] Hæc eſt definitio juris, civilis. Jure canonico nuptiæ inter minores ... & 12. annis conſiſtunt, ſi malitia ſuppleat ætatem: proinde jure canonico pubertas non æſtimatur ex annis, ſed ex habitu corporis & facultate coëundi. *ex. de deſponſat. impub. cap. 3.*

ᵉ Jure civili conſenſus paternus eſt neceſſarius:non tamen neceſ ſe eſt patrem, antequam nuptiæ a filio, vel filia contrahantur,ve in ipſis nuptiis contrahendis conſentire,ſed ejus ratihabitio ſufficit *C.h.tit.l.*5.Jure pontificio an æque neceſſarius ſit conſenſus patri magna quæſtio eſt, Plerique putant non eſſe neceſſarium.Ego con trariam ſententiam veriorem puto : quia cuilibet non coëuntium conſenſus facit juſtas nuptias , ſed conſenſus ſecundum leges. 27 *quæſt.2.c.2.*& quod tam ibi,quam *in cap.cum apud* 13.*ex de ſpon ſal.*dicitur ſufficere ſolum conſenſum eorum, de quorum conjun ctione agitur:non excludit conſenſum parentum,ſed verba coïtum & alia facta:perſpicue namque ſcopus illorum contextuum eſt ha excludere: idcirco non dicitur has ſolas perſonas conſentire , qu conjungitur,ſed requiri tantum conſenſum,non aliud factum h rum perſonarum, ut *in dict.cap.2.* non requiritur corporum co mixtio ad perficiendum matrimonium , & *in dict. cap. cum apu* non requiruntur verba, Illud tamen manet, hunc conſenſum adh bendum eſſe ſecundum leges , quæ conſenſum parentum requ runt.

ᶠ Publica honeſtas omnino impedit nuptias inter eas perſona quæ aliquando parentum & liberorum locum inter ſe obtinu runt.

ᵍ Poſſum igitur eam uxorem ducere , quæ aliquando ſoro mea fuit,quamvis eam ducere non poſſim,quæ mihi fuit aliquan do filia.

ʰ Filia, vel neptis meæ ſorori adoptivæ,non eſt mihi conjuncta neque naturaliter, quia non ſumus ex eodem ſanguine;neque civi liter, quia non ſumus in eadem familia.

ⁱ Conſobrini proprie dicuntur filii duarum ſororum: patruele vero, filii duorum fratrum:amitinæ autem filii fratris & ſororis:ſe in præſentia omnes appellatione conſobrinorum continentur:quia hoc vocabulum in latiori ſignificatione accipitur. vide §.*quarto gra du, infra de gradibus.*

ᵏ Jure autem canonico prohibentur. 15.*q.*3.*cap.quædam,*

ˡ Id eſt, ſorore patris.

ᵐ Sorore avi.

ⁿ Dummodo adoptio maneat, nec per emancipationem ſit di ſoluta, ſive enim amita mea adoptiva emancipata ſit , ſive ego ſi emancipatus , potero uxorem ducere.

ᵒ Hæc eſt ſoror matris;nec poteſt eſſe adoptiva,quia noſtra ma terter non eſt in noſtra familia.

ᵖ Hæc eſt ſoror aviæ:& ſimiliter non poteſt eſſe adoptiva ; qui nunquam eſt in noſtra familia.

ᑫ Id eſt, conſtante matrimonio.Nota, ſoluto matrimonio diſ ſolv

ſolri, finitatem jure civili §.*affinitatis.* & §. *ſeq.hoc tit.*non jure canon o 15 *quæſt.*10.*cap.fraternitatis.* Ergo jure civili, quamdiu mater i matrimonio meo eſt, tamdiu ejus filia eſt mea privigna, mortu autem matris deſinit eſſe privigna, ſed ob reverentiam præteritæ initatis, quia mihi fuit aliquando loco filiæ, non poteſt mihi nub e. Similiter quamdiu mulier filio meo nupta eſt, tamdiu nurus ea & filiæ loco mihi eſt: mortuo filio deſinit eſſe nurus, ſed nihilo agis eam ducere uxorem poſſum; quoniam ad nuptias prohibe s, ſufficit eam fuiſſe aliquando loco filiæ.

P vigna eſt filia conjugis ex anteriori matrimonio ſuſcepta: fili nea ex priori uxore, eſt privigna meæ præſentis uxoris: & fili a uxoris ex priori matrimonio ſuſcepta eſt mea privigna. Privig igitur refertur ad vitricum, & novercam ego namque filiæ is meæ ſum vitricus: illa filiæ meæ eſt noverca.

N rus eſt uxor filii: ac refertur tam ad ſocerum, quam ad ſo ia mariti pater eſt ſocer, mariti mater eſt ſocrus.

o us refertur ad generum, & ad nurum: nam filiæ maritus eſt gener lii uxor eſt nurus. utrique, id eſt, tam genero, quam nuri, conjugis dicitur ſocer, & mater dicitur ſocrus.

N erca refertur tam ad privignum, quam ad privignam: eſt enim tor patris. quæ non eſt mater, ſed loco matris.

S dua filios habent, viduo filios habenti nubat illius & hu voco comprivignos.

Cia nec ſunt cognati, cum non ſint ex eodem ſanguine: nec quoniam affinitas tantum eſt inter cognatos viri & uxo non inter cognatos uxoris, & maritum; non inter co mariti, & cognatos uxoris.

intellige ſecundum jus civile, quo jure matrimonium per d ortium ſolvitur: nam jure canonico per divortium non matrimonium, nec licet tranſire ad alias nuptias: ſed tan ri ſeparatio conceditur.

: non poteſt dici privigna, cum enim uxoris meæ filia, quæ rivigna eſt, per divortium cum matre factum deſinat eſſe , certe multo minus privigna erit, quæ poſtea naſcitur: e divortium, & omnis diſſolutio matrimonii, ſicut antece affinitatem dirimit, ſic futuram impedit.

æ differentia eſt inter ſponſam, & uxorem: eadem eſt inter filii, & nurum, nec non inter ſponſam patris, & novercam: rus eſt uxor filii, & noverca eſt uxor patris.

æ in inſtitutionibus ponuntur, a Juſtiniano: reliqua ſunt ex Codice, & Novellis.

ia quod jure non valet, pro infecto habetur.

ia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, *ff.de jur.dot.l.*3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[f] Non poteſt dari dotis exactio, cum dos non ſit, ut ſupra notav ſed quod datum eſt, ſi per ignorantiam datum ſit, repetitur con dictione ſine cauſa. *ff. de condict. ſine cau. l. ult.* Si dolo malo, con fiſcatur. *ff. de jur. dot. l. dote. 61. & C. de inceſt. nupt. l. 4. & auth inceſtas.*

[g] Curiales, vel decuriones dicuntur in municipio: ſenatores, Romæ,

[h] Speciale eſt hoc caſu, ut dotalia inſtrumenta in nuptiis contrahendis ſint neceſſaria.

CAPUT V.
DE ADOPTIONIBUS. [a]

1. ADoptio generaliter ſumpta dividitur in adoptionem ſpecialem, & arrogationem. Adoptantur filiifamiliarum, imperio magiſtratus: arrogantur patresfamiliarum e reſcripto principis [b] §. 1.

2. Si filiusfamilias ab avo aut proavo naturali adoptetu adoptio tenet. ſed ſi a quovis alio extra parentum linean conſtituto adoptetur, non valet adoptio, niſi quod ad hoc, u adoptanti inteſtato ſuccedat [c] § 2.

3. Impubes non arrogatur, niſi cauſa cognita, & ſatisdatione tabellioni [d] ab arrogatore præſtita de bonis per arrogationem quæſitis [e], ſi arrogatus in ætate pupillari deceſſerit, ei reſtituendis, ad quem pertinerent [f], ſi adoptio facta non fuiſſet. Præterea ſi arrogator impuberem arrogatum emancipaverit, aut exheredaverit, ſine juſta cauſa: non ſolum per eum quæſita confeſtim ei reſtituit, ſed etiam quartam bonorum ſuorum partem ei moriens relinquere, cogitur [g] §. 3,

4 Adoptans vel arrogans debet eſſe plena pubertate (id eſt, 18. annis) Major natu, [h] quam adoptatus ſive arrogatus. §. 4.

5. Licet in locum filii, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, vel in ulteriorrem gradum adoptare, etiam ſi filium is, qui adoptat, non habeat [i] §. 5. Et tam filium alienum adoptare in locum nepotis, quam nepotem in locum filii [k] §. 6.

6. Cum quis in locum, nepotis ex certo filio [l] adoptatur, filii conſenſus requiritur [m], ne ei invito ſuus heres adgnaſcatur: Cum autem nepos ab avo datur in adoptionem, non eſt neceſſarius filii conſenſus [n] §. 7.

7 Non ſolum filius ex juſtis nuptiis procreatus, ſed etiam adoptatus, poteſt in adoptionem dari. §. 8.

8. Spadones [o] adoptare, & arrogare poſſunt, exceptis caſtratis [p] §. 9. Feminæ non poſſunt (quia nec naturales liberos in

in poteſtate habent, niſi permiſſu principis ad ſolatium liberorum amiſſorum. §.10.

9 Si arrogandus liberos in poteſtate habeat, hi una cum patre tranſeunt in poteſtatem arrogatoris, quaſi nepotes. §.*pen.*

a Adoptio eſt actus legitimus. quo aliquis nobis filius, & in poteſtate noſtra fit. Sed filii appellatione intellige etiam nepotem, & pronepotem, & ulteriores.

b Apud acta Judicis competentis inſinuato. C. *hoc tit, l. 2. in fin.*

c Niſi ab eo emancipatus ſit. *ſupra de hered. quæ ab inteſt. §. at hi & §. ſl.*

d Qui vocatur ſervus publicus.

e Vide *tit. infra de acquiſit. per arrogat.*

f Si pater naturalis pupillo ſubſtituerat, pertinerent ad ſubſtitutum. ſin minus, ad heredem legitimum.

g Quid ergo, ſi arrogator plures filios naturales habeat? nonne eis fit injuria, cum minus accepturi ſint, quam filius adoptivus? utique, & hac de cauſa ei qui plures filios naturales habet, non facile permittitur arrogare. *ff. hoc tit. l. nec ei* 17. §. *præterea.*

h Quia adoptio naturam imitatur: & minimum hac ætate naturales patres ſolent eſſe majores ſuis filiis.

i Quia ſufficit eum poſſe habere filium, in adoptionibus enim ſpectatur naturalis facultas & poteſtas, non actus.

k Dummodo adoptio naturæ non repugnet, id eſt, ne videatur quis eſſe filius filii ſui. nam ſi Cajus ſit filius Titii, non poſſum adoptare Cajum in locum filii, ac Titium in locum nepotis ex Cajo. ſic enim Titius eſſet Caji pater naturalis. & ejuſdem filius adoptivus: atque filius eſſet ſenior patre: quod eſt abſurdum & contra naturam.

l Nota in locum nepotis adoptari duobus modis, id eſt, ut quaſi ex certo vel ut ex incerto filio nepos ſit. Nam ſi ſimpliciter adoptem in locum nepotis, dicitur adoptari in locum nepotis ex filio incerto. ſin autem adoptem in locum nepotis ex filio meo Mævio, dicor adoptare in locum nepotis ex filio certo. *ff. h. t. l. adoptiones.* 43.

m Non requiritur ad hoc, ut adoptio valeat; ſed ad hoc, ut mortuo arrogatoris nepos recidat in filii poteſtatem quaſi patris ſui, & fiat ſuus heres. *ff. hoc t. l. ſi is qui.* Idcirco in contextu ſubjicitur, *ne* invito &c.

n Quia nepos non eſt in filii, id eſt, patris ſui, ſed in ſolius avi poteſtate.

o Spadones dicuntur, quicumque generare poſſunt.

p Caſtrati non poſſunt adoptare, quia nec filios gignere poſſunt; nec quidem ſpem ullam habent fore, ut aliquando liberos ſuſcipiant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

piant, cum genitalia ſint eis abſciſſa: qui vero frigiditate naturæ pediuntur. quo minus generent, ſpem habent remoto impedim- to generandi: proinde adoptare poſſunt.

CAPUT VI.
QUIBUS MODIS JUS POTESTATIS SOLVITUR.

1. PAtria poteſtas ſolvitur, I. Morte parentis, qui in po- ſtate habet. Excipe, niſi nepos morte avi recidat in- tris ſui poteſtatem [a] *in princ.* II. Deportatione [b] patris, ve- lii. §. 1. non tamen relegatione [c] §. 2. III. Dignitate filii, pa ſi patricius fiat [d] §. 4. IV. Emancipatione, id eſt, cum pa apud competentem judicem, filium de poteſtate ſua dem- tit. §. 6. Liberum autem patri eſt vel filium emancipare- teſtate retento, vel nepotem ſolum emancipare, vel utr- que. §. 7. vel neutrum. §. *ult.* Eadem de aliis quoque liberis- telligantur. *d.* §. 7.

Suſpenditur patria poteſtas capitivitate patris vel filii: q ſi captivus ab hoſtibus revertatur, jure poſtliminii fingi ſemper in civitate fuiſſe: ſi vero ibi moriatur, lege. Corne fingitur mortuus primo captiviatis momento [f] §. 5.

3. Poteſtas in alium transfertur [g] cum filius a patre dat alteri in adoptionem. §. 8. id eſt, avo ipſius adoptandi. *ſup cap. prox them* 2.

4. Cum quæritur, utrum nepos in patris, an in avi poteſta naſcatur, non ſpectamus tempus quod naſcitur, ſed quo co ceptus fuit, hac ratione nepos ex filio meo in mea poteſta conſtituto conceptus, in poteſtate mea naſcitur, licet poſt lium emancipatum vel in adoptionem datum naſcatur. P filii vero emancipationem conceptus naſcitur in poteſta ipſius filii, id eſt, patris ſui. ac poſt filium in adoptionem tum conceptus naſcitur in poteſtate parentis adoptivi. §. *nult.*

a Nepos morte avi non fit ſui juris, ſed recidit in poteſtatem p tris. niſi pater viva avo deceſſerit, vel emancipatione aliove mo præterquam dignitate, ſui juris factus ſit, *Nov.* 8. *c.* 1.

b Quia deportatio civitatem Romanam adimit, conſequen patriam poteſtatem tollit, quæ civium Romanorum propria e *ſupra de patr. poteſt* § *us autem*

c Quia relegatio civitatem Romanam non adimit. Ovid. *lib. epiſt.* 11.

d *Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit*, & mox.

Iſ

atî, non exulis utitur in me
Nomine.

atricii opponuntur plebejis, ut *ſupra de jur. natur.* hic patricius dicitur quaſi pater principis. fuit hęc ſum-, id eſt, illuſtris: nam in jure civili Illuſtratus eſt ſum-is gradus; omnes aliæ dignitates inferiores ſunt, non atricii erant illuſtres, ſed & conſules & præfecti præte- quidem omnes recte dicuntur ſumma dignitate præ- re inſtitutionum ſola patriciatus dignitas filium a pa- e liberat: ſed ex *Nov.* 81. etiam conſularis & aliæ plu-

patria poteſtas non videtur fuiſſe interrupta.
um pater apud hoſtes deceſſit, filius ſui juris fuiſſe in- n ex die, quo pater obiit, ſed ex quo captus fuit.
ui in adoptionem dat, ad eum transfertur qui adoptat.

CAPVT. VII.
DE TUTELIS.

a eſt vis & poteſtas [a] in capite libero [b], ad tuen- [c] eum qui per ætatem [d] ſe defendere nequit, jure ac permiſſa [e] §. 1. Tutores autem ſunt, qui eam ſtatem habent, ſic appellati, quaſi tuitores, quo- n officium eſt tueri pupillum [f] §. 2.
es liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate ha- orte in ulterius poteſtatem non recaſuris tutores to dare poſſunt [g]. §. 3. nec non ſuis poſthumis [h] §. 4.
lio emancipato pater tutorem in teſtamento de- ipſo jure non conſiſtit, ſed a magiſtratu confirma- uiſitione [i], quoniam idoneus tutor præſumitur er pupilli elegit, §. *ult.*

ous vocabulis una eadem res ſignificatur.
tutore, qui debet eſſe homo liber, non ſervus, poteſt m filiusfam. quam pater familias. *infra tit. prox. in*

n, qui ſui juris eſt.
em, id eſt, quia eſt minor. 14. annis, ſi ſit maſculus: , ſi ſit fœmina. *infra quib. mod. tut. fin. in princ.*
li datur tutela legitima. permittitur teſtamentaria, & uia permittitur teſtator, vel magiſtratus tutorem dat.
illum tueantur, ſive non tueantur, æque ſunt tutores non appellantur ab actu, ſed officio tuendi,
xij. tab. hoc permittit. *ff. de teſtam. tut. l.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

h Id eſt, qui ſi vivo parente naſcerentur, in ejus poteſtate eſſe ἀμέσως, & nulla perſona interjecta.

i Magiſtatus non quærit, an ſit tutor idoneus, ut tunc facit, cu ipſe tutorem dat.

Capvt VIII.

QUI TESTAMENTO O TUTORE DARI POSSVNT.

1. Dari tutor teſtamento poteſt, non ſolum paterfamili ſed etiam filiusfamilias [a] *in princ.*

2. Furioſus, vel minor 25. annis tutor teſtamento dat, tutor nunc erit [b], cum compos mentis, aut major 25. an fuerit factus. §. 2.

3. Tutor dari teſtamento poteſt ad diem, vel ex die, vel conditione [c], vel pure, etiam ante heredis inſtitutionem. § Non certe rei, vel cauſæ; quia tutor datur perſonæ, non vel cauſæ. §. 4.

4. Qui filiis, vel filiabus tutores dedit, etiam poſtum [e] dediſſe videtur; non tamen nepotibus [f], nec neptibus. Q liberis dedit, tam filliis quam nepotibus [g] dediſſe intelligitu Qui poſtumis dedit, tam filiis poſtumis, quam nepotib poſtumis dediſſe cenſetur. §. *ult.*

a Quia tutela eſt munus publicum, *infra de excuſat. tit. in princ* in cauſis autem publicis filius fam. pro patrefam. habetur. *ff. de hi qui ſui vel alien. jur. ſunt l. filiusfam.* 9.

b Interim alius tutor a magiſtratu datur.

c Hoc modo tutor dari a magiſtratu non poteſt, *ff. de tutel. l.* 3 §. 1.

d Principaliter datur perſonæ, per conſequentiam univerſo pu pilli patrimonio datus intelligitur. *infr. de excuſ. tut. §. datus.*

e Primi gradus, f Nota, filiorum appellatione hic nepotes no non contineri, licet in aliis tractatibus contineri ſoleant. *ff. de ver ſignif. l. liberorum.* 220.

g Nota, liberorum appellationem latius patere quam filiorum nam filii proprie dicuntur in primo gradu: liberi quocumque gra du.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

CAPVT IX.

DE LEGITIMA ADGNATORUM TVTELA.

…llus ſit tutor teſtamentarius[e], jure Inſtitutionum …ſc adgnati; jure noviſſimo[b] adgnati & cognati eodem ordine … d tutelam, quo ad ſucceſſionem, vocatur[c], dummo… aſculi, & perfectæ ætatis[d]. Nam mulieres repellun… …pta matre & avia ſecundis nuptiis & ſenatuſconſul… …ano renunciantibus. *Nov.118.c.4.*

…btinet vulgata juris regula. Diſpoſitio hominis facit ceſ… …ſitionem legis. [b] Ex d, *Nov.118.c.4.*

… qui commodum hereditatis ſentit, onus tutelæ ſubire de… *de leg.patron.tut.verſ.eo enim ipſo. & ff.de div.reg. jur.* …*m naturam.* 10.

…, majores viginti quinque annis.

CAPVT X.

DE CAPITIS[a] DEMINUTIONE.

C…pitis deminutio eſt ſtatus mutatio, *in princ.*

2. Ejus genera tria ſunt[b] *in pr.* I. Maxima cum quis … n & libertatem amittit[c]. §. 1. II. Minor ſeu media, … civitas[d] amittitur, libertate ſalva. §. 2. III. Minima, … c…itate & libertate retentis ſtatus hominis commuta… …mancipatione, vel arrogatione. §. 3. Mutatio vero … capitis deminutione[f], ut cum Senator movetur Se… …atu §.

… nima capitis deminutio ſolam adgnationem tollit, … nationem: [g] maxima, & media, tam cognationis, … dgnationis jura tollunt[h]. §. *pen.*

…niam adgnatio per capitis deminutionem tollitur, id… capitis deminutione hic agitur. Caput ſignificat perſonæ … deminutio mutationem.

…a ſtatus tria continet, libertatem, civitatem, & familiam. …ſequenter etiam familiam. [d] Solam intellige reſpectu li… …pue retinetur: non reſpectu familiæ, quæ una cum civitate …r, & ſine civitate non conſiſtit.

…ata familia. [f] Quia dignitas differt a ſtatu; quo tantum … civitas & familia continentur.

…oniam adgnatio eſt vinculum civile, cognatio vero eſt vin… …aturale. *ff.de gradib.l.4.§.cognationis.*

…vera non tollunt cognationem, ſed jura cognationis: quia

non deſinit eſſe pater, aut filius, aut, frater, ſed perinde habetu ac ſi non eſſet. quod vero ad agnationem attinet, non ſolum jus a-gnationis ſed etiam ipſa adgnatio per quamcumque capitis deminutionem tollitur.

CAPUT XI.

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

QUi liberos ſuos impuberes emancipat, eorum legi-timus tutor fit.

a Poteſt etiam appellari fiduciarius. ideo namque ad tutelam vocabatur, quia contracta fiducia emancipaverat, id eſt, a patri-fiduciario, cui filium ſuum vendiderat, eundem redemerat, & ma-miſerat. Ulp. *tit. de tutel* §. *qui liberum*. Sed quia venditiones illæ & manumiſſiones ſublatæ ſunt. *ſupra quibus mod. jus pot. ſolv.* §. *præterea. & ſupra de legit. adgnat. ſucceſ.* §. *ult.* hæc autem tutela exemplo legitimæ patronorum tutelæ, proinde ex interpretatione, ſeu productione legis xij. tabul. recepta eſt: idcirco vocatur legitima, & per hanc appellationem diſtinguitur a tutela fiduciaria; qua dicetur *tit. ſeq.*

CAPUT XII.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

EOque mortuo filii ejus perfectæ ætatis conſtituti, in tutelam ſuccedunt.

a Fiduciariam. nam & parentum tutela erat fiduciaria, proxime notavi. ſed & hæc poteſt dici legitima; quatenus ipſo jure defertur, non facto hominis, id eſt, nec teſtamento, nec judicis decreto. *C. de legit. tut. l.* 4. verum quia non colligitur ex lege xij. ta & commodius eſt ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtinguere. *infra quibusmod. teſtam. infirm.* §. *hoc autem*, ideo placuit hanc rum fiduciariam, parentum legitimam tutelam nominari.

CAPUT XIII.

DE TUTELA DATIVA.

CEſſante teſtamentaria & legitima tutela, judex competens tutorem pupillo dat. §. 4. & §. *ſeq.*

2 Impuberes in tutela eſſe, naturali juri conveniens eſt, ut is, qui perfectæ ætatis non eſt [b], alterius tutela regatur §. pe

3 Tutela finita [c], tutor judicio tutelæ [d] rationem adminiſtrationis reddere cogetur. §. *ult.*

a Inſti

Inſt. hic tit. inſcribitur, *De Atiliano tutore. & eo qui ex lege* *Titia dabatur*: quia olim tutor dabatur Romæ ex lege Atilia, in provinciis ex lege Julia & Titia: ſed hæ leges in deſue- tudinem abierunt.

...tas in hoc argumento, id eſt, cum quæritur an quis ...at, perfecta ætas dicitur: non eſt autem omnino, & in ...auſis ætas perfecta, niſi poſt viceſimum quintum annum ...a. *C. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſaria. l.*

...utelam finitam agi tutelæ non poteſt. *ff. de tutel. & rat.* ... *in princ.*

...to. contrarium autem tutelæ judicium datur tutori con- ...m, pro quo aliquid impendit, vel obligatus eſt, ne e- ...n ſit ei damnoſum, contra juris regula *ff. teſtam. quem-* ...*l. 7.*

CAPVT XIV.

...VCTORITATE TVTORVM.

...llus ſine tutore conditionem ſuam meliorem, non ...eriorem facere poteſt. Unde alterum contrahendo ...it, licet ipſe ei non obligetur [a] *in princ.*

...hereditatem licet lucroſam neque jure directo adi- ...e cauſa fideicommiſſi ſuſcipere poteſt, §. 1.

...r ſtatim ipſo negotio præſens, ſi pupillo expedire ...or eſſe debet, poſt tempus vero, vel per epiſtolam ...ctor fit. *§. pen.*

...contractum favore pupilli claudicare; quia contrahens ...o obligatur, licet ei pupillus invicem non obligetur. ...creditores hereditarii ſuas actiones amittant, vel pupil- ...ar ſine tutore.

CAPVT XV.

...VS MODIS TVTELA FINITVR.

...ela finitur I. Pubertate, ſi pupillus ſit factus major ...tuordecim, vel pupilla major duodecem annis *in* ...apitis deminutione [a] pupilli. §. 1. *&* §. 4. III. Eventu ...is, uſque ad quam tutor teſtamento [b] datus eſt. §. 2. ...e pupilli, vel tutoris. V. Maxima, vel media [c] ca- ...inutione tutoris. *d.* §. 4. VI. Exiſtente tempore [d], ...quod tutor teſtamento datus eſt §. *pen.* VII. Remotio- ...s ſuſpecti. VIII. Excuſatione [f] tutoris, quæ ex juſta ...erpetuum fiat. §. *ult.*

[a] Sive

a Sive maxima, ſive media, ſive minima.

b Recte *teſtamento*; quia lex numquam tutelam defert, niſi pure. judex quoque tutorem ſub conditione dare nequit *ff. de tut. l. 6. §. ſub conditione.*

c Minima capitis deminutio tutoris, quia tollit agnationem, olim ſolam legitimam adgnatorum tutelam perimebat: ſed hodie ne hanc quidem perimit, quia ſublata eſt adgnationis & cognationis differentia: nec jure adgnationis, ſed jure cognationis generaliter acceptæ legitima tutela defertur. *Nov. 118. cap. 5.*

d Citra pupilli pubertatem: alioquin tutela finiretur pubertate, nec aliud tempus expectaretur.

De qua *infra cap. 19.* f De qua *infra cap. 18.*

Caput XVI.
DE CURATORIBUS.

Curatores dantur. I. Adoleſcentibus [b] uſque ad viceſimum quintum annum completum. *in princ.* Dantur autem iiſdem magiſtratibus, a quibus & tutores: ſed teſtamento non dantur: dati tamen confirmantur decreto magiſtratus § 1. Invitis non dantur, niſi ad litem, curator enim etiam ad certam cauſam [c] dari poteſt. §. 1. II. Furioſis, prodigis, mente captis, ſurdis, mutis & perpetuo morbo laborantibus, licet majoribus [d] 25. annis. §. 3. *&* *ſeqq.* III. Pupillis, ſi tutorem minus idoneum, fraude tamen carentem [e], aut tutorem ad tempus excuſatum [f] habeant. §. *pen.* Tutore, autem impedito, ſi pupillus abſit, vel infans ſit [g], judex competens actorem, quem tutor velit, periculo ipſius tutoris conſtituet. § *ult.*

a Curator proprie loquendo dicitur dari rebus, non ut tutor perſonæ.

b Id eſt maſculis poſt, annum ætatis 14, feminis poſt. 12,

c Alia eſt ratio tutoris, qui certæ rei. vel cauſæ dari non poteſt *ſupr. qui teſtam. tut. da. poſſ. §. certæ.*

d Si minor 25. annis aliquo ex his morbis, ſeu vitiis laboraret, ei curator daretur, ratio ætatis, non furoris, vel alius vitii ſeu morbi: quia major habetur ratio ætatis, quam accidentis. *ff. de tut. l.* [illegible] §. 1.

e Alioquin tanquam ſuſpectus removeretur, & alius tutor in ejus locum ſubſtitueretur, *infra de S. C. Tert. § pen.*

f Si in perpetuum excuſaretur, alius tutor daretur. *d. § pen.*

g Si vero pupillus ſit præſens, & fari poſſit, procuratorem dabit tutore auctore. *ff. de adminiſt. tut. l. decreto. 24. &* *C. de procurat.* [illegible] *11.*

CA-

CAPUT. XVII.

DE SATISDATIONE a TUTORUM, VEL CURATORUM.

1. T…tor vel curator, niſi teſtamentarius ſit vel ex inquiſi-
…one datus, ſatiſdare cogitur[b] rem pupilli ſalvam fore.
…c niſi id faciat, pignoribus captis coërcetur. §. *pen.*
…i duo ſint teſtamento vel ex inquiſitione dati, poteſt
al…ri optionem offerre[c], utrum malit ſatiſdare & ad-
…e, an ſatis accipere, & adminiſtrationem ſatiſdanti
relinqu…re. §. 1.
3. N…ine ſatis offerente, is geret[d], quem teſtator gerere
… …eſtator nemini adminiſtrationem commiſit, is ge-
… …n major tutorum vel curatorum pars elegerit. Si in
… diſſentiant prætor partes ſuas interponet *d.* §. 1.
… …i ſolum tutores vel curatores pupillis vel adoleſ-
… …x adminiſtratione rerum tenentur: ſed etiam ſubſi-
… io[f] in eos datur, qui cum ſatisdationem a tutoribus
… …oribus exigere deberent[g], vel nullos, vel non ido-
… …uſſores acceperunt. §. 2. & §. *ult.*

… cautione, quæ datis fidejuſſoribus fit, rem pupilli ſal-
…

… …uam adminiſtrare incipiat: quia non debet ei, ſine ſatiſ-
… …ela, id eſt, adminiſtratio committi. *ff. de tutor. & curat.*
… *…puberi.* 13. §. 1.
… …atiſdationem ſimpliciter petere.
… …mnes ſimul, vel pro partibus gerere velint. *ff. de admi.*
… 3. §. *pen. & ult. & l.* 4.
… …um heredes: nec non fidejuſſores, & fidejuſſorum here-
… *…dejuſſ. tut. l.* 3. *&* 4.
… …aria dicitur, quia datur tanquam extremum remedium;
… …tores, vel curatores, eorumve heredes; nec fidejuſſores,
… …eredes ſunt ſolvendo.
… …e ſatisdationem debent ſcribæ. *C. de magiſt. conven. l. ult.*
… magiſtratus, ut duumviri. *ff. eod. l.* 1, non majores ma-
… …t præfectus urbis, prætor, præſes provinciæ. §. *ult. hic.*

CAPUT XIIX.

DE EXCUSATIONIBUS a TUTORUM VEL CURATORUM.

… …minus cogatur aliquis tutelam, vel curationem ſu-
… …e, ſequentes cauſæ excuſant[b] I. Numerus liberorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[e] ſi quis Romæ tres, vel in Italia quatuor, vel in provinci
quinque liberos habeat. Ubi notandum, neque defunctos ni
in prælio ceciderint, neque adoptivos liberos prodeſſe: natu
rales [d] autem, licet in adoptionem dati ſint, prodeſſe: nepote
vero ex filio defuncto, patrem repræſentare [e], non item ne
potes, ex filia [f]. *in princ.* II. Adminiſtratio rei fiſcalis, ubi no
tandum, hanc excuſationem eſſe temporalem, ita ut tamdu
quis excuſetur, quamdiu rem fiſcalē adminiſtrat. §. 1. III. Ab
ſentia reipublicæ cauſa, ubi notandum, tutelam deferri v
ante abſentiam, vel dum reip. cauſa abeſt. Priori caſu exc
ſantur quamdiu abſunt, & interea loco eorum datur curat
[g], reverſi autem ſtatim tutelam recipiunt. Poſteriori caſ
etiam poſtquam reverſi ſunt, anni vacationem habent. §.
IV. Publica poteſtas, [h] ſed qui tutelam ſuſcepit, eam non p
teſt ob hanc cauſam relinquere. §. 3. V. Lis cum pupillo ut
dulto, dummodo ſit de omnibus bonis, vel hereditate. §. 4. v
de maxima parte bonorum. *ff. eod. l. item* 21. *in princ.* Hoc n
volens ad tutelam, vel curam admittitur, qui litem hab
cum pupillo, vel adoleſcente. *Nov.* 72. *c.* 1. VI. Tria onera tu
telæ, vel curæ. Ubi noatandum, hanc quoque excuſationem
eſſe temporalem, id eſt, quamdiu adminiſtrantur. Item tu
telam vel curam affectatam [f] non prodeſſe. Denique non tan
ſpectari [k] numerum tutelarium vel curationum, quam onus
idcirco tutela vel cura plurium perſonarum pro una haberi [f]
ſi unum ſit commune patrimonium, veluti fratrum.. §. 5. VII
Paupertas, ſi quis ſit adeo pauper [m] ut non poſſit huic oneri va
care. §. 6. [n] VIII. Adverſa valetudo, propter quam ne ſuis qui
dem negotiis vacare poteſt §. 7. IX Literarum imperitia, niſ
hic qui literas non callet, nihilominus ſit idoneus ad tutelam
vel curam admiſtrandam. §. 8. X. Datio tutoris propter ini
micitias [o], niſi datus patri pupillorum promiſerit tutelam ad
miniſtraturum. §. 9. Si quis autem dicat ſe fuiſſe ignotum pa
tri pupillorum, non propterea excuſationem meretur. §. 10
XI. Inimicitiæ cum patre pupilli vel adoleſcentis, ſi capitale
ſint, nec reconciliatio ſecuta ſit. [p] §. 11. XII. Status controver
ſia, quam datus tutor paſſus eſt [q] a patre pupillorum §. 12
XIII. Ætas ſuperans annum 60. Minor autem 25. annis ne qui
dem volens admittitur [r] §. 13. quemadmodum nec miles [s] §. 14
XIV. Profeſſio Gramaticæ, vel Rhetoricæ, vel Medicinæ; ſ
quis Romæ [t], vel in patria ſua [u] aliquam ex his atribus exer
ceat & intra ſtatutum numerum ſit [x] §. 15.

2 Qui plures habet excuſationes, ſi quaſdam non proba
vit, alia uti intra ſtatuta tempora non prohibetur. §. 16.

3, Tem

'empora autem ad excuſationem proponendam(neque
utores vel curatores appellant, niſi prius eorum excu-
judice ſit reprobata) ſtatuta ſunt per diſtinctionem.
i tutor intra centeſimum miliare degat, 50. dies ei con-
ur. Si ulterius hab tet, in ſingula vicena miliaria con-
a, diem unum habet, & inſuper triginta dies indul-
, hac tamen dinumeratione facta, ſi pauciores quam
s reperiantur, nihilominus 50. dies habebit. Hoc ve-
pus ab initio eſt utile, in progreſſu continuum: quia
rere incipit, cum quis novit ſe tutorem, vel curato-
tum eſſe, ac deinceps dies continui numerantur. *d.* §.

um tutor detur perſonæ. *ſupra qui teſtam. tut. da. poſſ.* §.
onſequenter ad univerſum patrimonium datus eſſe
ır. §. 17. ſed excuſare ſe poteſt, ne ultra centeſimum
adminiſtret, niſi in eadem provincia ſit pupilli pa-
ium. *ff. hoc tit. l. propter litem.* 21. §. *licet.*

ui tutelam alicujus geſſit, ejus curationem invitus ſu-
on compellitur. § 18.

aritus[z] licet curationi ſe immiſcuerit, tamen excuſare
ſt §. *pen.* ac debet. *ff. eod. l. 1. in fin.*

cuſatio ex falſis allegationibus imptrata non prodeſt:
m is qui excuſatus eſt, nihilominus eſt obnoxius tute-
lt.

ela eſt munus publicum. *hoc tit. in princ.* (non reipub-
6. §. *tutela*, id eſt, publicum munus eſt auctoritate, non u-
(ut Doct. loquuntur.) proinde quilibet cogitur tutelam
niſi juſtam & legitimam excuſationem habeat.
æ in perpetuum, aliæ ad tempus.
ia ipſi liberi munera ſubeunt, idcirco a muneribus excuſant
entes. *ff. de muner. & honor. l. 3. §. quamvis.*
ſt, ſuſceptos ex juſtis nuptiis. nam qui tantum naturales
eſt, ſuſcepti ex concubina, non excuſant. *ff. hoc tit, l. 2, §. le-*
.

rco plures nepotes ex eodem filio, pro una perſona com-
r.

a patrem ſuum repræſentant, & avo paterno proſunt; nec
uplex repræſentatio admitti.
l tutor. *ff. de tutel. l. quæſitum* 12. *& de ſuſpect. tut. l. 3. §. ſi*
futurus. & de tut. & rat. diſtrah. l. ſi tutor reipublicæ, 9. in

eſt, imperium. vide *l. poteſtatis.* 215: *ff. de verb, ſign.* Hæc ex-
eſt temporalis: quia tamdiu quis excuſatur, quamdiu in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

poteſtate eſt. *ff. hoc tit. l. adminiſtrantes.* 41. §. *eorum*. fac. *l. 6. §. ge*-*tium ff. eod.*

i Affectata dicitur, quam quis appetiit, ut ab alia excuſaretur.

k Idcirco tutela honoraria, quæ eſt ſine adminiſtratione, non ex-cuſat. *ff. hoc tit. l. ſpadonem.* 15. *ſi civitatis.*

Et e contrario una tutela, quæ eſt valde negotioſa, ampla & diffuſa computatur pro pluribus. *hoc t. l. 3 & l. ſi is qui.* 31. §. ul

m Non omnis, ſed nimia paupertas excuſat,

In hoc §. partic *licet*, exceptionis nota eſt.

n

o Id eſt, ſi quis ideo tutor datus ſit, ut onere prematur, & tute judicio vexetur. Nota primo, aliud eſſe tutorem inimicum da aliud, propter inimicitias dari. nam inimicus propter magna probitatem poteſt eſſe utilis pupillo, & ideo dari, ut pupillo con latur. Nota ſecundo, tutorem eſſe dandum favore pupilli, non dio ipſius tutoris.

p Nota, reconciliationem eo ipſo ſecutam videri, quod tutor teſtamento datus eſt, niſi teſtamentum ſit inimicitiis vetuſtiu quia nemo præſumitur inimicum dare filio ſuo impuberi tut rem *ff. hoc tit. l. 6. §, dat remiſſionem.*

q Quia pupillorum pater aſſerebat Titium eſſe ſuum ſervum deinde cum judicatus fuiſſet liber, cum tutorem filiis dedit.

r Quia non eſt idoneus ad aliorum tutelam vel curam gere dam, qui curatore eget.

s Ne avocetur a militia: qua ratione nec procurator fieri poteſt *C. de procurat. l, 7.*

t Quæ eſt communis patria omnium civium Romanorum. *ff hoc tit. l. 6. §, Romæ, & ad municip. l. Roma* 33.

u Immo etiamſi neque Romæ, neque in patria ſua degat, dum modo excellenti doctrina ſit præditus. *d. l. 6. §. valde.*

x Minores civitates poſſunt immunes habere quinque med cos, tres rhetores, totidem grammaticos: majores civitates, ſepte medicos, quatuor rhetores, quatuor grammaticos: maximæ civ tates decem medicos, quinque rhetores, totidem grammaticos. *d. 6. §: eſt autem.*

y Secundum hanc computationem interdum reperiuntur præ ciſe dies quinquaginta interdum pauciores, interdum plures. Nam ſi quis ab eo loco, ubi tutor datus eſt, abſit quadringentis miliari bus, ad iter conficiendum habet dies viginti: quia viginti viceſie accepta faciunt quadringenta: proinde viginti diebus iter ſuũ con ciet. jam adde dies triginta: ita efficientur præciſe dies quinquagin ta. At ſi abſit miliarib. trecentis, ad iter conficiendum habet die quindec. quia viginti decies quinquies accepta conficiunt trecent

jam

jam ade dies triginta, efficies dies quadraginta quinque. Quod ſi abſi quingentis miliaribus: in iter conficiendum habebit dies viginti quinque: quia viginti quinque vigeſies accepta faciunt quingenta: additis igitur triginta, fient quinquaginta quinque. Cum præciſe quinquaginta colliguntur, tot dandi ſunt vocato ad tutelam. Cum autem plures ſunt, ſimiliter tot dari debent, quot ex dicta ſupputatione colliguntur. Cum autem ſunt pauciores: ſuppleti ſunt, qui deſunt uſque ad quinquaginta, ut nihilominus concedantur dies quinquaginta: alioquin minus temporis ei concederetur, qui degit ultra centeſimum miliare, quam ei, cui unum centeſimum: quod eſt perſpicue abſurdum.

Maritus non debet fieri curator ſuæ uxoris quia non facile cogi poſſit ad rationes reddendas.

... itur tutelæ judicio.

Caput XIX.

De suspectis a tutoribus vel Curatoribus.

Accuſatio ſuſpecti tutoris lege xij. tabularum introducta eſt *in princ.*

2. Qualeſcumque [b] tutores accuſari poſſunt. §. 1.

3. Omnes, atque adeo etiam mulieres[c] ad accuſandum admittuntur. §. 3. Pupilli tamen non poſſunt accuſare tutores ſuos: ſed minores ex neceſſariarum perſonarum [d] conſilio poſſunt curatores ſuos ſuſpectos arguere. §. 4.

Suſpectus dicitur ex moribus, non habita facultatum, vel inopiæ ratione. proinde nec ſatiſdationi oblatio ſuſpicionem tollit. §. 5. & §. *ult.*

5. Qui ut ſuſpectus remotus eſt, ſi ob dolum infamia laboratur, ſecus, ſi ob culpam [f] §. 6.

9. Pendente ſuſpecti judicio, interdicitur accuſato adminiſtratio §. 7. & ſi interim moriatur, ſuſpecti cognitio extinguitur §. 8.

Si tutor copiam ſui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur[h], non ſolum ut ſuſpectu removeri poteſt, ſed etiam pupillus in poſſeſſionem bonorum ejus mittitur; & quæ mo- ... deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi jubentur. §. 9. Si tutor præſens mentiatur alimenta proter pupilli inopiam non poſſe decerni, ad præfectum urbis remittur puniendus: quemadmodum & is, qui data pecunia tutelam ... dederit § 10.

Quis dicatur ſuſpectus, definietur, *them*. 4.

[b] Id eſt, ſive ſint teſtamentarii, ſive legitimi, ſive dativi.

[c] Quæ ſexus verecundiam non egredientes, pietate movent ad accuſandum tutorem ſuſpectum.

[d] Id eſt, cognatorum, & affinium. *ff. de juſt. & jur. d. ult.*

[e] Tutor etiam ſi ſatiſdationem offerat, nihilominus tamen r moveri poteſt tamquam ſuſpectus: quia pupillo utilus eſt rem ſa vam habere, quam habere actionem contra tutorem male gere tem.

[f] Culpæ appellatione plerumque ſignificatur culpa levis, id e negligentia, & ob hanc remotus, ſine dubio integram exiſtimati nem conſervat. De lata culpa (qualis eſt, non intelligere, quod o nes intelligunt. *ff. de verb. ſign. l. cedere diem.* 213. § *ult. & l. lat* 223. *in princ.* & minorem diligentiã in rebus alienis adhibere qu in ſuis. *ff. depoſ. l. quod Nerva.* 32.) dubitatur, num remotum ciat infamem. Alii affirmant, alii negeant. Ego puto, quia l culpa eſt dolo proxima. *ff. ad Treb. l. mulier.* 22. §. *ſed enim de precar. l. quæſitum.* 8. §. *eum quoque, & ſi is qui in teſtam. lib. juſſus. l.* 1. §. *non alias. hunc*, qui ob latam culpam removetur, e proximum id eſt, non notari juris infamia, ſed ejus pudorem ap honeſtos & graves viros onerari.

[g] Quia fruſta ageretur de mortuo a tutelæ, vel cura removend

[h] Nota, alimenta pupillo a prætore decerni præſente tutore, p modo facultatum, & qualitate pupilli. *ff. ubi pup. educ. vel mor. de l.* 3.

[i] Qui de criminibus cognoſcebat. *ff. de offic. præfect. urb. l.* 1. hodie, qui vocatur judex maleficiorum.

ANA

ꟾNACEPHALÆOSIS.

LIBER SECUNDUS.

…m duo attributa conſiderantur: dominium, & obli-
…o. Dominium acquiritur aut jure gentium, aut jure
… jure gentium acquiruntur tantum res corporales. 2.
…li tam corporales, quam incorporales 3. ut ſervitu-
…iales, 4 vel perſonales, nempe uſusfructus, 5. uſus,
…o. 6. Civiles autem modi acquirendi ſunt particula-
… univerſales. Particulares duo declarantur, uſu-
…. & donatio 8. His modis quod ab alio alienatur, 9.
…nus vel per noſmetipſos, vel per alios. Univerſales
…arantur. Primus modus eſt hereditas: quæ vel ex te-
…o defertur, vel ab inteſtato. 10. Jam vero totum ne-
…quod teſtamenti ordinandi cauſa fit, inter teſtato-
…eredem vertitur. Teſtator vel eſt paganus, 11. vel
…. vel nullo modo teſtari poteſt. 13. In herede ſpecta-
…redatio, 14, & inſtitutio: quæ fit aut primo gradu,
…ie vocatur inſtitutio. 15. aut ſecundo gradu, ut ſub-
…vulgaris, 16, vel pupillaris. 17. porro teſtamentum
…ctum infirmatur vel ipſo jure, 18. vel per querelam
…ſi, & ſententiam judicis. 19. Quatuor autem
…: teſtamentis: heredum qualitas: 20. legata, 21.
…erdum adimuntur, vel transferuntur, 22. vel per
…alcidiam minuuntur: 23, Fideicommiſſa tam uni-
… 24. quam particularia: 25. & codicilli.

*…rerum diviſione. 2. De rebus corporalibus & incorpora-
… De ſervitutibus prædiorum. 4. De uſufructu. 5. De uſu,
…atione. 6. De uſucapionibus, & longi temporis poſſeſſio-
… De donationibus. 8. Quibus alienare licet, vel non. 9. Per
…onas nobis acquiritur. 10. De teſtamentis ordinandis. 11.
…tri teſtamento. 12. Quibus non eſt permiſſum facere teſta-
… 13. De exheredatione liberorum. 14. De heredibus inſti-
… 15. De vulgari ſubſtitutione. 16. De pupillari ſubſtitu-
…. Quibus modis teſtamenta infirmentur 18. De inofficioſo
…o. 19. De heredum qualitate & differentia. 20. De legatis.
…emptione legator. & tranſlatione: 22. De lege Falcidia. 23.
…ommiſſariis hereditatibus. 24. De ſingulis rebus per fidei-
…m. 25. De codicillis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

LIBER SECUNDUS.

CAPVT I.

DE RERUM[a] DIVISIONE[b].

1. RES ſunt, I. vel in noſtro patrimonio, vel extra noſtru patrimonium. II. Vel communes omnium hominun vel publicæ, id eſt, unius popul. vel univerſitatis, id c civitatis: vel nullius: vel ſingulorum *in pr.* III. Vel corporale vel incorporales, *infra tit. prox.*

2. Communia ſunt[c]? I. Aer II. Aqua profluens[d]. I Mare. IV. Littora maris: ad quæ nemo accedere, & ædi cium ibi ponere prohibetur, dummodo ab ædificiis, quæ lii ibi poſuerunt, abſtineat; quia hæc non communia, ſed dificantium ſunt[e] §. 1. *&* §. 5. Eſt autem littus maris, qua nus hybernus[f] fluctus maximus excurrit. §. 2.

3, Publica ſunt, I. Flumina, & jus piſcandi in fluminibu II. Portus, & jus ibi piſcandi. §. 2. III. Riparum[h] & arboru in ripis natarum uſus, ſed earum proprietas illorum eſt, qu rum prædiis hærent, §. 4.

4. Univerſitatis ſunt, ut theatra, ſtadia, & cætera, quæ c vitatum communia ſunt. §. 6.

5. Nullius ſunt, I. Ea quæ ſunt communia[h]: ut mare, li tus maris. §. 5. II. Quæ ſunt divini juris[i] §. 7. III. Quæ occu pantibus conceduntur, ut feræ beſtiæ. §. 12. & theſauri. *infr hoc tit.* §. 39. *&* *ff. de acquir. rerum domin.* l. *numquam*, 31. §. 1.

5. Divini juris ſunt, I. Res ſacræ, nempe quæ rite per Pon tifices, non per privatas perſonas ſunt conſecratæ: ut æde ſacræ, & donaria ad miniſterium Dei dedicata: quæ quiden alienari, vel obligari, niſi certis caſibus, veluti ob captivos re dimendos, non poſſunt. Diruto autem ædificio, nihilominu locus ſacer manet. . §. 6. II. Res religioſæ. Religioſus locus fi illatione mortui ab illo facta, qui inferre eo potuit. §. 9. III Res ſanctę, id eſt, quæ ſunt pœnali ſanctione[k] munitæ, ne vio lari impune poſſint: ut muri. & portæ civitatum. §. 10.

7. Singulorũ res fiunt vel jure gentiũ[l] vel jure civili[m]. §. 11

8. Jure gentium res noſtræ fiunt. I. Feræ[n] occupatione, id eſt, ſi feram capiamus (ſive in noſtro, ſive in alieno fundo capiamus: quamquam dominus fundi, ſi præviderit, prohibere poteſt[o], ne venandi vel aucupandi gratia ejus fundum ingrediamur) §. 12. non tantum vulneremus[p] §. 13. Nec ſolum apes, quæ in alicujus arbore conſederint[q], capere poſſumus, ſed & earum favos, §. 14. Capta autem fera, tamdiu eſt noſtra, quamdiu noſtra cuſtodia continetur, cum vero noſtram cuſtodiam evaſerit, & in naturalem libertatem[r] ſe

rece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

recepe (hoc eſt, cum oculos noſtros effugerit, vel ita in
conſpe noſtro ſit, ut difficilis ſit ejus perſecutio) certe no-
ſtra eſſe efinit, & rurſus occupantis fit. *d.*§.12. *&* *d.*§.14. Sed
manſue cta animalia, quamdiu abeundi & redeundi con-
ſuetudinem retinent, tamdiu noſtra ſunt, neque concedun-
tur occupanti. §.25. Manſueta vero, ut gallinæ domeſticæ, li-
cet conſpectum domini effugerint, tamen ejus manent: &,
ſi aliquis lucrandi animo detineat, furtum committit. §.16.
II. Si hoſtes [s], vel res eorum capiamus: ſed ſi ad ſuos redie-
rint, pr inum ſtatum recipiunt [t] §.17. III. Inventione la-
pillorum, gemmarum. & ſimilium [u] in littore maris. §.18, *IV*
eſt, ſi animalia [x] noſtra pariant §.19. *V*. Alluvione,
nti incremento, ſi flumen paulatim agro noſtro ad-
nec intelligi poſſit. quantum quoque momento ad-
Cæterum vis fluminis, quæ uno impetu partem præ-
nit, & alteri prædio adjungit, ejus partis dominium
it. §.21. *VI*. Occupatione inſulæ in mari natæ [y] §.
VII Acceſſione inſulæ in flumine natæ cedit enim pro-
ibus prædiis [z] pro eorum latitudine quæ juxta ripas
. *VIII*. Acceſſione alvei a flumine derelicti. nam ſi
veum mutet novus alveus fit juris publici. vetus au-
edit vicinis prædiis, ut ſupra diximus inſulam cede-
ovo alveo derelicto ad veterem alveum redeat, hic
ublicus, fit ille ſtricto jure vicinis prædiis cedit. §.
bono & æquo prioribus dominis reſtituitur. *ff. de*
*dom. l.*7. *§. quod ſi toto.* Cum autem inundatio for-
i non mutet, aqua recedente agri dominiũ ipſo jure
apprehenſione ad antiquũ dominũ redit, §.14. *ff. qu.*
mit. l. ſi ager. 23. IX. Specificatione. nã materia cedit
quis bona fide, ex aliena, vel partim ex ſua. partim
materia ſpeciẽ fecerit, quæ ad priſtinam & rudem
reduci nequeat: puta ex alienis, vel ſuis & alienis
m fecerit: at ſi res ad rudem materiam reduci poſ-
ſi ex alieno ære ſtatuã fecerit, forma materiæ ce-
, rei dominium ad eũ ſpectat, qui erat materiæ do-
25. X. Acceſſione ejus quod intextum eſt. nam ſi
eſtimento alienam purpuram intexuerit. dominus
æ [a]: priori autem domino ſuccurritur per actionem
ondictionem furtivam [b], contra eum qui purpuram
§.26. *XI*. Confuſione rerum liquidarum, ut vini, vel
rum, ut auri. ſive autem voluntate dominorum, ſi-
ateriæ duorum confundantur, communes fiunt. [c]
I. Commixtione rerum ſolidarum, ut frumenti.

quod ſi voluntate dominorū[d] commiſceatur, commune fi
caſu, nulla eſt communio: quia ſingula grana in ſua ſubſtant
durant [e]. Quid ergo ſi unus totum frumentum poſſideat
alius frumentum pro quantitate ad ſe pertinente vindicabi
ſed officio judicis [g] habebitur ratio qualitatis, quia fortaſ
melius cum deteriori frumento commixtum eſt. § 28. *XII*
Ædificatione nam ædificium cedit ſolo ſive quis ex alier
materia in ſua ſolo, ſive ex ſua in alieno ædificaverit. Sed i
ter hos duos caſus differentia eſt: quia priori caſu is qui d
minus materiæ fuit, vel ſtante ædificio poteſt agere de tign
juncto [k] in duplum, vel diruto ædificio materiam vindicare
Poſteriori caſu ſi ſciebat ſolum eſſe alienum, materiam d
mino ſoli donaſſe cenſetur. ſi vero bona fide ædificavit, p
tans ſe eſſe ſoli dominum, non aliter cogitur, cum in poſſe
ſione ſit, ædificium domino reſtituere quam ſi in id fact
impenſas reſtituat. §. 29. *&* §. *ſeq*. *XIV*. Plantatione. ut eni
ædificium, [m] dummodo in eo radices egerit. Quod ſi arb
prope confinium poſita, etiam in vicini fundum radices eg
rit, communis fit. §. 31. *XV*. Satione: cujus ratio non eſt d
verſa [n] a plantatione, & ædificatione, §. 32. *XVI*. Scriptura
nā ſcriptura cedit chartæ, vel membranæ. ſed dominus vindi
cans repellitur doli mali exceptione a bonæ fidei poſſeſſore
niſi impenſas ſcripturæ ei ſolvat. §. 33. *XVII*. Pictura. Cedi
autem tabula picturæ [o]: adeo ut pictor habeat rei vindica-
tionem [p] directam; ſed niſi tabulæ prætium ſolvat, exceptio
ne doli ſummoveatur: dominus autem tabulæ, præter furt
actionem ſibi competentem contra eum qui tabulam ſurri-
puit, etiam habeat utilem vindicationem, & ſimiliter nolens
pretium picturæ ſolvere, doli mali exceptione ſummovea-
tur, ſi poſſeſſor bona fide pinxit, falſo putans ſe eſſe tabulæ
dominum: §. 34. *XVIII*. Perceptione fructuum: ſi quis ex re
aliena [q] fructus perceperit, ſive titulo lucrativo [r] bona fide
poſſidens percepit fructu induſtriales [s], ſive titulo oneroſo
[t] bona fide poſſidens percepit quoſcumque fructus [u] §. 35. ſive
ſit fructuarius, aut colonus §. 36. Notandum eſt, fætum peco-
ris eſſe in fructu. non minus quam lac, pilum, lanam: partum
vero ancillæ non eſſe in fructu: [x] §. 37. Rurſus notandum,
eum qui gregis uſumfructum habet, in locum demortuo-
rum capitum alia ex fœtu ſubmittere; & eum, qui fundi aut
vineæ uſumfructum habet, in locum mortuarum vinearum
vel arborum alias ſubſtituere debere. recte enim colere, &
tamquam bonus paterfamilias uti debet. §. 38. *XIX*. Inven-
tione theſauri: quem in ſuo vel nullius loco invenient, in to-
tum

tum acquirit y: in alieno inveniens, dimidium ſibi retinet, dummodo non data opera, ſed fortuito invenerit, dimidium domino ſoli reſtituit §. 39. XX. Traditione a domino, aut voluntate domini facta §.40. & §.42 Sed venditæ res ac traditæ non aliter emptori acquiruntur, quam ſi pretium ſolverit, aut aliter venditori ſatisfecerit, aut ejus fidem venditor ſecutus ſit. §,41, XXI. Quaſi traditione z: cujus varia ſunt genera. Primum eſt, cum quis rem ex cauſa ad dominium transferendum non idonea (ut ex cauſa depoſiti, vel commodati) traditam, poſtea vendit, aut alio [a] ſimili [b] titulo [c] transfert [d] §.44. Secundum eſt, cum is qui merces in horreo poſitas vendidit, ejus horrei claves tradit [e] §.45. Tertium eſt, cum quis miſſilia jacit [f] in vulgus. §.45. Quartum eſt, cum quis rem ſuam habet pro derelicto, & ita cuivis occupanti concedit §. *pen.* Sed quæ in tempeſtate levandæ navis cauſa ejiciuntur, & quæ de rheda currente inſciis dominis cadunt, non habentur pro derelictis [g] neque conceduntur occupanti: unde qui ea lucrandi animo aufert, furtum committit. §. ult.

[a] Expedito primo juris objecto, tranſit ad ſecundum, id eſt, res: quarum duo attributa conſiderantur, dominium, & obligatio: quia vel res noſtras petimus judicio reali, vel res nobis debitas judicio perſonali de dominio agetur *ab hoc tit. uſque ad tit. 5. lib. 3, de obligationibus.* de obligatione vero tractabitur. *ad. tit. 5. uſque ad tit. ult. lib. 4. de actio.*

[b] Rerum diviſiones proponuntur, ut intelligamus, quæ res acquiri nobis poſſint, vel non.

[c] Quoad uſum. nam harum rerum proprietas eſt nullius. *infra eod. tit. §. littorum.*

[d] Aqua profluens differt a flumine, ut cives a civitate, milites a legione: ut enim ſingulis mutatis, eadem civitas, & eadem legio manet: ita mutata aqua profluente, idem flumen manet, & flumen quidem eſt publici juris. *infra §. prox.* aqua vero profluens, eſt communis omnibus hominibus, quemadmodum & mare, id quod fluit.

[e] Eamque littoris pars, in qua ædificatur, ædificantis fit, non propter ædificium, ſed propter occupationem, id eſt, quia ædificans occupavit littus. cum enim littus nullius ſit, facile conceditur occupanti. cæterum ſolum non cedit ædificio, ſed trahit ad ſe ædificium. *infra hoc tit. §. cum in ſuo.*

[f] Quoniam hyeme ſunt maximi fluctus.

[g] Ripa eſt terminus tam prædii, quam fluminis; quod igitur ad proprietatem ſeu dominium, ſequitur prædium: quod ad uſum, ſequitur flumen.

[b] Hæc

h Hæc ſunt communia quod ad uſum : nullius vero ſunt qui ad dominium & proprietatem.

i Hæ ſolæ res intelligebantur. *ſupra them.* 1. *memb.* 2, ubi diceb- tur quædam res eſſe nullius, id eſt, ita nullius, ut alicujus fi nequeant, niſi in ſpecialibus quibuſdam exceptis caſibus, ut c venduntur ob redimendos captivos. *infra them. prox.*

k Sanctio eſt pars, qua pœnam irrogat iis, qui in legem co mittunt.

l Id eſt, modis 21, qui *ſeq. them.* proponentur.

m Id eſt, modis poſterius enarrandis, uſucapione, donatio hereditate, legato, fideicommiſſo, bonorum poſſeſſione, acq ſitione per arrogationem. Quibus addi poteſt adjudicatio ex § *infra de offic. jud.* & noxæ deditio. *infra de noxal. act.* §. *dominus*

n Ferarum appellatione beſtiæ & volucres & piſces continen Obſerva, tria eſſe animalium genera, quædam ſunt omnino f de quibus agitur *in princ.* hujus membri: alia ſunt omnino m ſueta, quibus *in ult. verſ.* hujus membri : nonnulla ſunt na fera, conſuetudine manſueta, quæ voco manſuefacta, ac de dicetur *in verſ. ſed manſuef.*

o Quid ſi domino prohibente venator fundum ingrediatur, feram capiat? Ejus quidem dominus fit, ſed injuriarum tenet domino fundi, *ff. de injur. l. injuriarum* 13. §. *ult.*

p Nota, eum, qui feram vulneravit, non fieri ejus dominum, cet ita vulneraverit, ut capi poſſit : quia poteſt contingere, ut n capiat, denique dominium hoc caſu per corporalem poſſeſſione acquiritur.

q Secus, ſi eas alveo incluſeris: tunc enim quamdiu ire & red ſolent, tuæ manent, nec poſſunt ab alio occupari.

r Nota, libertatem tribui, non ſolum hominibus, ſed etiam br tis animantibus. Idcirco recte definitur naturalis facultas. *ſup de jur. perſon.* §. 1. & jure naturali tribuitur. *ſupra de libertin. fin. princ.* quia jus naturale eſt commune omnibus animalibus. *ſ pra de jur. natur. in princ.*

s Et ſimiliter cives Romani, eorumque res, ſi ab hoſtibus c piuntur, hoſtium fiunt,

t Jure poſtliminii.

u Quæ nullius ſunt. Alia ratio eſt earum, quæ in tempeſta maris amiſſæ, & fluctibus ad littus expulſæ ſunt : non enim co ceduntur occupanti, ſed antiqui domini manent. *infr. h. t.* §. *ult.*

x Animalia bruta, vel ancilla. Hic habet locum regul Partus ſequitur ventrem : veluti ſi equus tuus equam meam pr gnantem fecerit: id quod naſcetur, meum erit. *ff. de rei vind. l.* 5. *idem ſcribit ſi equam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

a,quia quod nullius eſt occupanti conceditur.
ula uni ripæ ſit propinquior, quam alteri: his ſo-
juxta propinquiorum ripam prædia poſſident: alio-
ii, pars alteri ripæ ſit proximior. pars dividetur in-
ta unam ripam, pars inter eos qui juxta alteram ri-
oſſident.
ionis, *licet* contingat purpuram veſtimento pre-

i pœnam perſequitur, id eſt, quadruplum contra
ſtum, duplum contra furem nec manifeſtum: con-
perſequitur ipſam rem ſurreptam. *infra de oblig.*
ſaſc, § *ult.*
, niſi caſu commiſceantur res diverſi generis, quæ
poſſint. *ff. de acquir rer.dom.l. lacus* 12.§.1. Quæ-
dicendum ſit, ſi unius voluntate res confundantur.
ſi nova ſpecies facta ſit, eum eſſe dominum, qui
s, cuilibet dari partis vindicationem, *ff. de rei ven-*

omini voluntate accidat, quilibet partem ſuam vin-
l. §.1. [c] Licet deſcerni non poſſint.
hoc caſu, quo frumenta ſunt fortuito commixta.
rentiam inter actionem, & officium judicis: nam
nenti petiti venit in actionem: qualitas in officium

r quælibet res ei cedit, ſine qua eſſe non poteſt. *ff.*
l. in rem. 23. §. *ſed & id.* excepta pictura, quæ non
ſed ex ſpeciali privilegio eam ad ſe trahit. *infra hoc*
aliena,
vindicare, nec ad exhibendum agere, ne ædificia
urbs ruinis deformetur,
ellatione omnis materia continetur, ex qua ædifi-
tinianus hic notat ex Gajo *in l*: 7. §, *cum in ſuo ff. de*
n.
uplum ſit conſecutus,
tuam plantam in meo fundo ponam, mea fit, ſi
fundo, tua fit §. *ſi Titius.*
ui ſua impenſa alienum fundum bona fide conſe-
m vindicantem, & impenſas reſtituere nolentem
xceptione doli mali.
i privilegio, contra regulam juris pictoribus in-

ntextu videtur eſſe contradictio: dum vindicatio
ontra dominum tabulæ, & domino tabulæ, contra
pi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pictorem: nec idoneo defenſio erit, ſi quis dicat illi dari re-
ctam, huic utilem: quia cui datur qualiſcumque actio, ei mul-
to magis competit exceptio, *ff. de ſuperfic. l. 1. §. is autem, & de v*
reg. l. invitus, 156. §. 1. ſi igitur pictor poteſt rem vindica-
cur non poterit argentem ſummovere? & ſimiliter ſi dominus ta-
bulæ poteſt vindicare, cur non etiam ſe exceptione tueri po-
rit? Quare ſi uterque actionem, & exceptionem habet: p-
fecto utraque actio erit inefficax, & per exceptionem elider.
Quid dicendum? Exiſtimo, ne privilegium pictoris ſit ina-
eum eſſe potiorem domino tabulæ: ita ut, ſive agat, ſive c-
veniatur, offerendo pretium tabulæ, potior ſit: nec alia ra-
ne puta dari utilem vindicationem domino tabulæ, quam u-
cilius poſſit pretium tabulæ a pictore extorquere; quia picto-
tabulam reſtituere vel tabulæ pretium ſolvere cogitur:

q Ex re ſua poteſt quidem quilibet percipere fructus, ſed n
ſit dominus perceptione: quia etiam ante perceptionem era-
minus.

r Titulus lucrativus eſt, cum pro eo quod accipitur, nihi-
vicem præſtatur, ut donatio, & legatum,

s Fructuum alii ſunt mere naturales, qui ſponte ſua pro-
niunt, ut herba, & poma: alii induſtriales, qui, licet a na-
ra producantur, tamen hominis induſtriam requirunt, ut ſe-
tes. alii civiles, qui ſola induſtria ex re ſecundum naturam ſte-
li percipiuntur, ut merces ædium locatarum, vectura, uſu
De civilibus hic non agitur, ſed de induſtrialibus, & mere na-
ralibus.

t Titulus oneroſus eſt, cum pro eo, quod accipitur, aliq
invicem præſtatur, ut accidit in emptione & venditione, perm-
tatione, & ſimilibus.

u Id eſt, ſive naturales, ſive induſtriales. In ſumma, ut a
quis ex re aliena fructus percipiendo ſuos faciat, oportet eum
liquid oneris ſentire, vel quia rem habet titulo oneroſo, vel q
in fructus impenſam induſtriamve contulit.

x Quia in fructu hominis homo eſſe non poteſt. *ff. de uſufru*
l. vetus 68. in princ. cum enim natura omnes fructus in hon
num gratiam producat, non debet ipſe homo eſſe in fructu. *ff.*
uſur. l, in pecudum. 28, Præterea non ſolent ancillæ in hunc fin
comparari, ut pariant, ſed ut ſerviant. *ff. di hered. petit. l. ancilla*

y Si tamen in religioſo loco ad ſe non pertinente invenerit, d
midiam theſauri partem concedit fiſco. *ff. de jur. fiſc. l. 3. §. pe*
quamvis loca religioſa nullius ſint. *ſupra hoc tit. §. nullius.*

z Subaudi, ex cauſa ad dominum per traditionem transfere
dum idonea, ut ex cauſa venditionis, vel permutationis, vel d
natio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

am ſi res ex cauſa depoſiti vel commodati tradatur, do-
a accipientem non transfertur. item nuda traditio (id eſt
dominium non transfert. *ff. de acquir. rer. dom. l. nun-*
in princ.

ulo dotis. vel permutationis, vel dationis,
ad dominium per traditionem transferendum idoneo.
s & cauſa pro eodem accipiuntur. [d] Sine nova traditione.
di in conſpectu horrei. *ff. de contrah. empt. l. clavibus.*
n dicendum ſi vinum vendatur, & claves cellæ vinariæ
radantur, *ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. pen.*
cupantis fiant. [g] Niſi in mare jactentur, cum omnino pe-
cantur, tunc enim cenſentur relinquendi animo jactari.
. ſtil. ſus 43. §. pen.

Capvt II.

EBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBVS.

oralia ſunt, quæ ſui natura tangi poſſunt, ut fundus,
o, veſtis. Incorporalia, quæ ſui natura tangi neque-
ereditas, uſusfructus, uſus, obligationes, ſervitutes,
a in jure conſiſtentia [b].

ex accidenti fortaſſe tangi non poſſint, ut quia mari te-

cumque in jure conſiſtunt, incorporalia ſunt, ſed non
que incorporalia ſunt, in jure conſiſtunt.

Caput III.

ERVITUTIBUS PRÆDIORUM [a].

ticorum prædiorum jura ſunt hæc, iter [b], actus,
a, aquæductus. Iter eſt jus eundi, & ambulandi [c].
. Actus eſt jus agendi jumentum, vel vehiculum.
m habet, etiam iter habet [d]: non contra quicumque
t actum etiam habet. Via eſt jus eundi, & agendi,
landi [e]. Aquæductus eſt jus aquæ ducendæ [f] per fun-
num- *in princ.*

diorum urbanorum ſervitutes ſunt, quæ ædificiis
t [g] (nam omnia ædificia habitandi cauſa extructa,
prædia urbana, quamvis ruri ædificata ſunt) veluti
s [h] onera vicini [i] ſubſtineat [k]: ut in parietem ejus
cino tignum immittere: ut ſtillicidium vel flumen
quis in ædes ſuas, vel in aream: vel in cloacam: ne
s tollat ædes uſas: neve luminibus vicini officiat. [m]

3. Inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

3. Inter ruſticas ſervitutes connumerantur etiam h[illegible] aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, [illegible]cis coquendæ arenæ fodiendæ §.2.

4. Servitutes prædiorum ideo appellantur, quia ſine p[illegible]diis conſtitui non poſſunt. nemo enim poteſt ſervitutem [illegible]quirere [o], niſi qui prædium habet §.3.

5. Servitutes conſtituuntur vel inter vivos [p], vel in ultia voluntate [q]. § *ult.*

[a] Servitus prædialis eſt, quam alicujus prædium alieno prao præſtat. Prædium eſt res immobilis: ut ædes, fundus. Prædi[illegible], quod ſervitutem præſtat, ſerviens vocatur: illud autem, cui [illegible]ſtatur ſervitus, dominans a Doctoribus appellatur. Prædium [illegible]ditur in urbanum, & ruſticum. Prædium urbanum eſt omn[illegible]dificium habitandi cauſa ubicumque extructum. cætera ſun[illegible]ſtica ſtabula, arces, horti per ſe ſunt prædia ruſtica: ſed ædi[illegible] juncta, eis accedunt, & hac ratione inter urbana prædia numera[illegible] *ſupra hoc tit* §.1. *& ff. commun. præd. l.* 1. *& in quib. cauſ. pign[illegible] contrah. l.* 4. §. 1. *& de verb. ſign l. urbana.* 98,

[b] Subaudi, prædio debitum, ſeu prædii domino, ſed ita ut p[illegible]dio inhæreat, & prædium ſequatur. Idem intelligo in aliis ſe[illegible]tutibus.

[c] Subaudi, per alienum prædium, Idem ſupplendum in def[illegible]tione actus, & viæ: quia nemini res ſua ſervit. *ff. de ſervit. l. i[illegible]* 26. *& ſi ſerv. vind. l. ſicut.* 8 §. *pen.*

[d] Non quia actus iter in ſe contineat: ſunt enim ſeparatæ ſer[illegible]tutes: ſed ex præſumpta voluntate conſtituentium ſervitute[illegible] nam qui expreſſe actum concedit, tacite cenſetur etiam iter c[illegible]cedere id eſt, concedens, ut aliquis per ſuum fundum poſſit ag[illegible] jumentum, vel vehiculum, videtur ſimul concedere, ut eat ſi[illegible] jumento & vihiculo.

[e] Via tam iter quam actum in ſe continet. *verſ. via, hic.* ſi ſer[illegible]tutem conſtituentes, latitudinem non expreſſerint, itineris, [illegible] actus latitudinem arbiter definiet: viæ latitudo ex lege xij. tab. octo pedum in directum, ſexdecim in anfractum. *ff. de ſervit. pr[illegible]dior. ruſticor. l. viæ.* 8. *& l: certo.* 13. §. *pen.*

[f] In fundum ipſius aquam ducentis.

[g] Id eſt, ædificiis debentur, nam ſervitutes denominantu[illegible] prædio dominante, non a ſerviente, id eſt, ſive fundus ſive æd[illegible] ædibus ſerviant, dicitur ſervitus urbana, ſive fundus, ſive æd[illegible] fundo ſerviant, dicitur ſervitus ruſtica.

[h] Id eſt, vicini domus. [i] Id eſt, ædium ad alterum vincinum pe[illegible]tinentium.

[k] Verbi gratia, ut ædes meæ tua columna, vel tuo pariete inn[illegible] poſſint,

en non accipitur hic. ut *in* §. *flumina. ſupra de rerum di-*
to ſpecie ſervitutis urbanæ, differente a ſtillicidio, quia
m ex alto cadit, flumen de plano fluit.
ltius tollendo, ſive deprimendo, ſive diruendo ædificium.
rborem. 17. ff. de ſervit. præd. urbanor.
modo in fundi gratiam ſint conſtitutæ, ut puta haurio
irrigandum meum agrum: vel ad aquam pecus duco
d agrum ſtercorandum.
nemo poteſt ſervitutem præſtare, niſi habeat prædium.
upra monui, ſervitutes denominantur a prædio domi-
n a ſerviente. Idcirco hic mentio fit acquirentis, non
ſervitutem,
omini patientiam, quæ pro traditione habetur: quia ve-
rebus incorporalibus non convenit. Exempli gratia, ſi
n jus eundi per meum fundum, & patiar te ire, ſervi-
nſtituta eſt. ex ſola autem ſervitutis venditione, vel
e non conſtituitur ſervitus, ſed obligatio tantum naſci-
ituendam ſervitutem. *ff. de ſerv. l. viæ. 27. & l. ult. &*
æd. ruſt. l. ſi unus. 12. & ſi ſerv. vind. l. ſi a te. 16.
ſi ſervitus legata ſit ei, qui prædium habet.

CAPUT IV.

DE USUFRUCTU.

fructus [a] eſt jus [b] alienis rebus [c] utendi fruendi [d]
va rerum ſubſtantia [e].
tituitur vel in ultima voluntate [f], vel inter vivos [g]

uſusfructus conſtituitur in iis rebus, quæ uſu non
tur [h], ut ædibus, ſervis, jumentis. quaſi uſusfructus
ſu conſumuntur [i], ut vino, oleo, frumento: vel qua-
ntur, ut pecunia numerata [k]. Hic quaſi uſusfructus
r [l] per ſatisdationem de eadem quantitate [m], vel
e cum uſufructuarius mortuus vel capite minutus
tituenda. §. 2.
mentorum aut verus vſusfructus conſtitui poteſt,
rpora ſunt, ut ſcilicet eadem veſtimenta finito
eſtituantur: aut quaſi uſusfructus, ſub ratione
, & ejuſdem generis & quantitatis veſtimenta, vel
matio reſtituatur. *d. §. 2. & ff. eod. l. ſed ſi quid. 15. §.*
ntorum. & uſufruct. quemad. caveat. l. ſi uſusfructus.

modis uſufructus finitur. §. 1. *verſi. Ne tamen 1.*

morte fructuarii. *II.* Maxima, vel media [p] & capitis de[...] nutione fructuarii. *III.* Non utendo per modum [q] & tem[...]s *IV.* Ceſſione [r]. Cedi autem domino proprietatis pote[...], non extraneo: quia eſt jus perſonale, quod perſonam n[...] egreditur. *V.* Conſolidatione, id eſt, ſi fructuarius propri-tatem acquirat. *VI.* Rei interitu: adeo ut ſi ædes [t] fructuar[...] incenſæ ſint, vel corruerint, ne quidem areæ [u] uſusfru[...]s debeatur. *in princ. verſ. eſt autem. & §. pen.*

6. Si unus ſit fructuarius, & uſumfructum amittat, u[...]-fructus ad proprietatem revertitur, id eſt interit, & ex [...]-mali fit cauſalis. §, *ult.* Si vero ex pluribus fructuariis unu[...]-miſerit uſumfructum, ejus portio ita demum ad propri[...]-tem redit, ſi nullus ſit collegatarius, cui accreſcat. [x]. *ff. u-ſufr. accreſc. l. 1 § . ult. & l. ſeq.*

[a] Intellige uſumfructum proprie dictum, qui eſt a propri[...] ſeparatus, & a Doctoribus uſufructus formalis appellatur: [...]s eſt uſufructus cum proprietate conjunctus, quem Doct. cauſa[...] vocant.

[b] Perſonale. [c] Res ſua nemini ſervit. *ff. ſi uſusfruct. pet. l.* 1. u[...] de ſervitutibus prædialibus ſupra notavi.

[d] Hoc verſum fruendi, adjectum eſt, ut uſusfructus diſting-tur a nudo uſu.

[e] Hinc eſt, quod verus uſufructus non conſtituitur in rebus q[...] uſu conſumuntur *infra them.* 3.

[f] Ut legato. [g] Non promiſſione; aut venditione, ſed per q[...] traditionem, ex cauſa ſtipulationis, aut venditionis, aut alia ſi[...]-li. Dixi *quaſi traditionem*, quia res incorporales non tradunt[...] ſed per patientiam domini quaſi traduntur, ut ſupra notavi.

[h] Hæ res dicuntur iu uſu conſiſtere. [i] Hæ res dicuntur conſiſt[...] in abuſu.

[k] Quæ per aſſiduam permutatationem quodammodo per[...] videtur, id eſt, non perit ſimpliciter, ſed perit ei quieam impen[...]

[l] Ex *S.C. ff. de uſufruct. earum rerum. l.* 1. & 2, Intellige con[...] tui in ultima voluntate: nam inter vivos eſſet mutuum, nec e[...] opus ſenatuſconſulto,

[m] Non de eodem corpore, quod fructuarius conſumere pote[...]

[n] His duobus modis duntaxat finitur quaſi uſusfructus, ſed [...]rus uſusfructus pluribus modis finitur. *infra them.* 5.

[o] Licet uſu attrita. [p] Olim etiam minima, ſed Juſtinianus ill[...] jus correxit.

[q] Id eſt, ſi fructuarius male utatur, non ut bonus paterfamil[...] uti debet.

[r] Id eſt, ſi fructuarius non utatur per decennium inter præſ[...]

tc

...at per 20. annos inter abſentes; *C. hoc tit. l. pen.*
...ideo dum ceditur, perit, & ex formali fit cauſalis. generali-
ter ... interitus uſusfructus formalis, eſt generatio uſusfructus
cauſalis

...o pars ædificii corruat, reliquæ partis & totius ſoli uſus-
fructus ...anet. *ff. hoc tit. l. ſi cui* 33.
... difinitur locus ædificio vacuus in urbe. Quod in urbe di-
..., ruri vocatur agere. *ff. de verborum ſignificat. l. fundi* 211.
...c collegatario, vel collegatariis accreſcit cum uſusfructus
...in ſolidum eſt legatus, ita ut concurſu partes faciant. *ff.*
... accreſc. l. 1 in princ. & §. interdum. & l. 3 in princ. tunc
...accreſcit, cum in uſuſructu conſtituendo partes factæ
... d. 1. *§. ult. & l.* 2.

CAPUT. V.

... USU ET HABITATIONE

U...s iisdem modis conſtituitur, iiſdemque modis fini-
...r, quibus uſusfructus, *in princ.*
2. Minus juris eſt in uſu, quam in uſufructu. §. 1.
... intelligitur
Q... fundi nudum habet uſum. I. Nihil fere ulterius
...ıtelligitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, fœ-
...nentis, & lignis ad uſum quotidianum [d] utatur. II.
...do hactenus morari poteſt, ut neque domino fundi
...ſit, neque operis ruſticis impedimento. III: Nulli
...od habet, aut vendere, aut gratis concedere po-
... fructuarius poſſit hæc omnia facere [e] *d. §.* 1.
4. Q...i ædium uſum habet, ipſe cum familia inhabitare,
...m recipere poteſt, jus autem ſuum ad alium trans-
...uit. §. 2.
Q...i ſervi aut jumenti uſum habet, ipſe eo poteſt uti
...m jus ſuum ad alium transferre [g]. §. 3.
6. Q... pecorum, puta, ovium uſum habet, ad ſtercoran-
...m iis uti poteſt: ſed neque lacte, niſi modice. *ff. hoc*
...m. 12 *§. ſed. pecoris.* neque agnis, neque lana utetur;
...in fructu ſunt §. 13.
H...itatio tam ab uſu, quam ab uſufructu diſtinguitur

8. Q... habitationem habet, pro libitu, vel in ea degere,
...liis locare poteſt [i] *d. §. pen.*
9. E...oſiti ſunt modi acquirendi dominii jure gentium;
...iter modi civiles explicabuntur [k].

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

a Uſus eſt jus utendi, non etiam fruendi rebus alienis ſalva rum ſubſtantia.

b Habitatio eſt jus & facultas habitandi in ædibus alienis ſalva earum ſubſtantia.

c Recte ait fere: quoniam aliquid uſuario conceditur etiam ex oleo, frumento, & frugibus. *ff. hoc tit. l. plenum.* 12 §. 1. Idem de vino dicendum, quia eſt eadem ratio.

d Non ad compendium, & abuſum.

e Ne intelligas uſufructuarium transferre jus ſuum ad alterum: tantum enim facultatem, quæ in facto conſiſtit, ad alium transfert: ita ut ipſe, non obſtante venditione vel donatione, fructuarius maneat, ſed ex conventione teneatur pati ut emptor ſeu donatarius fructus percipiat. uſuarius autem ne quidem facultatem aliud percipiendi transferre ad alium ulla ratione poteſt.

f Non tantum in rebus ſuis, ſed etiam in iis quæ facienda conduxit, vel in re conducta, ut in fundo quem conduxit, colen. *a. hoc tit. l. plenum.* 12. §. *ult.*

g Puta locare jumentum, aut ſervi operas.

h Similior tamen eſt uſui, quam uſuſructui. *ff. eod. l. ſi habitatio.* 10. *in princ.* Neque captis deminutione, neque non utendo amittitur, *ibid.* licet uſumfructum & uſum his modis amitti conſtet, *ſupra themat.* 1. *& ſupra titul. prox. them.* 3.

i In hoc eſt; ſimiliter uſufructui, ut ex ſupra dictis conſtat, licet in aliis ſit ſimilior uſui, ut jam notavi

k Vide *tit. lib.* 2 *c.* 9. *them. ult.*

CAPVT. VI.

DE USUCAPIONIBUS a, ET LONGI TEMPORIS POSSESSIONIBVS.

1. UT aliquis rem uſucapiat, id eſt, poſſeſſione acquirat (quod quidem jure civili eſt conſtitutum ne rerum dominia ſemper incerta ſint) hæc requiruntur. *I.* Vt uſucapiens rem accipiat a non domino. b *II.* Ut bona fide accipiat c, id eſt, putet ſe accipere a vero domino. *III.* Vt accipiat ex juſta cauſa, id eſt, titulo ad dominium per traditionem transferendum idoneo, ut emptioniis, donationis, legati (err... autem falſæ cauſæ regulariter d uſucapionem non parit §. ... *IV.* Vt rem mobilem poſſideat triennio, vel immobilem inter præſentes decennio, inter abſentes vinginti annis. *in pri...* *V.* Vt ea poſſeſſio non ſit interrupta e Non interrumpitur autem, eo quod res ad univerſalem f vel particularem g ſucceſſor...

tranſeat, quia poſſeſſio defuncti aut venditoris cum one heredis aut emptoris continuatur [h] §. 12 & §. *ſeq.* res poſſit uſucapi, id eſt, ſit in commercio. §. 1. & ne- furtiva (furtum autem nec que affectu furandi, nec s immobilibus committitur) neque vi poſſeſſa. [k] §, 2. *quentib.* & omnino non ſit vitioſa §. 10. aut ſaltem vi- t purgatum, puta quia res res furtiva aut vi poſſeſſa re- lomini poteſtatem. §. 8, nec ſit, res fiſcalis, res tamen ex acantibus [l] nondum fiſco nunciatis [m] uſucapi poſſunt. . Ne ſit res a fiſco, aut de principis vel Auguſtæ domo : alioquin emptor ſtatim ſecurus eſt, nec uſucapione .qui vero jus [n] in ea re prætendit, intra quadriennium fiſcum, vel principis aut Auguſtæ domum agere [o] po- *lt.*

icapio eſt nomen generis, & ſpeciei : nam dividitur in uſu- m proprie dictam, & longi temporis poſſeſſionem, ſeu lon- oris proſcriptionem : utroque enim vocabulo eadem uſu- s ſpecies indicatur. Uſucapio in genere accepta, eſt acqui- minii per poſſeſſionem bonæ fidei, non interruptam, tanto e, quantum jus definivit, Uſucapio ſpecialis eſt acquiſitio bilis per triennii poſſeſſionem. longi temporis poſſeſſio vel mporis præſcriptio eſt acquiſitio rei immobilis, id eſt, præ- m annis inter præſentes, aut viginti annis inter abſentes ſi- ruptione poſſeſſ. Nota primo, uſum, ex quo componitur uſucapio, non accipi hic pro jure utendi, ut in *tit. præced.* poſſeſſioue, quæ ſignificatio non eſt nova. *ff. de verb. ſignif.* *io.* 115. Nota ſecundo, aliam eſſe longi temporis præſcri- n cum titulo, quæ eſt ſpecies uſucapionis, & in hoc licatur; aliam ſine titulo, quæ non eſt uſucapionis ſpecies. eſt cauſa poſſidendi, ut emptio, permitatio legatum. oquin ſi a domino accipiat, ſtatim dominus fit nec eget ione.

a, bonam fidem tantum ab initio requiri, id eſt in em- & venditione requiri tempore contractus & tempore tra- s : in aliis vero cauſis dumtaxat traditionis tempore. *ff. pro* *.l. 2. in princ.*

eſt niſi juſta ſit errandi cauſa. *ff. pro empt. l. quod vulgo* 11. *&* *. l. pen. §. ult.*

[m] Quæ ſint cauſæ oneroſæ, aut lucrativæ, expoſui *ſupra der. diviſ. them.* 7. *m.* 18,

[n] Quia cui pretium rei abeſt, ipſa res videtur abeſſe. *ff. de* . *l. ſi ſervus*, 21. §. *& ideo.*

[o] Quia jam rem habet ex cauſa legati, quæ eſt cauſa lucra.

[p] Proinde totam rem habet titulo oneroſo.

[q] Nota differentiam inter actionem, & officium judicis ac i deſervientis, quod Doctores mercenarium vocant: ſic *ſupra de . diviſ. §. quod ſi frumentum. in fin.*

[r] Deducto uſusfructu, quam acquiſivit jure accreſcendi lu- tivo.

[ſ] Ita demum hoc legatum debetur, ſi fructus naſcantur, q legatum ſit ſub conditione *ſi naſcantur. ff. de cond. & demon l.* 1. *in fin.*

[t] Quia quod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri non po . quamvis enim eadem res ex multis cauſis nobis deberi poſſit, - men ex multis cauſis noſtra fieri non poteſt, *ff. de acqu. poſſeſ. l. ex plurimis. & de except. rei judic. l. & an eadem.* 14. §. *pen. & div. reg. jur. l. non ut ex pluribus.* 159.

[u] Quia legatum, quod ab initio non valet, non poteſt ex p facto confirmari. *ff. de reg. Caton. l.* 1.

[x] Hinc apparet, hic ſolum agi de re conjunctis, qui dividu in re tantum conjunctos, & re ac verbis conjunctos: alii ſunt v bis tantum conjuncti, quibus eadem res pro partibus pro indi legata eſt, veluti *Titio & Mævio fundum Taſculanum pro æ partibus do, lego.* Quibus autem vel ejuſdem rei partes pro div vel res diverſæ legantur, hi ſunt omnino disjuncti, nec pertin ad tractatum de jure accreſcendi, etiamſi in eadem oratione legetur: veluti, *Titio dimidiam partem fundi Tuſculani* Orient *verſus, Mævio alteram dimidiam Occidentem verſus do, lego.*

Q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

i tres aut plures legatarii ſint ; Similiter concurſu par-
deficientis autem portio non ſemper omnibus collega-
ſcit. ſed ſi quidem omnes eodem modo conjuncti ſint,
creſcit pro rata portione, ſin autem diverſis modis con-
hi præferuntur in jure accreſcendi, qui magis ſunt con-
eſt, re & verbis conjuncti præferuntur cæteris: item
um conjuncti præferuntur re tantum conjunctis. *ff. de*
conjuncti 89.

conjuncti non faciunt partes concurſu; quia teſtator ab
s conſtituit.

creſcendi. [b] Si legatarius ſit ſolus debitor, vel ſint duo
, qui ſint ſocii : quia non poteſt a ſocio legatarii peti,
um ratione ſocietatis etiam ad legatarium ſpectet.

nt duo rei debendi non ſocii: quia nihil intereſt legata-
non peti: quamvis enim correus conveniatur ab herede,
l damni legatarius inde ſentiet. Nota acceptilationem
is factam, omnibus prodeſſe, quia vim ſolutionis ha-
efiniatur imaginaria ſolutio. *infra quib. mod. toll. obli-*
tum vero uni factum, id aliis correis debendi non pro-
ct. l. ſi unus 27. §. *pacta quæ turpem.* niſi ſocii ſunt. *ff.*
25 *in princ. de & duob. reis l. eandem.* 9. §. 1.

uod ſi petat, doli mali exceptione ſummovebitur. *ff. ut*
. 1. §. *ſi debitori*

tur mulieri relegari, quia retro ei datur : vel prælegari
æſentationem : quia hæc eſt utilitas hujus legati, ut
ntetur, id eſt, citius reſtituatur, ut mox dicam.

utilius. Primo quia pacta dotalia, ſi quæ ſint quæ ob-
ioni dotis, non obſtant legati petitioni. *ff. de dot. præleg*
undo quia res dotalis mobiles reſtitui debent intra an-
oluti matrimonii. *C. de rei ux. act. l. un.* §. *cumque*, lega-
tatim a teſtatoris morte debetur. Tertio quia ſi mari-
em in uxorem contulerat, heres mariti non poteſt re-
tere, ſi maritus in eadem voluntate perſeverarit: vide-
n ea perſeveraſſe, eo ipſo quod non revocata donatione,
i prælegavit: *d. l.* 1. §. *eſt & illud.*

lſa demonſtratio non vitiat legatum. *infra hoc tit.* §.
ta.

oram ſolutioni factam. *ff. de legat.* 1. *l. cum. res.* 47. §1.
ter enim rei interitu debitor, qui culpa vacat, libera-
b. oblig. l. ſi ex legati 23.

n ſint amplius grex : quia una ovis non facit gregem,
l ex re noſtra ſupereſt, noſtrum eſt. *ff. de rei vind. l. ſo-*

Tria

[l] Tria ſunt corporum genera. nam alia ſunt diſcreta, quæ exi-ſtantibus partibus conſtant, ut grex, populus, legio: alia conju-cta, quæ ex partibus cohærentibus conſtant, & unam artifficia[li] formam habent, ut ædes: alia unita, quæ uno quaſi ſpiritu co-nentur, naturalem formam habent, ut homo, equus *ff. de uſu-pat. & uſucap. l. rerum mixtura. 30, in pr.*

[m] Id eſt, teſtator, quod ſibi Titius debet, Mævio legare po[ſ].

[n] Regulariter in obligatione generis electio eſt debitoris. *infra* *act. §. plus autem. verſ. præterea* ſed in legato ſecus eſt favore u[lti]mæ voluntatis: electio namque hic datur legatario, cui debetu[r], non heredi, qui debet.

[o] Inter optionem & electionem hodie, ſublatis ſolemnitati[bus] nulla eſt differentia: nam olim optabatur ſolemniter, eligeba[tur] ſine ſolemnitate.

[p] Intellige teſtamenti factionem paſſivam, quæ iis tribui[tur] qui ex teſtamento capere poſſunt.

[q] Tam jure civili, quam jure prætorio, licet olim jure tant[um] prætorio inſtitutio poſtumi alieni ſuſtineretur. *infra de poſſ. b[on.] in princ.*

[r] Nomine ſignificatur gens, cognomine familia, prænom[i]ne, perſona: erant enim apud Romanos in eadem gente plu[res] familiæ, in eadem familia plures: ut Marcus, prænomen: Tu[l]lius, nomen: Cicero, cognomen. item Publius eſt prænome[n] Cornelius, nomen: Scipio, cognomen, Africanus, alterum co-gnomen, quod Chariſius & alii plures vocant agnomen Cicer[o] cognomen appellat.

[ſ] Ideo namque nominibus utimur, ut intelligatur quibus per-ſonis aliquid relinquitur: ſufficit igitur, ſi quoquo modo con-ſtet, quibus relinquatur.

[t] Quia deficiente conditione legatum deficit.

[u] Quia cum de teſtatoris voluntate conſtat, ordo ſcripturæ ne-gligitur.

[x] Olim talia fideicommiſſa ſuſtinebantur ex bono & æquo: le-gata, in quibus magis utebantur ſtricto jure non valebant. ſed Ju-ſtinianus qui legata fideicommiſſis adæquavit, etiam talia lega-ta valere voluit.

[y] Olim hæc legata non valebant: quia cum legatum eſſet po[ſt] mortem heredis, eo vivo legatarius nihil petere poterat, conſe-quenter eo mortuo nihil poterat petere ab ejus herede: quia he-res ſuccedit in jus defuncti, nec debet eſſe deterioris conditionis: unde veteres utebantur hac regula. Actio ab herede vel contra he-redem incipere non poteſt, id eſt, ſi quis non potuit agere, here[s] ejus non poteſt agere: & ſi quis non potuit conveniri, heres eju[s]

non

... conveniri. ſed Imperator Juſtinianus voluntatum ſu... ...m cauſa eam regulam ſuſtulit, adeo ut hodie actio ... erede vel contra heredem incipere, *C. ut action. ab hered. ... contrah. ſtipul. l. ſcrupuloſam* 11.

... ſtitutione Juſtiniani. nam olim non valebant quia lega... ...more legatarii, non odio heredis relinqui.

... onditio impoſſibilis legato adjecta non vitiat legatum, ... pro non ſcripta. *ſupra de hered. inſtit. §. impoſſibilis.* ta... eſt in legatis pœnæ nomine relictis: quod enim ita... ...jectum eſt, vitiat legatum.

... iiſdem verbis relinqui legatum conditionale, & pœnæ ...ntum voluntas teſtatoris inter hæc duo diſtinctionem ... *his quæ pœna cau. relinq. l. 2.*

CAPUT XXI.
... DEMPTIONE LEGATORUM, & TRANSLATIONE.

... ata adimuntur. I. Vel in eodem teſtamento, in quo ... a ſunt, vel in codicillis. II. Vel contrariis verbis: ... s verbis legatum, *Do, lego*, ita adimatur *Non do, non* ... uibuſcumque aliis [a] verbis ad legati ademptionem ... dam ideoneis *in princ.*

... nſlatio legati a perſona ad perſonam [b] veluti, *Fun... ...lanum, quem Titio legavi, Sejo do, lego*, vel in eo... ...mento fit, vel in codicillis. §. 1.

... i, *Heredem meum legatum ſolvere veto.*
... ...ni ablati, alteri detur.

CAPUT XXII.
DE LEGE [a] FALCIDIA.

... Falcidia cavetur, ne plus legare liceat quam do... ...ntem totorum bonorum, id eſt, ut ſive unus heres ... ſit, ſive plures, apud eum, eoſve pars quarta rema... ...*rinc.*

... obus heredibus inſtitutus, ab uno modica vel nul... ...nt relicta, ut hic quartam totius hereditatis par... ...n, aut etiam amplius habeat: nihilominus alter, ... eſt legatis exhauſta vel onerata [b], quartam ſuæ ... retinebit: quoniam in ſingulis heredibus ratio le... ...æ ponenda eſt. §. 1.

... ntitas patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ ... aliud tempus refertur, quæ teſtator mortuus eſt, ... mentum vel decrementum poſtea contingens ad

lega-

legatarios non pertinet[c], ſed heredis lucro vel damno p-
dit. §. 2.

4. Antequam ratio legis Falcidiæ ineatur, æs alienum e
funeris impenſæ deducuntur[d] §. *ult.*

[a] Id eſt, plebiſcito. Lata eſt enim a P. Falcidio tribuno ple
ſic & lex Aquilia dicitur, quæ plebiſcitum eſt. *ff. ad leg. Aquil.*
1. § 1.

[b] Hereditas vel pars hereditatis exhauriri dicitur, cum tota le-
tis abſumitur: onerari, cum minus quadrante penes heredem
manet delibari, cum legata non excedunt dodrantem, lege F.
cidia licet hereditatem delibare, non exhaurire nec onerare. Id
eo Florentinus legatum deſinit delibationem hereditatis, qua te-
tor ex eo, quod univerſum heredis foret, alicui cui collatum
lit. *ff. de leg. 1. l. legatum. 116. in pr.*

[c] Quia nec auget, nec minuit legata.

[d] His deductis, ejus, quod reſiduum eſt, quartam partem
nes heredem manere oportet.

CAPUT XXIII.

DE FIDEICOMMISSARII HEREDITATIBUS.

1. HEres ex aſſe ſcriptus, rogari poteſt, ut totam hered
tatem, vel partem ejus alteri reſtituat, vel pure, v
ſub conditione, vel ex certa die. §. 2. tuncque is, qui hered
tatem reſtituit, nihilominus heres permanet[a]: is vero, q
recipit hereditatem, modo heredis[b], modo legatarii loc
habetur. §. 3. Aut enim ſponte adit, & totam hereditaten
reſtituit, aut ſponte adit, ſed non totam reſtituit, vel qui
non totam juſſus eſt reſtituere, vel quia ex Senatuſconſult
Trebelliano quartam partem retinet: aut ex eodem Tre
belliano coactus a fideicommiſſario adit; quo caſu totan
hereditatem reſtituere cogitur. Primo & tertio caſu omne
hereditariæ actiones tam activæ quam paſſivæ[c] ad fide
commiſſarium tranſeunt. Secundo caſu dividuntur pro rat
portione inter heredem & fideicommiſſarium. §. 5. Hac di
ſtinctione utendum, etiam cum ex parte heres inſtitutus, au
totam illam partem, aut illius partis partem reſtituere ro
gatus eſt. §. 8.

2. Si heres deducta quarta rogetur hereditatem reſtituer
actiones[d] pro quarta remanent apud heredem, & pro do
drante tranſeunt ad fideicommiſſarium[e]. Si vero deducta
certa re, vel certis rebus quanticumque valoris, vel certa
ſummo, reſtituere ſit rogatus: quaſi ex legato habet ſine one-

ſe

onere, : omnes actiones [f] in fideicommiſſarium transferuntur. Hoc quoque obtinet, ſive heres ex aſſe, ſive ex parte ſcriptus fuerit. §. 9.

3. Fideicommiſſa etiam ab inteſtato [g], relinqui poſſunt. §. 10.

4. Fideicommiſſarius quoque fideicommiſſo onerari poteſt ut ipſum, quod accipit, vel partem ejus, vel aliquid alteri reſtituat. §. 11.

5. Si heres præſens dicatur fuiſſe rogatus a defuncto: fideicommiſſarius non cogitur fideicommiſſum probare, ſi juſiurandum heredi deferat. nam heres cogitur aut jurare ſe nihil tale a teſtatore audiviſſe aut fideicommiſſum ſolvere etiamſi nulli teſtes fideicommiſſo adfuerint. Idem dicendum, ſi a legatario, aut fideicommiſſario [h] petatur fideicommiſſum. ult.

Qui ſemel eſt heres, non poteſt deſinere eſſe heres *ff. de minor. l. . § ſed quod Papinianus. & de hered. inſtit. l. ei qui ſol- in fin.*

Non eſt verus heres, ſed loco heredis habetur.

Actiones ſunt, quæ heredi competunt adverſus debitores hereditarios: paſſivæ ſunt, quæ creditoribus hereditariis competunt in heredes.

Tam activæ, quam paſſivæ. [c] Qui hoc caſu habetur loco heredis.

Activæ, & paſſivæ. [g] In codicillis.

Cujus præſentis fidei teſtator commiſit, ut aliquid reſtitue-

Caput. XXIV.

De singulis rebus per fideicommissum relictis.

Singulæ quoque res per fideicommiſſum relinqui poſſunt, ita ut vel heres, vel legatarius [a] jubeatur [b] aliquid reſtituere, puta fundum, argentum, veſtem: quamvis a legatario legare non liceat [c] *in princ.*

2. Relinqui poteſt. I. Res teſtatoris. II. Res ejus, qui fideicommiſſo oneratur, ſive hic ſit heres, ſive legatarius, ſive fideicommiſſarius. III. Res aliena: quo caſu rogatus cogitur eam redimere & præſtare [d], vel æſtimationem ſolvere [e].

Verba fideicommiſſorum hæc maxime in uſu habentur, Peto, Rogo, *Volo, Mando, Fidei tuæ committo.* §. ult.

Vel fideicommiſſarius. [b] In teſtamento, vel codicillis.

c Si a legatario legetur, non valebit quaſi legatum, ſed quaſi fideicommiſſum, propter exæquationem legatorum & fideicommiſſorum.

d Si juſto pretio redimere poſſit. e Si dominus eam rem vel nullo modo, vel non juſto pretio vendere velit. Idem de legato re alienæ dictum fuit. *ſupra de legat* §. *non ſolum.*

CAPVT XXV.

DE CODICILLIS. a

I. Codicilli fieri poſſunt vel cum teſtamento, vel ab inteſtato. Quod ſi teſtamentum præcedant, ex iisfideicommiſſum peti poteſt, ſi appareat eum, qui teſtamentum fecit, a voluntate in codicillis expreſſa non receſſiſſe §.1.

2. Codicillis non poteſt, I. Dari hereditatis jure directo[b], ſed tantum per fideicommiſſum. *II.* Exheredatio ſcribi[c]. *III.* Conditio inſtitutioni heredis in teſtamento factæ adſcribi[d]. *IV.* Directo ſubſtitui.[e] §. 3.

3. Codicilli plures[f] fieri ab eodem poſſunt: & nullam ſolemnitatem deſiderant[g]. §. *ult.*

a Codicilli fiunt, vel teſtamento, vel ab inteſtato, ſi ex teſtamento fiant, cenſentur pars teſtamenti. ſi ab inteſtato, vicem quandam exhibent teſtamenti, *ff. de jur. codicill. l.* 2. §. *codicillorum* & *l. ab inteſtato.* 16.

b Id eſt, non poteſt heres in codicillis inſtitui, ne confundatur jus teſtamentorum, & codicillorum. §. *codicillis, hic.* & ne principale (id eſt, teſtamentum) confirmetur per acceſſorium (id eſt, per codicillos) ſi quidem teſtamentum confirmatur per heredis inſtitutionem. *ff. eodem l. quod per manus.* 10.

c Quia ſicut in codicillis hereditas non poteſt dari, ita etiam non poteſt adimi.

d Quia in defectum conditionis hereditas adimeretur.

e Eadem ratio eſt inſtitutionis, & ſubſtitutionis: utraque enim teſtamentum confirmat: proinde ſi in codicillis poneretur, teſtamentum per codicillos confirmatur.

f Id eſt, diverſo tenore. alia ratio eſt teſtamenti, quia per poſterius rumpitur prius. *ſupr. quib. mod. teſt. infirmentur.* §. *poſteriore.*

g Igitur ſeptem teſtes in codicillis probationis, non ſolemnitatis cauſa requiruntur.

ANA-

ANACEPHALÆOSIS.

LIBER TERTIUS.

Hereditatis ab inteſtato tres ſunt ordines: 2. & in uno ordine ſunt plures gradus. 3. Secundus univerſalis acquirendi modus eſt bonorũ poſſeſſio. 4. Tertius eſt acquiſitio per arrogationem. Hactenus de dominio. 5. Deinceps agitur de obligatione: quæ vel ex contractu naſcitur, vel ex quaſi contractu, vel ex delicto, vel ex quaſi delicto. 6. Contractuum alii re perficiuntur, ut mutuum, commodatum, depoſitum, pignus: 7. alii verbis, ut ſtipulatio (8. quæ vel in per unum reum, vel per duos reos: 9. & vel eſt prætoria, vel judicialis vel communis, vel conventionalis; 10. rurſus vel eſt utilis, vel inutilis: 11. item vel eſt repromiſſio, vel ſatisdatio, ut cum dantur fidejuſſores) 12. alii literis: alii conſenſu, 14. ut emptio & venditio. 15. locatio & conductio. 16. ſocietas, 17. mandatum, 18. Quaſi contractus ſunt, ut negotiorum geſtio, tutela, rei vel hereditatis communio, aditio hereditatis, ſolutio indebiti. 19. Communes obligationibus ex contractu, & ex quaſi contractu eſt, per certas perſonas acquirantur, 20. & certis modis tollantur.

1. De hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. 2. De gradibus cognatorum 3. De bonorum poſſeſſionibus. 4. De acquiſitione per arrogationem. 5. De obligationibus. 6. Quibus modis re contrahitur obligatio. 7. De verborum obligationibus. 8. De duobus reis ſtipulandi & promittendi. 9. De diviſione ſtipulationum. 10. De inutilibus ſtipulationibus. 11. De fidejuſſoribus. 12. De literarum obligationibus 13. De obligationibus ex conſenſu. 14. De emptione & venditione. 15. De locatione & conductione 16. De ſocietate. 17. De mandato. 18. De obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur. 19. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. 20. Quibus modis tollitur obligatio.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

DE HEREDITATIBUS QUÆ A INTESTATO DEFERUNTUR.

INteſtatus decedit, qui aut omnino teſtame tum non fecit aut non jure fecit, [a] cujuſve t ſtamentum infirmatum [b], vel nemine adeu te deſtitutum eſt, *in pr.* Qui vero, & quo c dine ſucedant, petendum ex *Nov.* 118. *&* *N* 127. *cap.* 1.

a Quia ſolemnitatem aliquam prætermiſit, vel ſuum hered præteriit. ſic accipitur in præſentia teſtamentum non jure factu alibi ſumitur anguſtius, ac dicitur non jure factum ob ſolemn tes omiſſas, nullius vero momenti propter ſui heredis prærerit nem. *de injuſt. nupt*... 1.

b Id eſt, ruptum, vel irritum factum eſt iis modis, qui expo fuerunt *tit. quib. mod. teſtam. infirm. & tit. ſeq.* nam ruptum te mentum hic intelligo, non ſolum adgnatione & quaſi adgnatic ſui heredis, & poſteriori teſtamento, ſed etiam per querelam in ficioſi. Bonorum autem poſſeſſio contra tabulas non infirmat teſ mentum jure civili, ſed tantum jure prætorio.

c Tres ſunt jure noviſſimo heredum ordines: primus liberorur ſecundus parentum, quibus adjunguntur germani fratres vel ſor res, & germanorum fratrum vel ſororum filii filiæve: tertius trar verſalium. In primo ordine liberi ſuccedunt in ſtirpes. In ſecun ordine ſi ſoli parentes ſint, ſuccedunt in ſtirpes. ſi una cum pare tibus ſuccedant fratres & ſorores, hereditas dividitur in capita. ſi mul ſuccedant parentes, fratres vel ſorores, & fratrum vel ſoror filii: hi ſuccedunt in ſtirpes, reliqui in capita. ſi neque fratres g mani neque ſorores germanæ extent, fratrum vel ſororum f filiæve a parentibus excluduntur, proinde non admittuntur in cundo, ſed in tertio heredum ordine. In tertio ordine primum cantur germani fratres vel ſorores, & talium fratrum vel ſoror prædefunctorum filii filiæque. ſecundo fratres, vel ſorores c ſanguinei, vel uterini, & ejuſmodi fratrum vel ſororum fili liæve, in ſtirpes: tertio reliqui adgnati, vel cognati ſecundi gradus prærogativam ſuccedunt in capita. Succeſſio in capita e cum heredes ſuccedunt ex virilibus, id eſt, æqualibus portio bus. Succeſſio in ſtirpes eſt, cum heredes non ex ſua, ſed ex par tum, quos repræſentant, perſona ſuccedunt, & eam partem cipi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

quam ille caperet, ſi viveret verbi gratia, ſi quis decedat ilio ſuperſtite, & altero filio prædefuncto duobus vel tri- tibus: uon dividitur hereditas in partes æquales: ſic enim etur in capita: ſed ſemiſſem accipit filius ſuperſtes, alter buitur nepotibus, quem pater eorum acciperet, ſi viveret: n remotiori gradu quam filius, ſed nihilominus una cum dunt, nec ab eo excluduntur, quia patrem ſuum defun- præſentant.

CAPVT II.
GRADIBUS COGNATIONIS.

iplex eſt cognatio. I. Superior, id eſt, parentum. II. nferior, id eſt, liberorum. III. Tranſverſalis, ſeu col- l, id eſt, cæterorum cognatorum & adgnatorum. Et quidem atque inferior incipit a primo gradu ſalis vero a ſecundo. *in princ.*

2. mo gradu ſunt ſupra, pater, mater. Infra, filius, fi-

undo gradu ſunt ſupra, avus, avia. Infra, nepos, ne- tranſverſo, frater, ſoror. §. 2.

4. tio gradu ſunt ſupra, proavus, proavia. Infra, prone- eptis. Ex tranſverſo, I. Fratris ſororiſve filius, filia, us, id eſt, frater patris; avunculus, id eſt, frater ma- itta, id eſt, ſoror patris: matertera, id eſt, ſoror ma-

uarto gradu ſupra, abavus, abavia. Infra, abne- eptis. Ex tranſverſo, I. Fratris ſororiſve nepos, ne- Patruus magnus, id eſt, avi frater: amita magna, vi ſoror: avunculus magnus id eſt, aviæ frater: ma- agna id eſt aviæ ſoror. *III.* Conſobrinus, conſobri- t nati ex duabus ſoribus: patrueles, id eſt nati ex ratribus: amitinus, amitina, id eſt, nati ex fratre . Amitæ tuæ filii te conſobrinum appellant: tu illos itinos §. 4.

into gradu ſupra, atavus, atavia. Infra atnepos, at- Ex tranſverſo. *I.* Fratris, ſororiſve proneptis. *II.* us, id eſt, proavi frater: proamita, id eſt, proavi oavunculus, id eſt, proaviæ frater: promatertera, oaviæ ſoror. *III.* Conſobrini, conſobrinæ, patrue- ini, amitinæ, filius. filia. *IV.* Proprius ſobrino, & ſob rina, id eſt, patrui magni, vel amitæ magnæ, culi magni, vel materteræ magnæ filius, filia. §. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

7. Sexto gradu ſupra, tritavus, tritavia. Infra, trinepos, trineptis. Ex tranſverſo. *I.* Fratris ſororſve abnepos abneptis *II* Abpatruus, abamita, id eſt, abavi frater, & ſoror: abavunculus, abmatertera, id eſt, abaviæ frater, & ſoror. *III.* Propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia *IV.* Conſobrini, conſobrinæ, patruelis, amitini, amitinæ, nepos, & neptis. V. Sobrinus, ſobrina, id eſt, ex duobus conſobrinis, vel amitinis, vel patruelibus geniti. §. *6.*

8. Ex his licet intelligere, quomodo ſequentes gradus numerentur: quia ſemper generata perſona gradum adjicit: adeo ut facilius ſit gradum indicare, quam nomen cognationis dicere. §. 7.

9. Eodem modo adgnationis & cognationis gradus numerantur.

[a] Proprius ſobrino vel ſobrina dicitur pater ſobrini vel ſobrin quoniam eſt uno gradu propinquior. etenim ſobrinus & ſobrir ſunt in ſexto gradu, propius ſobrino & ſobrina ſunt in quint gradu.

CAPUT. III.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

1. PRætor partim emendandi, partim confirmandi juri civilis gratia bonorum poſſeſſionem introduxit: nam & iis, qui jure civili deſtituuntur, ut viro & uxori, & iis qui jure civili ſuccedunt, ut legitimis heredibus, bonorum poſſeſſionem concedit, *in princ.*

2. *Heres*, juris civilis nomen eſt, idcirco prætor non facit heredem, ſed bonorum poſſeſſorem, qui loco heredis habetur. *ibid.*

3. Bonorum poſſeſſiones ordinariæ [b] ſunt ſex, id eſt, duæ ex teſtamento, reliquæ quatuor ab inteſtato. I. Eſt bonorum poſſeſſio *contra tabulas* [c], quæ datur liberis præteriti (immo etiam parentibus *ff. ſi a parent. quis manu. l. 1.*) *II. Secundum Tabulas*, quæ datur heredibus ſcriptis [d]. (utilis autem accommodatur his qui in teſtamento nuncupativo heredes inſtituti ſunt. *C. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab. l. 1.*) *III Unde liberi*, quæ datur liberis defuncti ab inteſtato. IV. *Unde legitimi*, quæ datur legitimis heredibus, ut adgnatis, & patri qui defunctum emancipaverat. V. *Unde cognati*, qua datur cognatis defuncti. VI. *Unde vir & uxor*, per quam vir uxori, aut uxor viro ſuccedit. §. 1. & 2.

4. Extra ordinem [e] prætor bonorum poſſeſſionem iis pol licetu

...r quibus lex, vel ſenatuſconſultum, vel conſtitutio prin...pis dari ex quacumque cauſa vult. §.2.*verſ. ſeptima*

5 ...onorum poſſeſſio a liberis vel parentibus intra annum ...tilem [f], a cæteris intra centum dies utiles peti debet. §. *verſ cum igitur. & §.pen.*

6 ...i is, cui bonorum poſſeſſio defertur, eam repudiet [g], vel ...tra dictum tempus non petat, aliis ejuſdem gradus perſ...is defertur: at ſi nullus ſit in eo gradu, ex ſucceſſorio ...cæteris defertur.§.4.

...on eſt opus ſolemni petitione, ſed ſufficit quocumque ...odo voluntatem acquirendæ bonorum poſſeſſionis ind...e. §.*ultim.*

...emadmodum hereditas eſt ſucceſſio civilis, ita bonorum poſſe...o eſt prætoria. Itaque poſſeſſionis verbum longe aliter hic accipi...r quam *ſupra lib.2.cap.9. them. 4. & infra lib.4.cap.14.*

...æ certo jure atque ordine deferuntur, [c]Hæc ſequenti præfertur & eam ceſſare facit.

...ia prætor in teſtamento ſcripturam requirit, adeo ut teſtame...um nuncupativum non valeat jure prætorio ſed jure civili.

...c bonorum poſſeſſio non poteſt in ordinem redigi: quia nec ... s, quæ ex teſtamento deferuntur, referri poteſt, cum ali... detur ab inteſtato, cum interdum comperat ex teſtamento.

...nus utilis opponitur anno continuo: dicitur enim continuus, ...ujus omnes dies computantur: utilis vero, cujus non omnes di... computantur; ſed ii tantum, quibus aliquid fieri puta bonorum poſſeſſio peti poteſt.

8 ...ta, cum aliquis bonorum poſſeſſionem repudiat, non expecta... ſtatuti temporis exitum, ſed ſtatim eam aliis deferri. §. ...*ra, hic.*

CAPUT IV.

DE ACQUISITIONE PER ARROGATIONEM.

1. COnſuetudine receptum eſt, ut bona arrogati acquirantur arrogatori. *in princ.* exceptis iis, quæ capitis ...itione pereunt, ut adgnatione. §.1, Sed hodie [a] ſolus ...ctus arroganti acquiritur. § 2.

...o eo, quod arrogatus debebat, arrogator non civili, ...ætoria de peculio actione tenetur [b]. §.3.

a E Juſtiniani conſtitutione. b Aliter Cujacio videtur.

CAPUT. V.
DE OBLIGATIONIBUS.

1. OBligatio eſt juris [b] vinculum, quo neceſſitate [c] a ſtringimur alicujus rei ſolvendæ [d] ſecundum noſt civitatis jura. *in pr.*

2. Dividitur bifariam. I. Aut eſt civilis [e], quæ jure civi eſt introducta [f], vel comprobata: aut prætoria, quæ ju prætorio eſt introducta. §. 1. [g]. II. Aut eſt ex contractu au ex quaſi contractu [h], aut ex maleficio, aut ex quaſi malef cio. [i] Contrahitur [k] autem aut re [l], aut verbis, aut literis, au conſenſu [m] §. *ult.*

[a] Hucuſque dictum eſt de dominio, quod eſt primum reru attributum: ſequitur ſecundum, id eſt obligatio.

[b] Subaudi, Romani: nam hic civilis obligatio definitur: nat ralis vero impropric vocatur obligatio. *ff. de fidejuſſ. l. fidejuſſ.* 1 §. *naturales.*

[c] Quatenus obligatio eſt, neceſſitas ſolvendi eſt, cum autem e ceptio debitorem tuetur, quo minus ſolvere cogatur, eum ab bligatione eximit.

[d] Rei appellatio hic latius accipitur, quam *in §. ult. infra d verb. oblig. & infra cap. 7. them. ult.* nam ibi diſtinguitur a facti hic complectitur etiam facta.

[e] Civilem hic accipe, non quatenus obligationi juris gentium, ſed quatenus prætoriæ opponitur.

[f] Quatuor ſunt obligationes jure civili introductæ, vide *ſupra lib. 1. cap. 2. them. 4.*

[g] Quæ vero jure civili eſt introducta, vel jure gentium introducta: & jure civili probata, etiamſi jure prætorio comprobetur, tamen civilis, non prætoria vocatur.

[h] Inter contractum & quaſi contractum hoc intereſt, quod in contractu mutuus conſenſus ineſt, ut in mutuo, commodato. Sed quaſi contractus ſola unius voluntate conſtat, ut cum quis negoti abſentis gerit. Rurſus contractus, & pacti diſcrimen eſt quod contractus regulariter & ex ſua natura vim habet pariendæ civili obligationis, atque actionis: qua vi pactum regulariter caret.

[i] Cauſa maleficii eſt dolus: cauſa quaſi maleficii eſt culpa.

[k] Contractuum duo ſunt ſumma genera: nam alii dicuntur no minati, ex quibus lex xij. tab. nominatim actionem dedit: alii in nominati, quorum ea lex nullam mentionem fecit; verum hic de ſolis nominatis agitur, innominati vero omnes re perficiuntur. *ff. de rer. permut. l. 1. §. item emptio.*

[l] Id eſt, rei traditione. [m] Id eſt, ſolo conſenſu: poſſunt enim ſi ne rei traditione perfici, & ſine verbis, & ſine literis.

CA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

CAPUT VI.

...UIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

R... contrahitur obligatio, I. Mutuo, cui ſimilis eſt ſo-...tio indebiti. II. Commodato. III. Depoſito. IV ...o. *tot. tit.*

1. ... mutuo hæc notantur. I. in his rebus conſiſtit [a], quæ ...e..., vel numero, vel menſura conſtant [b], ut vino, o-... ...mento, pecunia numerata, ære, argento, auro. II. ...antur [c] numerando, aut metiendo, aut appendendo. ... hoc dantur, ut accipientis fiant, & ſtatuto [e] tem-...liæ ejuſdem generis [f] & bonitatis reddantur. IV. ...a dicitur, quia de meo tuum fit. V. Ex hoc contractu ...utuanti certi condictio. *in princ.*

2. ...: ſolutione indebiti hæc notentur. I. Qui indebitum ...orem [g] ſolventis accepit, id reſtituere cogitur per ...ionem indebiti. II. Pupillus ſine tutore accipiens, ...gis tenetur [h] condictione indebiti, quam certi con-...o... ex mutuo. III. Hæc obligatio non eſt ex contractu, ...uaſi contractu, [i]. §, 1.

3. ...: commodato hæc notentur. I. Commodare eſt uten-...re [k]. II. Hinc naſcitur actio commodati [l] III. Non ...tur ad commodatarium rei dominium, ſed tantum ...o finito eadem res [m] debet reſtitui. IV. Commo-...s exactiſſimam in re cuſtodienda diligentiam adhi-...bet [n]: ob caſus autem fortuitos, ſine ejus culpa e-...es, non tenetur [o]. V. Commodatum fit gratis & ſi-...cede *p*. §. 2.

4. ...: depoſito hæc notentur. I. Depoſitarius actione de-...enetur. II. Reſtituere cogitur eandem rem, quam ... III. Dolum tantum [r] præſtat, non culpam, id eſt, ...ntiam [s] §. *pen.*

5. ...: pignore hæc notentur. I. Creditor eandem rem, ...ccepit, reſtituere cogitur [t]. II. Tenetur actione pig-...a [u]. III. In re cuſtodienda præſtat diligentiam exac-...on caſum fortuitum §. *ult.*

[a] H... res dicuntur functionem recipere in genere: quoniam ...us non ſpectatur, certa ſpecies, ſed genus, Doctores ap-...es fungibiles.

[b] E... communi uſu dignoſces, quæ res pondere, vel numero, ...ſura conſtat.

...andi, mutuo. [d] Id eſt, res quæ numero conſtant nume-

rantur: quæ menſura, menſurantur: quæ pondere, appendatur.

e Per conſenſum contrahentium, f Alioquin ſi res diverſi generis reddi debeat, ut pro vino oleum, non eſt mutuum ſed contractus innominatus.

g Intellige errorem facti, non juris. *C. de jur. & fact. ign. l. cum quis* 10. Eſt autem error juris, veluti ſi quis putet teſtamentum factum ab impubere valere: facti, veluti ſi falſo putet teſtatorem fuiſſe puberem cum teſtamentum conderet.

h Quia ſine tutore non obligatur, *ſup. de auctor. tut. in princ.* x-cipe. niſi factus ſit locupletior: quia ne locupletetur cum alterius jactura, in quantum factus eſt locupletior, conveniri poteſt conſtitutione Divi Pii. *C. eod. l. 5. in princ. & ff. commoda l. 3. in princ.*

i Quia qui indebitum ſolvit, non animo contrahendæ, ſed potius diſſolvendæ obligationis ſolvit.

k Vide *l. 1. §. 1. ff. commod.* l Directa, & contraria. Directa datur commodatori contra commodatarium. ut ab eo rem repetat finito uſu cujus gratia commodavit. *ff. eod, l. in commodato. § ſicut.* contraria datur commodatario contra commodatorem ut ab eo repetat neceſſarias impenſas in rem commodatam factas *ff. eod. l. in rebus.* 18. §. 1. vel ſi ab eo deceptus fuit, puta ſciens dolia vitioſa commodavit, quibus vinum commodatarii corruptum fuit. *d. l. in rebus. §. pen.*

m Id eſt, idem corpus. n Quia ſolius commodatarii cauſa contrahitur. *ff. eod. l. 5. §. nunc videndum.*

o Quia cum humano conſilio provideri & vitari non poſſunt, in nullo bonæ fidei judicio præſtantur: *C, de pigner. act. l. 6.*

p Accedente certa mercede eſt locatio & conductio. *infra mandat. §. ult.* ſi vero ſit incerta merces, eſt contractus innominatus. *infra de locat. & conduct. §. præterea.*

q Directa, qua cogitur rem ei reſtituere, qui depoſuit, contrariam vero contra eum habet, puta ut repetat neceſſarias impenſas in rem depoſitam factas.

r Et latam culpam quæ dolo comparatur. *ff. depoſ. l. quod Nerva* 32.

ſ Hæc eſt culpa levis. Nota eum ſibi debere imputare qui ad negligentem hominem rem depoſuit.

t Poſtquam ſibi totum debitum ſolutum, vel aliter ſatisfactum fuerit. *ff. de pignor. act. l. ſi rem* 9. *§. omnis.*

u Directa, contra debitorem vero habet pigneratitiam contrariam, veluti ſi ab eo deceptus ſit æs pro auro pignori dante. *ff. eod. l. 1. §. ult. & d. l. ſi rem in princ.*

x Quæ media eſt inter exactiſſimam, & levem; propterea quod pignus utriusque gratia contrahitur tam dantis, quam accipientis.

ligentia eſt, quam in rebus ſuis adhibere ſolent diligentes. Exactiſſima, qua utuntur diligentiſſimi, quales pauci ... ur. Levis, quam adhibent, qui ſunt parum diligentes.

CAPUT VII.
DE
VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

V..rbis obligatio contrahitur, cum quid dari, fierive ... nobis ſtipulamur [a] *in princ.*

...c duæ proficiſcuntur actiones. I. Certi condictio, ... ſit ſtipulatio. II. Actio ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio ... ſit [c]. *ibid.*

Q.acumque lingua, & quibuſcumque verbis [d] ſtipu... ri poteſt. illud tantum requiritur, ut contrahentes ... em intelligant, non ut ſua, nec ut ambo eadem ... tantur. §. 1.

...pulatio fit, I. Pure, veluti, *Quinque aureos dare ſpon-* ...que ſtatim peti poteſt[e]. II. In diem, nempe cum cer... olutioni deſtinatur, veluti, *Decem aureos Kalendis Mar-* ... *ſpondes?* quo caſu promiſſum ſtatim debetur, ſed peti ... m illam elapſam non poteſt. §. 2. *III.* At ſi ita ſtipule... *aureos annuos, quoad vivam dare ſpondes?* obligatio pure ... elligitur & perpetuatur: quia tempus non eſt modus ... us tollendæ obligationis: ſed heres tuus ſi petat, ex... e pacti ſummovebitur. §. 3. *IV.* Sub conditione *d.* §. 2. ... cum in aliquem futurum & incertum caſum differtur ... o, ut ſi quid factũ fuerit, vel non fuerit, committatur ... io: veluti, *Si Titius conſul factus fuerit, quinque aureos* ... *ſpondes?* § 4. Hæc autem conditio, *Si in Capitolium non aſ-* ...[g], perinde valet, ac ſtipuler, cum moriar. *d.* §. 4. *verſ.* *1.* Porro ex conditionali ſtipulatione tantum ſpes eſt ... n iri [h], atque hæc ſpes tranſmittitur in heredem [i] con... is, qui pendente conditione moritur. *d.* §. 4. *verſ. ex* ... *nali.*

L.cus ſtipulationi inſertus, facit ut re ipſa tempus adje... telligatur, quod ad eum locum iri poſſit, veluti *Car-* ... *dabis?* Quapropter ſi brevius tempus adjiciatur quam ... rveniri poſſit, ſtipulatio non valet [k]: veluti ſi quis ita ſtipuletur, *Hodie Carthagini dare ſpondes?* § 5.

C.onditiones ad præſens, vel præteritum tempus rela... uti, *ſi Titius vivit, ſi Titius conſul fuit,* non ſunt veræ conditiones, quoniam actum non ſuſpendunt. etenim ſi ita

ſe

ſe res habet, ſtatim oritur obligatio, ſi ſecus eſt, ſtipulatio non valet. §.6.

7. Stipulari poſſumus. I. Rem, veluti, *Decem dare ſpondes?* II. Factum, ſive affirmative veluti, *Negotia mea geres?* ſive negative, veluti, *Te non ædificaturum ſpondes?* ſive utroque modo, veluti, *Te non ædificaturum, ac Romam iturum ſpondes?* His caſibus qui fidem ſtipulationis non præſtat, in id tenetur, quod intereſt ſtipulantis [l] niſi certa pœna (quod ſtipulanti commodius eſt, ut eviter difficultatem probandi ejus quod ſua intereſt) promiſſa fuerit, veluti, *ſi ita factum erit:* aut *ſi ita factum non erit:* aut: *ſi adverſus ea factum erit, decem aureos pœnæ nomine dare ſpondes?* §.ult.

[a] Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſpondet *hoc tit. l.5.§.ſtipulatio.* Qui interrogat. ſtipulator vocatur, & obligationem acquirit, qui autem reſpondet, appellatur promiſſor, & ſtipulanti obligatur.

[b] Id eſt, rei certæ, ut Stichi, vel decem aureorum. [c] Id eſt, rei incertæ, veluti; *Dabis mihi quod mea intereſt.*

[e] Dummodo ſint ad conſenſum contrahendum, & contrahendæ ſtipulationis voluntatem ſignificandam idonea.

[d] Dummodo tantum temporis præterierit, ut dari potuerit. *infra de inutil. ſtipulat §.ult.*

[f] Taciti de non petendo poſt mortem ſtipulantis, id eſt, ne ejus heres petat.

[g] Hæc conditio vivo ſtipulante poteſt dificere, videlicet eo in Capitolium adſcendente: ſed non impletur ante mortem; quia non eſt certum, eum non adſcenſurum, niſi prius moriatur, quam in Capitolium adſcendit.

[h] Si conditio exiſtet. [i] Quia conditione poſt mortem ſtipulantis exiſtente hæres ejus recte ex ea ſtipulatione aget. Diverſa eſt ratio legati, quod legatario ante exiſtentem conditionem moriente extinguitur. *ff.qu.dies leg.ced.l.5.in pr.& §.ſed ſi ſub conditione.* Differentiæ ratio eſt: quia legatum contemplatione ſolius legatarii relinquitur; qui vero contrahit, pro ſe & heredibus contrahit. *ff.de probat. l. ſi pactum 9.*

[k] Niſi cautum ſit, ut per alios ſtipulatio impleri poſſit. Exempli gratia, ſi duo Romæ ſint, qui diſpenſatores Carthagini habeant, eosque præmonuerint, qua die futura eſt, & in quem diem conferetur ſtipulatio; mandaverintque ambo ſuis diſpenſatoribus, ſtipulator, ut ea die exigat, promiſſor, ut ea die ſolvat, ſtipulatio valebit. *ff.hoc tit.l.ult.§.ſi inter.*

[l] Vide l. *ſi quis ab alio 13. in fin. ff. de re jud. & l. ſtipulationes non dividuntur 72. in princ. ff. de verb. oblig.*

CAP.

CAPUT VIII.

DE DUOBUS [a] REIS [b] STIPULANDI [c] ET PROMITTENDI. [d]

1. Stipulandi, & promittendi duo pluresve rei fieri poſſunt. Stipulandi, ſi poſt omnium interrogationem promiſſor ita reſpondeat, *Utrique veſtrum dare ſpondeo.* Nam ſi alteri ſpoſponderit, deinde alteri interroganti ſponderit, erunt duo rei ſtipulandi, ſed diverſæ obligationes. Duo pluresve rei promittendi fiunt, ſi ſtipulatore ſic interrogante: *Mævi decem aureos dare* [e] *ſpondes? &, Sei eoſdem dare ſpondes?* reſpondeant ſinguli ſeparatim, *Spondeo.* [f] *inc.*

2. Ex ejuſmodi ſtipulationibus ſolidum ſingulis ſtipulantibus debetur, & ſolidum ſinguli promiſſores debent, una tamen res debetur: ſed unus ſtipulator debitum accipiendo, & unus promiſſor debitum ſolvendo, omnium obligationem perimit [g] §,1.

3. Ex duobus reis promittendi, alter pure, alter in diem, vel ſub conditione obligari poteſt. nec impedimento eſt dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus eſt, petatur, §,*ult.*

[a] Duorum reorum appellationi ſignificatur etiam tres, vel quatuor, vel plures: quemadmodum ſecundarum nuptiarum appellatione etiam tertiæ, quartæ, & ulteriores continentur. Fiunt autem duo rei non ſolum per ſtipulationem, ſed etiam per alios contractus. *ff. h. tit. l. eandem. 9. in princ.* Sed hoc loco de iis tantum agitur, qui per ſtipulationem fiunt.

[b] Reus dicitur a re, & rei dicuntur omnes; quorum de re diſceptatur, ut ait *Cicer. 3. de orat.* ideoque non minus dicimus reum credendi quam reum debendi: nec minus reum ſtipulandi, quam promittendi.

[c] Quibus eadem res ex ſtipulatione debetur ſingulis in ſolidum.
[d] Qui eandem rem in ſolidum ſinguli debent ex ſtipulatione.
[e] Idem dicendum, ſi interrogatio ita concepta ſit, *Mævi & Sei eandem dare ſponderis*; *ff. hoc tit. l. 4.*
[f] Idem eſt, ſi ſimul reſpondeant, *ſpondemus. d. l. 4.*
[g] Quia bona fides non patitur idem ſæpius exigi. *ff. de div. reg. jur. l. bona fides 57.*

CAPUT. IX.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM

Stipulationum genera quatuor ſunt. *in pr.* I. Judiciales, quæ a mero judicis officio proficiſcuntur: [a] ut cautio de dolo

dolo [b]. §. I, *II*. Prætoriæ, quæ a mero prætoris officio p.ſi-
ciſcuntur [c], ut damni infecti [d], & legatorum [e], His adnu-
rantur etiam ædilitiæ [g]. § 2. *III*. Conventionalis, quæ ex
libera utriusque partis conventione, ſine judicis & præ-is
juſſu concipiuntur. §. 3. *IV*. Communes, quæ modo præ-
re, modo judice jubente interponuntur: ut rem pupilli -
vam fore [h], & cautio de rato [i]. § *ult*.

[a] Id eſt, quæ juſſu judicis interponuntur,

[b] Quam præſtat is, qui rem reſtituere damnatur, ne forte n
a ſe pignoratam, vel deterioratam reſtituat. *ff. de rei vind. l. præ-a*
20. *l. ſi homo* 45. cum ſimilibus.

[c] Id eſt, juſſu prætoris interponuntur. [d] Prætor jubet eum, qe-
des ruinoſas habet vicino cavere de damno infecto, id eſt, ſi es
corruant, & vicino damnum dent, ſe illud damn
reſarciturum. Si cavere nolit ejus vicinum prætor in-
dium illarum poſſeſſionem mittit. qua de re agitur ſub tit. *ff. de*
damn. infect.

[e] Cum legata in diem, vel ſub conditione relicta ſunt, heres -
tequam dies veniat, vel conditio exiſtat, non cogitur legata p-
ſtare: ſed prætor jubet eum cavere de iis præſtandis, cum
venerit, aut conditio extiterit, ut explicatur ſub tit. *ff. ut. legat,*
cav. Si heres cavere nolit, prætor legatarios mittit in poſſeſſion
rerum hereditariarum cuſtodiæ cauſa, ne forte ab herede dila
dentur, atque ita legata propter heredis inopiam inutilis redda
tur, ut exponitur in tit. *ff. ut in poſſeſ. leg.*

[f] Quia tam ædilitiæ, quam prætoriæ ſunt honorariæ, quip
quæ juſſu eorum interponuntur, qui honores (id eſt, magiſtratu
gerunt: plures vero ſunt prætoriæ, quam ædilitiæ: idcirco ſur
pra appellatione a majori parte, omnes vocantur prætoriæ. Eade
ratione appellatio juris prætorii complectitur etiam jus ædilitiu

[g] Ut duplæ cautio, quam a venditore emptori præſtari evicti
nis nomine ædiles jubent, id eſt, ſi ſervus venditus (idem ob
net in jumento, & rebus quibus libet pretioſis) evincatur empto
venditor duplum ejus quod pretii nomine accepit, emptori reſ
tuat: qua de re agitur in tit. *ff. de ædil. edict.*

[h] De hac cautione dictum eſt *ſupra de ſatiſdat. tut*. In ſumn
prætor jubet tutorem, antequam res pupilli adminiſtrare incipi
ſatisdare rem pupilli ſalvam fore. quod ſi hac ſatisdatione nc
præſtita, tutor debitorem pupillarem conveniat, judex eum ju
bet hanc cautionem præſtare, nec, niſi ea præſtita, eum ad ager
dum admittit.

[i] Jubet prætor eum, qui nomine alieno agit ſi de mandat
dubitetur, ſatisdare rem ratam dominum habiturum. *ff. de p*

ſuum 33. §. *ait prætor.* judex quoque agere volentem ju-
cautionem præſtare, niſi mandatum proferat.

CAPUT X.

DE NUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

nes res, quæ dominio noſtro ſubjiciuntur, in ſti-
ulationem deduci poſſunt, ſive ſint mobiles, ſive im-
in princ.

d jam periit, & quod in rerum natura eſſe non po-
u hippocentaurum, fruſtra ſtipulamur [a] §. 1.

quæ non eſt in commercio, ut ſacræ, religioſæ,
, ad univerſitatem pertinentis, hominis liberi,
non valet. immo ad reddendam ſtipulationem in-
fficit, quod ſolus ſtipulator ejus rei commercium
at [c]. Nec ſtipulatio defendi poteſt ſequentibus argu-
Si ſtipulator bona fide contraxerit, putans rem
privati [d], & in comercio. *II.* Si poſt contractam
nem res in commercio eſſe incipiat [e]. *III.* Si tem-
ulationis in commercio fuerit, ac poſtea ſine facto
ris in commercio eſſe deſierit. [f]. *IV.* Si ſub conditi-
m privati juris erit [g], in ſtipulationem deducta res

4. N obligatur [h], qui alium daturum facturumve pro-
d qui ſe effecturum promiſit, ut alius det, vel

5. ſtipulatione alteri facta hæc notentur. *I.* Qui ei ſti-
cujus ſubjectus eſt, ut filius patri, ei acquirit [i] *II.*
aneo ſtipulatur, veluti, *Titio dabis?* nihil agit [k]. *III*
etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: ve-
bi aut Sejo dare ſpondes? ut actio quidem ſtipulatori
r ſed Sejo ſolvi [l] etiam invito ſtipulatore poſſit.
o ſolvens liberatur ipſo jure: Sejus autem ſtipula-
tur actione mandati, quia ejus mandato exegiſſe
ur. *IV.* Qui ſibi & extraneo decem ſtipulatur, ſibi
, extraneo nihil acquirit [m]. *V.* Qui ſtipulatur filio
poteſtate habet, ſibi acquirit [n]. §. 4.

6. ſi reſponſio interrogatione congruat, ſtipulatio
t: veluti ſi decem ſtipulanti, promittantur quin-
nque ſtipulanti, promittantur decem (intellige
e inutilem reſpectu ſummæ excedentis. cum enim
ri ſumma inſit minor, ex ejuſmodi ſtipulatione
debentur. *ff. de verborum obligat. l.* 1. §. *ſi ſtipulan-
ti*)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ti.) vel pure ſtipulanti promittatur ſub conditione: vel ſub conditione ſtipulanti, promittatur pure. Intellige promitti pure, cum hoc ipſum exprimitur: alioquin ſi ſub conditione interroganti, reſpondeatur, *Spondeo* conditio interrogatione expreſſa, cenſetur in promiſſione tacite repetita, proinde hæc ſtipulatio valet, §. 5.

7. Inutilis [p] eſt ſtipulatio, ſi ſtipulator in promiſſoris, vel promiſſor in ſtipulatoris poteſtate ſit. Cæterum filiusfamilias extraneo promittens obligatur [q]. §. 6.

8. Neque mutus, neque ſurdus [r] ſtipulari, aut ſtipulanti promittere poteſt. §. 7.

9. Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non intelligit, quod agit. §. 8.

10. Pupillus tutore auctore obligatur: etiam ſine tutore alium ſibi obligat, [s] niſi infans ſit. [t] Impubes, qui eſt in poteſtate patris, ne auctore quidem patre obligatur [u]. §. 9.

11. Impoſſibilis conditio vitiat ſtipulationem [x]: veluti *Si cœlum digito tetigero, dare ſpondes?* Hæc ſi negative concipiatur, id eſt, *Si cœlum digito non tetigero*, non eſt impoſſibilis, ſed neceſſaria, proinde non ſuſpendit obligationem ſed ſtatim peti poteſt, quod promiſsum eſt. §. 11,

12. Stipulatio inter abſentes fieri nequit [y], Sed inſtrumento, quo continetur contrahentes præſto fuiſſe, credendum eſt [z], niſi contrarium apertiſſimis probationibus, vel per ſcripturam, vel per idoneos teſtes probetur. §. 12.

13. Hæ ſtipulationes a Juſtiniano ſuſtinentur [a]. *I. Poſt mortem meam dare ſpondes? II. Poſt mortem tuam dare ſpondes? III. Poſt mortem patris mei dabis? IV. Pridie quam moriar,* [b] *dabis? V. Pridie quam morieris, dare ſpondes?* §. 13.

14. Stipulationes quoque præpoſteras idem Imperator ſuſtinet [c]: veluti, *Si navis cras ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes* §. 14.

15. De his ſtipulationibus nunquam dubitatum fuit [d] quin valent *I. Cum moriar* [e], *dare ſpondes? II. Cum morieris, dare ſpondes?* §. 15. *III. Cum Titius morietur, dare ſpondes?* §. 16

16. Si ſcriptum in inſtrumento ſit aliquem promiſiſſe, præſumitur interrogatio præceſſiſſe [f]. §. 15

17. Quot res in ſtipulationem deducuntur, tot ſunt ſtipulationes, & nihil prohibet alias valere, alias eſſe inutiles [g]. Quare ſi ei qui plures res ſtipulatus ſit, promiſſor ſimpliciter reſponderit, *Dare ſpondeo*, omnium nomine tenetur [h]. ſi vero unam ex his, vel quaſdam ſe datarum ſpoſponderit, propter has ſolas tenetur, §. 18

18. Sti-

18. ipulatio alteri [i], id eſt, extraneo [k] facta, regulariter ilis. *ſupra them. 5. membr. 2.* Sed utilis eſſe poteſt [l] I. ur ſtipulatio pœnalis, qua, niſi priori ſtipulationi [m] pœnam nobis ſtipulemur, aut enim metu pœnæ or priori ſtipulationi ſatisfaciet: aut ob ejus contu- ex poſteriori ſtipulatione pœnam ab eo exigere po- §. 19. *II.* Si ſtipulantis interſit, veluti ſi tutor a e ſtipuletur [o] rem pupilli ſalvam fore. aut ſi quis ori ſuo [p] dari ſtipuletur: aut creditori ſuo cui pœ- et, niſi id detur [q]. §. 20.

19. imiliter qui alium facturum promiſit, non tenetur *m.* 4. niſi ſub conditione, ſi ille non fecerit, pœ- promiſerit. §. 21.

20. lemo rem ſuam [r] futuram, in eum caſum, quo ſua er ſtipulatur. §. 22.

21. de alia re ſtipulator, de alia promiſſor ſenſerit, li- em verbo uſi ſint, tamen ſtipulatio non valet, tan- interrogatum non ſit reſponſum. §. 23.

22. urpis promiſſio non obligat: veluti ſi quis homici- ut ſacrilegium ſe facturum promittat. §. 24.

23. pendente ſtipulationis conditione ſtipulator, vel or moriatur: ejus heres poſtea conditione exiſten- e, vel conveniri poterit [ſ]. §. *pen.*

24. ui hoc anno aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt, non ere poteſt, quam totus annus vel menſis præterie- qui pure ſtipulatus eſt non poterit continuo agere, um ſpatium præterierit [t], quo traditio fieri poſſit.

d vero futurum ſperatur, ut futuri fructus, recte in ſtipu- deducitur. *ff. de verb. oblig. l. interdum. 73. in pr.*

cæres hic dicuntur, quæ ſunt univerſitatis, ut theatra, rum, baſilica. Aliter hoc vocabulum accipiebatur. *ſupra . verſ. quædam. §. flumina.*

[e] ı ſi Judæus ſtipuletur mancipium Chriſtianum; *C. ne ncip. l. 1. & 2.*

lus eſt in veritate, quam in opinione. ut & in § *ſi quis rem pra de legat.*

ı ſtipulationem, quæ ab initio non valet, ex poſtfacto rmari.

[f] a non valere ſtipulationem, ſi res ad eum caſum pervenit, ipere non poteſt.

[g] ı, quod non eſt in commercio, nullo modo in ſtipula- educi poſſe.

[h] Nota quem libet poſſe factum ſuum, non alienum prom-
tere.

[i] *Supra de ſtipul. ſer v.* §. 1. Quia pater & filius pro una perſona quodammodo habentur. *C. de impub. & al. ſubſtit. l. ult. in & 35. queſt. 3. contradicimus.*

[k] Quia ſtipulationes inventæ ſunt, ut quisque ſibi acquirat, quod ſua intereſt, noſtra autem regulariter non intereſt alteri dari. *in hoc tit.* § *alteri.*

[l] Idcirco Sejus dicitur adjectus ſolutioni, quia ei ſolvi potest non obligationi, quia obligatio ei non acquiritur.

[m] Nota, utile per inutile non vitiari, nam eadem ſtipulatio pro parte ſtipulantis valet, pro parte extranei adjecti non valet.

[n] Quia per filium patri acquiritur. [o] Secundum vulgatam regulam; Dicta in præfationibus, cenſentur repetita in concluſionibus.

[p] Quod ad civilem obligationem. naturalem enim obligationem inter patrem & filium oriri conſtat.

[q] Naturaliter, & civiliter. [r] Quia ſtipulatio verbis interrogantis & reſpondentis contrahitur: verba autem mutus proferre, ſurdus exaudire non poteſt.

[s] Quia ſine tutore conditionem ſuam meliorem facere potest, non deteriorem. *ſupra de auct. tut. in princ.*

[t] Quia infans fari non poteſt, cum non intelligat quod agitur: infans autem dicitur minor ſeptennio. *C. de jur. delib. l. 7. princ.*

[u] Quia non placuit eum obligari promittendo, qui non ſibi ſed patri acquireret ſtipulando.

[x] Secus eſt in ultimis voluntatibus, quibus adjecta conditio impoſſibilis habetur pro non ſcripta, ne ultima voluntas vitietur. *ſupra de hered. inſtit.* §. *impoſſibilis.*

[y] Quia ſtipulatio verbis contrahitur: verba autem ſunt præſentium, non abſentium: unde Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 8.

Littera pro verbis tibi Meſſaline ſalutem.
Quam legis, a ſævis attulit uſque Getis.

Quia tamen literæ ſunt verborum notæ, ut ſcribit Ariſtot. *de interpr. cap.* 1. idcirco qui literas mittit, quodammodo verba mittit. Hinc idem Ovid. lib. 3, de Ponto eleg. 7.

Verba mihi deſunt, eadem tam ſæpe roganti.

[z] Nota præſumtionem eſſe pro inſtrumento, & præſumtioni ſtari, niſi contrarium probetur.

[a] Olim non valebant, quia olim actio non poterat incipere ab herede, nec contra heredem, lege notata ad *them. penult. ſupr. de legat.*

hac die ante mortem conſtare non poteſt: ergo hoc etiam
t mortem eſt agendum.
bono & æquo. nam etiam in contractibus ſtricti juris æ-
ectatur a legiſlatore.
ia vivis contrahentibus committuntur. at illæ, de quibus
fuit *them.* 13. committuntur poſt mortem, idcirco olim
ebant.
a tempus mortis imputari vitæ, id eſt, eum, qui mori-
c vivere, quia nondum eſt mortuus. *ff. de manum. teſtam.*
os. 18. §. 1. qua de re quęſtionem philoſophorum notat
lib. 6. *cap.* 13.
m enim in inſtrumento ſcriptum eſt, aliquid actum eſſe,
actum præſumitur: & quæcumque neceſſaria ſunt, præ-
ır interveniſſe. *infra tit. prox.* §. *ult.*
ia utile per inutile non vitiatur. [h] Quia dicta in interro-
, cenſentur tacite repetita in reſponſione. *ſupra hoc tit.* §.
ſt, cum quis alteri dari ſtipulatur. [k] Vide *ſup. them.* 5.
n ut pariat actionem, ſed ut fortaſſe impleatur, re ex ad-
ulatione agatur.
ſt, niſi alteri detur. [n] Tutoris intereſt rem a contutore
ri; quia ipſe quoque judicio tutelæ tenetur ob ea, quæ
ontutore geſta ſunt.
o recepturus eſt actione mandati.
ſtipulantis intereſt creditori ſolvi, ut pœnam vitet.
res confertur in eum caſum, a quo incipere non poteſt,
ſupra de verbor. oblig. them. 4. *in fin.* & ibi notata.
limitatur, quod dicitur *in* §. *omnis. ſupr. de verbor. oblig*
pure debetur, ſtatim peti poſſe.

CAPUT. XI.

DE FIDEJUSSORIBUS. a

ejuſſores adhibentur, quo magis creditoribus cau-
m ſit. *in princ.*
ſivis obligationi fidejuſſor accedere poteſt. id eſt, ſi-
ive verbis, ſive literis, ſive conſenſu ſit contracta: &
lis, ſive naturalis ſit. §. 1.
ligatio fidejuſſoris in heredem tranſit §. 2.
idejuſſor & præcedere c principalem obligationem,
i poteſt. §. 5.
plures ſint fidejuſſores, ſinguli in ſolidum tenentur.
epiſtola D. Hadriani, creditor cogitur [d] actionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ſuam dividere, & a ſingulis partes petere. Si tamen alii fidejuſſores tempore litis conteſtatæ ſolvendo non ſint, h: cæteros onerat. §. 4.

6. Fidejuſſor, qui creditori ſolvit, non poteſt, aliquic confidejuſſore repetere[c], licet reus principalis ſolvenc non ſit[f]. §. 5. ſed contra reum habet actionem mandati. §. 6

7. Græce quoque fidejuſſor accipi poteſt. §. *pen.*

8. Generaliter in obligationibus fidejuſſorum hoc obt net, ut quod ſcriptum eſt quaſi actum, cenſeatur recte a tum[h]. Quare ſi quis ſcripſerit ſe fidejuſſiſſe omnia cenſent ſolenniter acta. § *ult.*

[a] Fidejuſſor eſt, qui per ſtipulationem alienæ obligationi acc dit: unde etiam adpromiſſor vocatur. *ff. ſol. matr. l. ſi vero*, c §. *ſed et ſi reum*, & *de verb. oblig.* l. 5, §. *ſatis acceptio*, & *ſolut. l. in omnibus.* 43.

[b] Quia fieri poteſt, ut reus principalis non ſit ſolvendo, fideju ſor autem ſit ſolvendo.

[c] Sed ipſe ſemper obligatur verbis.

[d] Id eſt promittere poteſt ante reum principalem: non tame ante eum obligatur, quia obligatio acceſſoria non conſiſtit ſi principali.

[e] Si fidejuſſor conventus hoc petat.

[f] Niſi actio a creditore ſibi ceſſa fuerit contra confidejuſſorem

[g] Vel negotiorum geſtorum, ſi pro ignorante fidejuſſit. *ff mandat. l. mandato* 20. §. 1. ſed ſi vel pro invito, vel donandi ani mo fidejuſſerit, nullam habet actionem. *ff. eo l.* 6. §. *ſi paſſus. l. pro. te.* 40.

[h] Quia præſumptio eſt pro inſtrumento, ut notavi *ſup. tit. prox them.* 16.

CAPUT XII.

DE LITERARUM OBLIGATIONE

1. Qui ſpe accipiendæ pecuniæ, chirogaphum eo nomi ne dedit, intra biennium poteſt conqueri[a] de non numerata pecunia: ſed niſi intra hoc tempus queratur poſt ea queri non poteſt[b]; conſequenter per ſuam ſcripturam efficaciter obligatur.

[a] Et ſi intra biennium ſit conqueſtus, poſtea quandocumqu etiam poſt biennium, ſi conveniatur, excipere poterit de non nu merata pecunia.

[b] Ergo exceptionem non numeratæ pecuniæ amiſit. Doct

con

mmuniter etiam poſt biennium tribuunt hanc exceptionem ei, biennium conqueſtus non eſt; ſed ita ut propter biennii tiam cogatur probare pecuniam non fuiſſe numeratam: ntra biennium onus probandi incumbat creditori, poſt a debitori. Hæc opinio perſpicue verbis & orationi legis ır. Nam Juſtinianus ait eum non poſſe poſt biennium , & ſcriptura obligari; non eſt autem opus in literagatione, quæ per ſcripturam contrahitur, numeratioevenire, ſicut opus eſt in mutuo.

CAPVT XIII.

BLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

o conſenſu perficiuntur ſequentes contractus. I. ıtio & venditio. II. Locatio & conductio. III. So- V. Mandatum. *in princ.*

o dicitur his modis obligatio conſenſu contrahi: ſcripturam, nec verba, nec traditionem interveniſſe eſt: ſed ſufficit, eos, qui contrahunt, conſenti- *ideo.*

uare inter abſentes quoque hi contractus fieri poſt per nuncium, vel per epiſtolam. *verſ. unde.*

m in his contractibus alter alteri ex bono & æquo r, etiam in id quod non eſt expreſſum [b], *verſic. item*

mvis intervenire poſſint. Nam hi contractus dicuntur ci verbis, non quia verba non poſſint in eis adhiberi, ſed ba non ſunt neceſſaria. ſimiliter non contrahi literis, nec e: quia etſi fieri poteſt, ut adhibeatur ſcriptura, vel res, tamen hæc non ſunt neceſſaria. Denique in omnibus bus neceſſarius eſt conſenſus. *ff de pact. l.* 1. §. *conventio-* his ſolus conſenſus requiritur: in aliis conſenſus, & io, qui dicuntur re perfici: in aliis conſenſus & verba, ulatione, quæ verbis contrahi dicitur: in aliis conſenſus ıra, ut in literarum obligatione.

ipulatione autem nihil debetur, quod verbis expreſſum *f. de verbor. oblig. l. quicquid adſtringendæ.* 99. *in princ.*

CAPVT XIV.

MPTIONE & VENDITIONE. a

tio & venditio contrahitur, ſimul atque de pretio venerit, licet nec pretium numeratum, nec arrha Excipe, niſi in ſcriptis contrahatur [b]: tunc enim,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

antequam ſcriptura perfecta ſit, licet impune pœnite, niſi arrha data ſit: quo caſu[c], is quem pœnitet, ſi emptor, id perdit, quod arrhæ nomine dedit. ſin autem venditor, duplum reſtituit. Quamvis ergo pretii numera ad perficiendam venditionem[d] non requiratur, tam conventio de pretio neceſſaria eſt, & hoc eſt, quod cimus nullam eſſe emtionem ſine pretio *in princ.*

2. Pretium emptionis certum eſſe debet[e]. Quod ſi in arb trium tertii conferatur, veluti, *Quanti Titius æſtimaveri tanti res tibi empta eſto*: ſub hac conditione ſtat contractus, ille æſtimaverit.[f] §. 1.

3. Pretium in numerata pecunia[g] conſiſtere debet al quin permutatio eſt, non emptio & venditio. § 2.

2. Poſt emptionem perfectam, periculum & commod ad emptorem pertinet[h]. Excipe, niſi dolo aut culpa ven toris[i] res ſit amiſſa, aut venditor ejus cuſtodiam in ſe uſq ad traditionem receperit. Extra hos caſus venditor non te tur rem ammiſſam præſtare, ſed tantum actiones, q de ea re habet, emptori cedere, ut rei vindicationem, conductionem[k], & furti actionem. quod & de actione leg Aquiliæ dicendum, ſi res vendita ſine dolo & culpa ven toris deteriorata, vel interempta fuerit §. 3.

5. Emptio tam ſub conditione, quam pure contrahi p teſt. §. *pen.*

6. Si quis a venditore deceptus rem emerit, quæ non in commercio, contra eum habet actionem ex empto[l] in quod tereſt. §. *ult.*

[a] Emptor eſt, qui pretium ſolvit, & rem accipit. venditor qu rem tradit, & pretium accipit.

[b] In ſcriptis contrahi dicitur, cum in contrahendo adjectum e pactum de contractu in ſcriptis redigendo. Scriptura igitur n ceſſaria eſt, non ex natura contractus, quia emptio & vendit nudo conſenſu contrahitur, ſed ex pacto, quia pacta informant & reformant contractus. *ff. de pact. l. 7. §. quin immo.*

[c] Id eſt, cum arrha data eſt, & contractus non eſt perfectus Quid ſi contractus perfectus ſit? liberaturne venditor arrhis duplum reſtituris, aut emptor arrhis amiſſis? an nihilominus da tur actio empti & venditi? Doct. communiter idem ſtatuunt d contractu perfecto, quod de imperfecto; ut is, quem pœnitet ultra arrharum amiſſionem, vel dupli reſtitutionem, non tenea tur. ſed hæc ſententia mihi non probatur.

[d] Contractum perficere, & contractum implere, differunt emptio & venditio nudo conſenſu perficitur: traditione autem

metur ex parte venditoris, & ſolutione pretii impletur ex ... mptoris. arrhæ datio nec perficit, nec implet contractum. ... i certum ſit pretium, veluti, *vendo tibi ædes quanti inter ... a convenerit*, eſt contractus innominatus.
... a illo æſtimante certum pretium conſtituitur.
... rem rei pretium eſſe non poſſe. [h] Quia etiam ſi rem ... piat, tamen pretium ſolvere cogitur. §. *cum autem. hic.* ... æ ſpecies eſt mora. quare ſi poſt moram traditioni a ven... ctam res perierit, negamus venditorem liberari. Quod ſi ... ntrahentes moram fecerint, quia modo venditor rem tra... odo emptor eam accipere noluerit: poſterior mora pur... rem, & ſola nocet. *ff. de peric. & commod. rei vend. l. il-*
... *vam.* [l] Nota dari actionem ex empto, etiamſi emptio non ... *f. de contrah. emp. l. qui officii 62. §. 1.* Eademque ratio ... nis ex vendito. *ff. eod. l. 6. § 1.*

CAPUT XV.
... LOCATIONE & CONDUCTIONE.[a]

... ocatio, & conductio proxima [b] eſt emptioni & ven... litioni, iiſdemque regulis juris conſiſtit. Quocirca ... tione de mercede [c] contrahitur & hinc locatori [d] ac... ati [e] conductori [f] actio conducti [g] competit *in princ.*
... ercedis quantitate in arbitrium tertii collata con... valet ſub conditione, ſi ille mercedem definierit. ... tem merces incerta ſit; veluti ſi quis veſtimenta ful... lienda curandave dederit, non conſtituta mercede, ... tum daturus, quantum poſtea convenerit: non eſt ... locatio, & conductio, ſed contractus innominatus[h], ... agitur præſcriptis verbis. § 1.
... duo ſibi invicem rem utendam dederint (ut puta ſi ... os convenit, ut alternis diebus ego bove tuo utar, tu ... taris) neque locatio & conductio eſt, ob defectum ... dis [i]: neque commodatum, quia non eſt gratuitum: ... ntractus innominatus [k] pariens actionem præſcriptis ... . § 2.
... Ad hæc, contractus emphyteuticus, id eſt, cum præ... perpetuo (ſupple vel ad longum tempus. *ff. ſi ag. vec- ... at. l. ult. & de ſuperfic. l. 1. §. quod ait prætor.*) fruendum ... penſione datur, ita ut nec ipſi emphyteutæ, nec he... is ejus, quandiu penſionem ſolverint, auferri poſſit: ... nquam, contractus partim emptio & venditio vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

tur quatenus dominium utile in emphyteutam tranſit: p- tim locatio & conductio, unde etiam locatio perpetua - catur, quatenus dominium directum penes eum manet, i in emphyteuſim dat. Sed ex conſtitutione Zenonis [t] p- priam habet naturam, ab aliis contractibus diſtinctam: pacta ei appoſita ſervari debent. Quod ſi de rei pericu cautum pacto non ſit, totius rei interitus ad dominium partis vero ad emphyteutam [u] pertinet, §. 3,

5. Si cum aurifice Titius convenerit, ut is ex ſuo au certi ponderis, certæque formæ annulos ei faceret, & acc perit (exempli gratia) decem aureos: emptio & vendi eſt. Sin autem ſuum aurum Titius dederit, mercede [o] p opera conſtituta, locatio eſt & conductio §. 4.

6. Conductor pacta conventa ſervare debet. Ceſſar pacto, id præſtat, quod æquitas requirit. [p] diligentia e actiſſima [q] ab eo deſideratur: quam ſi adhibuerit, & ca rem amiſerit, non tenetur. §. *pen*.

7. Mortuo conductore intra tempora conductionis, he res ejus in conductione ſuccedit. §. *ult*.

[a] Quemadmodum emptio & venditio eſt unus contractus, qu reſpectu emptoris appellatur emptio, reſpectu venditoris vendit ita etiam locatio & conductio eſt unus contractus, qui reſpect locatoris vocatur locatio, reſpectu conductoris conductio. Loca tor eſt, qui faciendum, vel utendum vel fruendum dat: conductor qui accipit. cum aliquid utendum vel fruendum datur: conducto mercedem ſolvit locatori; ut accidit in locatione ædium, ve fundi. Idem eſt, cum operæ locantur ad opus faciendum. Cum autem opus locatur faciendum, locator mercedem ſolvit condu- ctori.

[b] Id eſt, ſimilis. [c] Subaudi, certa.

[d] Adverſus conductorem. [e] Integra locutione vocatur locati con- ducti, conciſe locati; interdum, ſed rarius, conducti.

[f] Contra locatorem. [g] Integrum nomen eſt conducti locati, conciſe vocatur conducti, & interdum locati.

[h] Si quæratur, qualis ſit contractus, reſpondendum per diſtin- ctionem, aut enim ita convenit. *Poliam veſtimenta ut des decem*, aut ita, *Dabo decem ut polias veſtimenta*. priori caſu eſt contractus, do ut des: poſteriori caſu eſt contractus, do ut facias.

[i] Quia merces in pecunia conſiſtit, hoc autem caſu non inter- venit pecunia. cum autem pecuniæ verbum ſit homonynum, & modo auguſte ſignificet tantum numeratam pecuniam, *ff. de S. C. Macedon. l. 7. §. mutui.* modo late quamcumque rem numero, vel pondere, vel menſura conſtantem. *ff. de reb. cred. l. 2. §. cre-*

ditum

...modo latiſſime quamcumque rem. *ff. de ver. ſign. l. pe-* ...*verb.* 178. *in pr. l. pecuniæ nom.* 222. dubia quæſtio eſt, ... ſignificatione hic ſumi debeat. Ego iis aſſentior, qui ſecun-... ſignificationem accipiunt. *per l. ſi olei* 21. *C. h. tit.*
...tur ad contractum, facio ut facias: nempe, *commodo, ut* ... *vicem commodes.*
...c apparet hunc contractum eſſe juris civilis.
...i emphyteuta penſionem ſeu canonem ſolvere amplius ...etur.
...a nihilominus integram penſionem ſolvere cogitur.
...audi certa. [p] Quia eſt contractus bonæ fidei.
...ſpecialiter receptum eſt in hoc contractu: qui cum utrius-... trahentis gratia celebretur, media, id eſt, exacta diligen-... tanda videtur, ſecundum diſtinctionem, de qua *in l. con-*... 23. *ff. de div. jur. reg.*

CAPUT XVI.

DE SOCIETATE. [a]

Societas vel eſt univerſalis omnium bonorum: vel ſpe-...alis, ut unius negotiationis, puta vini, aut olei, aut ...nti emendi vendendique. *in princ.*

...i de partibus nihil convenerit, æquales partes ſive lu-...e damni fient. Si partes in contrahendo expreſſæ fue-..., æ ſervari debent. §. 1.

...alent [b] igitur hæ conventiones. *I.* Ut ad unum ſocium ...artes lucri, vel damni pertineant, ad alterum tertia ... *l.* §. 1. *verſ. nec enim. II.* Ut ad unum duæ partes lucri ...ant, damni tertia: ad alterum lucri tertia, damni ... duæ ſpectent. §. 2. *III.* Ut alter pecuniam conferat, ...non conferat, & lucrum commune ſit [c], *d.* §. 2. *verſ.* ... *ita. IV.* Ut aliquis lucri partem ferat [d] de damno non ...ur. Lucrum autem intelligitur deducto damno, quod ...tum eſt, *eod.* §. 2. *verſ. & adeo.*

...ars in ſolo lucro expreſſa, etiam in damno ſervari de-...: contra expreſſa in ſolo damno, ſervatur etiam in lu-...uod enim eſt in una cauſa expreſſum, cenſetur in alte-... titum. § 3.

...ocietas ſolvitur. I. Renunciatione: poſtquam accedens ...a non communicatur, eo excepto, quod renuncians ...it[e] ſi forte ideo ſocietati renunciavit, ne lucrum, ...ſperabat, communicaret. §. 4. II. Morte ſocii: adeo ...plures ſint, morte unius etiam inter ſuperſtites ſolva-

tur, niſi in contrahendo aliter convenerit. §. 5. *III.* Fi[...] negotio, cujus cauſa ſocietas contracta fuit. §. 6. *IV.* Conſi[...]tione omnium bonorum alicujus ſocii. §. 7. *V.* Ceſſione [...]norum, quo caſu ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, n[...] videtur incipere ſocietas.[f] §. *pen.*

6. Socius ſocio dolum & culpam præſtat. non tamen [...] exactiſſimam diligentiam adhibere teneatur: ſufficit enim ſi tali diligentia in communibus rebus utatur, qualem in [...] is adhibere ſolet. §. *ult.*

[a] Societas eſt contractus conſenſu conſtans, de re vel negoti[...]tione honeſta, ejusque lucro vel damno communicando.

[b] Nota pacto fieri poſſe, ut alterius ſocii conditio melior, al[...]tius deterior ſit: quia ſæpe quorundam ita pretioſa eſt opera [...] ſocietate, ut juſtum ſit eos meliori conditione frui. §. *de illa.* [...] Illa tamen conventio reprobatur, ut alter lucrum tantum, al[...] damnum ſentiat: quæ ſocietas leonina appellatur. *ff. pro ſocio, ſi non fuerint.* 29. §. *ult.*

[c] Quia ſæpe opera alicujus pro pecunia valet. *d.* §. *de illa.*

[d] Non totum, ne ſit ſocietas leonina, quam modo dixi non v[...]lere.

[e] Qui fraudulenter ſocietati renunciavit, ut aliquod lucrum ſi[...] retineret: illud quidem lucrum communicare cogitur: aliud v[...]ro lucrum, quod non captavit, communicare non tenetur, is vero cui renunciatum eſt, indiſtincte omnia lucra ſibi poſtea obvenien[...]tia retinet. §. *manet. hic.*

[f] Ex pacto ſocietas manere poteſt inter ſuperſtites, non tranſi[...]re ad heredem ſocii defuncti. *ff. pro ſoc. l. adeo.* 59. *in princ.*

[g] Quia utriusque cauſa ſocietas contrahitur.

CAPUT XVII.

DE MANDATO.[a]

1. MAndatum ſex modis contrahitur, ſed ex his utile & parientes mandati actionem quinque tantum. *in princ.* I. Mandantis gratia: veluti ſi tibi mandem, ut nego[...]tia mea geras §. 1. *II.* Mandantis & mandatarii gratia: ve[...]luti ſi tibi mandem, ut pecuniam ſub uſuris credas ei, qui in rem meam mutuatur. §. 2. *III.* Aliena tantum cauſa: velu[...]ti ſi tibi mandem, ut Titii negotia geras §. 3. *IV.* Mandanti[...] & aliena cauſa: veluti, ut negotia mihi cum Titio com[...]munia geras. *d* §. 3. *verſ. ſua & aliena* *V.* Mandatarii & aliena cauſa: veluti, ut Titio ſub uſuris credas. *d.* §. 3. *verſ. tua & aliena.* & §. *ſeq. verſ. & adeo.* *VI.* Mandatarii tantum gratia. ve[...]luti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ecunias tuas potius in emptionem prædiorum col-
iam fœneres. Hoc non tam mandatum eſt, quam
: ideoque non eſt obligatorium. §. 4. quemadmo-
mandatum contra bonos mores. finge enim Titi-
mandaſſe furtum faciendum: quamvis ob in fa-
nam præſtiteris, nullam habebis adverſus Titium
§ 5.

datarius non debet excedere fines mandati. Qua-
s emerit, quam ſibi mandatum eſt, non plus repe-
ne mandati, quam quanti emere debuit. At ſi vili-
non videtur mandatum exceſſiſſe. Etenim qui man-
undum (exempli cauſa) centum aureis emas taci-
re intelligitur, ut vilius emas ſi poſſis. §. 6.

datum finitur, *I.* Revocatione, ſi mandator re in-
ud revocaverit. §. 7. *II.* Morte mandantis, vel
rii. Sed utilitatis cauſa receptum eſt, ut ſi manda-
orans mortem mandatoris, exequatur manda-
ere mandati poſſit. §. 8. *III.* Renunciatione manda-
ut mandatum ſuſcipere cuilibet liberum eſt: ita
n conſummari, aut quam primum renunciari de-
ntegra cauſa mandatori ſervetur eandem rem per
alium exequendi: alioquin mandatarius tenetur
nandati; niſi juſta de cauſa [d] non renunciavit, aut
nunciavit. § 9.

ndatum & in diem differri, & ſub conditione fieri
pen.

datum eſt gratuitum, quemadmodum & depoſi-
d ſi certa merces accedat locatio & conductio eſt.
erces incerta, eſt contractus innominatus. *ſupra*
conduct. § 1.

atum eſt contractus ſolo conſenſu conſtans, quo quis
bona fide gratis gerendum ſuſcipienti procuratori
t.

bligat mandati, ſed, ſi dolus intervenerit, dabitur actio
de div. reg. jur. l. conſilii. 47.

revocatio mandatario non noceat, verbi gratia ſi man-
ut eat Romam, & nondum impenſas fecit quibus ad
aret.

uam impeditus fuit quo minus tempeſtive renunciare

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

CAPUT XVIII.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUA EX CONTRACTU NASCUNTUR,

SEquentes non ſunt veri, ſed quaſi contractus.[a] *in princ.*: I. Negotiorum geſtio, [b] videlicet ſi quis abſentis & igno rantis negotia gerat. Hinc datur actio negotiorum geſtorum [c] directa domino contra eum qui geſſit: [d] contraria, geſtor, [e] contra dominum. Præſtat autem negotiorum geſtor diligentiam. nec ſufficit eandē adhibere in rebus alienis, quam in ſuis, ſi alius era t diligentius geſturus [f] §. 1. *II.* Tutela, Hinc datur acto tutelæ directa. [g] pupillo contra tutorem: [h] contraria, tutori contra pupillum, ſi forte in rem ejus impenderit, vel pro eo ſit obligatus, vel rem ſuam creditoribus ejus obligaverit §. 2. *III.* Factum circa rem communem, veluti ſi unus ex re communi fructus perceperit, aut rem communem deterioraverit quas ob cauſas tenetur judicio communi dividundo, [i] ſi ſit particularis communio §. 3. vel familiæ [k] erciſcundæ, [l] ſi ſint coheredes. §. 4. *IV.* Hereditatis aditio, [m] per quam heres legatariis obligatur ad legata præſtanda. §. 5. *V.* Qui indebitum per errorem ſolventis acepit. § *pen.* de quo dixi. *ſupra lib. 7. cap. 21. them.* 3. Illud nunc addo, ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, (id eſt, quibus caſibus ſibus inficiatio debitoris auget [n] condemnationem) ex his cauſis indebite ſolutum non repeti. veluti ex lege Aquilia de damno, aut ex legato quod eccleſiæ, vel alii loco pio relictum eſt. §. *ult.*

[a] Quia non continent mutuum conſenſum, ſed unius partis voluntatem.

[b] Id eſt, cum quis abſentis & ignorantis negotia geſſit. nam qui ſciens geri patitur, mandare cenſetur, & mandati convenitur, qui vero geri prohibuit, nulla actione tenetur. *ff. mandat. l. 9. §. ſi. paſſus. & C. de negot. geſt. l. ult.*

[c] Prætoria, bonæ fidei. [d] Ut adminiſtrationis ſuæ rationem reddat.

[e] Qui pro negotiorum domino aliquid impendit, vel obligatus eſt. *ff. de negot. geſt. l.* 2.

[f] Sin minus, tantum præſtat diligentiam exactam, id eſt, levem culpam. *C. de neg. geſt. l. tutori.* 20. Nam qui præſtat diligentiam exactam, præſtat levem culpam. qui diligentiam exactiſſimam culpam leviſſimam.

[g] Quæ actio civilis eſt, nec datur ante tutelam finitam. *ff. de*

tut.

rat. diſtr. l. 1. in fin. & l. 4. in princ.

dminiſtrationis ſuæ rationes reddat, vel ſi quid in nego-
lli neglexit.

actio eſt mixta in rem & in perſonam. *infra de act.* §.
. In rem eſt, quatenus res communis dividitur: & quili-
tem ſuam accipit. in perſonam vero ratione præſtatio-
rſonalium, quæ hic proponuntur: nam hic ſpectatur, qua-
t actio in perſonam. Idem intellige de actione familiæ er-
e.

ilia hic ſignificat hereditatem: hereditas autem hic accipi-
rebus hereditariis, quæ hoc judicio dividuntur.

ſt, dividenda: nam *erciſcere*, eſt antiquum verbum, quod
at dividere.

res adeundo hereditatem, quaſi contrahit cum legatariis.
us ex cauſ. in poſſeſ. eat. l. 5. § ult. & l. 4.

uplum. vide *infra lib. 4. c. 6. them.* 11. *verſ. notandum.*

CAPVT XIX.

ER QUAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQUIRITUR.

i ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per eos, qui in no-
ra poteſtate ſunt, nobis acquiritur, ſic tamen ut per fili-
tum uſusfructus acquiratur ex cauſa peculii adventi-
. ſecundum ea quæ tradidi *ſup. lib. 3. c. 6. a them.* 2.
igitur de acquirendo rerum dominio, hic de obligatione
nda, ſed eadem eſt utriusque acquiſitionis ratio.

CAPVT XX.

QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

ligatio tollitur, 1. Solutione; ſive id ipſum, quod de-
tur, ſive volenti [b] creditori aliud ſolvatur. Nec inter-
um ipſe debitor ſolvat, an alius pro eo ſive ſciente,
gnorante. [c] Adde quod reus ſolvens, etiam fidejuſſo-
& fidejuſſor ſolvens, etiam reum liberat. [d]. *in princ.*
ceptilatio. Acceptilatio eſt imaginaria ſolutio, & fit
terrogationem ac reſponſionem, veluti *Quod tibi pro-
habesne acceptum? habeo.* Hoc modo tantum obligatio
rum tollitur. [e] Si quis autem aliam obligationem ſic
e velit, prius eam per novationem in ſtipulationem

de

deducere, deinde acceptilationem ſubjicere debet. §. It autem omnes obligationes, quæ multæ ac variæ ſunt, oc modo noventur ac tollantur, Gallus Aquilius ſequenm formulam[f] introduxit: *Quidquid te mihi ex quacumque c ſa dare facere*[g] *oportet oportebitve, præſens*[h] *in diemve aut ſub r- ditione: quarumcumque rerum mihi tecum actio eſt,*[i] *quæque!- verſus te petitio, vel adverſus te perſecutio eſt, eritve, quo e tu meum habes, tenes, poſſides,*[k] *dolove malo*[l] *feciſti quo mi s poſſideas: quanti quæque ear. rerum res erit; tantam pecun a dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius: ſpoſpondit Numerius Nigid. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpoſpondit, id haberet a ſe acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium roga: Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.* §. 2. *III.* No- tione, id eſt, cum in locum veteris obligationis nova ſ- ſtituitur, vel debitoris perſona mutata (quo caſu res a- titur, ſi creditor a pupillo ſine tutore novandi cauſa ſti- letur: quia & prima obligatio tollitur, & poſterior je civili non tenet)[m] vel alia mutatione facta, puta conditio die, fidejuſſore adjecto, vel detracto. Sed cum cond adjicitur: niſi conditio exiſtat, novatio non fit, ſed prio- bligatio manet. Porro ex Juſtiniani conſtitutione (quæ: *l. ult. C. de novat.*) novatio numquam fit,[n] niſi hoc ipſum partibus exprimatur. §. *pen. IV.* Contrario conſenſu. H modo tolluntur eæ ſolæ obligationes,[o] quæ conſenſu co ſtant, ut empti venditi, & locati conducti. §. *ult.*

[a] Intellige tolli ipſo jure, non ope exceptionis, de qua *infra t de exc.*

[b] Invito aliud pro alio ſolvi nequit. *ff. de reb. cred. l. 2.* § 1.

[c] Vide *l. ſolvendo. 29. ff. de negot. geſt.*

[d] Quia bona fides non patitur idem ſæpius exigi. *ff. de dive reg. jur. l. bona fides. 37.*

[e] Quod enim verbis contrahitur, verbis diſſolvitur; cum nil ſit tam naturale, quam unumquodque diſſolvi eo modo, q ligatum eſt. *ff. de div. reg. jur. l. nihil tam naturale. 35. & fere. 153.*

[f] Quæ conſtat ex novatione uſque ad verſ. *quod Numerius.* acceptilatione. *in d. verſ.* In novatione primo fit mentio oblig tionis: deinde actionis in *verſ. quarumcumque.* poſtea domini. *verſ. quodve tu meum*, quæ omnia in novationem deducuntu tandem in *verſ. quanti*, ponitur obligatio novans.

[g] Nota obligationem conſiſtere, vel in dando, vel in faciend ſub affirmatione continetur etiam negatio, id eſt, non facere. *ſu de verb. obl. in princ. &* §. *ult.*

t, pure. nam omnis obligatio vel eſt pura, vel in diem,
onditione. *ſupra de verb. oblig.* §. *omnis.* cum ſim.

rie loquendo actio eſt in perſonam; petitio in rem; per-
xtraordinaria, ſive in rem, ſive in perſonam. *ff. de oblig.*
. actio in perſonam. 28.

re eſt verbum generale: tenere, eſt facti: poſſidere, eſt
de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. 38.

dolum pro poſſeſſione eſſe. *ff. de rei vind. l. ſin autem*
d & ii. & de div. reg. jur. l. qui dolo 131. *l. parem* 150.

ia pupillus ex ſuo contractu ſine tutore non obligatur,
s ſit locupletior. *ſupra de auctor. tut. in princip. & de*
ipul. §. *pupillus.*

poſterior obligatio priori accedit.

a nihil eſt tam naturale, quam unumquodque diſſolvi eo
quo ligatum eſt. *ff. de diverſ. reg. jur. nihil tam naturale,*
fere. 153.

ANA-

ANACEPHALÆOSIS.

LIBER QUARTUS.

1. DElictorum ſpecies quatuor ſunt: 1. furtum, 2. rapina, 3
damnum, 4. injuria. 5. Quaſi delicta ſunt: veluti
judex per imperitiam litem ſuam fecerit: ſi ex alicujus cœ
naculo dejectum, vel effuſum aliquid ſit: ſi quis ea part
qua vulgo iter fieri ſolet, id poſitum, aut ſuſpenſum h
beat, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere: ſi ex d
mno, aut furto, quod in navi, aut caupona, aut ſtabulo factu
eſt, exercitor conveniatur. Huc uſque de obligationib.
Hic eſt finis tractatus de rebus. 6. Sequitur tractatus de
ctionibus: quarum genera tria ſunt. In primo genere pon
tur actiones proprie dictæ: de quib. diſſolvuntur ſex qu
ſtiones. 1. Quid ſit actio. 2. Quot ſint ſpecies actionum.
3. An poſſim conveniri ex alieno facto, ut ſervi, aut fi
fam. 8. aut quadrupedis. 9. 4. Per quos agere poſſimus.
5. Quæ ſatiſdationes ex parte actoris, vel rei præſtentur.
6. Quandiu actio competat, & an in heredes tranſmitt
tur. 12. In ſecundo genere ſunt exceptiones. 13, quo voc
bulo etiam replicationes, duplicationes, triplicatione
quadruplicationes ſignificantur. 14. In tertio genere coll
cantur interdicta. Expoſita igitur ſunt tria juris objecta, pe
ſonæ, res, & actiones: ex quibus judicia conſtant. 15. Jud
ciorum autem alia ſunt privata (in quibus aliud eſt offic
um litigantium, 16. aliud judicum) 17. alia publica.

*1. De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. 6. De vi bon
rum raptorum. 3. De lege Aquilia. 4. De injuriis. 5. De obligati
nibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur. 6. De actionibus. 7. Quod cu
eo, qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicetur. 8.
quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 9. De his per quos agere poſſi
mus. 10. De ſatiſdationibus. 11. De perpetuis & temporalib
actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt. 12. De ex
ceptionibus. 13. De replicatiouibus. 14. De interdictis. 15. D
pœna temere litigantium. 16. De officio judicis. 17. De public
judiciis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

LIBER QUARTUS,

CAPUT. I.

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ EX DELICTO a NASCUNTUR.

OBligationes ex maleficio unius generis ſunt. nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio b, veluti ex furto, rapina, damno, injuria *in pr.*

2. Furtum eſt contrectatio rei fraudulo- iciendi gratia, vel ipſius, d vel uſus e ejus poſſeſſio- uod lege naturali g prohibitum eſt admittere. §. 1. orum duo ſunt genera: manifeſtum, & nec mani- Ianifeſtus fur eſt, qui cum furto deprehenditur, 1 eo detulerit, quo deferre deſtinavit, ut ibi ea die cum furto. Reliqui omnes ſunt fures nec manife- eluti qui ſciens rem furtivam ſuſcepit, & celavit.

4. Pœna h furti manifeſti eſt quadrupli: nec manifeſti, eſt upli §.

6. Si quæratur, quomodo furtum committatur: ſcien- tria requiri, ut furtum committi dicatur. I. Rei tionem. nec eſt opus, ut res auferatur, ſive amove- ſufficit qualiſcumque contrectatio: veluti ſi credi- re, aut depoſitarius re depoſita utatur, aut com- us aliter utatur, quam ſibi a domino permiſſum II. Affectum furandi. Ideoque commodatarius ali- ns quam ſibi permiſſum fuit, ſi dominium permiſ- edat, furtum non committit. §. 7. III. Diſſenſum am volenti furtum non fit. Idcirco commodatarius invito domino rem contrectare, ſi volente domi- at, furtum non comittit. §. 8.

6. um fit, I. Etiam liberi hominis: veluti ſi filiusfa- ripiatur. §. 9. *II.* Etiam rei ſuæ: veluti ſi debitor pignus ſubtrahat-i §. 10.

7. i tenetur, *I.* Qui furtum fecit. *II.* Is cujus ope & urtum factum eſt; k veluti qui nummos excuſſit, iperet: & qui domino obſtitit, ut alius rem exci- qui oves aut boves fugavit, ut alius exciperet (at aſciviam, non data opera ut furtum fieret, aliquid cit, in factum actione tenetur) & qui ſcalas fene-

Mmm ſtris

ſtris ſuppoſuit, ant feneſtras vel oſtium effregit, ut alius fi-
tum faceret: & qui ferramentum, ad effringendum, ::
ſcalas feneſtris ſupponendas commodavit furti facien
gratia. Solum autem conſilium non obligat furti. l §.11.

8. Si quis ei rem ſurripuit, in cujus poteſtate eſt hæc n-
tanda occurunt. *I.* Furtum fit, & res fit furtiva ideoque nc
poteſt uſucapi, [m] antequam in poteſtatem domini revert
tur. *II.* Qui furtum fecit, non tenetur furti: quia nec ex 1
la alia cauſa inter has perſonas actio datur. *III.* Ille, cuj
ope & conſilio hoc furtum factum eſt, furti tenetur. §.

9. Furti actio ei competit cujus intereſt, [n] ſive ſit domini
ſive non ſit. nec datur domino, ſi ejus non intereſt. §. 13.

10 Creditor, cui pignus ſurreptum eſt, furti agit, li:
debitor ſit ſolvendo, [o] & licet ipſe debitor ſurripuerit p §.

11. Cum fullo veſtimenta polienda curandave, aut ſar
nator ſarcienda accepit, & furto amiſit: ſi in ſolidum ſ
vendo ſit, ipſe furti agit. [q] ſin minus, actio datur domino. [r]
15.

12. Bonæ fidei emptori, ſurrepta re, competit actio furt
quemadmodum & creditori. [t] *d.* §. 15. *verſ. ſed & bonæ.*

13. Re commodatario ſurrepta, domino electio datu
utrum malit agere commodati contra commodatarium, a
furti contra furem. nec poteſt pœnitere, & actionem mu
tare, niſi ſemel, [u] cum ignorans rem eſſe ſurreptam, eg
commmodati. Effectus autem eſt, ut ſi commodati agat
non poſſit amplius furem convenire, niſi per pœnitentiar
remittat actionem commodati. ut modo notavi: [x] ſed fur
actio commodatario dabitur. Sin autem dominus furti aga
etiam ſi a fure nihil conſequi poſſit, tamen commodatariu
liberatur, neque furti agere poteſt. §. *16.*

14. Si res depoſitario ſurripiatur, quia ejus nihil intereſt
y] non poteſt furti agere, ſed actio [z] domino competit. [a] §. 17

15. Impubes non dicitur furtum committere, niſi ſit pu
bertati proximus. [b] §. *pen.*

16. De re ſurrepta datur, *I.* Actio furti [c] in duplum, v
quadruplum, [d] quæ eſt mere pœnalis. *II.* Rei vindicatio
quæ datur domino contra poſſeſſorem ſive ipſe fur, ſive al
us eam poſſideat. *III.* Condictio furtiva, [e] quæ datur domin
[f] adverſus furem ejusque heredem, licet non poſſideat. §. *ul.*

[a] Proprie loquendo, a crimine delictum diſtinguitur: quonia
illud eſt publicum; hoc privatum *ff. de ædil. ed. l. quid ſit.* 17.
noxas.

[b] Quod tamen maleficium interdum fit verbis, ut conviciis
ij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

literis, ut famoſis libellis. *ff. de pœn. l. aut facta. 16. in*
princ.

dolo malo facta, nullum eſt enim verum delictum ſi-
dolo. Dolum hic intellige affectum furandi. *infra hoc tit.* §.
& ſupra de uſucap. §. *ſed tamen.*

tes genitivi reguntur a verbo, *lucri faciendi.* & ſenſus
n ideo delinquere, & rem alienam contrectare, ut vel
n lucretur, vel ejus uſum ſive poſſeſſionem.

oſitarius utens re depoſita, eamque poſtea reſtituens,
tur rem, ſed uſum & hujus ratione furtum committit,
it. §. *furtum autem fit.*

bitor rem ſuam ſurripiens creditori, cui pignori dede-
em lucratur, cujus eſt dominus, ſed poſſeſſionem,
creditorem transtulerat. *infra eod.* §. *aliquando.*

jure gentium, quod naturali ratione apud omnes gen-
ictum eſt, *ſupra de jure nat.* §. I. ideoque vocatur jus
ſupra de rerum diviſ. §. *ſingulorum.* nec a Lacedæmoniis
iis furta (*ut ſcribit. Gell. lib.* 11. *c. ult.*) permittentibus
tuit.

œna. præter quam dominus etiam rem ſuam ſurreptam
vel perſonali actione petit. *infra hoc. tit.* §. *ult.*

aſu furtum committitur ratione poſſeſſionis, ad credito-
ientis, ut notavi ad *them.* 2.

em ſine malo conſilio (id eſt, furti non conſcius) tulit,
tum conſilium dedit, furti non tenetur. §. *interdum*
ic & de verb. ſig. l. ſæpe. 53. *in fin.* Qui vero opem &
contulit, tenetur furti, non condictione furtiva; quia
r. *ff. de cond. fur. l.* 6. Immo nec furti tenetur, niſi con-
ecuta ſit. *ff. de div. reg. jur. l. conſilii.* 47.

§. *furtivæ. ſupra de uſucapion.* [n] Sub. rem non ſurripi.
editoris intereſt incumbere potius pignori, quam age-
onam debitoris v. *hic in* §. *unde conſtat. & ff. de div. reg.*
cautionis. 25.

ſupra them. 9. *memb.* 2. & ibi notata.

ſius intereſt rem non ſurripi, propterea quod rem do-
dere tenetur actione locati.

omini intereſt rem non ſurripi, eo quod re amiſſa ſibi
ut ſarcinatore inope ſatisfieri non poteſt. ſuperiori au-
lomini non intererat: quia per actionem contra fullo-
rcinatorem competentem ſatis ſibi cautum erat.

jus intereſt rem non ſurripi, cum ut lucretur fructus,
er. div. §. *ſi quis a non domino.* tum etiam ut poſſit rem
. ſupra de uſucap. in princ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

[t] De quo dictum fuerat, *ſupra them.* 10.

[u] Hoc caſu poteſt, omiſſo commodatario, furti agere contra rem. Id eſt, quia ignorans rem eſſe ſurreptam egit commodati.

[x] Id eſt, quia ignorans rem eſſe ſurreptam egit commodati, modo notavi.

[y] Quia non tenetur depoſiti, niſi dolum commiſerit. *ſupra quibus mod. re contrah. oblig.* §. *pen.* non debet autem ob ſuum dolum lucrari actionem furti. *ff. de furt. l. itaque.* 12. §. 1. & *l. eum qui* 14 §. *is autem.* [z] Furti. [a] Contra furem.

[b] Quia non eſt furtum ſine dolo, ut ex furti diſinitione patet: actum demum pupillus eſt doli capax, cum pubertati proximus eſt.

[c] Quæ datur ei cujus intereſt, *ut ſupra* fuit expoſitum.

[d] Vide *ſupra them.* 4.

[e] Hæc actio præter rationem juris introducta eſt odio furum *infra de act.* §. *ſi itaque.*

[f] Vide *cent.* 4. τῶν ἐναντιοφανῶν. *queſt.* 24.

CAPUT II.

DE VI BONORUM RAPTORUM

1. REm [b] aliquis rapit aut alienam dolo malo: aut ſuam per ignorantiam juris, id eſt, quia falſo putat licere domino rem ſuam rapere: aut alienam, quia falſo putat ſe eſſe dominum, & domino licere rem ſuam rapere. Primo caſu tenetur actione furti, [c] quia dicitur improbus, ſive improbior fur; & actione vi bonorum raptorum, quæ etiam ob unam minimam rem raptam datur intra annum in quadruplum mixta (nam ſimplum, eſt res, triplum eſt pœna) poſt annum in ſimplum rei perſecutoria. *in pr.* Secundo & tertio caſu neutra harum actionum tenetur, ſed ex conſtitutionibus [d] qunitur. Nam ſecundo caſu rei dominium amittit: tertio caſu non ſolum rem reſtituit, ſed etiam æſtimationem ejus præſtat. Eadem obtinent in eum qui rem immobilem per imprudentiam invaſit. [e] §. 1.

2. Ex quibus cauſis habet aliquis actionem furti ob rem clam ſurreptam, ex hiſdem habet actionem vi bonorum raptorum ob rem vi raptam. §. *ult*,

[a] Id eſt, de actione bonorum per vim raptorum. Intellige vim ablativam. Alia eſt vis compulſiva, ex qua datur actio quod metus cauſa: alia expulſiva, ex qua datur interdictum unde vi: alia turbativa, ex qua datur idterdictum quod vi, aut clam.

[b] Subaudi mobilem. [c] In duplum, vel quadruplum,

Vide

Vide extat. 13. ff. quod met. cauſ. & l. ſi quis in tantum. 7. C. unde vi.

... pinam cadere in res mobiles, invaſionem in immobilis.

CAPVT III.

DE LEGE a AQUILIA.

... nni in jura b dati actio conſtituitur per legem Aquiliam. *in princ.*

... is primo capite cavetur, ut ſi quis alienum hominem ... namve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, ... occiderit: quanti ea res eo anno c plurimi fuerit, ... domino dare damnetur. *ibid.*

... n numero non ſunt canes, nec feræ beſtiæ: ſed quæ ... paſcuntur, ut equi, muli, aſini, boves, capræ, ſues.

... ia ocidere dicitur, qui nec jure. §. 2. nec caſu, ſed ... culpa occidit. §. 3. Itaque non tenetur, *I.* Qui la... bi inſidiantem occidit g d. §2. *II.* Miles qui in loco ſo... s ſe exercens, aliquem interemit, h ſecus ſi alio loco, ... ganus id fecerit. §. 4, *III.* Putator qui ex arbore de... o tranſeuntem occidit, ſi modo aut proclamavit, ... via id fecit. §. 5.

... pæ adſcribitur negligentia, imperitia, k imperitia, ... s. Itaque morte ſecuta tenetur, *I.* Medicus, qui ſer... it, ac dereliquit, §. 6. *II* Medicus, qui male ſecuit, ... ram medicamentum dedit. §. 7. *III.* Qui mularum, ... quo vehebatur, impetum propter infirmitatem vel ... m retinere non potuit.[l] §. 8.

... a res non æſtimatur quanti nunc eſt cum iuterimi... quanti plurimi eo anno retrorſum m computato fu... creditum eſt hujus legis actionem eſſe pœnalem: n ... heredem non tranſit. §. 9.

... n ſolum ex verbis legis corpus peremptum æſtima... etiam ex mente & interpretatione æſtimatur quid... erea intereſt, veluti ſi ex pari mularum una, vel ex ... equorum unus occiſus ſit: non ſolum occiſi fit æ... ſed etiam quanti depretiati ſunt qui ſuperſunt. §. 10

8. ... andum caput legis non eſt in uſu. o §. 12.

9. ... tio capite de omni cætero damno cavetur: veluti ... nal, quod pecudum numero non eſt, occiſum, ali... erempta: aut res quælibet corrupta ſive deteriora... §13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

10. Ut primo, ita etiam hoc capite dolus & culpa pli-tur. §. 14.

11. Ex hoc capite res æſtimatur quanti plurimi fuit triginta proximis diebus retrorſus computatis, licet verbum *plurimi* ſit prætermiſſum, quia ex primo capite tacite repititum creditur. §. 15. & §. *ſeq.*

12. Tres caſus hic diſtinguuntur. *I.* Qui corpore ſuo damnum in corpus dedit, ut qui animal in flumen projecit, directa legis Aquiliæ actione tenetur. *II.* Qui occaſionem damni dedit, ut qui jumentum ita incluſit, ut fame necatur: aut pecus in tantum exagitavit, ut præcipitaretur, utili actione legis Aquiliæ convenitur. *III.* Qui corpus non læſit, ſed alio modo damnum dedit, veluti qui ſervum compeditum miſericordia ductus ſolvit ut fugeret, prætoria in factum actione tenetur. §. *ult.*

[a] Id eſt, plebiſcito. *ff. h. tit. l.* 1. §. 1.

[b] Id eſt, non jure, nec caſu, ſeu culpa, culpæ autem appellatione continetur etiam dolus. *infra them.* 4. *in princ.*

[c] Id eſt, ſervi. [d] Id eſt, quæ gregatim paſcatur. *infra them. prox.*

[e] Retrorſus computato. *infra them.* 6. [f] Hæc condemnatio in eum inficiantem creſcit in duplum. *ff. hoc tit. l.* 2 §. 1. & *ſupra oblig. quæ quaſi ex contract.* §. *ult.* & *inf. de act.* §. *ſed furti.*

[g] Hic jure cecidit. C. *quan. lic. unic. ſi jud. ſe vind. l.* 1. & 2.

[h] Niſi dolo malo in eum jaculatus ſit. *ff. h. tit. l. item ſi obſtetrix* 9. §. *ult.*

[i] Quia in culpa eſt, ut ſuperiori caſu culpa eſt penes eum, qui illac tranſiit, ubi milites ſolent ſe exercere. *d. l.* 9. §. *ult.*

[k] Subaudi, ejus, qui notitiam profitetur, ut medici: quia non caret culpa, dum profitetur ſe ſcire, quod ignorat.

[l] Quia nemo debet id affectare, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam aliis periculoſam fore. *ff. eod. l. idem juris.* 8. §. 1.

[m] A die interemptionis: vel a die vulneris, ſi mortifere vulneratus, poſt longum tempus mortuus eſt. *ff. eod. l. ait lex.* 12. §.

[n] Id eſt, non ſolum rei, ſed etiam pœnæ perſecutoriam. hac igitur ratione eſt actio mixta: nec non quia contra inficiantem e... in duplum. *infra de act.* §. *vi autem.*

[o] Nec conſtat quid hoc cap. cavebatur. *Cujacio in Parat. ff. h. ti...* videtur fuiſſe de alia quavis ratione damni dati, præter rem noſtram læſam, puta utilitate aliqua interverſa. ſed non eſt fruſtra in hac diſquiſitione laborandum, quæ nullam habet utilitatem.

[p] Corpore ſuo damnum dicitur dare etiam is, qui fuſte, vel gla-

di...

...m manu continet, alium percutit aut qui ſaxum proji-

...tiam vocatur actio in factum. *ff. hoc. tit. l. item ſi obſte-* ... *ſi quis hominem, & l. quemadmodum. 29 §. pen.* Nam ...tio utilis poteſt vocari in factum, & omnis actio in fa- ...eſt appellari actio utilis. Juſtinianus autem hoc loco ...inter actionem utilem; & in factum: quia intelligit ...ivilem, in factum prætoriam.

CAPUT. IV.

DE INJURIIS.

...ria generaliter dicitur, quidquid non jure fit, ſpeci- ...er autem accipitur, *I.* Pro contumelia, ut *in hoc tit.* ...ulpa, ut in lege Aquilia. *III.* Pro iniquitate & inju- ...t cum judex male judicat. *in princ.*

...iriam facit, *I.* Qui pugno pulſat, aut fuſtibus cædit, ...erat. *II.* Qui convicium dicit. *III.* Qui bona alicu- ...debitoris poſſidet, ſciens eum nihil ſibi debere. *IV.* ...nfamiam alicujus libellum aut carmen ſcribit, com- ...lit, dolove malo facit, quo quid eorum fiat. *V.* Qui ...familias aut prætextatum, prætextatamve [a] aſſecta- ...Qui alicujus pudicitiam attentat. [c] Denique multis ...dis injuria admittitur. §. 1.

...itur quis injuriam. *I.* Per ſemetipſum. *II.* Per eum, ...poteſtate habet. *III.* Per uxorem. [d] non uxor per ... [e] *IV.* Per nurum, cujus virum ſocer in poteſtate ...c poteſt, qui injuriam fecit, ſæpius [f] diverſo nomine ...ri, veluti mulieris, cui fecit injuriam, & mariti, & ...omine. §. 2.

...ui injuriam fecit, punitur, *I.* Actione prætoria: qua ...n damnatur, quanti injuriam paſſus æſtimaverit, ...oris, prout judici viſum fuerit §. 7. & §. 10. *II.* Le- ...elia de injuriis, ſi quem pulſavit, aut verberavit, ...mum alterius vi introiit. Domum alterius intellige, ...propria domo, ſive in conducta, ſive gratis habitet, ...pitio receptus ſit. §. 8. tamquam ibi aliquandiu man- ...*eod. l. 1. § domum. III.* Judicio criminali extraordinari- ...notandum, illuſtres [d] & ſuperilluſtres [i] hoc judi- ...r procuratores poſſe movere, vel ſuſcipere. [k] §. 10.

...rox injuria æſtimatur. *I.* Ex facto: veluti ſi quis ſit vul- ...aut fuſtibus cæſus. *II.* Ex loco: veluti ſi in theatro, ...ro, vel in conſpectu prætoris injuria facta ſit. *III.* Ex

perſona:veluti ſi magiſtratus injuriam paſſus ſit,velſenator: humili perſona,vel pater a filio. *IV*.Ex loco vulneris: velu ſi quis in oculo ſit percuſſus. §. 9.

6.Injuriarum tenetur. *I*.Qui injuriam fecit veluti qui pe cuſſit. *II*.Qui dolo fecit,vel curavit,[l] ut injuria fieret,pu ut aliquis percuteretur. §. *pen*.

7. Hæc actio diſſimulatione abolétur. & ideo ſi quis inju riam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuun non revocaverit, poſtea ex pœnitentia remiſſam injuriam non poterit recolere. §. *ult*.

[a] Id eſt puerum, vel puellam. nam pueri toga prætexta utebat tur, uſque ad annum decimum ſeptimum.

[b]Id eſt, tacitus frequenter ſequitur: aſſidua enim ſequent quaſi præbet nonnullam infamiam. *ff. hoc. t. l. apud Labeonem* 15. §. *aliud*.

[c] Id eſt, blandis verbis compellat libidinis cauſa, *d. l. item Labeonem*. §. *appellare. &* §. *aliud*.

[d]Dummodo is, qui injuriam facit, ſciat eam habere maritum *ff. hoc tit. l. eum qui* 18.§. *pen*. [e] Quia uxores a viris, non viro ab uxoribus defendi, æquum eſt. §. *patitur. hic*.

[f]Adeo ut ſæpius pœnam luat: quia cum ſint plures perſona injuriam paſſæ, plura ſunt delicta.

[g]Pulſare eſt ſine dolore: verberare cum dolore. *ff.h. t. l.* 5. §.*I.* quamquam hæc diſtinctio diſplicet Laurentio Vallæ *lib.6.c.47*.

[h]Ut præfectum prætorio; & præfectum urbi. [i] Ut conſules, & patricios. Sufficiebat dicere illuſtres: quoniam etiam ſuperilluſtres continentur illuſtrium appellatione. & ſupremus dignitatum gradus eſt illuſtratus, quo illuſtres & ſuperilluſtres continentur.

[k]Id eſt, agere, vel conveniri. nam actor judicium movet, reus ſuſcipit. [l] Hic obtinet juris regula, qui per alium facit, per ſe facere videtur.

CAPUT. V.
DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX DELICTO [a] NASCUNTUR.

1. QUi litem ſuam fecit, hoc eſt, per imprudentiam [b] male judicavit, quaſi ex maleficio tenetur, & arbitrio judicis punitur. *in princ*.

2. Is, ex cujus cœnaculo (ſive in ſuo, conducto, ſive gratis habitet) dejectum effuſumve [c] aliquid eſt, ita ut alicui nocuerit, ex quaſi delicto [d] tenetur. & in duplum damni dati

...demnatur. Ob hominem vero occiſum, quinqua-
...corum pœna afficitur. Sin autem aliter homini li-
...citum ſit: in quantum æquum judici videbitur, con-
...onem ſuſtinebit. Judex enim computare debet mer-
... dicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in cura-
...a ſunt: & operas, quibus ob id factum caruit, vel
... eſt. e §. 1.

... ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet, id poſitum aut
...n habet, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere,
...elicto f eſt obligatus, ac decem aureis punitur. *d.* §. 1.
... ictis cauſis filius familias recte convenitur, patrem
...n non obligat, id eſt, ſi aut litem ſuam fecerit, aut
...ſum a patre habitaret aliquid poſitum vel ſuſpen-
...it, vel ex ejus ædibus g aliquid dejectum aut effu-
... §. 2.

...rcitor h navis, aut cauponæ, aut ſtabuli, ob dam-
...t furtum in navi, caupona, ſtabulo factum quæ
...itur, non in heredem. §. *ult*

... ex culpa, non ex dolo. b Qui autem dolo male judi-
...ero delicto tenetur veram litis æſtimationem præſtare,
...tum ei ſolvere, quem læſit, quantum ademit inique ju-
... *ff. de judic. l. filiusfam.* 15. & *C. de pœn. jud. qui male*
...dic. l. ...

...untur ſolida, ut lapides, ligna: effunduntur liquida, ut
... jus.

...er culpam, quam admittit, tales perſonas domi ſuæ ha-
...æ temere ex feneſtris, & in tranſeuntium detrimentum
...t, vel dejiciunt.

...m autem rationem habet deformitatis; quia liberum
...on recipit æſtimationem. *ff. de his qui effud. vel dejec. l.*
...cum homo.

... ex delicto, quia ipſe non poſuit, nec ſuſpendit: tan-
...ulpa eſt, quod ita poſitum, vel ſuſpenſum, aut patitur,
... animadvertit.

..., in quibus habitabat, ſive earum ſit dominus, ſive non.
... citor eſt, ad quem quotidianus navis, aut cauponæ, aut
...uæſtus pertinet. *infra quod cum eo.* §. *qua ratione.* & *ff.*
...ict. l. 1. §. *exercitorem,*

...pter culpam quam committit, dum talium hominum o-
...ur. *ff. naut. caup. ſtab. l. ult.* §. *hac autem.*

... plum. *d. ult.* §. 1.

CAPUT VI.
DE ACTIONIBUS.

1. ACtio eſt jus[a] perſequendi[b] in judicio, [c] quod ſibi debetur[d] *in princ.*

2. actio multis modis dividitur. Prima diviſio eſt in realem & perſonalem. [e] Poſterius *them.* 10. adjicietur tertium membrum, id eſt, actio mixta.[f] Perſonalis datur contra obligatum ex contractu, vel ex maleficio. [g] actor enim intendit adverſarium dare, aut facere, aut pati, aut non facere[h] debere. Realis contra eum competit, cui ſit de aliqua re controverſia, cum nullo jure obligatus ſit. Et vel eſt de re corporali; ut rei[i] vindicatio quæ datur ei qui ſe dominum aſſerit, adverſus poſſidentem.[k] §. 1. vel de incorporali ut actio confeſſoria, qua vindicatur ſervitus, ſive perſonalis, ut uſusfructus, uſus; ſive realis, ut ruſtici urbanive prædii: & actio negatoria, qua actor negat rem ſuam ſervire, conſequenter vindicat ejus libertatem.[l] Hujuſmodi negativa actio in rebus corporalibus locum non habet. in his enim is agit, qui non poſſidet: ei vero qui poſſidet, non eſt actio prodita, per quam neget rem[m] alterius eſſe: quamvis multis caſibus poſſeſſor partes actoris ſubſtineat.[n] §. 2.

3. Secunda diviſio eſt in civilem, & prætoriam. Civiles ſunt, quæ ex legitimis & civilibus cauſis deſcendunt, ut dictæ amiones, rei vindicatio, confeſſoria, & negatoria. Prætoriæ ſunt, quas prætor ex ſua juriſdictione comparatas habet[o] tam in rem, quam in perſonam. §. 3.

4. Prætoriæ actiones in rem ſunt. I. Publiciana, ſic dicta, quia a Publicio prætore introducta eſt, hac actione, qui rem cœpit uſucapere, perinde vindicat.[p] ac ſi jam uſucepiſſet §. 4. *II.* Reſciſſoria.[q] hæc autem duplex eſt. aut enim datur reſciſſa uſucapione, aut reſciſſa traditione. Priori caſu dominus rem ab alio uſucaptam vindicat, quaſi non ſit uſucapta, quia prætor ex juſta cauſa[r] per reſtitutionem in integrum uſucapionem reſcindit. §. 5. Poſteriori caſu creditores, qui bona debitoris non ſolventis poſſidere juſſi ſunt,[s] rem, quam antea poſſeſſor in eorem fraudem[t] alienaverat, quaſi non alienatam vindicant,[u] quia prætor alienationem reſcindit. §. *6. III.* Serviana,[x] & quaſi Serviana,[y] ſive hypothecaria,[z] Serviana datur domino fundi de rebus a colono ſibi pigneratis[a] pro mercedibus fundi. Quaſi Serviana cæteri creditores pignora ſive hypothecas perſequuntur

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

gnus proprie dicitur, quod traditur creditori, præ-
i ſit res mobilis: hypotheca quæ nuda conventione,
ne traditione creditori obligatur. §. 7.
rætoriæ in perſonam actiones ſunt. §. 8. I. De con-
pecunia: qua actione tenetur, quicumque pro ſe,
alio[d] ſoluturum[e] ſe conſtituit ſine ſtipulatione.[f]
I. Actio de peculio: de qua *inf. cap. prox.* III. Actio
um[g] ex jure jurando, ei competens, qui deferente
rio[h] (ſupple, vel judice) juravit ſibi deberi.[i] §.
. Multæ actiones pœnales, ut de albo corrupto,[k] a-
factum in eum qui parentem,[l] vel patronum ſine ve-
jus vocavit, actio in factum in eum qui in jus voca-
vi exemit, aut eximi curavit. §. 11.
ctionum præjudicialium[n] aliæ ſunt civiles, veluti qua
ur, utrum aliquis ſit liber, an ſervus: aliæ prætoriæ,
artu adgnoſcendo.[o]
Nemo poteſt petere ut res ſua ſibi detur: quia dare[p]
minium transferre, quod autem alicujus eſt, non po-
nplius ejus fieri. Excipe, niſi agatur contra furem con-
ne furtiva. nam odio furis receptum eſt, ut dominus
rem ſuam ſibi a fure dari oportere. §. 14.
Actio in rem vocatur vindicatio,[q] in perſonam con-
.[r] §. 15.
Tertia actionum diviſio eſt, quod aliæ ſint rei perſecu-
. aliæ pœnales, aliæ mixtæ. §. 16. Omnes in rem acti-
rem perſequuntur.[ſ] Perſonales actiones ex contractu
perſequuutur, excepta actione depoſiti, cum adverſus
apud quem tumultus, incendii, ruinæ, naufragii
depoſitum fuit, aut adverſus heredem ejus de dolo
agitur: quo caſu eſt actio in duplum,[r] mixta. §. 17.
nalium actionum ex maleficiis, aliæ ſunt pœnales, ut
furti: aliæ rei perſecutoriæ: ut condictio furtiva. §. 18.
mixtæ, ut actio vi bonorum raptorum in quadruplum;
ctio legis Aquiliæ: (tum quia in inficiantem agitur in
um, tum etiam quia ſæpe res pluris æſtimatur, quam
pore delicti valeat, ſiquidem æſtimatur quanti plurimi
nno, vel eo menſe fuit. *ſup. lib. 3. c. 13. them. 2. & 6.*) &
ex teſtamento de legatis Eccleſiæ vel alii pio loco re-
, qua non ſolum inficiantes, ſed etiam ii qui ſolutio-
differunt donec in judicium vocentur, in duplum da-
ntur. §. 19.
). Quædam actiones vocantur mixtæ, non ut ſupra dictæ,
ſimul rem & pœnam perſequuntur, ſed quia ſimul ſunt

in rem & in perſonam. Tales ſunt, *I.* Actio familiæ erciſ cundæ,[u] quæ datur inter coheredes de dividenda hereditate [x] *II.* Communi dividundo: [y] qua res particularis aliquibus communis, [z] inter eos dividitur. *III.* Finium regundorum, qua confines agri diſtinguuntur. In his tribus judiciis permittitur judici rem uni ex litigantibus ex bono & æquo ad judicare. [b] & eum, qui per adjudicationem plus accipit, quam ad ſe pertineat, in pecuniam alteri condemnare. §. 10.

11. Quarta actionum diviſio eſt quadripertita, aut enim ſunt in ſimplum, aut in duplum; aut in triplum, aut in quadruplum. [c] §. 21. In ſimplum agitur: ut ex ſtipulatione, mutuo, emto, vendito, locato, conducto, mandato. §, 22. In duplum, ut furti nec manifeſti: [d] lege Aquilia: [e] depoſiti quatuor illis caſibus, [f] cum tumultus, incendii, ruinæ, naufragii, cauſa depoſitum fuit: ex legato venerabilibus locis relicto. §. 23. In triplum, ut condictione ex lege, [g] in eum qui majorem vera æſtimatione [h] quantitatem petit, ut ex hac cauſa executores litium ampliorem ſummam ſportularum [i] nomine exigerent, [k] quæ actio mixta eſt. §. 24. In quadruplum: ut furti manifeſti: [l] quod metus cauſa: [m] in factum adverſus eum. [n] qui pecuniam accepit ut per calumniam alicui [o] negotium faceret, [p] vel non faceret: [q] condictio ex le- in quadruplum [r] adverſus executores litium, qui majorem quantitatem ſportularum nomine exegerunt, quam exigere debent §. 25. Notandum eſt quaſdam actiones omnimodo eſſe in duplum, ut furti nec manifeſti: alias inficiatione duplicari, in confitentem reddi in ſimplum, [ſ] ut legis Aquiliæ, & depoſiti in dictis quatuor caſibus: unam de legato, quod venerabili loco relictum eſt, non ſolum inficiatione duplicari, ſed etiam ſolutionis dilatione. donec in judicium reus vocetur: cum is qui confitetur, & ſtatim ſolvere paratus eſt, in ſimplum teneatur. §. 26. [t]. Rurſus notandum eſt, quia actio quod metus cauſa, arbitraria eſt, idcirco ſi reus interlocutioni judicis obtemperans, rem reſtituit, eum per ſententiam definitivam non damnari in quadruplum. ſed abſolvi, [u] quod in aliis actionibus, quæ ſunt in quadruplum, non obtinet, ut in actione furti manifeſti, quia omnimodo [x] reus in quadruplum. condemnatur. §. 27.

12. Quinta actionum diviſio eſt quod aliæ ſunt bonæ fidei [y] aliæ ſtricti juris. [z] §, 28. aliæ arbitrariæ. [a] §. 31. Bonæ fidei ſunt, I. Empti venditi. [b] II. Locati conducti. [c] III. Negotorum geſtorum. [d] IV. Mandati. [e] V. Depoſiti. [f] VI. Pro ſocio. [g] VII. Tutelæ. [h], VIII. Commodati. [i] IX. Pigneratitia. [k] X. Fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Familiæ erciſcundæ. XI Communi dividundo XII. Æſtimatoria,[l] quæ eſt ſpecies actionis præſcriptis verbis.[m]. XIII. Ex permutatione, hæc quoque actio præſcriptis verbis eſt. XIV. Petitio hereditatis[n] *d.* §. 28. XV. actio ex ſtipulatu de dote.[o] Huic adjuncta ſunt alia duo privilegia[p] Unum eſt. tacita hypothecæ:[q] alterum eſt, prælatio, quia mulier de dote agens, ceteris creditoribus[r] pigneratitiis[ſ] præfertur. §. 29. Commune autem omnibus bonæ fidei actionibus eſt, ut judex liberam poteſtatem habeat ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui oporteat. In quo & illud continetur, ut ſi quid invicem actor debeat,[t] debitum cum credito compenſetur, & in reſiduum tantum ſi quid ſit reſiduum condemnatio fiat. Verum hodie[u] in judiciis quoque ſtrictis compenſatio æque locum habet ipſo jure. Excipiuntur duo caſus, quibus compenſatio ceſſat. Unus eſt, ſi debitum ab altera parte non ſit liquidum. Alter eſt, ſi depoſiti agatur. §. 30. Arbitrariæ ſunt, quæ ex arbitrio[x] judicis pendent: [illegible]cia permittitur judici ex bono & æquo ſecundum cujusque rei, de qua agitur, naturam, æſtimare quemadmodum actori ſatis fieri oporteat: & niſi arbitrio judicis reus actori ſatisfaciat,[y] condemnari[z] debet. Hæ actiones partim ſunt in rem, ut Publiciana,[a] Serviana:[b] partim in perſonam, ut quod metus cauſa,[c] de dolo,[d] de eo quod certo loco[e] promiſſum eſt, ad exhibendum.[f] *d.* §. 31.

13. Sexta diviſio eſt, quod actor aut petit rem certam, aut incertam. Sed quamvis de incerta quantitate vel re[g] actum ſit, tamen curare judex debet, ut quoad ejus fieri poſſit,[h] certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferat. §. 32.

14. Cum certum quid petitur: tunc aut illud ipſum petitur, quod debetur, aut plus, aut minus, aut aliquid aliud. Plus autem petitur quatuor modis. I. Re, veluti ſi is, cui debentur decem aurei, vinginti petat: aut ſi is, cujus res eſt pro parte, totam eam rem, vel majorem partem petat.[i] II. Tempore: veluti ſi quis ante diem, vel ante conditionem petat. Ut enim qui tardius ſolvit, minus ſolvere intelligitur: ita qui præmature petit, plus petere videtur. III. Loco: ſummi, quod certo loco dari promiſſum eſt, alio loco ſimpliciter, id eſt ſine illius loci commemoratione petitur. Debet enim uti actione arbitraria de eo quod certo loco,[k] ut judex rationem babeat utilitatis, quæ fortaſſe promiſſori competiiſſet, ſi eo loco ſolviſſet, de quo convenit. IV, Cauſa: veluti ſi ex alternata, aut generali ſtipulatione unum petat, cum alterutrum petere debeat, relicta reo convento electione utrum ſolvere malit. Exempli gratia, qui fundum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

aut centum ſibi dari ſtipulatus eſt, nec fundum petere deb, nec centum ſed alternate fundum, aut centum. Item q amphoram vini ſtipulatus eſt, non debet amphoram v Malvatici, ſed ſimpliciter vini amphoram petere. §. 3 *verſ. plus. autem.*

15. Qui tempore plus petit, alterum tantum tempor expectare cogitur, ultra id quod anticipare voluit: & e tempore elapſo, non prius auditur; quam omnia, quæ re ob præpoperam petitionem paſſus eſt, reſarciat. *C. de pl petit. l.* 1. & 2. Qui alio modo plus petit, in triplum da damni condemnatur. *d.* §. 33. *verſ. ſed hoc quidem.* ut ſupra c ctum fuit *them. xj. uerſ. in triplum.*

16. Si minus petitum, & plus probatum ſit: judex in quod probatum eſt, condemnare debet, [l] §. 33.

17. Qui aliud pro alio petiit, in eodem judicio [m] err rem ſuum corrigere [n] poteſt. [o] §. 35.

18. Septima diviſio eſt: quod aliæ ſunt actiones ſimplic ter in ſolidum: [p] aliæ limitatæ, ut peculiotenus, vel qu tenus reus facere poteſt, vel aliqua deductione facta. Na I. Actio de peculio [q] eatenus patrem debitoris filii conde mnat, quatenus in peculio eſt. §. 36. II. Actione [r] de dot maritus condemnatur, quatenus facere poteſt, ac deducti neceſſariis ſumptibus in rem dotalem factis. §. 37. III. Pa rens, patronus, ſocius Judicio pro ſocio [f] conventus, dona tor, [t] non in plus damnantur quam facere poſſunt. [u] §. 38 IV. Compenſatio oppoſita condemnationem minuit. §. 39. & *ſupra them.* 12. *verſ. in quo & illud.* V. Qui bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod idoneum [x] emolumentum habeat, in tantum convenitur, [y] in quantum facere poteſt. §. *ult.*

[a] Proinde eſt res incorporalis. C. *de præſcr. long. temp. l. ult. verſ. ideo.* nam quæcumque in jure conſiſtunt, incorporalia ſunt. *ſupra de reb. corpor. & incorpor. verſ. incorporales.*

[b] Late accipe, non reſtringens ad perſecutiones extraordinarias, ut *in l, pecuniæ verbum.* 178. §. *actionis. ff. de verb. ſignif.*

[c] Proprie loquendo, in judicio eſt coram judice pedaneo: in jure, coram jus dicente. ſed hæc interdum confunduntur, ut *in l.* 4. §. 1. *ff. de interr. in jur. faciend. & hic.*

[d] Debendi quoque verbum hic late accipitur ut hac definitione comprehendatur etiam rei vindicatio, qua rem noſtram perſequimur. nam proprie loquendo verbum debendi refertur ad obligationem, quæ parit actionem in perſonam: & in hac anguſta ſignificatione deberi nobis non poteſt, quod noſtrum eſt. *ff. de au-*

en.legat. l. Quintus.27. l.ſcribit.34. in princ.
admodum duo ſunt rerum attributa, dominium, &
: ita duo ſunt actionum genera; actio in rem quæ ex do-
itur: & actio perſonalis, quæ ex obligatione naſcitur.
dico, non ſolum intellige corpora, ſed etiam res incor-
ut ſervitutes & poſſeſſionem, nam hæ quoque res ſi no-
in rem actione petuntur: ſi nobis debitæ in actionem
m veniunt.

ſimul eſt in rem, & in perſonam, proinde non conſti-
m actionum genus: quod enim mixtum eſt, ſub ſimpli-
tinetur, gl. *in l. 2. de verb. oblig.*

latione contractus ſignificatur etiam quaſi contractus, &
one maleficii etiam quaſi maleficium, ut alibi ſæpe.

atio igitur vel in dando, vel in faciendo, vel in patiendo
n faciendo conſiſtit. ſed hæc quatuor membra ad duo re-
ſunt, id eſt, ad dare & facere. *ſupra de verb. oblig. in princ.*
iendi vocabulo etiam pati, & non facere contineantur.

, corporis. Nota rei vindicationem eſſe ſpeciem vindi-
nam omnis actio in rem appellatur vindicatio. *infra*
§. *appellamus*. itaque confeſſoria & negatoria ſunt vin-
es, quæ tamen hic diſtinguuntur a rei vindicatione.

, detinentem, & rei reſtituendæ facultatem habentem.
vindic. l. officium. 9. Nota rei vindicationem requirere
m ex parte actoris, poſſeſſionem ex parte rei conventi.

recte vindicatio dici poteſt. Cujacius negans hanc actio-
e vindicationem, ad ſervitutem reſpexit, non ad liberta-
deceptus, quod negatoriæ nomen hæc actio accipit a ſer-
quam negat. ſed hoc non obſtat, quo minus vindicatio li-
ecte dicatur.

actor intentionem ſuam affirmatione ſui juris, non ne-
alieni juris fundare debet. Sed cur ratio non nocet actioni
æ de rebus incorporalibus? Quia ſervituti contraria eſt
quare negans ſervitutem, aſſerit libertatem, & hac aſſer-
entionem ſuam fundat. Corpori vero nihil eſt contrari-
dum quis negat corpus eſſe alterius, inde non poteſt af-
colligi, qua fundetur actoris intentio.

us in exceptione fungitur partibus actoris, id eſt, proban-
ſuſtinet. *ff. de probat. l. in exceptionibus. 19. in princ.* nam
rtibus actoris, nihil aliud eſt. quam probandi onus ſubi-
d regulariter incumbit actori. *ff. de oper. nov. nunciat, l.*
prius quam. 19. in princ.

dicuntur prætoriæ, quæcumque a prætore in edicto pro-
r quia prætor tam civiles, quam prætorias actiones da-

bas

bat: idcirco tam illas, quam has in edicto proponit. Exem[illegible] cauſa, prætor proponit actionem de conſtituta pecunia prætoriam. *ff. de pecun. conſtitut, l. 1.* & commodati civilem. *ff. com mod. l. 1.*

[p]A quocumque poſſeſſore, præterquam a vero domino. *ff. Public. in rem act. l. pen. & ult.*

[q]Non vocatur reſcindens, ſed reſciſſoria: quia non reſcindit, ſe per reſciſſionem competit, & eſt actio quæ amiſſa reſtituitur, e directa fit utilis, & ſi civilis a prætore reſtituatur, evadit prætoria.

[r]Ut quia dominus reipublicæ cauſa aberat, dum res uſucaperetur.

[s]Secundo decreto. nam primo decreto tantum in poſſeſſione mittuntur cuſtodiæ & pignoris cauſa, ſed non poſſident.

[t]Ne a creditoribus poſſideri poſſet. Nota ut actioni reſciſſori ſit locus, fraudem requiri tam in animo debitoris alienantis, quam in re ipſa, id eſt, opus eſt, ut debitor res ſuas alienarit in hunc finem, ut creditores ſuas fraudaret, & ut re ipſa eos fraudaverit quia ex reliquis bonis non poſſit eis ſatisfieri. *ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor.* 10. §. 1.

[u]Nota creditores, poſtquam ſecundo decreto poſſidere juſſi ſunt habere vindicationem rerum, quas poſſidere juſſi ſunt, id eſt, quas invenerunt in bonis debitoris, & reſciſſoriam, id eſt utilem rei vindicationem, quod ad res, quas antea debitor fraudulenter alienavit.

[x]Sic dicta eſt ab auctore, id eſt, a Servio prætore. [y]Quæ non datur ex verbis, ſed ex mente & interpretatione edicti Serviani.

[z]Sic dicitur, quia perſequitur hypothecam ſeu pignus. nam inter pignus & hypothecam, quod ad hanc actionem attinet, nihil intereſt. alias differentia eſt, quæ mox in contextu ſubjicitur.

[a]Expreſſa conventione: quia tacite non obligantur *ff. in quib. cau. pign. tac. contrah. l. 4. in princ.*

[b]Vel deterioratione fundi. [c]Pecuniæ appellatione ſignificatur quæcumque res. *C. de conſtit. pecun. l.* 2.

[d]Vel civiliter, vel naturaliter obligatio. *ff. de pec. conſt. l. 1. §. debitum autem. & §. ſeq.* Sin autem nullo jure debitum ſit, conſtitutum non valet. *ff. eod. l. hactenus* 12.

[e]Certa die: quæ ſi prætermiſſa ſit, ſubauditur tempus decem dierum. *ff. eod. l. promiſſor.* 21. §. 1.

[f]Nota ſpeciale hic eſſe, ut ex nullo pacto detur actio.

[g]Id eſt, actio utilis ex ea cauſa, de qua juratum eſt: veluti ſi juravit ſe emiſſe, habet utilem actionem ex empto.

[h]Vel judice. *ff. de iurejur. l. admonendi.* 31. *in fi. & de reb. cred. l.* 3. Qui vero nemine deferente, ſponte ſua jurat, fruſtra

jura[t]

ff de jurejur. l. 3. in princ.

utem juravit rem ſuam eſſe, habet quidem actionem in x jurejurando, ſed in rem, non in perſonam. *ff. eod. l. nam m. 9. §. ult. l. ſed ſi poſſeſſori.* 11. §. 1.

ſt actio popularis in eum, qui id, quod juriſdictionis cauſa in albo, vel charta, vel alia materia a prætore pro- ſt, dolo malo corrupit, aut ſuſtulit. aut corrumpi man- na autem eſt 500. aureorum. *ff. de juriſdict. l. 7.*

nquaginta aureos. *ff. de in jus voc. l. pen.*

ntum res ab actore æſtimata eſt. *ff. ne quis eum qui in jus n. §. 1.*

icia ſeu præjudiciales actiones dicuntur: quia ſi cum iis concurrant, aut, illa agitantur, & illis præjudici- t. verbi gratia ſi quæratur, an aliquis ſit heres legiti- iber: prius quærendum, an ſit liber: quia niſi liber ſit, imus eſſe non poteſt.

cum quæritur, an aliquis ſit filius, nec ne.

acceptum. interdum enim *dare* latius accipitur: ut cum tendum dare.

aginaria quæ ſolemnitatis ergo olim in judicio reali ur.

nciatione olim in his judiciis uſitata, quia locus & dies gnificabatur nam condicere eſt denunciare.

ontrario omnes actiones rei perſecutoriæ ſunt in rem *p. 62. in fin.* [u]Vide *ſupra cap. 62. memb. 3.* & ibi no-

viſioni accedunt præſtationes perſonales, quarum rati- ctio eſt perſonalis: nam reſpectu diviſionis eſt actio in

memb. 3. lib. 3. c. 18. & ibi notata. [z]Sive ex cauſa ſocie- ne ſocietate, veluti quia eadem res duobus legata eſt, *divid. l. 2. in princ.* Illo caſu eſt actio ex contractu: hoc ſi contractu.

rigendorum. [b]Quod adjudicatur, ſtatim fit ejus cui . *infra de offic jud. § . ult.*

adruplum nulla eſt actio. [d]*Supra de obligat. quæ ex na.*

tur in reum inficiantem. *infra hoc them. verſ. notandum.*

io depoſiti eſt in ſimplum. *ff. depoſ. l. 1. §. 1.*

unt condictiones ex lege. nam quotieſcumque lex no- em dat, nec tribuit illi actioni nomen: toties vocatur x lege. *ff. de condict. ex leg. l. 1.* Hoc loco loquimur de ex lege Juſtiniani in eos, qui plus debita quantitate

[h]Id eſt, quæ re vera debetur. [i] Sportula metonymia contine-tis pro contento, ſignificat pecuniam quæ in ſportula defertur: i! hic anguſte accipitur pro eo, quod datur viatoribus ſive execu-ribus litium: quamquam ſportulæ etiam judicibus dantur.

[k]A reo convento. nam quo plus petitur, eo majores ſunt appa toris ſive executoris ſportulæ, *C. de fructib. & lit. expenſ. l. 4.* Th ophilus indicat in centenos aureos petitone, dimidiatum aureu a reo præſtari apparatori. Conſtitutio Juſtiniani, quæ modu ſportularum ſtatuebat, hodie non extat.

[l] *Supra de obligat. quæ ex delict. §. pœna.* [m] Hac actione ter tur qui metu illato rem ſibi dari compulit, nec non is, ad que ea res pervenit, licet ipſe metum non fecerit, tenetur (inquai intra annum in quadruplum, niſi rem arbitratu judicis reſtitu: poſt annum in ſimplum. *ff. quod met. cauſ. l. 9 §. ult. l. item cum exceptione.* 14. §. 1. *& §. in hac actione.*

[n]Hæc actio intra annum eſt in quadruplum, poſt annum ſimplum. *ff. de calumn. l. 1. princ.*

[o]Id eſt, non ei pecuniam dedit, ſed alii, veluti, do tibi pecu am, ut judicio vexes Titium. hoc caſu actio non mihi, ſed Ti datur. *ff. eod. l.* 3. *§. ult.*

[p]Litem moveret, vel eum accuſaret. *ff. eod. l.* 1, §. 1.

[q] Sub. ei qui pecuniam dedit, hoc caſu is in factum agit, c pecuniam dedit. *d. l.* 2. *in fin.*

[r] Hanc actionem Juſtinianus introduxit. [s] Vide *ſupra de obl quæ quaſi ex delict. them. ult.*

[t] Conjun. *§. ult. ſupra de oblig. quæ quaſi ex contract.*

[u] Vide *l. item ſi cum exceptione.* 14. §. 1. *& hac autem. quod met. cauſ.*

[x] Etiam ſi rem reſtituat. [y] Quæ ex ſua natura hoc habent, judex ex bono & æquo condemnare, vel abſolvere poſſit, n adſtrictus certæ formulæ, nec rigori juris.

[z] Quæ ex ſua natura hoc habent, ut judex ſit certæ formulæ, ſtricto juri adſtrictus.

[a] Quæ ex ſua natura ſunt ſtricti juris, ſed ex accidenti fiunt b næ ſidei: ut cum quis ſtipulanti promiſit ſe certo loco ſoluturu nam actio ex ſtipulatu eſt ſtricti juris: ſed ſi alio loco agatur, libello conventionali facienda eſt mentio loci, quo ſolvi debu ne plus loco petatur, *infra hoc tit. §. plus autem.* atque hæc loci a jectio reddit actionem arbitrariam: quia judex arbitrare deb id eſt, æſtimare, quanti vel actoris, vel rei conventi intereſt. potius loco ſolvi de quo convenit, quam ubi agitur. *ff. de eo qu cer. loc. l. 2. in pr. & §. ult. l. 5. 6. & 7.*

[b] Id eſt, tam actio empti, quæ datur emptori contra vendi

…, quam actio venditi, quæ datur venditori contra emptorem.
Id eſt, tam actio locati, quæ datur locatori, adverſus con-
…torem, quam actio conducti quæ datur conductori adverſus
…atorem:
Tam directa, quam contraria, de quibus dictum eſt. *ſupra*
… *1. membr. 1.*
Tam directæ, quæ datur mandatori contra mandatarium;
qu… m contraria, quæ datur mandatario contra mandatorem.
Tam directa, quam contraria, de quibus dictum eſt. *ſupra*
… *cap. 6. them. 5.*
Hæc acto eſt utrimque directa. [h] Tam dirrcta, quam contra-
ri… de quibus dictum eſt. *ſupra lib. 3. cap. 17. memb. 2.*
Tam directa, quam contraria, de quibus dictum eſt. *ſupra*
lib. 3. cap. 6. them. 4. memb. 2.
Tam directa qua debitor ſoluto debito repetit a creditore pig-
nu… quam contraria quæ datur creditori adverſus debitorem,
… ad repetendas neceſſarias impenſas in rem pigneratam factas.
vi… *ſup. l. 3. cap. 6. them. ult.* & ibi notata.
Adverſus eum qui rem æſtimatam certo pretio vendendam
accepit hac lege, ut vel rem, vel æſtimationem reſtituat. De hac
actione agitur ſub tit. *ff. de æſtim. act.* Alia eſt actio æſtimatoria,
… etiam vocatur quanti minoris, qua emptor, qui ignorans
… mptæ vitium, rem carius emit, partem pretii repetit. *ff. de*
ad… edict. l. ſciendum, in §. ult. l. juſtiſſime 45. §. ult. l. ſi tamen 48.
… *n nocebit.*
…ctio præſcriptis verbis dicitur, quia præſcriptis verbis rem
ge… m demonſtrat. *C. de tranſact. l. 1. in fi.* Datur autem I. Ex
con… actibus nominatis, præſertim ſi pactum ſit eis apdoſitum.
… *pact. int. empt. l. 2.* II. Ex contractibus innominatis. *ff. de*
præ… r. verb. l. 5. ut ex permutatione. *infra memb. prox.* III. Ex
co… actu dubio, veluti cum res datur æſtimata, ut vel pretium,
ve… s reſtituatur, ut *hic. & ff. de æſtim. act. l. 1.* Regulariter eſt
… i juris, exceptis duobus caſibus hic expreſſis, id eſt cum æ-
ſtim… toria, vel ex permutatione agitur.
…æc actio datur heredi contra eum qui jus vel rem hereditari-
am… ro herede (id eſt, putans ſe eſſe heredem) vel pro poſſeſſo-
… eſt, mala fide) poſſidet. *ff. de hered. petit. l. regulariter, 9.*
… *ſeq.*
… eſt, quia maritus petit dotem, vel ſoluto matrimonio con-
ven… ir ad dotem reſtituendam: utroque enim caſu actio ex ſti-
pul… eſt bonæ ficei. Alias conſtat actionem ex ſtipulatu eſſe ſtri-
cti juris.
…æter ſupra dictum, quod eſt bonæ fidei [q] Hoc privilegio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

gaudet maritus exigens dotem, & mulier eam ſoluto matrimonio repetens. *C. de rei uxor. act. l. un. §. 1.*

[r] Etiam tempore anterioribus. *C. qui pot. in pig. hab. l. ult.* quæ mihi videtur perſpicue præferre mulierem in dotis repetitione etiam prioribus mariti creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, licet hac de re Doct: diſputent, & communiter mulierem præferant creditoribus anterioribus habentibus tacitam hypothecam, non habentibus expreſſam.

[ſ] Et multomagis ſine dubio chirographariis. Pigneratitii creditores ſunt, quibus res pignori obligata eſt, adeo ut non ſolum perſonalem, ſed etiam hypothecariam actionem habeant. chirographarii vocantur, qui pignus non acceperunt, quia plerumque ſolent accipere chirographum a debitore.

[t] Liquido. [u]Ex Juſtiniani conſtitutione. *C. de compenſat. l. ult.*

[x] Interlocutioni.

[y] Puta rem reſtituat, vel exhibeat, vel ſolvat.

[z] Sententia definitiva. [a]De qua *ſupr. them. 4. memb. 1.*

[b] De quibus *ſupra d. them. 4. membr. 3.* [c] De qua *ſupra them. 11. verſ. in quadruplum.*

[d] Actio de dolo eſt prætoria, ſubſidiaria *ff. de dol. l. 1. §. 1. & §. ait prætor*, arbitraria. *ff. eod. l. arbitrio 18. in princ.*

[e] Lege notata ad princ. hujus them. in verbo *arbitrariæ.*

[f] Hæc actio datur ei cujus intereſt rem exhiberi. *ff. ad exh. l. 3. §. ſciendum. §. & plus dicit, & §. Pomponius.* adverſus eum, qui rem tenet, exhibendique facultatem habet. *d. l. 3. cum ſim.* ut niſi abitrio judicis exhibeat, in tantum condemnetur, quanti actoris intereſt. *§. præterea, in fin. hic.*

[g] Id eſt, corpore, ſeu ſpecie, ut Sticho. [h] Interdum ſententia certa ferri poteſt ut quia petitum fuit id quod intereſt, quod eſt res incerta, ſed in judicii progeſſu probatum eſt quanti intereſt, in hanc igitur quantitatem probatam, quæ certa eſt, condemnatio fieri debet: interdum neceſſe eſt incertam ſententiam ferri, veluti cum petita eſt res incorporalis: nam omnes res incorporales in jure dicuntur incertæ. Item incerta condemnatio fit in ſpecie *l. 3. ff. ſi pars heredit. petat.*

[i] Ne intelligas majorem reſidua parte, ſed majorem quam debeatur: veluti ſi is cui ſextans debetur, quadrantem petat, nam quadrans non eſt major pars aſſis, nec major parte reſidua, id eſt beſſe, ſed major ſextante debito.

[k]De qua dixi *ſupra them. 12. in princ:* in verbo *arbitrariæ.*

[l] Ex conſtitutione Zenonis contra regulam illam, quod ſententia debet eſſe conformis libello. *ff. commun. div. l. ut fundus 16. & C. de fideicomm. libert. l. ult.* Nec requiritur libelli emen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ut falſo putant Doct. quia corruerunt Zenonis conſtitutione, ...unc extat ſub tit. *de plus petit.* ordine prima.

...go etiam poſt litem conteſtatam: quia non eſt judicium ...tem conteſtatam. *ff. rem rat. hab. l. amplius 15.*

...a errorem libelli poſſe corrigi etiam in ſubſtantialibus. ...s petita pertinet ad ſubſtantiam libelli.

...i ex conſtitutione Zenonis, quæ de hoc caſu non loquitur. ...*lus petit. l. 1.* ſed ex vetuſtiori jure. *ff. de noxal. act. l. 4. §.*

...pleræque regulariter. q De qua *tit. ſeq.*

...tipulatu *ſupra them. 12. memb. 15.*

...ia actione conveniatur, non habeat hoc beneficium, niſi ſit ...m bonorum ſocius. *ff. de re judic. l. ſunt qui 16.* ſed in ...: pro ſocio idem beneficium tribuitur unius rei ſocio. *ff.* ... *l. verum 63. in princ.*

..., ſi per ſtipulationem ſe obligavit, convenitur actione ex ...tu: ſi nudo pacto donavit, tenetur condictione ex lege, ...ex conſtitutione Juſtiniani. *C. de donat. l. ſi quis argentum* ... *in autem, & Nov. 162. cap. 1.*

...dicuntur facere. id eſt, ſolvere poſſe deducto ne egeant: ...onator deducit etiam æs alienum. *ff. de re judic. l. inter eos*

...exiguum. y Quia iniquum eſt bonis ſpoliatum conveniri ...um, ut ait Imperator. *in fin. hujus tit.*

CAPUT VII.

...OD CUM EO QUI IN ALIENA ...oteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.

...li cum filiofamilias juſſu patris contrahit, contra ...atrem habet actionem prætoriam *quod juſſu* in ſoli... §. 1. adhibitis verſ. *& quia in princ.* §. 6.

...*ecutoria* eſt actio prætoria in ſolidum, quæ datur in ...orem ex contractu magiſtri, dummodo ejus rei gra... ...ræpoſitus fuit, contraxerit. Exercitor eſt, ad quem ...inus navis b quæſtus pertinet. Magiſter eſt, qui navi ...tus eſt. §. 2 ſeu cui totius navis cura incumbit. *ff. de* ...*act. l. 1. § 1.*

...*ſtitoris* eſt actio prætoria in ſolidum, quæ datur ex ...tu inſtitoris, adverſus eum qui inſtitorem tabernæ, ...bet negotiationi præpoſuit, dummodo inſtitor ejus ...a contraxerit, cui præpoſitus eſt. nam qui negotiatio... ...æponuntur, inſtitores vocantur. *d.* §. 2. quia negotio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

gerendo inſtant. *ff. de inſtit. act. l.* 3.

4. Si filius familias in merce peculiari, ſciente patre, negotietur; & quid cum eo ejus rei cauſa contractum erit[c]: jure prætorio, quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter patrem, ſi quid ei debetur,[d] & ceteros creditores pro rata portione[e] diſtribuitur. quam diſtributionem ipſi patri prætor permittit. Sed ſi quis ex creditoribus queratur quaſi minus acceperit,[f] quam accipere debuerit: actionem prætor ei accommodat, quæ *tributoria* appellatur.[g] §. 3. adhib. §. 1. *&* §. 6.

5. Quamvis ſine voluntate patris negotium geſtum ſit, tamen ſive quid in rem[h] ejus verſum fuerit, id totum præſtare debet creditori filii;[i] quid non ſit in rem ejus verſum, id eatenus præſtare debet, quatenus peculium (ſubaudi profectitium) patitur. In rem autem patris verſum intelligitur, quidquid neceſſario in rem ejus filius impendit. At licet una ſit actio,[k] qua de peculio, & de in rem verſo agitur tamen duas habet condemnationes: quia judex ante diſpicit, an in rem patris verſum ſit, nec aliter ad peculii æſtimationem tranſit, quam aut nihil, aut non totum in rem patris verſum ſit. In peculio autem eſtimando ante deducitur, quod filius patri,[l] vel alii in ejuſdem patris poteſtate conſtituto[m] debet.[n] §. 4.

6. Si exercitoria vel inſtitoria actio concurrat cum actione de peculio, & de in rem verſo: rectius actor faciet ſi exercitoriam vel inſtitoriam eligat, quippe quo facilius ſolidum conſequetur, vitata difficultate probandi in rem patris verſum eſſe, vel tantum eſſe in peculio, ut ſolidum ſolvi poſſit. §. 5. abhib. §. 1. *&* §. 6.

7. Quando tributoria cum actione de peculio & de in rem verſo concurrit, actor diſpicere debet, utra ſibi utilior ſit: quia in tributoriam non venit totum peculium,[o] ſed tantum merx peculiaris, pater vero ceteris creditoribus exæquatur: [q] in actionem autem de peculio e contrario venit totum peculium, ſed pater deducit quod ſibi debetur, ut ex eo quod in peculio remanet, aliis creditoribus ſatisfiat. Certe qui probare poteſt in rem patris verſum eſſe, de in rem verſo agere debet.[q] §. 8. verſ. *ei quoque*. adhib. §. 1. *&* §. 6.

8 Qui mutuam pecuniam[r] filiofamilias dedit, exceptione[ſ] ſenatuſconſulti Macedoniani ſummovetur; ſive contra filiumfamilias, adhuc in poteſtate conſtitutur, vel ſui juris factum agat; ſive contra parentem[t] qui eum adhuc in poteſtate habet, vel emancipavit.[u] Ratio ſenatuſconſulti
eſt

uia filiifamiliar. onerati ære alieno ob pecunias mutuo tas, quas luxurioſe conſumebant, ſæpe vitæ parentum abantur. [x] §. *pen.*

Quicumque actione quod juſſu, vel de in rem verſo, rcitoria, vel inſtitoria tenetur, etiam directa condi- conveniri poteſt, quaſi ipſe contraxerit §. *ult.*

n omnino in ſolidum, ſed quatenus pater juſſit. qua ra- liſtinguitur ab actionibus in ſolidum adverſus eum qui in te haber, competentibus. *ff. de pecul. l.* 1. *in princ.* & 3. §. 1.

agitur tantum de navis exercitore ſupra autem *de oblig. aſi ex delict.* §. *ult.* etiam de exercitore cauponæ, aut ſta-

a inſtitoriam dici ab eo, ex cujus contractu agitur: exer- m vero ab eo contra quem agitur.

uraliter a filio. nam inter patrem & filium, qui in ejus po- ſt, non conſiſtit civilis obligatio, ſed tantum naturalis *ff.* *indeb. l. frater a fratre* 38. §. 1. & 2.

. ejus quod ſingulis debetur.

us accipere dicitur etiam is, qui nihil accipit. *ff. de tribut.* . §. *ſi cujus.*

buendo, id eſt, diſtribuendo.

t, in utilitatem. [i] Id eſt, ei qui cum filio contraxit. Intel- ium in poteſtate patris conſtitutum.

. eſt actio, cum de peculio, & de in rem verſo agitur: od in rem patris verſum eſt, patrem filio naturaliter o- conſequenter in peculium imputatur. *ff. de pecul. l.* 7. §.

ed cum filio emancipato vel mortuo actio de peculio red- nalis, actio autem de in rem verſo manet perpetua: cer- annum propria actio eſt de in rem verſo diſtincta ab acti- peculio. *ff. de in rem verſ. l.* 1. §. 1.

a ſicuti quod pater filio naturaliter debet, peculium au- quod filius patri debet, peculium minuit.

hunc enim patri aquiritur: quia non minus naturalis, civilis obligatio per filium patri aquiritur, etſi Hotomano idetur.

raliter. [o] In hoc deterior eſt actio tributoria, quam de .

ntum ad hoc melior eſt actio tributoria, quam de pecu- qua dominus omnibus aliis filii creditoribus præfertur, peculio deducitur, quod filius patri debet.

bum *debet*, hoc loco non neceſſitatem, ſed utilitatem ſi- t.

llige pecuniam numeratam. nam in frumento, vino, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

aliis rebus mutuo datis. *S. C.* ceſſat, *C. de Senatuſc. Macedon. l. §. mutui.*

ſ Exceptio, cum ſit actionis excluſio. *ff. de except. l. 2. in p* actionem ſupponit, ut privatio habitum. quare niſi actio detu exceptioni locus eſſe non poteſt. Quid ergo eſt, quod in tit. *ff. de Senatuſc. Macedon* modo dicitur dari exceptionem, modo de negari actionem? Cujacius reſpondet dici actionem denegari quæ effectu non datur. Quæ reſponſio ſatisfacere non poteſt Sciendum igitur eſt, quotieſcumque factum, ex quo oritur exceptio, dubium eſt, prætorem dare actionem cum exceptione veluti, *Si patet Titium Mævio mutua centum dediſſe, niſi contr. Senatuſconſ. Macedonianum dederit, condemna judex.* vel, *ni Mævius Titio deferente juraverit ſe centum mutuo non accepiſſe* cum autem factum certum eſt, puta cum mutuum contra Senatuſconſ. datum eſſe, vel debitorem juraſſe conſtat, prætor nec actionem nec exceptionem dat, ſed actionem denegat. *ff. de jurejur. l, nam Poſteaquam 9. in princ.* ſecundum hanc diſtinctionem intelligendæ & conciliandæ ſunt leges tit. *de Senatuſconſ Macedon.* quæ videbantur inter ſe contrariæ.

t Quia pater ex contractu filii tenetur de peculio. Quod ſi jubente aut conſentiente patre filiusfam. mutuum acceperit, cert Senatuſconſ. Macedonianum non habet locum, proinde exceptio Senatuſconſ. ceſſat, ubi actio quod juſſu, competit. *ff. de Senatuſconſ. Macedon. l. 7. §. interdum, l. ſi tantum* 12. *l. filium* 14. Idem dicendum, ſi in rem patris verſum ſit, adeo u competat actio de in rem verſo. *d. l. 7. §. proinde.*

u Poſt emancipationem intra annum actione de peculio conveniri pater poteſt, *ff. quando act. de pecul. ann. eſt l. 1. in princ. & §. 1.*

x Ergo favore patris, non filii factum eſt Senatuſconſ. conſequenter filius huic beneficio renunciare non poteſt.

CAPUT XVIII.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

1. Si brutum animal, ut equus calcitroſus, aut bos cornupeta, laſcivia aut fervore, aut feritate, contra ſui generis naturam *b* concitatum, pauperiem fecerit, noxalis actio *c* ex lege xij. tabularum, in dominum ejus competit, ut ſi animal illud noxæ dedat, *d* liberationem conſequatur *in princ.*

2. In animalibus igitur natura feris, ut urſus, & leonibus, hæc

hæc a..io (ſubaudi directa [c]) ceſſat. Denique ſi urſus fuge-rit a d..nino, & ſic nocuerit, non poteſt quondam dominus co..veniri, quia dominus eſſe deſiit, ubi fera evaſit. §. 1 ...uperies eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec e..m poteſt animal, quod ratione caret, injuriam [f] fa-... *ult.*

...dilitio edicto prohibemur canem, verrem, aprum, urſum, leonem ibi habere, qua vulgo iter fit. Qui contra edictu..n habuerit, ſi homini libero nocitum ſit, arbitrio judici..damnabitur. Cum hac actione ædilitia concurrit a-... ..calis ſaltem utilis, [g] ubi animal natura ferum [h] no-... ..unquam enim ſi actiones, præſertim pœnales, de eaden.. re concurrant, alia aliam conſumit. §. *ult.*

Pa..eries damni ſpecies eſt, ac difinitur *infr. hoc. t. tem.* 3. ..m contra ſuam ipſius naturam.

No..lis actio eſt, qua conventus cogitur, aut noxam ſarcire, aut co..us quod nocuit, in noxam dedere. *D. hoc tit. l.* 1 §. *cum* ... Noxa autem ſignificat vel ipſum factum. *D. de noxal. act.* ... q..od & noxia dicitur. *ſupra eod.* §. 1. *&.* *D. hoc. tit. l.* 1. ... vel pœnam. *d.* §. *cum arietes*, vel corpus quod nocuit. *ſu-pra ..prox. d.* §. 1.

Per hanc deditionem dominus fit is, cui deditur. *ſupra tit. prox.* ...*nus.*

Ce..t actio directa ex verbis edicti, ac datur utilis. *infr. them.* 4. Jus.. injuria proprie loquendo, non cadunt in bruta. No.. directa. *ſupra them.* 2. [h]Quod non recepit ſe in naturalem li..ertatem. *ſupra them.* 2. *in fin.* poſſit noxæ dedi.

CAPVT IX.
D.. IIS PER QUOS AGERE POSSVMVS.

A..ere aliquis poteſt, I. Suo nomine. II. Alieno nomine; ..procuratorio, tutorio, curatorio: *in princ.*

2. ..rocurator mandato conſtituitur, cum dominus ei rem ..dminiſtrare, vel agere, vel defendere [a] permittit. Qua.. nec certis verbis, nec præſentia, vel ſcientia adver-..us eſt. §. 1. De tutoribus autem & curatoribus con-..dis *lib.* 1. *de tutel.* dictum fuit. § *ult.*

...: alius eſt procurator actoris, alius rei: nam de procuratore ad lites & judicia hic loquimur, non de procuratore ad negotia extrajudicialia.

CAPUT X.

DE SATISDATIONIBUS.

1. REus ſuo nomine conventus, non cavet judicatum ſo-vi: [b] ſed pro ſua tantum perſona, quod in judicio m nebit uſque ad terminum litis, vel jurato cavere, vel repr mittere, vel ſatiſdare, [c] pro qualitate perſonæ ſuæ compe litur. §. 2.

2. Qui alieno nomine agit, ſi dubitetur [d] an ſit procurato vel tutor, vel curator, nec ne, ſatiſdat rem ratam dominu habiturum. §. 3.

3. Si reus præſens procuratorem dare paratus ſit pro eo j dicatum ſolvi fidejubere poteſt; ita ut in eam cauſam res ſ as obliget; & inſuper pro ſua perſona caveat, quod tempo ſententiæ recitandæ in judicium veniet, ut ſententiæ ſati faciat, vel ſe non veniente, fidejuſſor a ſe datus ſatisfacie niſi fuerit appellatum. §. 4.

4. Qui reum abſentem defendit, ſatiſdare debet judica tum ſolvi. Nemo enim alienæ rei ſine ſatiſdatione idone defenſor intelligitur. §, 5.

5. Hæ ſatiſdationum regulæ ubique ſunt obſervandæ §. *ul*

[a]Satisdatio eſt cautio, quæ fit datis fidejuſſoribus. *ff. qui ſati cog. l.* 1. & interdum pignoribus. *D. de coll.bon. l.* 1. §. *jubet.* ſe cautiones prætoriæ, quales ſunt hæ, de quibus hoc tit. agitur perſonas fidejuſſorum deſiderant. *D.de ſtip.præ..l.* 7. Alia eſt cau tio juratoria, quæ jurejurando confirmatur. alia eſt nuda cautio ſeu repromiſſio, quæ fit per ſimplicem ſtipulationem ſine jureju rando, ſine fidejuſſoribus, & ſine pignoribus. cæterum in hoc tractatu regulariter ſatiſdatur, ut hæc rubr. indicat, id eſt, iis exceptis, de quibus ſpecialiter conſtitutum eſt, ut juratoriæ cautioni, vel promiſſioni ſuæ committantur.

[b]Cautio judicatum ſolvi ex parte rei conventi præſtatur, ac tres habet clauſulas. 1. Judicatum ſolvi, id eſt, ſi condemnatio ſequetur, id ſolutum iri, quod in condemnationem venerit. 2. de re defendenda, id eſt, rem defenſam iri. 3. de dolo, id eſt, dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe. *D. jud.ſol.l.6.*

[c]Repromittit reſpub. *D.ut leg. nom.cav. l.6*. §. 1. & interdum Clerici. *C.de epiſc. & cler.l.cum clericis* §. 51. *l. omnes* 33. §. *in hac autem.* Jurant viri illuſtres. *C.de dignit.l. pen.* & rerum immobilium poſſeſſores. *C.de princ. agent.in reb.l. ult.* Cæteri ſatiſdant datis idoneis fidejuſſoribus. ſed excipiuntur parentes, & patroni, a qui-

qualemcumque fidejuſſorem accipere oportet. *D. qui ſatisd. cog. l. 1. §. prætor.*

at eum eſſe procuratorem, vel tutorem, vel curatorem: conſtat non eſſe: aut dubitatur. Primo caſu admittitur ſine cautione: quia dominus non poteſt non habere ratum: repellitur, etiamſi ſatisdationem offerat, niſi ſit conjuncta perſona, cui permiſſum eſt agere ſine mandato. Tertio cavet.

CAPUT XI.

DE PERPETUIS [a] ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUAE AD HEREDES & in heredes tranſeunt.

...s actiones ſunt perpetuæ: ſed certo tempore ex conſtitutionibus concluduntur. prætoriæ partim ſunt ... actio vi bonorum raptorum in quadruplum: partim perpetuæ, ut quæ bonorum poſſeſſoribus, & fideicommiſſariis univerſalibus accommodantur quaſi heredibus, & furti manifeſti. *in princ.*

... Pœnales ex maleficiis actiones (ſive ſint mere pœnales ... o furti; ſive mixtæ, [c] ut vi bonorum raptorum) ... regulariter dantur: (excipitur actio injuriarum, ... a ſimilis [d] eſt) in heredes autem non competunt, ... defunctum lis conteſtata fuerit §. 1.

... Actiones ex contractibus regulariter non ſolum dantur ... ſed etiam contra heredes. Quibuſdam tamen caſibus ... defunctus doloſe verſatus eſt & nihil ad heredem ... venit, heres non tenetur. *d. §. 1. verſ. aliquando.*

... s tempore litis conteſtatæ condemnari mereatur, ... em judicatam [f] actori ſatisfaciat, officio judicis ... eum abſolvere. Hinc dictum eſt, omnia judicia ... abſolutoria: non quia ſemper reus abſolvatur, ſed quia ... contingere poteſt, ut abſolvatur.

... a vel quadraginta annorum. [b] Anno utili terminantur. ... *vi ar. l. 1. §. annos.*

... appellatione actionum pœnalium contineri etiam mix... *leg. Aqu. §. his autem, verb. qua ratione.*

... o in factum in eum, qui parentem vel patronum ſine ... jus vocavit. *ff, de in jus voc. l. pen.*

... ariter ex dolo defuncti datur ex contractu actio in here... *poſ. l. 7. §. 1. & de oblig. & act. l. ex contractibus 49. ... reg. jur. l. ad ea quæ 137. l. hoc jure 192. in fin.* Excipitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

pitur I. Actio ex ſtipulatione judicio ſiſti interpoſita in judici injuriarum, *ff. ſi quis caut. l. ſi eum* 10. §. *ult.* II Actio in fac[tum] adverſus agrimenſorem, qui falſum modum dixit, *ff. ſi m. f. falſ. mod. dix. l.* 5 §. *pen. & l.* 4. III. Actio tributoria, *ff. de tr. act. l.* 7. §. *ult. & ſeq.*

f Si vero ante litem conteſtatam ſatisfecere paratus ſit, non [co]gitur judicium ſubire, *ff. de procur. l. ſi reus* 73.

CAPUT XII.

DE EXCEPTIONIBUS. a

1. REorum defendendorum cauſa exceptiones ſunt intr[o]ductæ, ut actio, quæ ſtricto jure competit, excep[ti]onis æquitate elidatur. *in princ.*

2. Qui per metum, vel dolum, vel errorum id prom[iſit] quod non debebat: jure civili tenetur,[b] ſed prætoria [ex]ceptione quod metus cauſa, vel doli mali, vel in factu[m] defenditur. §. 1.

3. Qui tanquam mutuam accepturus pecuniam ſtipula[nti] ſpondit, ſimiliter ipſo jure tenetur, ſed habet excepti[o]nem non numeratæ pecuniæ.[c] §. 2. de qua *ſupra lib. 3. cap.*

4. Qui cum creditore ſuo pactus eſt de non petendo, n[i]hilominus ipſo jure[d] obligatus eſt, ſed pacti exceptione d[e]fenditur. §. 3.

5. Similiter qui actore deferente juravit ſe non debere vel rem ſuam eſſe,[e] exceptione jurisjurandi agentem [per]ſonam, aut rem vindicantem ſummovet, §. 4.

6. Item judicio abſolutus[f] ſi iterum conveniatur, excep[ti]one rei judicatæ ſe tueri poteſt. §. 5.

7. Exceptiones dividuntur, I. In legitimas[g] & prætori[i]as.[h] §. 7. II. In perpetuas ſeu peremptorias, & tempora[les] ſeu dilatorias. §. 8. III. Diviſio ponetur *infra cap. prox them.* 3.

8. Perpetuæ[i] ſeu peremptoriæ ſunt, quæ ſemper agenti[bus] obſtant, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt: u[t] exceptio doli mali, quod metus cauſa, & pacti de non pe[t]endo.[k] §. 9.

9. Temporales atque dilatoriæ ſunt. quæ ad tempus acto[ri] nocent, & temporis dilationem tribuunt: ut pacti ne intra certum tempus petatur. De pœna autem petentis ante tempus, dictum eſt *lib.* 3. *c.* 16. *them.* 14.

10. Quædam exceptiones ſunt dilatoriæ ex perſona, ut exceptio procuratoria.[l] Quidam enim prohibentur procu-

...io fungi, ut miles, & mulier. [m] Infames vero ...torem dare, quam procuratores fieri poſſunt. [n]

...ſt actionis excluſio. *ff. hoc tit. l. 2.* [b] Quia exceptio... ...ox ſubjiciuntur, non civiles, ſed prætoriæ ſunt. ...lo intra biennium conqueratur *ſupra de lit. obl.* ... civili, quo jure pacta regulariter nullam vim ha-

...ſi juraverit petitoris non eſſe. *ff. de jurejurand. l. ſed ſi* ... *in princ.*

...mo abſolutionem judicis non liberare ipſo jure, ſed ...nis. Nota ſecundo abſolutione non perimi natura-...nem, ideoque abſolutum, ſi ſolvat, non repetere. *ff.* ... *l. judex. 28. & l. Julianus. 60: princ.*

...ege introductæ ſunt, ut pacti legitimi. *ff. de pact. l. 6.* ...itur furti, vel injuriarum. *ff. eod. l. 7. §: ſi paciſcar.* ...: 1, aut alia parte juris, quæ vim legis habet, ut ... Macedoniani, de qua *ſupra cap 7. them. 8:* & Vel-... mulierem tuetur, quæ pro alio interceſſit. *ff. ad SC.* ... & paſſim.

... doli, eo pacto, niſi ſit pactum legitimum.

... dici perpetuas vel temporales a tempore, intra quod ...unt: id eſt, quia quandocumque vel tantum intra ...us agenti opponi poſſunt; ſed ab affectu, id eſt, ...a in perpetuum perimunt, vel ad tempus differunt. ...Doct. dicunt eſſe quaſdam exceptiones anomalas, ut ... non numeratæ pecuniæ, quæ exceptio veriſſime & ...etua eſt, quia non differt, ſed perimit obligationem: ...cit quod biennio finitur, ſi intra biennium querela ...ierit.

...umquam petendo.

... procuratoria eſt, qua procurator repellitur; vel ...verus procurator; id eſt, quia non habet mandatum: ... poteſt eſſe procurator, ut quia eſt miles, vel mu-

...tem & mulierem a procuratoris officio arceri; illum, ... militia: hanc, quia procuratoris officium virile eſt, ...*t. l: alienam 18.* Excipe, niſi procuratores fiant in ...id eſt, in ſuam utilitatem. *C. eod. l: 4: l: qui ſtipen-*

..., non jure canonico, 3. *q. 7: c: infamis, & c: ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

CAPUT XIII.

DE REPLICATIONIBU

1. SI exceptio inique noceat, actori per replicationei ſ curritur. Exempli gratia, ſi creditor cum debito p ctus ſit de non petendo poſtea in contrarium pactus c tendo: certe creditori actionem moventi debitor excei nem pacti prioris opponere poteſt: ſed hæc exceptio a c tore eliditur poſterioris pacti replicatione, *in princ.*

2. Ulterius ſuadente æquitate, contra actoris replic nem datur reo duplicatio. §. 1. & contra rei duplicati actor triplicat. §. 2. & ita ulterius, ſi negotium ferar progedi [a] poterit §. 3.

3. Exceptionum, quibus debitor defenditur, pler etiam fidejuſſori accommodantur, ut exceptio pacti d petendo: quædam ſoli reo proſunt, exceptio ceſſioni norum. [b] §. *ult.* Illæ dicuntur rei cohærere, hæ vero p næ cohærere. *ff. de exceptio. l.* 7.

[a] Ad quadruplicationem, quintuplicationem, &c.

[b] Qui bonis ceſſit, non condemnatur, niſi poſt ceſſionem a non modicum acquiſierit: tum neque tenetur niſi in quantu cere, poteſt, non in ſolidum. *ſupra de act.* §. *ult.*

CAPUT XIV.

DE INTERDICTIS.

1. INterdictis prætor jubet aut pro hibet aliquid fieri, de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione [a] inter aliquos tenditur *in princ.* Unde interdicta appellantur, quaſi i duos litigantes dicta. §. 1. *verſ. ult.* id eſt, inter actore reum ſine judice pedaneo. Cum enim prætor actionem bat, etiam judicem dabat, [b] interdictum autem inter tendentes reddebat, nullo judice dato.

2. Prima interdictorum diviſio eſt, quod aut prohibit ſunt, aut reſtitutoria aut exhibitoria. *d.* §. 1.

3. Prohibitoria ſunt, quibus prætor vetat aliquid f qualia ſunt ſequentia interdicta. I. Interdictum *uti poſſid* quo prohibet ne vis fiat ei, qui rem immobilem ſine vi (id eſt, neque vi, neque clam, neque precario [d]) poſſic [e] quo minus ita poſſideat. II. Interdictum *utrubi*, quo ic cavetur de eo, qui ſine vitio rem mobilem poſſidet. De duobus interdictis dicam *infra them.* 8. *III. De mortuo i*

rc

io interdicto prohibetur, ne vis fiat mortuum in- quo jus inferendi habet. IV. *Ne quid in loco ſacro ædi-* V. *Ne quid in flumine publico & ripave ejus fiat, quo pe- etur.* d. §. 1. verſ. *prohibitoria.*

titutoria ſunt, quibus prætor reſtitui aliquid jubet. t (exempli gratia.) I. *Quorum bonorum*: quo præ- ,ut bonorum poſſeſſori [h] reſtituatur poſſeſſio eorum, pro herede aut pro poſſeſſore poſſidet. Pro herede qui putat ſe eſſe heredem. Pro poſſeſſore autem, qui ditatem ad ſe non pertinere. *infra hoc tit.* §. 3. II. quo prætor jubet, ut ei, qui vi de poſſeſſione fundi eſt, poſſeſſio reſtituatur. *d.* §. 1. *verſ. reſtitutoria.*

ibitoria ſunt, per quæ prætor jubet exhiberi: ut um *de liberis exhibendis*: quo jubet liberos parenti , *d.* §. 1 *verſ. exhibitoria.*

unda interdictorum diviſio, eſt, quod vel ſunt adi- poſſeſſionis, vel retinendæ, vel recuperandæ. §. 2

ipiſcendæ poſſeſſionis vocantur, quæ ei utilia ſunt, primum poſſeſſionem adipiſci conatur: ei vero, qui nem amiſit, ſunt inutilia: veluti, I. Interdictum *onorum*, de quo dixi *ſupra them.* 3. *membr.* 1. II. Inter- *Salvianum*: [i] quo utitur dominus fundi [k] de rebus a bi pigneratis §. 3.

tinendæ poſſeſſionis ſunt interdicta *uti poſſidetis*, & quorum illud in immobilibus, hoc in mobilibus re- n habet, utrumque autem eſt petitorii præparatori- a non poteſt actio petitoria inſtitui, niſi conſtet, poſſeſſor: cum & civilis & naturalis ratio faciat, ut ſſideat, alius a poſſidente petat. His autem interdi- it, qui tempore litis conteſtatæ poſſidet, niſi vi aut t precario ab adverſario poſſideat. §. 4.

poſſeſſione hæc obiter notantur. I. Commoditas nis in eo poſita eſt, quod in pari cauſa (id eſt, acto- probante) judicatur pro poſſeſſore. II: Poſſidet ali- per ſe, vel per alium, qui ejus nomine in poſſeſſio- licet ejus juri ſubjectus non ſit, veluti per colonum, um, depoſitarium, commodatarium. III. Solo a- ſſeſſio retinetur: cum aliquis diſcedit tamquam re- , licet nec ipſe in poſſeſſione corporaliter ſit, nec e- ine alius. IV. Adipiſcitur quis poſſeſſionem vel per er alium, ut per procuratorem. *ſupra lib.* 2. *c.* 9. *them.* V. lo animo ſine corporali apprehenſione poſſeſſio non ur. §. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

orum ſive Præfecturæ urbis tradit: Unum eorum ſcil, qui
bus & primis Conſulum temporibus extraordinarii Ma-
fuerunt. Aliud eorum qui poſterioribus temporibus,
men adhuc civitate, ejus magiſtratus procurationem ha-
, qui & Præfecti urbi Latinarum cauſſa dicti ſunt. Ter-
ro genus eorum, qui Imperatoris temporibus ordinarii
atus fuerunt. De officio autem Præfectorum Prætorio a-
ſſ:*tit.26. & 27.*Auguſtalis, *tit.27.lib.1.Cod.*
de Fideicommiſſo ſive Fideicommiſſarii, ut Romæ con-
em & Prætores alii inter fiſcum & privatos jus dicentes:
ario Prętorum munere *de.i.2.§.32.D.de orig.Iur.& l.2*
*ot.in pign.*De prętorum autem officio, *vide paſſ.tit.14.*
*D.itemque tit.11.ejuſd.lib.j.*de Hujuſmodi autem Præ-
eicommiſſario agunt, *Fabius lib.3.cap.6 & Paulus Iuriſc.*
ſitum 78.§.pen.D.de leg.iij.& l.4.in fi. D.quib.ad libert
Vlpian.in l.ſcenti legatum 91.D.de condit.& demonſt.
ut plures Romæ conſtituti, quorum alii Urbani, alii
ni, alii etiam Provinciales dicti ſunt: & quæ illorum au-
ſeu poteſtas. *d.l.2.§.27.28.32.& ſeqq.D.de orig.jur.*
Livi.lib,6.Var.lib.4.de ling.Lat.Livii Epitom.lib.14.
legib. Sueton.in Auguſt.& Claud.itemque Cyprian.epi-
2 de eorum officio. vide *t.39.lib.3.Cod.*
m authoritas quanta qualiſve in conſtitutionibus ſuis, *lib.*
.& 12.D.de orig.jur.Vid.& paſſ.t.4.li.Ddig.] & in eand.

um authoritas ut neceſſaria, in juris interpretatione, *l.2.*
orig.jur.

Quæſtiones pub licas ut primum Romæ inſtituiſſe Sulla Dictat dicatur. *d.l.* 2. §. 32. *d.t. de orig.jur.* de prætoribus etiam plu *vide apud Interpretes hujus* §. *tam veteres quam neotericos: vi et l.unic.tit.*13.*d.lib.*1.D. de *offic. Prætor.*

Quæſtores Ærarii ut Romæ conſtituti, & quale illorum munus. 2.§.22. D. *de orig. jur. Vide et Varron. l.* 4. *de ling. Lat. Livi* 7. *hiſt. Rom. Agell. lib.*13.*ca.*13.*Item & Iun.Gracchan. lib.* 7 *de poteſtatib.et Sigon.lib.*2.*antiq. Rom.ca.*2.*ac Hottom.in præ ſua deſcr. Magiſt. Rom.*

Quæſtores parricidii ut Romæ conſtituti; & illorum jus quale, d. 2.§.23.*d.t.* D.*de orig.jur.Vide et Feſt.in voce Quæſtores,et Ho tom.in d.ſua deſcript. Mag. Rom.ubi et de Quæſtorib.Provinci libus agit.* De officio autem Quæſtoris, *vide t.*13. *l.*1.

Regia manus ſeu poteſtas apud Rom. ut primum fuerit, *l.*2 §.1 D.*de orig. jur. vide et Liv. l.* 1. *Dionyſ. Halic. antiq.lib.*2.*et. Plutarch.in vita Romuli.item et Roſin.antiq. l.*7.*c.*3. ubi de Regum officio agitur.

Reges ut primi fuerint Magiſtratus apud Rom. *l.*2.§.14.*D.de ori jur.* De eorum vero authoritate poteſtateve præterea quæ tra duntur hoc loco, vide & *Suet. in Nero.ca.*15. & *Corn.Tac.* 3. *Ann.* de Regiis legibus, vide ſup. vocem *Legibus.*

Seceſſionis plebis Rom. a Patribus cauſa quæ, *l.*2 §.24.*D.de orig jur.Vide & Liv.l.*2:*Hal.l.*6.*antiq.& Varr.l.*4.*de Ling.Lat.*

De Senatuſconſultorum origine & authoritate, *l.*2.§.4.*D.de orig jur. vid. & Agell. lib.* 14. *ca* 7.*ac quidem tit.* 3. *l.* 1.*Dig* ubi de legibus & Senatuſconſ. agitur *tit.*16.*l.*1.*Cod.*

Tribuni Celerum ſecundi Rom. Magiſtratus, *l.*2.§ 15.*D.de orig. jur.Vide & Liv. lib.* 1. *hiſt. Rom.Dionyſ.Halicarn.lib.*2.*antiq. & Corn Tacit.lib.*1.*Ann.*

Tribuni Militum ut Romæ conſtituti, & quæ illorum poteſtas *l.*2. §.52. D.*de orig. jur. vid. & Liv.l.*4.*hiſt.Rom.Dion.Halic.l.*2. *antiq.Veget.l.*2.*ca.*7.*et Aſcon.Pædian. in lib.Ciceron.de divinat.*

Tribuni plebis ut Romæ conſtituti, & quæ illorum authoritas ſive poteſtas, *l.* 2. §. 20. *D. de orig.jur.* Vide de iis præterea. *Liv.lib.* 2.*Dionyſ. Halic. l.* 6.*antiq.Rom.Varron.l.*4.*de Ling.Lat.Cic.*3. *de legib.Agell.*13.*ca.* 12.*et Aſcon.Pædian.in Corn.*

Tribunicia lex de primis Regibus Rom. ejiciendis, *l*2. §. 3. *d. t.* D. *de orig.jur.vide et Feſt.lib.*17.*et Liv.l.*2.

Triumviri Capitales, Monetales: Quatuorviri viarum curatores: & Quinqueviri Nocturni, ut Romę conſtituti: & quale illorum jus munuſve, *d. l.* 2. §. 30.38. *et ſeq.D. de ori.ju.vid.et Feſt.et in eund.Scaliger.Varr.l.*4.*de Ling.Lat.et Iacob.Ræv.l.*2.*var.ca.*28.

Hic finit Index de Orig.Iur.

FRA-

...AGMENTA JURIS ...ETERIS ROMANI:

HOC EST,

...ij. Tabularum, ex variis authoribus collecta, ...ſorum locorum indice ſeu collatione apparet: ſerva... is Auſonii & ejus ſectatorū ipſius juris tripertita divi... quæ etiā confirmari videtur ex l. 1. li. 1. D. de rer. diviſ.

Auſon. Edyll. 4. ſeu Griph.

...ex, Tabulæ quod ter ſanxere quaternæ
... Privatum, & Populi commune quod uſquam eſt.

De Jure Sacrorum.

Tit. *ſeu* Cap. I.

DIvos caſte adeunto, pietatem abhibento, opes amovento. Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. *Ræ-vard. Oldendor. & Rival. ex Cic. 2. de legib. quos vide in ſuis tractat. de xij. tab.*

2. Separatim nemo habeſſit deos, neve novos ſive ..., niſi publice adſcitos, privatim colunto. *Ibid.*

3. ...onſtructa a Patribus delubra habento. *Ibid.*

4. ...ucos in agris habento. Et Larium ſedes. *Ibid. ac quidem Ol-...*, *cap. 3. de Eccleſ. ædif. vel repar. item & Ludov. Viv. in ...e civit. Dei 9. c. 11.*

5. ...itus familiæ patriæque ſervanto. *Modeſt. in l. 1. D. de rit. ...*

6. Sacra privata perpetua manento, *Ex Cic. pro Muræna*

7. ...ominem mortuum in urbe ne ſpelito, neve urito. *Ex Cic. ...gib.*

8. ...loc plus ne facito. *Ibid.*

9. ...ogum aſcia ne polito. *Ibid.*

10. Mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo ha... *Ibid.* cujus etiam legis meminit. *Plat. 12. de legib,*

11. Homini mortuo ne oſſa legito, quo poſt funus faciat: Ex...m ſi militiæ aut peregre mortuus ſit. *Ex Cic d. 2. de legib.*

12. Uti ſervilis unctura omnis que circumpotatio tollere. *Ibid.*

13. Uti ne ſumptnoſa reſperſio fieret, neve murrata potio in(tuo inderetur: neve longæ coronæ, neve acerræ adhiberentur. *Ib*, cujus etiam meminit Feſtus. *in voce Acerra.*

14: Qui coronam parit, ipſe pecuniave ejus virtutis ergo, arg(tor: ipſique mortuo parentibus que ejus, dum intus poſitus eri(foriſque feretur, ſine fraude impoſita eſto. *Ex Plin lib. 12. cap. & Cic. d. lib. 2. de leg.*

15. Uti plura funera ne uni fierent, neve lecti plures inferre(tur. *Ex eod. lib. Cic*

16. Neve aurum addito: eſt quoi auro dentes vincti erunt i(cum illo ſepelire urereve, ſine fraude eſto. *Ibid.*

17. Rogum buſtumve novum ne propius ædes alienas LX. pedes invito domino, adjicito: neve forum ſepulchri buſtumve uſucapito. *Ex eod. Cic. lib. vid. & l. 6. D. fin. regund. l. 3. D. de mort. infer. & Feſt in voce Forum.*

DE JURE PUBLICO.

TIT. ſeu CAP. II.

1. PRivilegia ne irroganto. De capite civis, niſi per maximum comitiatum ne ferunto. *Ex Cic. lib. 3. de leg.*

2. Iuſſus populi, & ſuffragia ſunto. ¶ Quodcunque poſtremum populus juſſit, id jus ratumque eſto, *Ex Livio lib. 7.*

3. Ut ſi judex, arbiterve jure datus pecuniam ob rem judicandam accepiſſet, capite pœnas lueret *Ex Agell. 20. cap. 7. & l. 1. D. ad leg. Cornel. & Sicar.*

4. Ut qui falſum teſtimonium dixiſſet, e ſaxo Tarpejo dejicitor. *Ibid. & Plat. 11. de legib.*

5. Ne quis hominem indemnatum occideret, hominiſve occidendi cauſa cum telo eſſet. H, *Ex orat. Cic. pro Milo.*

6. Ne quis in urbe cœtus nocturnos agitaret, H. *Ex declamat. Porcii Latronis in Catilinam.*

7. Ut ſi quis hoſtem concitaſſet civemve hoſti tradidiſſet, capite pœnas lueret. H. *Ex Martiano Iuriſc. in l. 3. & 4. D. ad l. Iul. Majeſt. & l. ult. D. de legat.*

8. Ut qui ædes alienas acervumve frumenti juxta æde poſitum dolo malo combuſſiſſet: vinctus, verberatus igni necaretur: at ſi caſu id feciſſet, noxiam ſarciret Prætoriſve arbitratu caſtigaretur. H. *Ex Cajo in l. qui ædes 2. D. de incend. ruin. nauf.*

9. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Ci fruges excantaſſit. ** *Cic.lib.nat.quæſt.* 4.7. & *l.*1,*D.* ...*din.cognit.Plin.*28.*c.*2.

Neve alienam ſegetem pellexeris. *Ex Apul. in Apolog.* ... *in illud. Vir.* 8. *Æclog. Atque ſatas alio vidi traducere* ...*jus etiam meminit Auguſt.*8.*de civit.Dei cap.*19.

...natibus idem juris quod fortibus eſto *Ex Feſt. in voce* ... *& Agell.*16.*ca.*10.

... comitio aut in foro ante meridiem cauſam conſcito, ...rant ambo præſentes. *Id Agell.*17.*ca.*2.*vid.& de Comi-* ...*b.Satur.*3.*ca.*16.

...ſt meridiem præſenti litem addicito: ſi ambo præſentes. ...*gell.d.lib.*7.*ca.*2.

...l occaſus ſuprema tempeſtas eſto. *Ibid. vid. Varr. lib.*5. ...t.

DE JURE PRIVATO.

Tit. ſeu Cap. III.

1. ...I qui ex patre, matreque familias ejus naſceretur, in pa- ...risfamilias ſui manu, poteſtate, mancipioque eſſet, habe- ...aterfamilias jus in eum vitæ ac necis, terque filium ve- ... poteſtatem. *Et Dionyſ. Halicarn. lib.*2. *antiquit Roma-* ... 1.*Inſtit de pat.poteſt.*

2. ...i ter filium pater venundarit, filius a patre liber eſto. *Ibid* ...*lpian.Inſtit.cap.*2.

3. ...que filia, cæterique liberi una mancipatione liberarentur. ... filii filiæque familias bonorum paternorum ſui ſuæque ...ſſent. *Ibid.*

4. ...ronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto. *Ex Servio in* ...*g.*6. *Ænæid. aut fraus innexa clienti. vid. & Agell.*20.

5. ...ulieres orbæ innuptæ in fratris agnative proximi tutela ... *Ex Cic orat.pro Muræ, & Vlpian frag.Inſtit.tit.*11.*item* ... *leg. tut.meminit & leges Oppiæ Liv.lib.*34.

6. ...furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumque in eo pecunia- ...poteſtas eſto. *Ex Cic. lib.* 2. *de inventio. &* 1.*ad Herenn.* ...*cul.* 3. *& vid. Vlpian. Inſtit. c.* 12. *item.l.ſi furioſi.*25.*C,* ...*l.tam dementis* 21.*C.de epiſc.audient.l.*2.*D.de inoffi. teſt.* ...*C.de ad miniſt.tut.*

7. ... qui prodigus exiſteret, ei Prætor cauſa cognita bonis ſuis ...eret, inque ipſius pecunia agnatorum gentiliumque pote- ... *Iuſtin.in §.furioſi Inſtit.de curatorib.*

8. Quan-

8. Quando ut bona patria avitaque nequitia tua diſperdis, liberosque tuos ad egeſtatem perducis: ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. *Ex Paul.lib.3.ſentent.tit.4.*

9. Paterfam. uti legaſſit ſuper pecunia, tutelave ſuæ rei, ita ju eſto. *Paul.in l. ſæpe 53.D.de verb.ſig. & Vlp.in frag.* Inſtit.ca.11 §:14,

10. Ut ſi paterfa. inteſtato moreretur, agnatorum gentiliumque in ipſius pupillis, eorumque pecunia poteſtas eſſet. *Inſtitut.§. quod autem lex de leg.tutor. & Cajus in l.1.de teſtam.tut. & in l.ſi plures* 9,D.*de legit.tut.*

11, Ut ſi quis doli mali culpæve in tutela gerenda ſuſpectus videretur, eum cuivis apud Prætorem ſuſpecti arguere jus eſſet: utique doli damnatus, infamis fieret. *Ex Cic.5.offic. & Vin.in l.1* D.*de ſuſpect.tutor.*

12. Ut qui per tutelam pupillum fraudaſſe, ejusque rem furatus eſſe convinceretur, infamia notatus duplionis pœnam ſubiret *Tryphonin.in l.tres tutores* 55, D:*de adminiſtr.tutor.item Vlp.in l* 1,§:2, & *l.*2, D.*de tut. & rat.diſtrah.* De hac autem infamia meminit. *Cic. l:* 1,*de Orat. & in orat.pro Comœd.vid. & l.*1,D.*de his qui notant.infam.*

13, Ne quis rem litigioſam in ſacrum dedicaret. Qui dedicaſſet, dupli pœnam ſubiret. *Cajus.in l.ul.*D.*de religioſ.*

14, Glandem ſuam in alienam fundum procidentem colligendi jus eſto. H. *Ex Plin.* 16, *c.*5,*vide & l.unic.*D.*de gland.leg. & l. qui venenum* 236,§:*glandis,de verb.ſig:*

15. Uſus auctoritas fundi, biennis: cæterarum rerum, annuus eſto *Ex orat.Cic.pro Cæcin.*

16, Adverſus hoſtem æterna auctoritas eſto.H. *ex eod. Cic. lib.* 1, *de offic.*

17, Ut ſi vicini inter ſe jurgant, finibus regundis arbitros tres darent: eisque totius rei jus arbitriumque permitterent. *Non. ex lib.4.Cic:de repub. & 2.de legib.*

18, Paterf. uti legaſſit ſuper familia pecuniaque ſua, ita jus eſto *Pompon in l. verbis* 220. D. *de verb. ſig. & Iuſtin. in princ. tit Inſt,de leg:Falc.* Familiæ autem appellatione bona patrisfamil. & in his ſervos ſervasque ſignificari tradit Ulpian*in l. pronuntiatio* 195, D. *de verb. ſig.* Pecuniæ vero non modo numerata, verum etiam res tam ſoli, quam mobiles & tam corpora, quam jura continentur. *ut l.pecunia* 78, & 222.*d.t.de verb. ſig. vid. & Novell.* 22.*ca.*2.

19. Ut cum paterfamil. ſuper familia ſua legaret, nexum faceret: perque æs & libram familiam manciparet: ac præter libri pendem cives Rom puberes ne minus quinque adhiberet. *Cic Philip.*

11,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Ulp n. cap. 20. Inſtit. & Agell. 15. cap. 17.

...m nexum faciet, mancipiumque : uti lingua nuncupaſ-... ſeſto, *Ex Cic. 1. de orat. & Feſt. in voc. Nexum.*

...uæ ſi erit teſtatior, libripenſve fuerit, in teſtimonium ... improbus inteſtabiliſque eſto. *Agell. 5. ca. 13. Hoc autem ...um paulo aliter legit. D.N. Cujac.* Qui ſe ſierit teſtarier, ...ve fuerit : ſi in teſtimonium feriatur, &c.

...paterfamil. inteſtato moritur, cui ſuus nec extabit heres, ...roximus familiam habeto. *Vlpian. Inſtit. cap. 26. & vid. ... ſi quis 9. D. de lib. & poſth. & Iuſtinian. in §. 1. Inſtit. de ...tæ ab inteſt. defer.* Sui autem heredes unde & qui dicti ... *liberorum 220. D. de verb. ſign. & in l ſcripto 7. D. ſi tab. ...riant.*

[illegible] ...t quæ mulier cum ſui juris eſſet annum unum apud vi-...rimonii cauſa fuiſſet, ea mulier ni trinoctium uſurpatum ...o uſucapta haberetur. H. *ex Agell. 3. c. 2. Macrob. 1. cap. 3.* ...ona, *vid eund. Agell. 18. ca. 6.*

24 ...e connubium Patribus cum Plebe eſſet. *Ex Dionyſ. Ha-...10. antiq. Rom. & Livi. lib. 4. qui hujus abrogatæ legis ...min.*

25 Ut ſi qua mulier temetum biberet, cumve alieno viro ...uid faceret, in eam maritus, cauſa eum ipſius mulieris ...uis cognita, pœnam ſtatueret : aſt ſi eam in adulterio de-...eret, tum eam occidendi jus poteſtatemque haberet. *Ex ... ca. 13. & Halic. lib. 2. antiq. Rom. hujus etam meminit ... 4. ca. 3.*

[illegible] ...t ſi e conjugibus alter alteri nuntium mitteret, eumque ...ſibi habere juberet, divortium eſſet. H. *ex Cap l. peuult. D. ...ul. de adul.* Extat & hujus legis teſtimonium, *apud. Cic. ... 2.*

[illegible] ...t ſi qua mulier poſt viri mortem in decem menſibus pro-...reret: qui quæve ex ea naſceretur, ſuus ſuave in viri fami-... eſſet. H. *ex Agell. 2. c. 16.* hinc Formul. *in l. Gallus 29. in ...e lib. & poſth.* Si quis mihi nepos poſt mortem meam in ...menſibus proximis, &c. *Poſtremæ autem partis hujus frag. ...tas deſumpta videtur ex l. 3. §. 4. l. 6. et 7, D. de ſuis et legit.* ... de hoc fragmento *l. 2. C. de ſecund. nup. et l. liberorum ... D de his qui not infam.*

28 Aſſiduo vindex aſſiduus eſto. Proletario civi quivis volet, ... eſto. *Ex Agell. 16. ca. 10. et vid. Feſt. in voce Vindex.*

29 Qui ſe ſcierit teſtarier, libripenſve fuerit : vi teſtimonium ..., improbus inteſtabiliſque eſto. *vid. ſup. Quæ ſi erit teſta-... Agell. 14. c. 23, & fac. l. cum lege 26, D. de teſtam.*

30. Cui

30, Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum, vagulatum ito *Ex Feſt in voce Portum.*

31, Si in jus vocato morbus ævitaſve vitium ſit: qui in jus vocaſſit, jumentum dato: volet arceram, ne ſternito. *Ex Agell. 20, ca. 1, vid. Vlipian. in l. 2, §: ſi quis, 3, D. ſi quis caut.*

32, Si quid horum fuit vitium judici arbitrove, reove: di diffiſus eſto, *vid. Vlipian. ubi ſup.*

33, Si vis vocationi fuat, teſtamini: igitur rem capito anteſtari. *Ex Porphyrione Hora. interpr. 1, ſer. 9, cujus meminit Cujac lib. 2, ob ſcr. cap. 16,*

34, Si calvitur pedemve ſtruit, manum endo jacito. *Feſt. in voce Struere & Cic. 3, de leg.*

35, Si vindiciam falſam tulit, prætor ejus litis arbitros tres dato. Eorum arbitrio fructuum duplione damnum deciditor *Feſt. in voce Vindiciæ, & vid. Cujac. lib. 5, obſervat. cap. 22, ubi paulo aliter hoc fragmentum ita legit.* Si vindiciam falſam tulit .... ſi velitas arbitros tres doto. Eorum arbitrii fructus duplione domnum decidito. *& ſic poſt reſtituit.* Si vindiciam falſam tulit, ſi velit is arbitros tres dato. Eorum arbritii fructus, &c. *quo etiam cap. agit de duplis fructibus.* De Duplione vero agit. *Plin. 18, co. 3,*

36, Ut ſi quis e libertate in ſervitutem aſſeretur, Prætor vindicias ſecundum liberatem decerneret. *Hujus fragm. meminit* Dio*nyſ. Halicar. lib. 2, antiquit. ubi agit de aſſertione Virginiæ puellæ & vid. l. ordinata, 14. cum l. ſeq.* D. *de liber cauſ.*

37, Æris confeſſi, æriſque debiti judicatis, triginta dies juſti ſunto. Poſt dein, manus injectio eſto: in jus ducito. Ni judicatum faxit, nemut quips endo eo jure vindex eſit, *al. viudicit* ſecum ducito. Vincito aut nervo, conpedibus quindecim pondo, ne minore, aut ſi volet majore vincito. Si volet, ſuo vivito, ni ſuo vivit: qui eum vinctum habebit, libram ſarris endo die dato, ſi volet, plus dato. *Ex Agel lib. 20, cap. 3, Hoc autem fragmentum Joſeph. Scalig. apud Feſt. in voce Nervum, ita legit.*

Æris confeſſei rebuſque jure judicateis triginta dies juſtei ſunto. Poſt idea indu munus jactio eſto: in jous ducito, nei joudicatum facit, aut quips endo joure vindicit, ſecum ducito vincito, aut nervo aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut ſei volet majore vincito: ſei volet ſuo vivito: nei ſuo vivit, qui eum vinctum habebit libras farris in dies dato: ſei volet, plus dato *ubi* Nervum, *ξύλον lignum interpretatur. Hoc item frag. explicat. & reſtituit.* D. N. *Cujac. lib. 3. obſ. cap. 39. quem ipſe videas.*

38. Ni Cum eo pacit: ſexaginta dies in vinculis retineto: Trinis nundinis continuis in commitium procitato, æriſque æſtimiã judicati prædicato. Tertiis nundinis capite pœnas luito, aut trans Tyberim

m parte venum ito. aſt ſi pluſes eſunt rei, tertiis nundinis partis ſecanto: ſi plus minuſve ſecueſunt, ſine fraude eſt. *Ex agell. loco.*

39. Tignum junctum ædibus vineæve, & concaput ne ſolvito. *Feſt. in voce Tignum.* Vide *& l. Gemma* 6. D. *ad exhib. l. de eo* 63. *de don. int. vir. & uxo. l. in rem,* 23, §: *& tignum, de rei vin. l. qui res ſuas,* 98, *in fi.* D. *de ſolut.* §: *cum in ſuo.* 21, *Inſt. de rer. divi. l. adeo* 7, §: 10. D. *adq. rer. domin. & l. ligni.* 62, *de verb. ſig.*

40. Ut qui illud junxiſſet, domino dupli præſtaret, *ibid.*

41. Si rupitias farcito, *Feſt. in voc. Rupitias, & Sarcita.* Vide *&* l. 1, D. *ad leg. Aquil. & l. ſervus,* 27. §: 9, *eod.*

42. Ut qui alienas arbores injuria cæcidiſſet, in ſingulas æris viginti quinque lueret, *Ex plin.* 17, *cap.* 1, *& l.* 1, D. *arbor. furt. cæſar.*

43. Si nox furtum faxit, & im aliquips occiſit, jure cæſus eſto. *Macrob. lib.* 1. *cap* 6, *vide & Agell.* 11. *cap.* 18.

44. Ut ſi neque noctu, neque ſe telo defendens prehenderetur, verberatus ei cui furtum feciſſet addiceretur. *Ex Agell. ibid. & l.* D. *de ſ'.*

45. Ne quis unciario fœnore amplius exerceto, *Ex Tacit. lib.* 5 *& Livi. li.* 7. *cujus etiam abrogatæ legis meminit, & Cato in lib. de re ruſtic.*

46. Ut cæterarum rerum ſi heredes partem quiſque ſuam habere mallent familiæ erciſcundæ arbitrium ſumerent: totius rei curam arbitriumque permitterent. *Ex Gajo. in l.* 1, *D. famil. erciſc. & l.* 4, *eod. & Feſt, in voc. Erctum,*

47. Ut jurisjurandi ad fidem adſtringendam præcipua vis eſſet. *Ex Cic. offic. Agell.* 7. *cap.* 18. *& Polyb. lib.* 6. *hiſt.*

Fragmentorum legis xij. Tabularum Finis.

DIGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

LIB. L. TIT. PENULT.

De Verborum & Rerum ſignificatione.

1. Paulus *libro primo ad Edictum.*

VErbum hoc *ſi quis* tam maſculos quam fœminas complectitur.

2. Paulus *libro primo ad Edictum.*

Urbis appellatio muris: *Romæ* autem continentibus ædificiis finitur, quod latius paret.

1. Cujuſque Diei major pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.

3. Ulpianus *libro ſecundo ad Edictum.*

Itinere faciendo viginti millia paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipienda, ut, ſi poſt hanc dinumerationem minus quam viginti milia ſuperſint, integrum diem occupent: veluti viginti unum milia ſunt paſſus, Biduum eis adtribuetur, quæ dinumeratio ita demum facienda erit, ſi de die non conveniat.

2. Ejus qui apud hoſtes deceſſit, dici hereditas non poteſt, quia ſervus deceſſit.

4. Paulus *libro primo ad Edictum.*

Nominis appellatione rem ſignificari, Proculus ait.

5. Idem *libro ſecundo ad Edictum.*

Rei appellatio latior eſt, quam *Pecuniæ*, quia etiam ea, quæ extra computationem patrimonii noſtri ſunt, continet: cum Pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt.

1. *Opere locato, conducto*: his verbis Labeo ſignificari ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, id eſt ex opere facto corpus aliquod perfectum.

Ulpianus *libro tertio ad Edictum.*

Nominis & rei appellatio, ad omnem contractum & obligationem pertinet.

1. verbum *Ex Legibus* ſic accipiendum eſt: tam ex legum ſententia, quam ex verbis.

7. Paulus *libro ſecundo ad Edictum.*

Sponſio appellatur, non ſolum quæ per ſponſi interrogationem ſed omnis ſtipulatio promiſſioque.

8. Idem *libro tertio ad Edictum.*

Verbum *Oportebit*, tam præſens, quam futurum tempus ſignificat.

1. *Actionis* verbo non continetur *Exceptio.*

9. Ulpianus *libro quinto ad Edictum.*

Marcellus apud Julianum notat verbo *Periſſe* (*al. Rapuiſſe ſeu amiſſe*,) & ſciſſum & fractum contineri, & vi raptum.

10. idem *libro ſexto ad Edictum.*

Creditores accipiendos eſſe conſtat, Eos, quibus debetur ex quaque actione, vel perſecutione: vel jure civili ſine ulla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario: ſive pure, ſive in diem, vel ſub conditione. Quod ſi natura debeatur, non ſunt loco creditorum. Sed etſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, *Creditores* accipiuntur.

11. Gajus *libro primo ad Edictum Provinciale.*

Creditorum appellatione, Non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur.

12. Ulpianus *libro ſexto ad Edictum.*

Ut Si contractu ex empto, vel ex locato vel ex alio ullo debeatur. Sed et ſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe *Creditores* loco accipi. Quod ſi ex populari cauſa, ante litis conteſtationem recte dicetur *creditoris* loco non eſſe, poſt ea eſſe.

1. MINUS ſolvit, qui tardius ſolvit: nam & Tempore minus ſolvitur.

13. Idem *libro ſeptimo ad Edictum.*

Mulieris appellatione, etiam virgo viri-potens continetur.

1. RES abeſſe videntur (ut Sabinus ait, & Pedius probat) etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata eſt & ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel trans figuratæ, videri abeſſe: quoniam PLERUMQUE plus eſt in manus pretio, quam in re.

2. DESINERE autem abeſſe res tunc videtur, cum ſic redit in poteſtatem ne amittere ejus poſſeſſionem poſſimus.

3. Or HOC, quod furto pridem ſubtracta eſt, abeſt: & ea quæ in rebus humanis non eſt.

14. Paulus *libro ſeptimo ad edictum.*

Labeo & Sabinus exiſtimant: Si Veſtimentum ſciſſum red[...]tur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi, aut tabula[...] pictura: videri rem abeſſe: quoniam earum rerum pretium n[...] in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi Dominus rem, [...] furto ſibi aberat, ignorans emerit. recte dicitur res abeſſe, eti[...] tipoſtea is ita eſſe ſcierit: quia VIDETUR res ei abeſſe, cu[...]um abeſt.

1. Rem amiſiſſe videtur, qui adverſus nullum ejus perſeq[...]dæ actionem habet.

15. Ulpianus *libro decimo ad Edictum.*

Bona Civitatis abuſive Publica dicta ſunt, SOLA ENIM [...] PUBLICA ſunt, quæ populi Romani ſunt.

19. Gajus *libro tertio ad Edictum provinciale.*

Eum qui vectigal populi Romani conductum habet, PUBL[...]CANUM appellamus. *nam Publici* appellatio in compluribus ca[...] ad populum Romanum reſpicit: CIVITATES enim privator[...] loco habeutur.

17. Ulpianus *libro decimo ad Edictum.*

Inter Publica habemus non ſacra, nec religioſa, nec quæ p[...]blicis uſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qua ſunt Civitatum velut bon[...] ſed & peculia ſervorum civitatum proculdubio publica habentu[...]

1. *Publica vectig alia* intelligere debemus, ex quibus vectig[...] fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, ite[...] ſalinarum, metallorum, & picariarum *al. piſcariarum.*

18. Paulus *liaro nono ad Edictum.*

Munus tribus modis dicitur uno Donum: & inde Munera di[...] dari mittive. altero Omnus: quod cum remittatur, vocatione[...] militiæ muneriſque præſtat: inde *Immunitatem* appellari, ter[...] Officium unde Munera militaria, & quoſdam Milites Munific[...] vocari. Igitur *Municipes* dici, quod munera civilia capiant.

19. Ulpianus *libro undecimo ad edictum.*

Labeo Primo libro Prætoris urbani definit, Quod quædam [...]gantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et *Actum* qu[...]dem generale verbum eſſe, ſive verbis, ſive re quid agatur: ut [...] ſtipulatione, vel numeratione, *Contractum* autem ultro citroq[...] obligationem, quod Græci *συνάλλαγμα* vocant: veluti Emptionem vend

m, locationem, conductionem, ſocietatem. *Geſtum* gnificare ſine verbis factam.

20. Idem *libro duodecimo ad Edictum.*

outr axerunt, Geſſerunt, non pertinent ad teſtandi jus.

21. Paulus *libro undicimo ad Edictum.*

PS Bona concedendo, videtur etiam obligationes con-

Gajus *libro quarto ad Edictum Provinciale.*

ST In reſtitutione, quam in exhibitione. nam *Exhibe-* entiam corporis præſtre: *Reſtituere* eſt, etiam poſſeſſo- : fructusque reddere. Pleraque præterea *Reſtitutionis* inentur.

Ulpianus *libro quartodecimo ad Edictum.*

llatione, & cauſæ & jura continentur.

Gajus *libro ſexto ad Edictum Provinciale.*

t aliud *Hereditas* quam Succeſſio in univerſum jus, nctus habuit.

. Paulus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

icimus. EUM fundum totum noſtrum eſſe, etiam cum : alienus eſt: quia USUSFRUCTUS non dominii pars, tis ſit: ut via, & iter. nec falſo dici, TOTUM meum non poteſt ulla pars dici alterius eſſe. hoc & Julianus. &

ntus Mucius ait, *Partis* appellatione, rem pro indiviſo nam QUOD pro diviſo *al. indiviſo* noſtrum ſit, id n, ſed totum eſſe. Servius non ineleganter *Partis* appel- umque ſignificari.

5. Ulpianus *libro ſextodecimo ad Edictum.*

M non eſſe partem rei furtivæ, Scævola libro undecimo m ſcribit.

7. Idem *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

t locus, qui ſine villa eſt.

ndium, a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, a, colligatur. Idem hoc etiam *Tributum* appellari Pom- . Et ſane appellatur, ab intributione *Tributum*: vel ex ilitibus tribuatur.

28. Paulus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

Alienationis verbum etiam uſucapionem continet. Vix e-nim, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi. EUM quo e alienare dicitur, qui non utendo amiſit ſervitutes. QUI occaſio adquirendi non utitur, non intellegitur alienare: veluti qui here-tatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non a-plectitur.

1. ORATIO quæ neque conjunctionem, neque diſjunct-nem habet: ex mente pronuntiantis, vel diſjuncta vel conjun accipitur.

29. Idem *libro ſexageſimo ſexto ad Edictum.*

CONJUNCTIONEM enim nonnunquam pro Diſjunctio accipi, Labeo ait: ut in illa ſtipulatione, *Mihi hæredique meo e hæredemque tuum.*

30. Gajus *libro ſeptimo ad Edictum Provinciale.*

Silva cædua eſt; (ut quidam putant) quæ in hoc habetur cæderetur. Servius Eam eſſe: quæ ſucciſa, rurſus ex ſtirpibus e radicibus renaſcitur.

1. *Stipula illecta*, eſt ſpicæ in meſſe dejectæ, nec dum lect, ruſtici, cum vacaverint, colligunt.

2. *Novalis* eſt, *terra* præciſa, quæ anno ceſſavit, quam Gr ἔγακιν (al. νεαγὴν), vocant.

3. *Integra* autem eſt, in quam nondum dominus paſcendi g tia pecus immiſit.

4. *Glans caduca* eſt quæ ex arbore cecidit.

5. *Paſcua ſilva* eſt, quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.

31. Ulpianus *libro octavodecimo ad Edictum.*

Pratum eſt, in quo ad fructum percipiendum falce dunta opus eſt: ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capiendu

32. Paulus *libro viceſimo quarto ad Edictum.*

MINUS SOLUTUM intelligitur, etiam ſi nihil eſſet ſolut

33. Ulpianus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

Palam eſt, coram pluribus.

34. Paulus *libro viceſimo quarto ad Edictum.*

ACTIONIS verbo, etiam Perſecutio continetur.

35. Idem *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

RESTITUERE autem is intelligitur, qui ſimul, & cauſam ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ri redd , quam is habiturus eſſet , ſi ſtatim iudicii accepti tempore res ei reddita fuiſſet , id eſt , & uſucapionis cauſam , & fructuum.

39. Ulp. *libro viceſimo tertio ad Edictum.*

Litis nomen omnem actionem ſignificat , ſive in rem , ſive in perſonam ſit.

27. Paulus *libro viceſimo ad Edictum.*

Verbum *Oportere* , non ad facultatem Judicis pertinet : qui poteſt uris, vel minoris condemnare : ſed ad veritatem refertur.

3. Ulpianus *libro viceſimo quinto ad Edictum.*

Oſtentum Labeo definit , Omne contra naturam cujuſque rei genitum factumque. Duo genera autem ſunt oſtentorum . unum , quid contra naturam naſcitur : tribus manibus forte , aut aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt. alium quid prodigioſum videtur, quæ Græci φαντάσματα, *viſiones* vocant.

3. Paulus *libro quinquageſimo tertio ad Edictum.*

Subſignatum dicitur , quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. nam veteres *ſignationis* verbo , pro adſcriptione uti ſolebant

Bona intelliguntur cujuſque , quæ deducto ære alieno ſuperſunt.

Denunciare eſt , abſenti denuntiare.

Incertus poſſeſſor eſt , quem ignoramus.

40. Ulpianus *libro quinquageſimo ſexto;*

Declaratio , eſt denuntiatio facta cum teſtatione.

1. *Servi* appellatio , etiam ad ancillam refertur.

2. *Familiæ* appellatione libri quoque continentur.

3. UNICUS Servus *Familiæ* appellatione non continetur. Ne duo quidem familiam faciunt.

Gajus *libro viceſimo primo ad Edictum Provinciale.*

Armorum appellatio, non utique ſcuta , & gladios , & galeas ſignificat : ſed & fuſtes , & lapides.

Ulpianus *libro quinquageſimo ſeptimo ad Edictum.*

Probrum & *Opprobrium* , id eſt , Probra quædam natura turpia ſunt, quædam civiliter , & quaſi more civitatis : ut puta Furtum, adulterium , natura turpe eſt. Enimvero tutelæ damnari , hoc non natura probrum eſt, ſed more civitatis.Nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

43. Idem *libro quinquageſimo octavo ad Edictum.*

Verbo *Victus* continentur, quæ eſui, potuique, cultuique cc poris, quæque ad vivendum homini neceſſaria ſunt. *Veſtem* qu que victus habere vicem, Labeo ait.

44. Gajus *libro viceſimo ſecundo ad Edictum Provinciai*

Et cetera, quibus tuendi, curandive corporis noſtri gratia ut mur, ea appellatione ſignificantur.

45. Ulpianus *libro quinquagenſimo octavo ad Edictum.*

Inſtratum al. ſtrato omne veſtimentum contineri, quod in ciatur, Labeo ait. Neque enim dubium eſt, quin *Stragula veſi* ſit, omne pallium περίστρωμα. In victum ergo veſtem accipiemu non Stragulam: in Stratum omnem Stragulam veſtem.

46. Idem *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

Pronuntiatum & *Statutum* idem dici poteſt, promiſcue eni *Pronuntiaſſe* & *Statuiſſe* ſolemus dicere eos qui jus habent cogn ſcendi.

1. *Matrem familias* accipere debemus eam, quæ non inhoneſt vixit MATREM enim familas a ceteris fœminis mores diſcer nunt, atque ſeparant. proinde Nihil intererit: nupta ſit, an vidua Ingenua ſit, an libertina: nam NEQUE Nuptiæ, neque natales fa ciunt matrem familias: ſed boni mores.

47. Paulus *libro quinquageſimo ſexto ad Edictum.*

Liberationis verbum, eandem vim habet, quam *ſolutionis.*

48. Gajus *libro ad Edictum Prætoris urbani titulo.*

Qui neque ſequantur, neque ducantur. Id eſt, (ut not. Duaren lib. 1. diſp. cap. 1.) *Qui tamen ſi vocantem non ſequantur, invit tamen in jus duci non poſſunt.*

Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis levatus ſit, ma nibus tamen tenetur. ac Ne eum quidem intelligimus ſolutum qui in publico ſine vinculis ſervatur.

49. Ulpianus *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

Bonorum appellatio, aut naturalis, aut civilis eſt. Naturaliter *Bona* ex eo dicuntur, quod beant hoc eſt, beatos faciunt. *Beare*, eſt prodeſſe. IN BONIS autem noſtris computari ſciendum eſt, non ſolum quæ dominii noſtri ſunt, ſed & ſi bona fide a nobis poſſide-antur, vel ſuperficiaria ſint. Æque bonis adnumerabitur, etiam ſi

quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

i actionibus, petitionibus, perſecutionibus. nam hæc om-
s eſſe videntur.

50 Idem *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

pellatio, etiam ad Pronurum & ultra porrigenda eſt.

s *libro viceſimo tertio ad Edictum Provinciale*

ione *Parentis*, non tantum pater, ſed etiam avus & pro-
inceps omnes ſuperiores continentur: ſed & mater & a-
ia.

lpianus *libro ſexagenſimo primo ad Edictum.*

appellatione, & Patrona continetur.

'aulus *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

comparatum eſt, Ut Conjuncta pro disjunctis accipi-
isjuncta pro conjunctis, interdum ſoluta pro ſeparatis.
dicitur apud veteres *Adgnatorum gentiliumque*, pro ſe-
ccipitur. At cum dicitur *Super pecunia tutelave ſua*, Tu-
rim ſine pecunia dari non poteſt. Et cum dicimus, *Quod*
onavi. utraque continemus. Cum vero dicimus *Quod*
facere oportet: Quodvis eorum ſufficit probare. Cum
Prætor, *Si donum. munus, operas redemerit.* Si omnia im-
certum eſt, omnia redimenda eſſe. Ex re ergo pro con-
bentur. Si quædam impoſita ſunt, cætera non deſide-

dubitatum: illa verba *Ope, conſilio*, Quemadmodum
ſunt: ſententia conjungentium aut ſeparantium? Sed
quod & Labeo ait, Separatim accipienda: quia ALIUD
ejus, qui ope: aliud ejus, qui conſilio furtum facit. Sic
condici poteſt, alii non poteſt. & ſane poſt veterum au-
eo perventum eſt, Ut NEMO Ope videatur feciſſe, niſi
m malignum habuerit: non Conſilium habuiſſe, noce-
factum ſecutum fuerit.

lpianus *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum.*

onales creditores dicuntur & hi, quibus nondum com-
, eſt autem competitura: vel qui ſpem habent ut com-

5. Paulus *libro ſextodecimo brevis Edicti.*

r autem is eſt, qui exceptione perpetua ſummoveri non
poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

poteſt. Qui autem temporalem Exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori.

56. Ulpianus *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum.*

Cognoſcere inſtrumenta, eſt Relegere, & Recognoſcere. *Diſpungere* eſt Conferre accepta & data.

1. *Liberorum* appellatione, continentur non tantum qui ſunt in poteſtate: ſed omnes, qui ſui juris ſunt, ſive virilis, ſive fœminini ſexus ſint, exve fœminino ſexu deſcendentes.

57. Paulus *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam ceteri diligentiam, & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent: hi *Magiſtri* appellantur. Quin etiam ipſi *Magiſtratus* per derivationem a magiſtris cognominantur: Unde etiam cujus- libet diſciplinæ præceptores, *Magiſtros* appellari a monendo, vel monſtrando.

1. PERSEQUI videtur, & qui ſatis accepit.

58, Gajus *libro viceſimo quarto ad Edictum provinciale*

Licet inter *Geſta* & *Facta* videtur quædam eſſe ſubtilis differentia: at tamen, καταχρηστικῶς, *i. abuſive*, nihil inter *Factum* & *Geſtum* intereſt.

1. *Paternos libertos*, recte videmur dicere noſtros libertos, *Liberorum libertos*, non recte noſtros libertos dicimus.

59. Ulpianus *libro ſexageſimo octavo ad Edictum.*

Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa, atque munita, inde *Angiportum* dictum eſt.

60. Idem *libro ſexageſimo nono ad Edictum.*

Locus eſt, non fundus, ſed portio aliqua fundi, *Fundus* autem integrum aliquid eſt, plerumque ſine villa *Locum* accipimus. Ceterum Adeo opinio noſtra & conſtitutio *Locum a fundo* ſeparat. ut & *Modicus Locus* poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus. Non etiam magnitudo *locum a fundo* ſeparat, ſed noſtra affectio, & *quælibet portio fundi* poterit *Fundus* dici, ſi jam hoc conſtituerimus, nec non & *Fundus, Locus* conſtitui poteſt. nam, ſi eum alii adjunxerimus fundo, locus fundi efficietur.

1. *Loci* appellationem non ſolum ad ruſtica, verum ad urbana quoque prædia pertinere, Labeo ſcribit.

2. At *Fundus* quidem ſuos habet fines: *Locus* vero latere poteſt, quatenus determinetur, & definiatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

3. Paulus *libro ſexageſimo quinto ad Edictum.*

...tionis appellatione, interdum etiam Repromiſſio con... , qua contentus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur.

...ajus *libro viceſimo ſexto ad Edictum Provinciale.*

... appellatione in lege duodecim tabularum, omne genus ..., ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

... Ulpianus *libro ſeptuageſimo primo ad Edictum.*

... *te.* amplius eſt, quam *Apud te.* nam *Apud te.* eſt, quod ...qualiter a te teneatur: *Penes te.* eſt, quod quodam modo ...ir.

... Paulus *libro ſexageſimo ſeptimo ad Edictum.*

...atus eſt, non tantum qui teſtamentum non fecit, ſed eti... ... ex teſtamento hereditas adita non eſt.

6... Ulpianus *libro ſeptuageſimo ſecundo ad Edictum.*

...lis appellatio, non ſolum ad proximum Heredem, ſed & ...iores refertur. nam & Heredis heres, & deinceps *Heredis* ...ione continetur.

... Idem *libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum.*

...is appellatio. ad res mobiles tantum pertinet.

...7. Idem *libro ſeptuageſimo ſexto ad Edictum.*

...natum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio vendi... ...anet: Venditum tamen recte dicitur.

... *Donationis* verbum, ſimpliciter loquendo, omnem donati... comprehendiſſe videtur: ſive mortis cauſa, ſive non mortis ...erit.

...8. Idem *libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum.*

... verba *Arbitratu Lucii Titii fieri*, jus ſignificant, & in ſer... ...on cadunt.

...69 Idem *libro ſeptuageſimo octavo ad Edictum.*

... verba *Cui rei dolus malus abfuerit.* Generaliter comprehen... ...mnem dolum, quicumque in hanc rem admiſſus eſt, de qua ...tio eſt interpoſita.

...o. Paulus *libro ſeptuageſimo tertio ad Edictum.*

...ndum eſt, *Heredem* etiam per multas ſucceſſionis accipi...

nam paucis ſpeciebus *Heredis* appellatio proximum contin[illegible] Veluti in ſubſtitutione impuberis, *quiſquis mihi heres erit, i[illegible] filio heres eſto*, ubi Heredis heres non continetur, quia ince[illegible] eſt. Item in lege Ælia Sentia, Filius heres proximus poteſt lil[illegible] tum paternum ut ingratum accuſare, non etiam ſi heredi h[illegible] exſtiterit. Idem dicitur in operum exactione, ut filius heres [illegible] gere poſſit, non ex ſucceſſione effectus.

1. Verba hæc, *Is ad quem ea res pertinet*, Sic intelliguntur, qui in univerſum dominium vel jure civili, vel jure prætorio ſ[illegible] cedit, contineatur.

71. Ulpianus *libro ſeptuageſimo nono ad Edictum.*

Aliud eſt *Capere*, aliud *Accipere*, *nam Capere*, cum effectu acc[illegible] pitur. *Accipere*, & ſi quis non accepit ut habeat, ideoq; NO[illegible] videtur quis capere, quod erit reſtituturus. ſicut PERVENISS[illegible] proprie illud dicitur, quod eſt remanſurum.

1. Hæc verba. *His rebus recte præſtari*, Hoc ſignificant, Ne qu[illegible] periculum, vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

72. Paulus *libro ſeptuageſimo ſexto ad Edictum.*

Appellatione *rei*, pars etiam continetur.

73. Ulpianus *libro octogeſimo ad Edictum.*

Hæc verba in ſtipulatione poſita. *Eam rem recte reſtitui*, fru[illegible] ctus continent. *Recte* enim verbum, pro viri boni arbitrio eſt.

74. Paulus *libro ſecundo ad Edictum ædilium curulium*

Signatorius annulus, Ornamenti appellatione non continetur.

75. Idem *libro quinquageſimo ad Edictum.*

RESTITUERE videtur, qui id reſtituit, quod habiturus eſſet actor, ſi controverſia ei facta non eſſet.

76. Idem *libro quinquageſimo primo ad Edictum.*

DEDISSE intelligendus eſt, etiam is, qui permutavit, vel compenſavit.

77. Idem *libro quadrageſimo nono ad Edictum.*

Frugem pro *Reditu* appellari non ſolum quod frumentis, aut leguminibus: verum & quod ex vino, ſilvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, Julianus ſcribit, *Fruges* omnes eſſe, quibus homo veſcatur: falſum eſſe: non enim carnem, aut aves, feraſve, aut poma *Fruges* dici. *Frumentum* autem, id eſſe, quod ariſta ſe teneat,

recte

Glum definiſſe. *Lupinum* vero & *Fabam*, Fruges potius ... non ariſta, ſed ſiliqua conitnentur. quæ Servius apud ...m, in frumento contineri putat.

78. Paulus *libro tertio ad Plautium.*

...m Proprietas quoque verbum *Poſſeſſionis* ſignificat: ..., qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

79. Idem *libro ſexto ad Plautium.*

IMPENSÆ NECESSARIÆ ſunt; quæ ſi factæ non ſint, res ...ra, aut deterior futura ſit.

...ILES IMPENSAS eſſe Fulcinius ait, Quæ meliorem ...iant, non deteriorem eſſe non ſinant: ex quibus reditus ...quiratur: ſicuti arbuſti paſtinationes ultra quam neceſſe ...m doctrinam puerorum. quorum nomine onerari muli... ...rantem vel invitam, non oportet: ne cogatur fundo, aut ... carere. In his impenſis & piſtrinum, & horreum inſu... ...djectum, plerumque dicemus.

...LUPTARIÆ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non ...ctum augent: ut ſunt viridaria, & aquæ ſalientes, incru... ... loricationes, picturæ.

80. Idem *libro nono ad Plautium.*

...NERALI Repetitione legatorum, etiam datæ libertates ...tur ex mente legis duodecim tabularum.

81. Idem *libro decimo ad Plautium*

...Prætor dicat, *Vt opus factum reſtituatur*, etiam damnum ...tor conſequi debet: nam verbo *Reſtitutionis*, omnis uti... ...ris continetur.

82. Idem *libro decimo ad Plautium.*

...UM *Amplius*, ad eum quoque pertinet, cui nihil debe... ...i ex contrario MINUS ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſ... ...um.

83. Javolenus *libro quinto ex Plautio.*

...RIE *Bona* dici non poſſunt, quæ plus incommodi, quam ...di habent.

84. Paulus *libro ſecundo ad Vitellium.*

... Appellatione, omnes libros intelligimus.

85. Mar-

85. Marcellus *libro primo Digeſtorum.*

Neratius Priſcus TRES facere exiſtimat collegium, & hoc magis ſequendum eſt.

86. Celſus *libro quinto Digeſtorum.*

Quid aliud ſunt *Iura prædiorum*, quam prædia qualiter fuerint ſe habentia, ut bonitas, ſalubritas, amplitudo?

87. Marcellus *libro duodecimo Digeſtorum.*

Ut Alfenus ait, *Vrbs* eſt Roma, quæ muro cingeretur. *Roma* eſt etiam, qua continentia ædificia eſſent. nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine quotidiana poſſe intellegi, cum diceremus *Romam nos ire*, etiam ſi extra urbem habitaremus.

88. Celſus *libro octavodecimo Digeſtorum.*

TANTUM quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici poteſt. Sic dicimus, *Centies aureorum habere*, Qui tantum in prædiis, cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, quamquam is hereditaria pecunia parari poteſt. NEQUE quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quidquid ex ea parari poteſt,

89. Pomponius *libro ſexto ad Sabinum.*

Boves magis armentorum, quam jumentorum generis appellantur.

1. Hoc ſermone, *Dum nupta erit*, primæ nuptiæ ſignificantur.

2. Inter *Edere & reddi rationes*, multum intereſt. necis, qui Edere juſſus ſit, reliquum reddere debet nam, & ARGENTARIUS edere rationem videtur etiam ſi, quod reliquum ſit apud eum, non ſolvat.

90. Ulpianus *libro viceſimo ſeptimo ad Sabinum.*

Qui, Uti optimæ maximæque ſunt, ædes tradit: non hoc dicit, Servitutem illis deberi: ſed illud ſolum, Ipſas ædes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſervire.

91. Paulus *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

Meorum & *Tuorum* appellatione, Actiones quoque contineri, dicendum eſt.

92, Idem *libro ſeptimo Quæſtionum.*

Proximus eſt, quem nemo antecedit: *Supremus* eſt, quem nemo ſequitur.

93. Celſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

...3. Celſus *libro nonodecimo Digeſtorum.*

...*ntium*, item *Mobilium* appellatione, idem ſignificamus. ſi ...paret defunctum animalia duntaxat, quia ſe ipſa move-...*ventia* vocaſſe. quod verum eſt.

...4. Idem *libro viceſimo Digeſtorum.*

...m *reddendi*, quamquam ſignificatum habet retro dandi: ...tamen & per ſe dandi ſignificationem.

... Marcellus *libro quartodecimo Digeſtorum.*

...t *reliquorum* appellatio, & Univerſos ſignificare.

...6 Celſus *libro viceſimo quinto Digeſtorum.*

...eſt, quo uſque maximus fluctus a mari pervenit. idque ...n Tullium ajunt, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe.
... RAEDIA dicimus aliquorum eſſe, non utique communi-...ntium ea, ſed vel alio aliud habente.

...7 Idem *libro trigeſimo ſecundo Digeſtorum.*

...i ſtipulamur, *Quanta pecunia ex hereditate Titii ad te per-...*: Res ipſas, quæ pervenerunt, non pretia earum ſpectare ...ur.

...8. Idem *libro trigeſimo nono Digeſtorum.*

...n Biſextus *al. Biſextum* Kalendis eſt: nihil refert, Utrum ...i, An poſteriore die quis natus ſit: & ſic deinceps ſextum (*al.* ...) Kalendas ejus natalis dies eſt. nam id Biduum pro uno die ...r: ſed poſterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo an-...rcalatum non eſt, ſexto Kalendas natus, cum biſextus Ka-...eſt priorem diem natalem habet.
... Cato putat, MENSEM Intercalarem additilium eſſe, omnes-...us dies pro momento temporis obſervari: extremoque diei ...Februarii adtribuit Quintus Mutius.
... MENSIS autem autem Intercalaris, conſtat ex diebus viginti ...

...9. Ulpianus *libro tertio de officio Conſulis.*

...*tionem* accipere debemus, & Cognitionem & Juriſdictionem.
... *Continentes provincias* accipere debemus eas, quæ Italiæ ...ę ſunt: ut puta Galliam. ſed & provinciam Siciliam magis inter ...nentes accipere nos oportet, quę modico freto Italia dividitur ...*Inſtrumentorum* appellatione quę comprehendantur perquam ...ile erit ſeparare. Quę enim proprie ſint inſtrumenta propter

quę

Quæ dilatio danda ſit, inde dignoſcemus: ſi in præſentiam perſ-
næ, quæ inſtruere poſſit, dilatio petatur puta ejus qui actum g-
ſit, licet in ſervitute: vel qui actor fuit conſtitutus, putem vide-
inſtrumentorum cauſa peti dilationem.

100. Idem *libro ſecundo de officio Conſulis.*

Specioſas perſonas accipere debemus, clariſſimas perſonas utri-
uſque ſexus, Item eorum, quæ ornamentis ſenatoriis utuntur.

101. Modeſtinus *libro nono Differentiarum.*

Inter *Stuprum* & *Adulterium*, hoc intereſſe quidam putant: quod
Adulterium in nuptam, *Stuprum* in viduam committitur. ſed le-
Julia de adulterio hoc verbo indifferentur utitur.

1. *Divortium* inter virum & uxorem fieri dicitur. *Repudium*
vero ſponſæ remitti videtur: quod & in uxoris perſonam non ab-
ſurde cadit.

2. Verum eſt, *Morbum* eſſe temporalem corporis imbecillita-
tem: *Vitium* vero, perpetuum corporis impedimentum: veluti ſi
talum excuſſit, nam & Luſcus utique vitioſus eſt.

3. SERVIS legatis, etiam ancillas deberi quidam putant: qua-
ſi Commune nomen utrumque ſexum contineat.

10 . Idem *libro ſeptimo Regularum.*

3. *Derogatur legi*, aut *Abrogatur*. Sic *Derogatur legi*, cum pars
detrahitur: *Abrogatur legi*, cum prorſus tollitur.

103. Idem *libro octavo Regularum.*

LICET Capitalis, latine loquentibus omnis cauſa exiſtimatio-
nis videatur: tamen appellatio *Capitalis*, mortis, vel amiſſionis
civitatis, intelligenda eſt.

104. Idem *libro ſecundo Excuſationem.*

Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται.

Natorum appellatio, & ad Ne-
potes extenditur.

105. Idem *libro undecimo Reſponſorum.*

Modeſtinus reſpondit his verbis, *Libertis Libertabuſque meis*,
Libertum libertæ teſtatoris non contineri.

106. Idem *libro ſingulari de Præſcriptionibus.*

Dimiſſoriæ literæ dicuntur, quæ vulgo *Apoſtoli* dicuntur. *Di-
miſſoriæ* autem dictæ, quod cauſa ad eum, qui appellatus eſt, di-
mittitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

07. Idem *libro tertio Pandectarum.*

...are libertum, hoc eſt, teſtificari, cujus ex libris libertum ... voluit.

08. Idem *libro tertio Pandectarum.*

...TOR intelligitur is, a quo invito exigi pecunia poteſt.

09. Idem *libro quinto Pandectarum.*

...E fidei emptor eſſe videtur, qui ignoravit eam rem alie... : aut putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere: puta ...rem, aut tutorem eſſe.

110. Idem *libro ſexto Pandectarum,*

...ter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua con...eſt, depoſuerunt: dictus ab eo quod occurrenti, aut quaſi ... eos, qui contendunt committitur.

11. Javolenus *libro ſexto ex Caſſio.*

...*i*, eſt conſtituere & præcipere. Unde etiam dicere ſolemus ...*c facias*: & *Semet aliquid cenſuiſſe*, Inde *Cenſoris* nomen ...eſſe tractum.

112. Idem *libro undecimo ex Caſſio.*

...S Publicum eſt eatenus, qua maxime fluctus exæſtuat, ...QUE Juris eſt in lacu, niſi is totus privatus eſt.

13. Idem *libro quartodecimo ex Caſſio.*

...*us ſonticus* eſt, qui cuique rei nocet.

114. Idem *libro quintodecimo ex Caſſio.*

...VENDO eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ...

115. Idem *libro quarto Epiſtolarum.*

...ſtio eſt, *Fundus* a *Poſſeſſione*, vel *Agro*, vel *Prædio* quid di... ...NDUS eſt, omne, quidquid ſolo tenetur. AGER eſt, ſi ...undi ad uſum hominis comparatur. POSSESSIO ab *Agro* ...prietate diſtat. Quicquid enim adprehendimus, cujus pro... ...d nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere: hoc *Poſſeſſio*... ...pellamus, *Poſſeſſio* ergo uſus: *Ager* propietas loci eſt. ...IUM utriusque ſupraſcriptæ generale nomen eſt. nam & ... *Poſſeſſio* hujus appellationis ſpecies ſunt.

116. Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

116. Idem *libro ſeptimo Epiſtolarum.*

Quisquis mihi alius filius filiive heres ſit, Labeo non videri f liam contineri: Proculus contra: mihi Labeo videtur verborur figuram ſequi, Proculus mentem teſtantis. Reſpond. Non dubito quin Labeonis ſententia vera non ſit.

117. Idem *libro nono Epiſtolaram.*

Non Poteſt videri minus ſolviſſe is, in quem amplioris ſummæ actio non competit.

118. Pomponius *libro ſecundo ad Quintum Mucium.*

Hoſtes Hi ſunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus. ceteri *Latrones*, aut *Prædones* ſunt.

119. Idem *libro tertio ad Quintum Mucium.*

Hereditatis appellatio, ſine dubio continet etiam damnoſam hereditatem. Juris enim nomen eſt, ſicuti *Bonorum poſſeſſio.*

120. Idem *libro quinto ad Quintum Mucium.*

Verbis legis duodecim tabularum his, *Uti legaſſit ſuæ rei, ita jus eſto*, latiſſima poteſtas tributa videtur, & heredis inſtituendi, & legata, & libertates dandi. tutelas quoque conſtituendi, ſed id interpretatione coanguſtatum eſt vel legum, vel auctoritate jura conſtituentium.

121. Idem *libro ſexto ad Quintum Mucium.*

USURA pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt: quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt, nova obligatione.

122. Idem *libro octavo ad Quintum Mucium.*

Servius ait: Si ita ſcriptum ſit, *Filio filiisque meis hoſce tutores do*: Maſculis dumtaxat tutores datos: quoniam Singulari caſu hoc, *Filio*, ad pluralem videtur tranſiſſe, continentem eundem ſexum, quem quem ſingularis prior poſitus habuiſſet. Sed hoc facti, non juris habet quæſtionem, poteſt enim fieri, ut ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde plenius omnibus liberis, proſpexiſſe in tutore dando voluerit, quod magis rationabile eſſe videtur.

123. Idem *libro viceſimo ſexto ad Quintum Mucium.*

Verbum *Erit*, interdum etiam præteritum, nec ſolum futurum tempus demonſtrat. quod eſt nobis neceſſarium ſcire, & cum codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, *Quod in codicillis ſcriptum*

erit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

ante ſcriptos codicillos quis relinquat, quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt. Quemadmodum autem hoc verbum *Eſt* non ſolum præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat: ita & hoc verbum *Erit*, non ſolum futurum, ſed interdum etiam præteritum tempus demonſtrat. Nam cum dicimus, *Lucius Titius ſolutus eſt ab obligatione*: & præteritum & præſens ſignificamus. Sicut hoc, *Lucius Titius alligatus eſt*. Et idem fit, cum ita loquimur, *Troia capta eſt*. Non enim ad præſentis facti demonſtrationem refertur is ſermo, ſed ad præteritum.

124. Proculus *libro ſecundo Epiſtolarum.*

Hæc verba *Ille aut ille*, non ſolum disjunctivæ, ſed etiam ſubdisjunctivæ orationis ſunt, *disjunctivum* eſt veluti cum dicimus. *Aut dies aut nox eſt*: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero, poni alterum, ita ſimili figuratione, verbum poteſt eſſe ſubdisjunctivum. SUBDISJUNCTIVI autem genera ſunt duo. Unum, cum ex propoſitis finibus ita non poteſt utrumque eſſe, ut poſſit neuter eſſe: veluti cum dicimus *Aut ſedet, aut ambulat*, nam ut nemo poteſt utrumque ſimul facere. ita aliquis poteſt neutrum: veluti is, qui accumbit. Alterius generis eſt, cum ex propoſitis finibus ita non poteſt neuter eſſe, ut poſſit utrumque eſſe, veluti cum dicimus, *Omne animal aut facit, aut patitur*. Nullum eſt enim, quod nec faciat, nec patiatur: at poteſt ſimul & facere, & pati.

125. Idem *libro quinto Epiſtolarum:*

Nepos Proculo ſuo ſalutem. AB EO, qui ita dotem promiſit, *Cum commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum*; Putasne protinus nuptiis factis dotem peti poſſe? Quid, Si ita promiſſet, *Cum potuero, doti erunt*? Quod ſi aliquam vim habeat hoc obligatio, *poſſit* verbum quomodo interpretatis? utrum ære alieno deducto, An extante? Proculus: Cum dotem quis ita promiſit, *Cum potuero, doti tibi erunt centum*: Exiſtimo ad id, quod factum eſt, interpretationem redigendam eſſe. nam QUI AMBIGUE loquitur: id loquitur, quod ex his, quæ ſignificantur, ſenſit. Propius eſt tamen, ut hoc eum ſenſiſſe exiſtimem: *Deducto ære alieno potero.* Poteſt etiam illa accipi ſignificatio; *Cum ſalva dignitate mea potero.* Quæ interpretatio eo magis accipienda eſt, ſi ita promiſſum eſt; *Cum commodum erit*: hoc eſt, *Cum ſine incommodo meo potero.*

126. Idem *libro ſexto Epiſtolarum.*

Si, cum fundum tibi darē, legem ita dixi; *Uti optimus maximuſq;*

eſſet: & adjeci, jus fundi deterius factum non eſſe, per dominum præſtabitur, amplius eo præſtabitur nihil: etiam ſi prior pars qua ſcriptum eſt, *Uti optimus maximusque ſit*, liberum eſſe ſignificat. eoque, ſi poſterior pars adjecta non eſſet, liberum præſtar deberem: tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto, quod a jura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quam jus fundi pe dominum deterius factum non eſſe.

127. Calliſtratus *libro quarto de Cognitionibus*.

Veſtis appellatione, tam virilis, quam muliebris, & ſcænica, etiam tragica, aut citharœdica ſit continetur.

128. Ulpianus *libro primo ad legem Iuliam & Papiam*.

Spadonum generalis appellatio eſt. Quo nomine tam hi, qu natura ſpadones ſunt, item thlibiæ, thlaſiæ: ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur.

129. Paulus *libro primo ad legem Iuliam & Papiam*.

Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur quia nunquam liberi appellari potuerunt.

130. Ulpianus *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam*

Lege obvenire hereditatem, non improprie quis dixerit, & etiam quæ ex teſtamento defertur: quia LEGE Duodecim tabularum teſtamentariæ hereditates confirmantur.

131. Idem *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam*.

Aliud *Fraus* eſt, aliud *Pœna*. FRAUS enim ſine pœna eſſe poteſt: POENA ſine fraude eſſe non poteſt. POENA eſt, noxæ vindicta: FRAUS & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio.

1. Inter *Multam* autem & *Pœnam* multum intereſt: cum POENA generale ſit nomen, omnium delictorum coercitio. MULTA ſpecialis peccati, cujus animadverſio hodie pecuniaria eſt. POENA autem non tantum pecuniaria, verum capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. & MULTA quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit: POENA non irrogatur, niſi quæ aliqua lege, vel quo alio jure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimmo MULTA ibi dicitur, ubi ſpecialiter Pœna non eſt impoſita. Item MULTAM is dicere poteſt, cui judicatio *ſeu juriſdictio* (*al. adjudicatio*) data MAGISTRATUS enim ſolos & præſides provinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt. POENAM autem unuſquisque irrogare poteſt, cui hujus criminis, ſive delicti executio competit.

132. Pau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

132 Paulus *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

ANNICULUS amittitur, qui extremo anni die moritur, & conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat *Ante diem decimum Kalendarum, Poſt diem decimum Kalendarum.* Neutro enim ſermone undecim dies ſignificantur.

1. FALSUM eſt eam perperiſſe, cui motuæ filius exſectus eſt

133 Vlpianus *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

Si quis ſic dixerit, *Vt intra diem mortis ejus aliquid fiat:* Ipſe quoque dies, quo quis mortuus eſt numeratur.

134 Paulus *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

ANNICULUS non ſtatim ut natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die dicitur, incipiente plane non exacto die: quia annum civiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus.

135 Vlpianus *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

Quæret aliquis: Si Portentoſum, vel monſtruoſum, vel debile mulier ediderit, vel qualem viſu vagitu novum, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, quam hominis partum: An, quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat. Et magis eſt, ut hęc quoque parentibus proſint. Nec enim eſt, quod eis imputetur, quæ, qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperaverunt. NEQUE ID, quod fataliter accessit, matri damnum injugere debet.

136 Idem *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

Generæ appellatione, & Neptis, & Proneptis, tam ex filio, quam ex filia editorum, ceterarumque maritos contineri, manifeſtum eſt.

137 Paulus *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

Ter enixa videtur, etiam quę trigeminos pepererit.

138 Idem *libro quarto ad legem Iuliam & papiam.*

Hereditatis appellatione, Bonorum quoque poſſeſſio continetur.

139 Vlpianus *libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.*

ÆDIFICIA Romę fieri, etiam ea videntur, quę in continentibus Romę ædificiis fiant.

1. PERFECISSE ædificium is videtur, qui ita conſummavit, ut jam in uſu eſſe poſſit.

140. Paulus *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

CEPISSE quis intelligitur, quam vis alii adquiſiit.

141. Ulpianus *libro octavo ad legem Iuliam & Papiam.*

ETIAM ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo utero edere poſſit. NEC NON etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quem mortis tempore non habuit: ut puta eum, qui ab hoſtibus remeavit.

142. Paulus *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

TRIPLICI modo conjunctio intelligitur. Aut enim re per ſe conjunctio contingit, Aut re & verbis, Aut verbis tantum. NEC Dubium eſt, quin conjuncti ſint, quos & nominum & rei complexus jungit: veluti, *Titius & Mævius ex parte dimidia heredes ſunto.* Vel ita *Titius Mæviuſque heredes ſunto*: vel *Titius cum Mævio ex parte dimidia heredes ſunto.* Videamus autem: ne etiam ſi hos articulos detrahas. *Et, Que, Cum*: interdum tamen conjunctos accipi oporteat, veluti, *Lucius, Titius, Publicius Mævius ex parte dimidia heredes ſunto.* Vel ita, *Publius Mævius, Lucius Titius heredes ſunto. Sempronius ex parte dimidia heres eſto* Ut Titius & Mævius veniant in partem dimidiam, & re & verbis conjuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia heres eſto. Sejus ex parte, qua Lucium Titium heredem inſtitui: heres eſto: Sempronius ex parte dimidia heres eſto*: Julianus Dubitari poſſe, Tres ſemiſſes facti ſint, An Titius in eundem ſemiſſem cum Gajo Sejo inſtitutus ſit. Sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia ſcriptus eſt, Veriſimilius eſſe, In eundem ſemiſſem duos coactos, & conjunctim heredes ſcriptos eſſe.

143. Ulpianus *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

Id APUD ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. HABETUR enim, quod peti poteſt.

144. Paulus *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Libro memorialium.

Maſſurius ſcribit *pellicem* apud antiquos eam habitam, quæ cum uxor non eſſet, cum aliquo tamen vivebat: quam nunc vero nomine *Amicam*, paulo honeſtiore *Concubinam* appellari, Granius Flaccus in libro de jure Papiriano ſcribit. *Pellicem* nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat. quoſdam eam, quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam παλλακὴν Græci vocant.

145. Ulpia-

145. Ulpianus *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Heredis appellatione, interdum etiam totam Hereditatem continendum eſt.

146. Terentius Clemens *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

Soceri & *Socrus* appellatione, avum quoque & aviam uxoris mariti contineri, reſpondetur.

147. Idem *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

Qui in continentibus urbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.

148. Cajus *libro octavo ad legem Iuliam & Papiam.*

NON EST ſine liberis, cui vel unus filius, unave filia eſt. hæc enunciatio, *Habet liberos, Non habet liberos* : Semper plurali numero profertur : ſicut & *Pugillares* & *Codicilli*.

149. Idem *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NEC QVEM SINE liberis eſſe, dicere non poſſumus, hunc necesse est dicamus liberos habere.

150. Idem *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

Si ita te ſtipulatus fuero, *Quanto minus a Titio conſecutus ero, tantum dare ſpondes?* Non ſolet dubitari: quin, ſi nihil a Titio ſit conſecutus, totum debeas, quod Titius debuerit.

151. Terentius Clemens *libro* 5. *ad legem Iuliã & Papiam.*

DELATA HEREDITAS intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi.

152. Cajus *libro decimo ad legẽ Iuliam & Papiam.*

Hominis appellatione, tam feminam, quam maſculum contineri non dubitatur.

153. Terentius Clemens *libro undecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

INTELLIGENDUS eſt mortis tempore fuiſſe, qui in utero relictus ſit.

154. Macer *libro primo ad legem viceſimam.*

MILLE PASSUS non a milliario urbis, ſed a continentibus ædificiis numerandi ſunt. *v. Plin. l. 3. cap. 5. & Aug. emend. lib. 4. c. 7*

155. Lucinnius Rufinus *lib. 7. Regularum*

Proximi appellatione, etiam Ille Continetur, qui ſolus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

156. Idem *libro decimo Regularum.*

MAJORE PARTE anni poſſediſſe quis intelligitur, etiam ſ quobus menſibus poſſederit: ſi modo adverſarius ejus aut paucioribus diebus aut nullis, poſſederit.

157. Ælius Gallus *libro primo de verborum, quæ ad jus pertinent, ſignificatione.*

PARIES eſt, ſive murus, ſive maceria eſt.

1. Item VIA eſt ſive ſemita, ſive iter eſt. In vulg. hæc l. incip. *Quantum ad juris pertinent ſignificationem, paries eſt, &c.*

158. Celſus *libro viceſimo quinto Digeſtorum.*

In USU juris frequenter uti nos Caſcellus ait ſingulari appellatione, cum plura generis ejusdem ſignificare vellemus. nam & *Multum hominem veniſſe Romam & Piſcem vilem eſſe* dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus de herede cavere, *Si ea res ſecundum me heredemve meum judicata erit.* & rurſus, *Quod ob eam rem te heredemve tuum.* Nempe Æque, ſi plures heredes ſint, continentur ſtipulatione.

129. Ulpianus *libro primo ad Sabinum.*

ETIAM Aureos nummos Æs dicimus.

160. Idem *libro ſecundo ad Sabinum.*

Ceterorum & *reliquorum* appellatione, etiam Omnes continentur. ut Marcellus dixit circa eum, cui optio ſervi legata eſt, ceteri Sempronio, nam tentat dicere, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

161. Idem *libro ſeptimo ad Sabinum.*

NON EST pupillus, qui in utero eſt.

162. Idem *libro ſeptimo ad Sabinum.*

IN VULGARI Subſtitutione qua ei, qui ſupremus morietur, heres ſubſtituitur, recte ſubſtitutus etiam unico intelligitur: exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus adgnatus & ſolus habetur.

1. Si quis ita in teſtamento ſcripſerit, *Si quid filio meo acciderit, Damas ſervus meus liber eſto*: Mortuo filio, Damas liber erit. licet enim accidant & vivis: ſed tamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur.

163. Pau-

163. Paulus *libro ſecundo ad Sabinum.*

Illa verba, *Optimus, Maximusque*: vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt. Sic & circa edictum Prætoris, *Supremæ tabulæ* habentur & ſolæ.

1. Pueri appellatione etiam *Puella* ſignificatur. nam & *Fœminas puerperas* appellant recentes ex partu, & Græce παιδίον communiter appellatur.

164. Ulpianus *libro quinto decimo ad Sabinum.*

NOMEN, *Filiarum* & in *Poſthumam* cadere, quæſtionis non eſt. quamvis *Poſthumæ*, non cadere in eam, quæ in rebus humanis eſt: certum ſit.

1. *Partionis al. Portionis* nomen non ſemper dimidium ſignificat, ſed prout eſt adjectum. poteſt enim juberi aliquis & maximam *partem* partiri, & *ſic* poſſe & viceſimam, & tertiam, & quod libuerit: ſed ſi non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.

2. HABERE, ſicut *Pervenire*, cum effectu accipiendum eſt.

165. Pomponius *libro quinto ad Sabinum.*

PERVENIRE ad heredem nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno.

166. Idem *libro ſexto ad Sabinum.*

Urbana Familia, & Ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur. Poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe ſervorum urbanorum numero: veluti Is, qui ruſticarum rerum rationes diſpenſat, ibique habitet, non multum abeſt a villico: inſularius autem urbanorum numero eſt. Videndum tamen eſt, ipſe dominus, quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiæ, & vicariis apparebit.

1. PERNOCTARE *Extra urbem* intelligendum eſt, qui nulla parte noctis in urbe eſt. *Per* enim totam noctem ſignificat.

167. Ulpianus *libro viceſimo quinto ad Sabinum.*

Carbonum appellatione, materiam non contineri. ſed An lignorum? fortaſſis quis dicet. Nec lignorum: non enim lignorum cauſam habuit. Sed & Titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? Et magis eſt, ut proprium genus habeatur. *Sulphurata* quoque de eo genere eandem habebunt difinitionem ad Faces quoque pariter non erunt lignorum appellatione conprehenſa, niſi hæc fuit voluntas. IDEM ET de Nucleis olivarum. ſed & de Balanis eſt, & ſi qui alii nuclei. DE PINU autem integri ſtrobili, *ligni* appellatione continebuntur.

168. Paulus *libro quarto ad Sabinum.*

PALI & PERTICÆ, in numerum materiæ redigendi ſu[nt]: & ideo *lignorum* appellatione non continentur.

169. Idem *libro quinto ad Sabinum.*

NON TANTVM in traditionibus, ſed & in emptionibus & ſtipulationibus, & teſtamentis adjectio hæc, *Uti optimus maximusque eſt*, hoc ſignificat: ut liberum præſtetur prædium, non u[t] etiam ſervitutes ei debeantur.

170. Ulpianus *libro trigeſimo tertio ad Sabinum.*

Heredis appellatione, omnes ſignificari ſucceſſores credendu[m] eſt, etſi verbis non ſint expreſſi.

171. Pomponius *libro ſexto decimo ad Sabinum.*

PERVENISSE ad te recte dicitur, quod per te ad alium per venerit: ut In hereditate, a liberto per patronum filiumfamilia[s] patri ejus adoptivo adquiſita, reſponſum eſt.

172. Ulpianus *libro trigeſimo octavo ad Sabinum.*

Liberti appellatione, etiam *Libertam* contineri placuit.

173. Idem *libro trigeſimo nono ad Sabinum.*

Collegarum appellatione, hi continentur, qui ſunt ejusdem poteſtatis.

1. Qui EXTRA continentia urbis eſt, abeſt. ceterum usque ad continentia: non abeſſe videbitur.

174. Idem *libro quadrageſimo ſecundo ad Sabinum.*

Aliud eſt *Promittere furem non eſſe*, aliud *Furto noxaque ſolutum*, qui enim dicit *Furem non eſſe*, de hominis propoſito loquitur: qui *Furto noxaque ſolutum*, Nemini eſſe furti obligatum promittit.

175. Pomponius *libro viceſimo ſecundo ad Sabinum.*

FACIENDI verbo, Reddendi etiam cauſa continetur.

176. Ulpianus *libro quadrageſimo quinto ad Sabinum.*

Solutionis verbo, Satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. SOLVERE dicimus eum, quis fecit, quod facere promiſit.

177. Idem *libro quadrageſimo ſeptimo ad Sabinum.*

NATVRA cavillationis, quam Græci σωρίτην (*id eſt*) *Acervalem ſyllo-*

ſyllogiſmum, appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris per bre-
... mutatione diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, per-
... ucatur.

178. Idem *libro quadrageſimo nono ad Sarinum.*

... e verbum, Non ſolum numeratam pecuniam, complecti-
... m omnem omnino pecuniam, hoc eſt, omnia corpora.
... RPORA quoque, pecuniæ appellatione contineri, ne-
... qui ambigit.
... EDITAS juris nomen eſt, quod & acceſſionē & deceſſio-
... recipit. HEREDITAS autem vel maxime fructibus au-
... etur.
... *ionis* verbum, & ſpeciale eſt, & generale, nam OMNIS
... dicitur, ſive in perſonam, ſive in rem ſit petitio, ſed ple-
... ctiones perſonales ſolemus dicere. *Petitionis* autem ver-
... a actiones ſignificari videntur. *Perſecutionis* verbo extra-
... s perſecutiones puto contineri: ut puta fideicommiſſo-
... quę alię ſunt, quę non habent juris ordinarii exſecutionē.
... verbum *Debuit*, omnem omnino actionem compre-
... ntelligitur, ſive civilis, ſive honoraria, ſive fideicom-
... *fideicommiſſaria* fuit perſecutio.

179. Idem *libro quadrageſimo primo ad Sabinum.*

INTER hæc verba, *Quanti ea res erit*, vel *Quanti eam rem eſſe* ... nihil intereſt. in utraque enim clauſula placet veram rei æ- ... ſtimationem fieri.

180. Pomponius *libro trigeſimo ad Sabinum.*

Tugurii appellatione, omne ædificium, quod ruſticæ magis ... convenit, quam urbanis ædibus, ſignificatur..
... lius ait, *Tugurium* a tecto, tanquam Tegularium, eſſe di- ... *Toga*, quod ea tegamur.

181. Idem *libro trigeſimo quinto ad Sabinum.*

VERBUM illud *Pertinere*, latiſſime patet. nam & eis rebus pe- ... tum eſt, quæ dominii noſtri ſunt: & eis, quas jure aliquo ... nus: quamvis non ſint noſtri dominii, *Pertinere ad nos* ... dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſſint.

182. Ulpianus *libro viceſimo ſeptimo ad Edictum.*

PATERFAMILIAS liber peculium non poteſt habere, ... modum nec ſervus bona.

183. Idem *libro viceſimo octavo ad Edictum.*

Tabernæ appellatio, declarat omne utile ad habitandum ædifi- ... on ex eo, quod tabulis cluditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

184. Paulus *libro trigeſimo ad Edictum.*

Inde *Tabernacula* & *Contubernales* dicti ſunt.

158. Ulpianus *libro viceſimo octavo ad Edictum.*

In STRUCTAM autem TABERNAM ſic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis conſtat.

186. Idem *libro trigeſimo ad Edictum.*

Commendare nihil aliud eſt, quam *Deponere.*

117. Idem *libro trigeſimo ſecundo ad Edictum.*

Verbum *Exactæ pecuniæ*, Non ſolum ad ſolutionem referendum eſt, verum etiam ad delegationem.

188. Paulus *libro trigeſimo tertio ad Edictum.*

Habere duobus modis dicitur: altero, jure dominii, altero, Obtinere ſine interpellatione id, quod quis emerit.

1. *Cantum* intelligitur, ſive perſonis ſive rebus cautum ſit.

189. Idem *libro trigeſimo quarto ad Edictum.*

Facere oportere, & hanc ſignificationem habet, ut abſtineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, & curaret, ne fiat.

109. Ulpianus *libro trigeſimo quarto ad Edictum.*

PROVINCIALES eos accipere debemus, qui in provincia domicilium habent, non eos, qui ex provincia oriundi ſunt.

191. Paulus *libro trigeſimo quinto ad Edictum.*

Inter *Divortium & Repudium*, hoc intereſt: quod Repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non recte autem Sponſa Divortiſſe dicitur. quod *Divortium* ex eo dictum eſt, quod in diverſas partes eunt, qui diſcedunt.

192. Ulpianus *libro trigeſimo ſeptimo ad Edictum.*

HÆC adjectio *Pluriſve*. Non infinitam pecuniam continet, ſed modicam: ut taxatio hæc *Solidos decem pluriſve*, ad munutulam ſummam referatur.

163. Idem *libro trigeſimo octavo ad Edictum.*

HÆC verba, *Quanti eam rem paret eſſe*, Non ad id quod intereſt ſed ad rei æſtimationem referuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

194. Ulpianus *libro quadrageſimo tertio ad Edictum.*

Inter ... *num* & *Munus*, hoc intereſt, quod inter genus & ſpe... genus eſſe Donum Labeo, a donando dictum: Munus ... m Munus eſſe donum cum cauſa, ut puta natalicium, ... n.

195. Item *libro quadrageſimo ſexto ad Edictum.*

PRO... NTIATIO ſermonis in ſexu maſculino, ad utrumque ... umque porrigitur.

1. *Fa... liæ* appellatio, qualiter accipiatur videamus, & quidem ... ta eſt : nam & in res & in perſonas deducitur, in res, ut ... ge duodecim tabularum his verbis, *Adgnatus proximus ... m habeto.* Ad perſonas autem refertur *familiæ* ſignificatio ... : patrono & liberto loquitur lex: *Ex ea familia*, inquit, ... *iliã*, & hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat.

2. *...liæ* appellatio refertur & ad corporis cujuſdam ſignifica... uod aut jure proprio ipſorum, aut communi univerſæ ... s continetur.

Jure ... oprio *Familiam* dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub ... ſtate, aut natura, jure ſubjectæ, utputa, Patremfami... mfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum ...: utputa nepotes, & neptes, deinceps. *Pater* autem *fa-* ... ellatur, qui in domo dominium habet recteque hoc no... llatur, quamvis filium non habet. non enim ſolum per... s, ſed & jus demonſtramus. denique & pupillum patrem... ppellamus, & cum paterfamilias moritur: quotquot ca... jecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere. ſinguli... emfamiliarum nomen ſubeunt, idemque evenit & in eo ... cipatus eſt: nam & hic ſui juris effectus, propriam fami... ... et.

Com... uni jure *familiam* dicimus omnium adgnatorum. nam ... amilias mortuo ſinguli ſingulas familias habent: tamen ... qui ſub unius poteſtate fuerunt, recte Ejuſdem Familiæ ... ntur qui ex eadem domo & gente proditi ſunt.

3. SER... TUTUM *al. Servientium* quopue ſolemus appellare ... , ut in edicto Prætoris oſtendimus ſub titulo De furtis ... *ius ſcil. ut l. 5. in pr. & §. familiæ. D. de public.*) ubi Prætor ... de familia publicanorum. ſed ibi non omnes ſervi, ſed ... oddam ſervorum demonſtratur hujus rei cauſa paratum, ... , vectigalis cauſa. Alia autem parte edicti omnes ſervi ... tur, ut de hominibus coactis, & Vi bonorum raptorum, ... dhibitoria. ſi deterior res reddatur emptoris opera, aut ... ejus, & interdicto unde vi *familiæ* appellatio omnes ſer... prehendit. ſed & Filii continentur.

4. Item

4. ITEM appellatur *Familia* plurium perſonarum, quæ ab juſdem ultimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus miliam Juliam, quaſi a fonte quodam memoriæ.

5. MULIER autem Familiæ ſuæ & caput, & finis eſt.

196. Gajus *libro ſextodecimo ad Edictum Provinciale*

Familiæ appelatione, & ipſe princeps familiæ continetur.

1. FEMINARUM liberos, in familiæ earum non eſſe palam eſt: quia qui Naſcuntur: patris, non matris familiam ſequuntur.

197. Ulpianus *libro quinquageſimo ad Edictum*

INDICASSE reum eſt, Detuliſſe, Arguiſſe, Accuſaſſe, Convinciſſe.

198. Idem *libro ſecundo de omnibus tribunalibus*

URBANA PRÆDIA, omnia ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis: ſed & ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ſi Prætoria voluptati tantum deſervientia: quia Urbanum Prædium non locus facit, ſed materia. Proinde Hortus quoque, ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum ſit Urbanorum appellatione, contineri.

PLANE Si plurimum horti in reditu ſunt, vinearii forte, vel etiam olitorii. magis hæc non ſunt urbana.

199. Idem *libro octavo de omnibus tribunalibus.*

Abſentem accipere debemus Eum, qui non eſt eo loci, *al. in eo loco* in quo loco petitur: non enim trans mare abſentem deſideramus, & ſi forte extra continentia urbis ſit, abeſt. Ceterum, Uſque ad continentia, non abeſſe videbitur, ſi non latitet.

1. Abeſſe non videtur, qui ab hoſtibus captus eſt: ſed qui a latronibus detinetur.

200. Julianus *libro ſecundo Digeſtorum.*

HÆC Stipulatio *Noxis ſolutum præſtari*? Non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem & coërcitionem capitalem habent.

201. Idem *libro octogeſimo primo Digeſtorum.*

JUSTA interpretatione recipiendum eſt, ut appellatione *Filii*, ſicuti Filiamfamilias contineri ſępe reſpondimus: ita & nepos videatur compręhendi, & *Patris* nomine, Avus quoque demonſtrari intelligatur.

202. Alfenus Varus *libro ſecundo Digeſtorum.*

CUM In teſtamento ſcriptum eſſe, ut heres in funere, aut in monu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

... duntaxat aureos centum conſumeret: non licet mi-
...ere. Si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra
... facere videtur.

...3. Idem *libro ſeptimo Digeſtorum.*

...nſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat, *Servos quos do-
...t ſuo uſu, pro his portorium ne dato.* Quærebatur: Si
...ſervos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa: Utrum
...orium dare deberet, necne: Reſpondit, Duas eſſe in
... quæſtiones: Primam, Quid eſſet *Domum ducere:* Al-
...d eſſet *Suo uſu ducere.* Igitur quæri ſolere, utrum ubi
...itaret, ſive in Provincia, ſive in Italia: An dumtaxat
...ue patria, *Domus eſſe* recte dicetur. Sed de ea re conſti-
...Eam domum unicuique noſtrum debere exiſtimari,
...edes & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutio-
... Quid autem eſſet *Uſu ſuo*, magnam habuiſſe dubita-
...agis placet, quod victus cui *al. ſui* cauſa paratum eſt,
...ineri.

...De Servis eadem ratione quæri, Qui eorum uſus ſui
...eſſent: Utrum diſpenſatores, inſularii, villici, atrien-
..., operarii quoque ruſtici, qui agrorum colendorum
...entur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet,
...eraret, omnes denique ſervos, quos quiſque emiſſet,
...et, atque eis ad aliquam rem uteretur: neque ideo e-
...enderet. Et ſibi videri eos demum uſus ſui cauſa pa-
...as habere, qui ad ejus corpus tuendum, atque ipſius cul-
...iti deſtinatique eſſent. quo in genere junctores, cubicu-
...miniſtratores, atque alii, qui ad ejuſmodi uſum parati
...erarentur.

...ulus *libro ſecundo epitomarum Alſeni.*

...pellatio, tres ſignificationes habet: Unam, cum omnes
...os appellaremus: Alteram, cum Puerum contrario no-
...e diceremus: Tertiam, cum Ætatem puerilem demon-

...dem *libro quarto Epitomarum Alſeni.*

...um vendidit, pomum recepit: nuces & ficus, & uvas
...uracinas, & purpureas, & quæ ejus generis eſſent, quas
...ſa haberemus, quas Græci τρωξίμους. *i, comeſtibiles,*
... recepta videri. *vid. Alciat. lib. 2. prætermiſſ. & An-
...b. 7. epiſt.* 131.

...06. Julianus *libro ſexto ex Minicio.*

...vaſa Proprie vaſa torcularia eſſe placet, Dolia autem &

Seria

Serias tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent. cum ne vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad aliu uſum transferri poſſent. veluti, Si frumentum in his abdatur. Ea dem cauſam Amphorarum eſſe: ut cum vinum habent, tum in va ſis vinariis: cum inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſin quia aliud in his addi poſſit.

207. Africanus *libro tertio Quæſtionum.*

Mercis appellatione, homines non contineri, Mela ait: & ob eam rem Mangones non Mercatores, ſed Venaliciarios appellar ait, & recte.

208. Idem *libro quarto Quæſtionum.*

BONORVM appellatio, ſicut *Hereditatis*, univerſitatem quan dam ac jus ſucceſſionis, & non ſingulares res demonſtrat.

209. Florentinus *libro decimo Inſtitutionum.*

CORAM Titio aliquid facere juſſus, Non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. itaque Si furioſus, aut infans ſit, aut dormiat: non videtur coram eo feciſſe. SCIRE autem, non etiam velle is debet: nam & invito eo recte fit, quod juſſum eſt.

210. Marcianus *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

Is, Qui Natus eſt ex mancipiis urbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus, in urbanis ſervis conſtituetur.

211. Florentinus *libro octavo Inſtitutionum.*

FVNDI appellatione, omne ædificium, & omnis ager continetur, ſed in uſu Urbana ædificia, ÆDES: Ruſtica, villæ dicuntur. LOCVS vero ſine ædificio, in urbe Area: Rure autem, Ager appellatur. Idemque Ager cum ædificio Fundus dicitur.

212. Ulpianus *libro primo de Adulteriis.*

Prævaricatores eos appellamus, qui cauſam adverſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, a variando enim, *Prævaricatores* dicti ſunt.

213. Idem *libro primo Regularum.*

Cedere diem, ſignificat Incipere deberi pecuniam, *Venire diem*, ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. UBI PURE QUIS ſtipulatus fuerit: & ceſſit, & venit dies. UBI IN DIEM: ceſſit dies, ſed nondum venit. UBI SUB CONDICIONE: neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc condicione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus. *Æs ſuum* eſt, quod nobis debent.

Culpa, eſt nimia negligentia id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt.

214. Marcianus *libro primo Publicorum judiciorum.*

...proprie eſt, quod neceſſario obimus, lege, more, imperio ejus, qui jubendi habet poteſtatem. *Dona* autem proprie ... nulla neceſſitate juris, officii, ſed ſponte præſtantur. ...n præſtentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerumque ...us ineſt, Sed in ſumma in hoc ventum eſt: Ut non quodcumque ...lunus, id & Donum accipiatur: at quod Donum fuerit, ...recte dicatur.

215. Paulus *libro ſingulari ad legem Fuſiam Caniniam.*

Poteſtatis verbo plura ſignificantur. In perſonæ magiſtratuum, ... In Perſona liberorum, Patria poteſtas: in perſona ſervorum, Dominium. At cum agimus de noxæ deditione cum eo, qui non defendit: Præſentis corporis copiam facultatemque ...us.

In lege Atinia In poteſtatem domini rem furtivam veniſſe ... ſi ejus vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius ...

216. Ulpianus *libro primo ad legem Æliam Sentiam.*

VERUM eſt, Eum, qui in carcere cluſus eſt, non videri ne... ...m, neque in vinculis eſſe, niſi corpori ejus vincula ſint ...

217. Javolenus *libro primo ex poſterioribus Labeonis.*

...m conditionem, *Cum fari potuerit*: & *Poſtquam Fari* ... multum intereſt. nam poſteriorem ſcripturam, uberio... ...onſtat. At *Cum fari potuerit*, arctiorem: & id tantum... ...mpus ſignificari, quo primum fari poſſit.

...n Ita data condicione, *Illud facito in diebus*: ſi nihil præ... ...ſſet adjectum, In biduo condicionem impleri oportet.

218. Papianus *libro viceſimo ſeptimo Quæſtionum.*

Verbum *Facere*, Omnem omnino faciendi cauſam complecti... ...li, Solvendi, Numerandi, Judicandi, Ambulandi.

219. Idem *libro ſecundo Reſponſorum.*

In conventionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

verba ſpectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigale municipes locaverint, ut ad heredem ejus, qui ſuſcepit, pertineret, jus heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

220. Calliſtratus *libro ſecundo Quæſtionum*.

Liberorum appellatione, Nepotes, & Pronepotes, cęterique, qui ex his deſcendunt, continentur. hos enim omnes *Suorum* appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. Totiens enim leges neceſſarium ducunt in cognatione ſingulorum nominibus uti: vel uti *Filii, Nepotes, Pronepotes*, ceterorumve, qui ex his deſcendunt: quotiens non omnibus, qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint: ſed ſolis his ſuccurrunt, quos nominatim enumerent *al. enumerarent*. At ubi non perſonis certis, non quibuſdam gradibus præſtatur: ſed omnibus, qui ex eodem genere orti ſunt: *Liberorum* appellatione comprehenduntur,

1. Sed & Papirius Fronto libro tertio reſponſorum ait, Prædium cum villico & contubernali ejus & filius legato, nepotes quoque ex filiis contineri: niſi voluntas teſtatoris aliter habeat. *Filii* enim appellatione ſæpe & nepotes accipi, multifariam placere.

2. Divus quoque Marcus reſcripſit, Non videri ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem reliquit.

3. Præter hæc omnia NATVRA nos quoque docet Parentes pios, qui liberorum procreandorum animo& voto uxores ducunt: *Filiorum* appellatione omnes, qui ex nobis deſcendunt, contineri, nec enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros, quam Filii appellare. etenim IDCIRCO Filios filiasve concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus.

221. Paulus *libro decimo Reſponſorum*.

Paulus reſpondit, Falſum Tutorem eum vere dici, qui tutor non eſt, ſive habenti tutor datus eſt, ſive non. ſicut Falſum Teſtamentum, quod teſtamentum non eſt. & modius iniquus, qui modius non eſt.

222. Hermogenianus *libro ſecundo Iuris epitomarum*.

Pecuniæ nomine, non ſolum numerata pecunia: ſed omnes res, tam ſoli, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur.

223. Paulus *libro ſecundo Sententiarum*.

Latæ Culpæ finis eſt, non intelligere id, quod omnes intelligunt.

AMICOS appellare debemus, non levi notitia conjunctos: ſed quibus

ferint jura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis tionibus.

224. Venultius *libro ſeptimo Stipulationum.*

...um appellatione, vel privata, vel publica vincula ſignifi- ... *ſtodiæ* vero, tantum publicam cuſtodiam.

...ryphoninus *libro primo Diſputationum.*

...us eſt, non is, qui ſolum conſilium fugiendi a domino ...icet id ſe facturum jactaverit: ſed qui ipſo facto fugæ ...nte deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, aliqua ſignificatione ex animi propoſitione cujusque ...cere poſſet: Ut etiam, is qui nunquam alienam rem in- ...no ſubtraxerit, numquam alienam matremfamilias ..., ſi modo ejus mentis ſit, ut occaſione data id commiſ- ...amen oportere eadem hæc crimina adſumpto actu in- ...leo *Fugitivum* quoque, & *Erronem*, non ſecundum pro- ... ſolam, ſed cum aliquo actu intelligi conſtat.

226. Paulus *libro primo Manualium.*

...NA Negligentia culpa eſt. Magna culpa dolus eſt.

227. Idem *libro ſecundo Manualium.*

...parte edicti, *Tum quem ei heredem eſſe oportet*, Heredis ...bonorum poſſeſſio non defertur.

...n Subſtitutione his verbis, *Quisquis mihi heres erit*. Pro- ...s tantum ſignificatur. immo non tantum proximus he- ...m ſcriptus.

228. Idem *libro ſingulari de Cognitionibus.*

...s intelligendi ſunt, & qui in eodem municipio nati ſunt.

...m *libro ſingulari de Tacitis fideicommiſſis.*

...la Finitave, intelligere debemus, non ſolum quibus ...ia fuit: ſed etiam quæ ſine controverſia ſunt poſſeſſa.

...n *libro ſingulari ad Senatuſconſultum Orfitianum.*

... judicio terminata, transactione compoſita, longioris ...lentio finita.

231. Idem *libro ſingulari ad Senatuſconſul- tum Tertyllianum.*

...imus, Eum, qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe. Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

verum eſt, cum de ipſius jure quæritur. aliis autem non prodeſt niſi natus.

232. Gajus *libro primo de Verborum obligationibus.*

Hæc Enunciatio, *Quæ ſunt pluris aureorum triginta*, Simul & quantitatis & æſtimationis ſignificativa eſt.

233. Idem *libro primo ad legem duodecim tabularum.*

Si calvitur, (*ſeu calumnietur*) *al. cavilletur & moretur*, & *fruſtretur* Inde & *Calumniatores* appellati ſunt, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. Inde & *Cavillatio* dicta eſt

1. POST Kalendas Januarias die tertio pro ſalute principis vot ſuſcipiuntur.

2. *Telum* vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Ita ſequitur: u & lapis, & lignum, & ferrum, hoc nomine contineatur. Dictum que ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, *id eſt, ab eo, quod eſt longe.* Et hanc ſignificationem in venire poſſumus & in Græco nomine: nam, quod nos *Telum* appellamus, illi βέλος appellant. eoque nomine vulgo quidem id ſi gnificatur, quod ab arcu mittitur: ſed non minus omne ſignifica tur, quod cum mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι: i. *a jaciendo.* Ad monet nos Ξένοφων. *i. Xenophon*: nam ita ſcribit Καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. *Et tela ſi mul ferebantur, haſtæ, ſagittæ, fundæ, plurimi item lapides.*

Et id, quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα (*i. ſagitta*) vocatur, apud nos autem communi nomine Telum appellatur.

234. Idem *libro ſecundo ad legem duodecim tabularum.*

Quod nos *Hoſtes* appellamus, eos veteres *Perduelles* appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet

1. *Locuples* eſt, qui ſatis idonee habet pro magnitudine rei quam actor reſtituendam eſſe petit.

2. Verbum *Vivere*, quidam putant ad cibum pertinere, ſed Ofilius ad Atticum ait, His verbis & veſtimenta & ſtramenta contineri, ſine his enim vivere neminem poſſe.

235. Idem *libro tertio ad legem duodecim tabularum.*

Ferri proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore bajulat: *Portari* quæ quis jumento ſecum ducit. *Agi* ea, quæ animalia ſunt.

1. Fabros tignarios *al. lignarios* dicimus, non eos duntaxat qui tigna *al. ligna*. dolarent: ſed omnes, qui ædificarent.

236. I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

236 Idem *libro quarto ad legem duodecim tabularum.*

Qui *venenum* dicit, adjicere debet, utrum malum, An bonum Medicamenta venena ſunt: quia Eo Momine omne conquod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum eſſet, muid, quod nos *Venenum* appellamus, Græci *φάρμακον*, did illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc continentur. unde adjectione alterius nominis diſtinctio admonet nos ſummus apud eos poetarum Homerus. t, *lib. 4. Odyſ.*

Φάρμακα πολλὰ μὲν, ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' λυγρά.

Id eſt,

ena multa quidem bona mixta, multa autem mala

Gl*ndis* appellatione, Omnis fructus continetur, ut Javoleemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpe*ἀκρόδρυα i. extremitates arborum* appellantur.

al. 38. Idem *libro quinto ad legem duodecim tabular*

DUCUS Negativis verbis quaſi permittit lex magis quam ohibet, idque etiam Servius animadvertit.

al. 37. Idem *lib. 6. ad legem duodecim tabularum.*

PLEBS eſt, ceteri cives ſine Senatoribus.

1. De*tſtatum* eſt teſtatione denunciatum.

2. Pi*gnus* appellatum a pugno: quia Res, quæ pignori dantur, traduntur, unde etiam videri poteſt verum eſſe, quidam pugnus proprie rei mobilis conſtitui.

3. NOXIÆ al. *Noxæ* appellatione, omne delictum continetur.

239 Pomponius *libro ſingulari Enchiridii.*

Pupillus eſt, qui, cum impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe aut emancipatione.

1. Se*rvorum* appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores noſtri ndere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent.

2. *Incola* eſt, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, Græci *πάροικον* i. *juxta habitantem* appellant. NEC tanqui in oppido morantur, incolę ſunt: ſed etiam qui in alius oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum ſe quaſi in aliam ſedem recipiant.

3. M*unus publicum* eſt, Officium privati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, univerſoſque cives, remque eorum imperio magiſtratus, extraordinarium pervenit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

4. *Advena* eſt, quem Græci ἄποικον (*i. domo profugum, ſi colonum advenientem*) appellant.

5. *Decuriones* quidam dictos ajunt ex eo, quod initio, cum c lonïæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, conſi publici gratia conſcribi ſolita ſit.

6. *Vrbs* ab urbo appellata eſt. *Vrbare*, eſt aratro definire. & V rus ait: *Vrbum*, appellari curvaturam aratri, quod in urbe conden da adhiberi ſolet.

7. *Oppidum* ab ope dicitur, quod ejus rei cauſa mœnia ſit conſtituta.

8. *Territorium*, eſt univerſitas agrorum intra fines cujuſque civitatis. quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magiſtratus ej loci intra eos fines terrendi, id eſt ſummovendi, jus habet.

9. Verbum *Suum* ambiguum eſt, Utrum de toto, An de par ſignificet & ideo Qui jurat Suum non eſſe, adjicere debet. Neq ſibi communem eſſe.

240. Paulus *ex libris ſex lib. primo Inperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum.*

Cum quærebatur, An verbum *Soluto matrimonio dotem redd* Non tantum Divortium, ſed & Mortem contineret: hoc eſt, A de hoc quoque caſu contrahentes ſentiant: & multi putabant h ſenſiſſe, & quibuſdam aliis contra videbatur. Secundum hoc m tus Imperator pronunciavit, id actum eo pacto, ut nullo caſu r maneret dos apud maritum.

241. Quintus Mucius Scævola *lib. ſingulari* ὅρων.

In *Rutis cæſis* ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque oper ſtructili, tectoriove non continentur.

241. Javolenus *lib. ſecundo ex Poſterioribus Labeonis.*

Malum navis eſſe partem, *Artemonem* autem non eſſe, Labeo a quia pleræque naves ſine malo inutiles eſſent: ideoque pars nav habetur, Artemo autem magis adjectamento, quam pars navis e

1. Inter *Projectum* & *immiſſum*, hoc intereſſe ait Labeo: quo *Projectum* eſſet id, quod ita proheveretur, ut nuſquam requieſc ret: qualia mæniana, & ſuggrunda eſſent: *Immiſſum* autem quo ita fieret, ut aliquo loco requieſceret: veluti tigna, trabes qu immitterentur.

2. PLVMBVM, quod pro tegulis poneretur, ædificii eſſe, a Labeo. ſed id, quod hypęthrii i. *ſubdialis* tegendi cauſa poner tur, contra eſſe.

3. *Viduam* non ſolum eam, quæ aliquando nupta fuiſſet: ſed eam quoq; mulierem, quæ virum non habuiſſet, appellari ait Labe *Vidua* ſic dicta eſt: quaſi *Vecors*, veſanus, qui ſine corde, aut ſanita te eſſe

imiliter *Viduam* dictam eſſe, ſine duitate. i. *ſocietate duo-*

…aturam *ſeu ſtructuram* loci alicujus ex tabulis factis, quæ …llerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe, ait Labeo: … perpetui uſus paratæ eſſent, neque ad rem pertinere, …rim tollerentur.

43. Scævola *lib. octavo decimo Digeſtorum.*

…a reſpondit: Semper acceptum eſt, ut *Libertorum* appel…iam hi contineri intelligantur, qui eodem teſtamento vel …e loco manumitterentur: niſi manifeſte, is a quo pete… …ontra defuncti voluntatem doceret peti.

…Labeo *lib. quarto Pithanon a Paulo epitomarum.*

…pœna eſt, multa eſt. Si qua multa eſt, pœna eſt. *Paulus*: …e eorum falſum eſt. namque harum rerum diſſimilitu… quoque apparet: quod De pœna provocatio non eſt. Si… …e enim victus quis eſt ejus maleficii, cujus pœna eſt ſta…n ea debetur: At Multæ provocatio eſt, nec ante debetur, … non eſt provocatum, aut provocator victus eſt: nec ali… ſi is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum …ndo apparere poterit: quia Pœnæ certæ ſingulorum pec… ſunt: Multæ contra. quia ejus judicis poteſtas eſt, quan…: niſi cum lege eſt conſtitutum, quantam dicat.

…245. Pomponius *lib. decimo Epiſtularum.*

…adfixæ baſibus ſtructilibus aut tabulæ religatæ catenis, aut …etem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lignis, non ſunt æ…rnatus enim ædium cauſa parantur, non quo ædes perfi…

…n Labeo ait: Prothyrum *ſeu velamen*, al. *repagulum* quod … *interdum* fieri ſolet, ædium eſt.

246. Idem *lib. ſextodecimo Epiſtularum.*

… Labeonum *libris* pithanon ita ſcriptum eſt: *Exhibet*, qui …us, de quo agitur præſentiam: nam etiam qui ſiſtit, præ… de quo agitur, præſentiam: nec tamen eum exhibet. Et …m aut furioſum aut infantem exhibet, non poteſt videri …are præſentiam. Nemo enim ex eo genere præſens ſatis …llari poteſt.

…*ituit*, non tantum qui ſolum corpus, ſed etiam qui om… condicionem que reddita cauſa præſtat: & tota *al. totius* …, juris eſt interpretatio.

Explicit Tit. D. De Verb. & Rer. ſignif.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

LIB. L. TIT. ULT.

De Diverſis Regulis Juris antiqui.

1. Paulus *libro ſextodecimo ad Plautium.*

REGULA eſt, quæ rem, quæ eſt, breviter enarra[t], non ut ex regula jus ſumatur: ſed ex jure, quo[d] eſt, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio, traditur: & (ut ait Sabinus) quaſi cauſa[e] conjectio eſt. quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt perdit officium ſuum.

2. Ulpianus *libro primo ad Sabinum.*

FEMINÆ ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideo Nec judices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere nec poſtulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores exiſtere. 1. Item IMPUBES omnibus officiis civilibus debet abſtinere.

3. Idem *libro tertio ad Sabinum.*

Ejus eſt non nolle, qui poteſt velle.

4. Idem *libro ſexto ad Sabinum.*

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini.

5. Idem *libro ſecundo ad Sabinum.*

In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamvis actum rei non intelligerent. nam Furioſus nullum negotium contrahere poteſt; pupillus omnia tutore auctore agere poteſt.

6. Ulpianus *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Non vult heres eſſe, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

7. Pomponius *libro tertio ad Sabinum.*

Jus noſtrum non patitur eundum in paganis & teſtato & inteſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

to deceſſe, earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, Teſtatus, Inteſtatus.

8. Idem *libro quarto ad Sabinum.*

Jura ſanguinis nullo jure civili dirimi poſſunt.

9. Ulpianus *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Semper in obſcuris, quod minimum eſt ſequimur.

10. Paulus *libro tertio ad Sabinum.*

Secundum Naturam eſt, commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

11. Pomponius *libro quinto ad Sabinum.*

QVOD noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

12. Paulus *libro tertio ad Sabinum.*

In Teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur.

13. Ulpianus *libro nonodecimo ad Sabinum.*

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem a petitione removetur.

14. Pomponius *libro quinto ad Sabinum.*

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

15. Paulus *libro Quarto ad Sabinum.*

Is qui actionem habet ad rem recuperandum, ipſam rem habere videtur.

16. Ulpianus *libro viceſimo primo ad Sabinum.*

Imaginaria venditio, non eſt pretio accedente.

17. Idem *libro viceſimo tertio ad Sabinum.*

CVM tempus in teſtamento adjicitur, credendum eſt, pro herede adjectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adjicitur.

18. Pomponius *libro ſexto ad Sabinum.*

Quæ legata mortuis nobis ad heredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eo caſu adquirimus aliter atque quod ſtipulati ſumus. nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiam ſi

liberatis *al. libertatis* nobis poteſtate *al. libertate* domini conditio exiſtat.

19. Paulus *al.* Idem Pomponius.

Quamvis peperam, quæ ſequitur lex in vulgatis codicibus reperiatur, cum ſit 78. tit. de verb. oblig. eam tamen, nequid in hac noſtra editione deeſſe videretur relinquendam cenſuimus.

Si FILIUSFAMILIAS ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit: deinde exſtiterit conditio: patri actio competit: quia in STIPULATIONIBUS id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

19. *al.* 20. Ulpianus *lib. viceſimoquarto ad Sabinum.*

Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus condicionis ejus, Heredi autem hoc imputari non poreſt, cum non ſponte cum legatariis contrahit.

1. Non ſolet exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

20. *al.* 21. Pomponius *lib. ſeptimo ad Sabinum.*

Quotiens Dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit.

21. *al.* 22. Ulpianus *libro viceſimo ſeptimo ad Sabinum*

Non debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere.

22. *al.* 23. Idem *lib. viceſimo octavo ad Sabinum.*

In PERSONAM ſervilem nulla cadit obligatio.

1. GENERALITER probandum eſt, ubicumque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

23. al. 24. Idem *lib. viceſimo nono ad Sabinum.*

CONTRACTUS quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam. Dolum tantum, Depoſitum, & precarium. Dolum & culpam, Mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: item dotisdatio, tutelæ, negoria geſta: in his quidem & diligentia requiritur. SOCIETAS & rerum communio & dolum, & culpam recipit. ſed hæc ita, niſi ſi quid nominatim convenit, vel plus, vel minus, in ſingulis contractibus. nam hoc ſervabitur, quod initio convenit. Legem enim contractus *al. contractui* dedit, excepto eo, quod Celſus putat. Non valere,

ſere, ſi evenerit. Ne dolus præſtetur. hoc enim bonæ fidei judicio contrarium eſt. & ita utimur. ANIMALIUM vero caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt: fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent. rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a nullo præſtantur.

24. al. 25. Paulus *libro quinto.*

Quatenus cujus interſit, in facto, non in jure conſiſtit.

25. al. 26. Pomponius *lib. undecimo ad Sabinum.*

Plus cautionis in re eſt, quam in perſona.

26. al. 27. Ulpianus *lib. trigeſimo ad Sabinum.*

Qui poteſt invitis alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

27. al. 28. Pomponius *lib. ſextodecimo ad Sabinum.*

Nec ex prætorio, nec ex ſolemni *ſeu civili* jure privatorum conventione quicquam immutandum eſt, quamvis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari & ipſo jure, & per pacti conventi exceptionem. quia Actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc, cum inchoatur actio inter eos convenit.

28. al. 29. Ulpianus *lib. trigeſimoſexto ad Sabinum.*

Divus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos.

29. al. 30. Paulus *lib. octavo ad Sabinum.*

Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere.

30. al. 31. Ulpianus *lib. trigeſimoſexto ad Sabinum.*

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

31. al. 32. Idem *lib. quadrageſimo ſecundo ad Sabinum.*

Verum eſt, Neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere. Quod enim IMPOSSIBILE eſt: neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere poſſit.

32. al. 33. Idem *lib. quadrageſimo tertio ad Sabinum.*

Quod attinet ad jus civile, SERVI pro nullis habentur, non

tamen & jure naturali: quia, quod ad jus naturale attinet, OMNES homines æquales ſunt.

33. al. 34. Pomponius *libro viceſimo ſecundo ad Sabinum.*

In eo quod vel is, qui petit, vel is a quo petitur, lucri facturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.

34. al. 35. Ulpianus *libro quadrageſimo quinto ad Sabinum*

Semper in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt. aut: Si non pareat, quid actum eſt: erit conſequens, ut id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo, Si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

35. al 36. Idem *libro quadrageſimo octavo ad Sabinum.*

Nihil tam naturale eſt, Quam eo genere quidque diſſolvere, quo colligatum eſt. ideo VERBORUM obligatio, verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſolvitur.

36. al. 37. Pomponius *libro viceſimo ſeptimo ad Sabinum.*

Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

37. al. 38. Ulpianus *libro quinquageſimo primo ad Sabinum.*

Nemo, qui condemnare poteſt, abſolvere non poteſt.

38. al, 39. Pomponius *libro viceſimo nono ad Sabinum.*

Sicuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perveniſſet,

39. al. 40. Idem *libro trigeſimo ſecundo ad Sabinum.*

In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ ſit, al. *in quo quis alium perhorreſcit.* quo minus fiat.

40. al. 41. Idem *libro trigeſimo quarto ad Sabinum.*

Furioſi, vel ejus, cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt.

41. al 42. Ulpianus *libro viceſimo ſexto ad Edictum.*

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

1. In re obſcura melius eſt favere repetitioni, quam adventicio lucro.

42. l. 43. Gajus *libro nono ad Edictum. Provinciale.*

Qui n alterius locum ſuccedunt, juſtam habent cauſam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur.

1. FIDEJVSSORES quoque non minus, quam heredes, juſtam ignorantiam poſſunt allegare.

2. Hæc ita de herede dicta ſint: Si cum eo agitur, non etiam ſi agit. Plane qui Agit, certus eſſe debet: cum ſit in poteſtate ejus, quando velit experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

43. al. 44. Ulpianus *libro viceſimo octavo ad Edictum*

Nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impedit.

1. QVOTIENS concurrunt plures actiones ejuſdem rei nomine, una quis experiri debet.

44. al. 45. Idem *libro viceſimo nono ad Edictum.*

Totiens in heredem *actionem* damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex ſuo.

45. al. 46. Idem *libro trigeſimo ad Edictum.*

Neque pignus: neque depoſitum, neque precarium, neque emptio neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

1. PRIVATORVM conventio jure publico non derogat.

46. al. 47. Gajus *libro decimo ad Edictum Provinciale.*

Quod a quoquo pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.

47. al. 48. Ulpianus *libro trigeſimo ad Edictum.*

Conſilii non fraudulenti nulla obligatio eſt. ceterum Si dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit.

1. Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt.

48. al. 49. Paulus *libro trigeſimo quinto ad Edictum.*

Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur: non prius ratum eſt, quam ſi perſeverantia apparuit judicium animi fuiſſe: ideoque: Brevi reverſa uxor nec divertiſſe videtur.

49. al. 50. Ulpianus *libro trigeſimo quinto ad Edictum.*

Alterius circumventio alii non præbet actionem:

50. al. 51. Paulus *libro trigeſimo nono ad Edictum.*

Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

51. al

51. al. 52. Gajus *lib. quintodecimo ad Edictum Provinciale.*

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere.

52. al. 53. Ulpianus *libro quadrageſimo quarto ad Edictum.*

Non defendere videtur, non tantum qui latitat: ſed & is, qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.

53. al. 54. Paulus *lib. quadrageſimo ſecundo ad Edictum.*

Cujus per errorem dati repetitio eſt, ejus conſulto dati donatio eſt.

54. al. 55. Ulpianus *lib. quadrageſimo ſexto ad Edictum.*

Nemo plus juris ad alium transferre poteſt, quam ipſe haberet.

55. al. 56. Gajus *lib. ſecundo de teſtamentis ad Edictum urbicum.*

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo jure utitur.

56. al. 57. Idem *lib. tertio de Legatis ad Edictum urbicum.*

Semper in dubiis, benigniora præferenda ſunt.

57. al. 58. Idem *lib. octavodecimo ad Edictum Provinciale.*

Bona fides non patitur, Ut bis idem exigatur.

58. al. 59. Ulpianus *lib. ſecundo Diſputationem.*

Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari.

59. al. 69. Idem *lib. tertio Diſputationum.*

Heredem ejusdem poteſtatis jurisque eſſe cujus fuit defunctus, conſtat.

60. al. 61. Idem *lib. decimo Diſputationum.*

Semper qui non prohibet pro ſe intervenire, mandare creditur. Sed & Si quis ratum habuerit, quod geſtum eſt: obſtringitur mandati actione.

61. al. 62. Idem. *lib. tertio Opinionum.*

Domum ſuam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet.

62. al. 63. Julianus *lib. ſexto Digeſtorum.*

Hereditas nihil aliud eſt, quam Succeſſio in univerſum jus, quod defunctus habuerit.

63. al.

62. al. 63. Idem *lib. ſeptimodecimo Digeſtorum.*

Qui ſine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.

64. al 65. Idem *lib. viceſimo nono* Digeſtorum.

Ea, quæ raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.

65. al. 66. Idem *lib. quinquageſimo quarto Digeſtorum.*

Ea eſt natura cavillationis, quam Græci σωρείτην, (id *eſt, acervalem ſyllogiſmum*) appellant, Ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationis diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducatur.

66. al 67. Idem *lib. ſexageſimo Digeſtorum.*

MARCELLVS ait: Deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem juſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

67. al. 68. Idem *lib. octageſimo ſeptimo Digeſtorum.*

Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimum excipiatur, quæ rei getendæ aptior eſt.

68. al. 69. Paulus *lib. ſingulari de dotis repetitione.*

In omnibus cauſis id obſervatur: ut, Ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beeficium quoque deficiat. Ubi vero genus actionis, id deſiderat: ibi ad quemvis perſecutio devenertit, non deficiat ratio auxilii.

69. al. 70. Idem *lib. ſingulari de aſſignatione libertorum.*

Invito beneficium non datur.

70. al. 71. Ulpianus *lib. primo de officio Proconſulis.*

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coercitionis, ad alium transferre.

71. al. 72. Idem *lib. ſecundo de officio Proconſulis.*

Omnia Quęcumque cauſę cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

72. al. 73. Javolenus *lib. tertio ex Poſterioribus Labeonis.*

Fructus rei eſt, vel pignori dare licere.

73. al.

73. *al.* 74. Quintus Mucius Scævola *libro ſingulari* ὅρων.

Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, niſi cum fœminæ heredes intercedunt.

1. NEMO poteſt, tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis heredibus, cum moritur, habuit, habiturusve eſſet, ſi vixiſſet.

2. VI FACTUM id videtur eſſe, qua de re quis, cum prohibetur, fecit: Clam, quod quisque, cum controverſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit.

3. QUÆ IN Teſtamento ita ſunt ſcripta ut intelligi non poſſint: perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent.

4. NEC Paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cavere poteſt.

74. *al.* 75. Papinianus *libro primo Quæſtionum.*

Non debet alteri per alterum iniqua condicio inferri.

75. *al.* 76. Idem *libro tertio Quæſtionum.*

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam.

76. *al.* 77. Idem *libro viceſimo quarto Quæſtionum.*

In Totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt: non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.

77. *al.* 78. Idem *libro viceſimo octavo Quæſtionum.*

Actus Legitimi qui recipiunt diem, vel conditionem: veluti Mancipatio, Acceptilatio, Hereeditatis aditio, Servi optio, Datio tutoris: in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem. nonnunquam tamen actus ſupraſcripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehenſa vitium adferunt. nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe aliquid Acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio exſtiterit, quæ ſi verbis nominatim Acceptilationis comprehendantur, nullius momenti faciet actum.

78. *al.* 79. Idem *libro trigeſimo primo Quæſtionum.*

Generaliter, cum de fraude diſputatur, non quid habet actor: ſed quid per adverſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

79. *al.* 80. Idem *libro trigeſimo ſecundo Quæſtionum.*

Fraudis interpretatio ſemper in jure civili non, ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.

80. *al.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

.. *al.* 81. Idem *libro trigeſimo tertio Quæſtionum.*

... jure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſſimum ... quod ad ſpeciem directum eſt.

.. *al.* 82. Idem *libro tertio Reſponſorum.*

... dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, jus ... e non lædunt.

.. *al.* 83. Idem *libro nono Reſponſorum.*

D... ARI videtur, quod nullo jure cogente conceditur.

.. *al* 84. Idem *libro ſecundo definitionum.*

N... videntur rem amittere, quibus propria non fuit.

.. *al.* 85. Paulus *libro tertio Quæſtionum.*

C... Amplius ſolutum eſt, quam debebatur: cujus pars non in... quæ repeti poſſit: totum eſſe indebitum intelligitur, ma... ... iſtina obligatione.

... TURA debet, quem jure gentium dare oportet, cujus ... ecuti ſumus.

.. *al.* 86. Idem *libro ſexto Quæſtionum.*

In ... nbiguis pro dotibus reſpondere, melius eſt.

... ON eſt novum, Ut, Quæ ſemel utiliter conſtituta ſunt ... , licet ille cauſus exſtiterit, a quo initium capere non po...

Qu... iens æquitatem deſiderii naturalis ratio, aut dubitatio ... oratur: juſtis decretis res temperanda eſt.

.. *al.* 87. Idem *libro ſeptimo Quæſtionum.*

N... Solet deterior condicio fieri eorum, qui litem conteſtati ... iam ſi non: ſed plerumque melior.

.. .. 88. Idem *libro tertio decimo Quæſtionum.*

... O enim in perſequendo deteriorem cauſam ſed meliorem ... enique poſt litem conteſtatam heredi quoque proſpicitur, ... tenetur ex omnibus cauſis.

.. *al.* 89. Scævola *libro quinto Quæſtionum.*

N... a Intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio eſt.

.. *al.* 90. Paulus *libro decimo Queſtionum.*

Q... AMDIU Poſſit vallere teſtamentum, tamdiu legitimus he... ... admittitur.

90. *al.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

90.al.91. Idem *libro quintodecimo Quæſtionum.*

In omnibus quidem, maxime tamen in jure, æquitas ſpectanda eſt.

91.al.92. Idem *lib. ſeptimodecimo Quæſtionum.*

QUOTIENS duplici jure defertur alicui ſucceſſio, repudiato novo jure, quod ante defertur, ſupererit vetus.

92.al.93. Scævola *lib. quinto Reſponſorum.*

Si LIBRARIUS in transſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil nocere, quo minus & reus, & fidejuſſor teneantur.

93.al.94. Mæcianus *lib. primo Fideicommiſſorum.*

FILIUSFAMILIAS neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

94.al.95. Ulpianus *lib. ſecundo Fideicommiſſorum*

Non Solent, quæ abundant, vitiare ſcripturas.

95.al.96. Idem *lib. ſexto Fideicommiſſorum.*

Nemo dubitat, ſolvendo videri eum, qui defenditur.

96.al.97. Mæcianus *lib. duodecimo Fideicommiſſorum.*

In Ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt ejus, qui eas protuliſſet.

97. al. 98. Hermogenianus *lib. tertio Iuris Epitomarum.*

Ea SOLA deportationis ſententia aufert quæ ad fiſcum perveniunt.

98.al.99. Idem *lib. quarto Iuris Epitomarum.*

Quotiens in utriusque cauſa lucri ratio vertitur: præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit.

99.al.100. Venulejus *lib. duodecimo Stipulationum.*

Non poteſt improbus videri, qui ignorat, quantum ſolvere debeat.

100.al.101. Gajus *lib. primo Regularum.*

Omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.

101. al. 102. Paulus *lib. ſingulari de Cognitionibus.*

Ubi Lex duorum menſium Fecit mentionem, & qui ſexageſimo

primo die venerit audiendus eſt : ita enim & Imperator
s cum Divo patre ſuo reſcripſit.

2. al. 103. Ulpianus *lib. primo ad Edictum.*

tante Prætore fecit, hic adverſus edictum feciſſe proprie

J S. eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

03. al. 104. Palus *lib. primo ad Edictum.*

de domo ſua extrahi debet.

.al. 105. Ulpianus *lib. ſecundo ad Edictum.*

uabus actionibus alibi ſumma major, alibi infamia eſt : da eſt cauſa exiſtimationis. Ubi autem æquiparantur facia etſi ſummam imparem habent, pro paribus accipien-

05. al. 106. Paulus *lib. primo ad Edictum.*

nque cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur.

06. al. 107. Idem *lib. ſecundo ad Edictum.*

s inæſtimabilis res eſt.

. 108. Gajus *lib. primo ad Edictum Provinciale.*

ſervis nulla actio eſt.

08. al. 109. Paulus *lib. quarto ad Edictum.*

i omnibus pœnalibus judiciis & ætati, & imprudentiæ r.

09. al. 110. Idem *lib. quinto ad Edictum.*

n crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere t.

110. al. 111. Idem *lib. ſexto ad Edictum.*

quod plus ſit, ſemper ineſt & minus.
MO alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ne.
PILLVS pati poſſe non intelligitur.
BI verba conjuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe fa-
VLIERIBVS tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur, cilius calumnientur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

111. al. 112. Gajus *lib. ſecundo ad Edictum Provinciale.*

Pupillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi & injuriæ faciendæ.

1. In heredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum.

112. al. 113. Paulus *lib. octavo ad Edictum.*

Nihil intereſt ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

113. al. 114. Gajus *lib. tertio ad Edictum Provinciale.*

In toto & pars continetur.

114. al. 115. Paulus *lib. nono ad Edictum.*

In obſcuris inſpici ſolere, quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet.

115. al. 116. Idem *lib. decimo ad Edictum.*

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe.

1. NON Poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſummoveri.

116. al. 117. Ulpianus *lib. undecimo ad Edictum.*

Nihil conſenſui tam contrarium eſt, (& qui bonæ fidei judicia ſuſtinet,) quam vis atque metus: quem probare, contra bonos mores eſt.

1. NON capitur, qui jus qublicum ſequitur.

2. NON videntur, qui errant, conſentire.

117. al. 118. Paulus *lib. undecimo ad Edictum.*

Prætor bonorum poſſeſſorem heredis loco in omni cauſa debet.

118. al. 141. Ulpianus *lib. duodecimo ad Edictum.*

Qui in ſervitute eſt, uſucapere non poteſt, nam, cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

119. al. 142. Idem *lib. tertiodecimo ad Edictum.*

Non alienat, qui dumtaxat omittit poſſeſſionem.

120. al. 143. Paulus *lib. duodecimo ad Edictum.*

Nemo plus commodi heredi ſuo relinquit, quam ipſe habuit.

121. al.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

al. 144. Idem *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Qui non facit, quod facere debet: videtur facere adverſus ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id quod facere juſſus eſt.

al. 145. Gajus *libro quinto ad Edictum Provinciale.*

Libertas omnibus rebus favorabilior eſt.

3. al. 146. Ulpianus *libro 14. ad Edictum.*

Nemo alieno nomine lege agere poteſt.
Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat.

24. al. 147. Paulus *libro 16. ad Edictum.*

Non tantum voce; ſed præſentia opus eſt: mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo: Hic quidem & reſpondere poteſt.
Furioſus abſentis loco eſt & ita Pomponius libro primo ... ſcribit.

125. al. 148. Gajus *libro 5. ad Edictum Provinciale.*

Favorabiliores Rei potius, quam Actores habentur.

al. 149. al. 169. Ulpianus *libro 15. ad Edictum.*

Nemo prædo eſt, qui pretium numeravit.
Locupletior non eſt factus, qui libertum adquiſierit.
Cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis.

127. al. 150. al. 170. Paulus *libro 20. ad Edictum.*

Quoties Prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, ſufficit, ſi vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.

al. 151. al. 171. Idem *libro nono ad Edictum.*

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.
Hi, qui in univerſum jus ſuccedunt: heredis loco habentur.

al. 152. al. 172. Idem *libro 21. ad Edictum.*

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.
Cum Principalis cauſa non conſiſtit: ne ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

al. 153. al. 173. Ulpianus *libro 18. ad Edictum.*

Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes alia aliam conſumit.

131. al. 154. al. 171. Paulus *lib.* 22. *ad Edictum.*

QUI DOLO deſiit poſſidere, pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſione *al. poſſeſſore* dolus eſt.

132. al. 155. al. 175. Gajus *lib. ſeptimo ad Edictum Provinciale.*

IMPERITIA. culpæ adnumeratur.

133. al. 156. al. 176. Idem *libro.* 8. *ad Edictum Provinciale.*

Melior condicio noſtra per ſervos fieri poteſt: deterior fieri non poteſt.

134. al. 157. al. 177. Ulp. *lib.* 21. *ad Edictum.*

Non fraudantur creditores, cum quid non adquiritur a debitore: ſed cum quid de bonis deminuitur.

1. NEMO EX SUO delicto Meliorem ſuam condicionem facere poteſt.

135. al. 158. al. 178. Idem *lib.* 23. *ad Edictum.*

Ea, quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt: pro non adjectis habentur.

136. al. 159. al. 179. Paul. *lib.* 18. *ad Edictum.*

Bona fides tantumdem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt.

137. al 160. al. 180. Ulp. *lib.* 25. *ad Edictum.*

Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

138. al. 161. al. 181. Paul *lib.* 27. *ad Edictum.*

Omnis Hereditas, quamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

1. NUNQUAM creſcit ex poſtfacto præteriti delicti æſtimatio.

139. al. 162. al. 182. Gajus *lib. ad Edictum. Prætoris urbani.*

Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt: ſemel incluſæ judicio, ſalvæ permanent.

1. NON VIDETUR perfecte cujusque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt.

140. al. 163. al. 183. Ulp. *lib.* 56. *ad Edictum.*

Abſentia ejus, qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet.

141. al.

141. al.164.al. 184. Paulus *lib.* 54. *ad Edictum.*

Quod contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia.

DUO pro ſolido heredes eſſe non poſſunt.

142.al.165. al.185. Idem *lib.* 56. *ad Edictum.*

Qui tacet, non utique fatetur: ſed tamen verum eſt, eum non negare.

143. al. 166. al. 186. Ulp. *lib.* 62. *ad Edictum.*

Quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

144. al. 167. al. 187. Paulus *lib.* 62. *ad Edictum.*

Non omne, quod licet, honeſtum eſt.

In STIPULATIONIBUS id tempus ſpectatur quo contrahimus.

145. al.168. al.188. Ulpianus *lib.* 66. *ad Edictum.*

Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.

146. al.169. al.189. Paul. *lib.* 62. *ad Edictum.*

Quod quis, dum ſervus eſt, egit: proficere libero facto non poteſt.

147. al.170. al.190. Gajus *lib.* 24. *ad Edictum Provinciale.*

Semper ſpecialia generalibus inſunt.

148. al.171. al. 191. Paul. *lib.* 56. *brevis Edicti.*

Cujus effectus omnibus prodeſt, ejus & partes ad omnes pertinent.

149. al.172. al.192. Ulp. *li.* 67. *ad Edictum.*

Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet.

150. al. 173. al. 193. Idem *lib.* 68. *ad Edictum.*

Parem eſſe condicionem oportet ejus, qui quid poſſideat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret, vel haberet.

151. al. 174. al. 194. Paulus *lib:* 64: *d Edictum.*

Nemo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere jus non habet.

152. al. 175. al. 195. Ulpianus *libro* 69. *ad Edictum.*

Hoc jure utimur UT quidquid omnino per vim fiat: aut in vis publi-

publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat.

1. Dejicit, & qui mandat.

2. In maleficio rati habitio mandato comparatur.

3. In contractibus, quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.

153. al. 176. al. 196. Paul. *lib. 65. ad Edictum.*

Fere quibuscumque modis obligamur, hiſdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, hiſdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla poſſeſſio adquiri, niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium actum eſt.

154. al. 177. al. 197. Ulp. *lib. 70. ad Edictum.*

Cum par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit: cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori, *Aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit.*

1. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

155. al. 178. al. 198. Paul. *lib. 65. ad Edictum.*

Factum cuique ſuum, non adverſario nocere debet.

1. Non videtur vim facere, qui jure ſuo utitur, & ordinaria actione experitur.

2. In Pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

156. al. 179. al. 199. Ulpianus *lib. ſeptuageſimo ad Edictum.*

INVITUS Nemo rem cogitur defendere.

1. Cui damus actiones, eidem & exceptiones competere multo magis quis dixerit.

2. Cum quis in alicujus locum ſucceſſerit: non eſt æquum ei nocere hoc, quod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſit.

3. PLERUMQUE emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris.

4. Quod cuique pro eo præſtatur, invito non tribuitur.

157. al. 180. al. 199. Idem *lib. ſeptuageſimo primo ad Edictum.*

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris, *in his* ignoſcitur ſervis: ſi vel, dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt: veluti tutoribus, obtemperaverint.

1. SEM-

1. SEMPER : qui dolo fecit, quominus haberet : pro eo habendus eſt, ac ſi haberet.

2. IN CONTRACTIBUS ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt non tantum in id, quod pervenit : verum etiam in ſolidum tenentur : hoc eſt, unusquisque pro ea parte, qua heres eſt.

158. al. 119. Gajus *lib. viceſimo ſexto ad Edictum Provinciale.*

Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

159. al. 120. Paulus *lib. 70. ad Edictum.*

Non ut ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poteſt & noſtrum eſſe.

160. al. 121. Ulpianus *libro 76. ad Edictum.*

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.

1. REFERTVR ad univerſos, quod publice fit per majorem partem.

2. ABSVRDVM eſt, plus juris habere *eum* cui legatus ſit fundus, quam heredem, aut ipſum teſtatorem ſi viveret.

161. al. 122. Idem *lib. 77. ad Edictum.*

In jure civili receptum eſt : Quotiens per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat : quo minus impleatur : perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet, quod ad libertatem, & legata, & ad heredum inſtitutiones perducitur. Quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur : cum per promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

162. al. 123. Paulus *lib. 70. ad Edictum.*

Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

163. al. 124. Ulpianus *lib. 55. ad Edictum.*

Cujus eſt donandi : eidem & vendendi, & concedendi jus eſt.

164. al. 125. Paulus *lib. 51. ad Edictum.*

Pœnalia judicia ſemel accepta, in heredes tranſmitti poſſunt.

165. al. 126. Ulpianus. *lib. 53. ad Edictum.*

Cui quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi.

Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi *in* donationis cauſa conſenſerit, ratam ejus voluntatem habendam.

166. al. 127. Paulus *lib.* 48. *ad* Edictum

Qui rem alienam defendit, numquam locuples habetur.

167. al. 128. Idem *lib.* 49. *ad* Edictum.

Non Videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

1. Qui Juſſu Judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet.

168. al. 129. Idem *lib.* 1. *ad Plautium.*

Rapienda ſeu *Capienda* occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.

1. QUOD FACTUM eſt, cum in obſcuro ſit, ex adfectione cujusque capit interpretationem.

169. al. 130. Idem *lib.* 2. *ad Plautium.*

Is damnum dat, qui jubet dare. Ejus vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.

1. Quod Pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit.

170. al. 132. Idem *lib. tertio ad ad Plautium.*

Factum, a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt.

171. al. 131. Idem *lib. quarto ad Plautium.*

Nemo ideo obligatur: quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.

172. al. 133. Idem *lib.* 5. *ad Plautium.*

In Contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt.

1 Ambigua autem intentio, ita accipienda eſt, ut res ſalva actori ſit.

173. al. 134. Idem *lib.* 6. *ad Plautium.*

In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur: non totum, quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant.

1. Cum verbum *Reſtituas* in lege invenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi.

2. UNICUIQUE Sua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſervatur.

3. DOLO FACIT, qui petit, quod redditurus eſt.

174. al.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

74. al. 135. Idem *lib.* 8. *ad Plautium.*

Qui poteſt facere: ut poſſit condicioni parere: jam poſſe videtur. Quod quis, Si velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt.

75. al. 136. Idem *lib.* 11. *ad Plautium.*

In iis, (al. In iis omnibus officiis) quæ officium per liberas perſonas leges deſiderant, ſervus intervenire non poteſt.

Non Debeo melioris conditionis eſſe, quam auctor meus, a quo jus in me tranſit.

76. al. 137. Idem *lib. deci motertio ad Plautium.*

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice ...eti: ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi.

...finita æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis.

177. al. 138. Idem *lib.* 14. *ad Plautium.*

Qui in jus, dominiumve alterius ſuccedit, jure ejus uti debet.

Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

178. al. 139. Idem *lib.* 15. *ad Plautium.*

Cum principalis cauſa non conſiſtit: plerumque ne ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

179. al. 140. Idem *lib.* 6. *ad Plautium.*

In obſcura voluntate manumittentis, favendum eſt libertati.

180. al. 141. Idem *lib.* 17. *ad Plautium.*

QUOD Juſſu alterius ſolvitur: pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.

181. al. 142. Idem *lib.* 1. *ad Vitellium.*

Si Nemo ſubiit hereditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur.

182. al. 143. Idem *lib.* 3. *ad Vitellium.*

Quod nullius eſſe poteſt: id ut alicujus fieret nulla obligatio valet efficere.

183. al. 144. Marcellus *lib.* 3. *Digeſtorum.*

...ſi nihil facile mutandum eſt ex ſolemnibus: tamen, ubi equi-tas evidens poſcit, ſubveniendum eſt.

184. al. 145. Celſus *lib.* 7. *Digeſtorum.*

Vani timoris juſta excuſatio non eſt.

185. al. 146. Idem *lib.* 8. *Digeſtorum.*

Impoſſibilium nulla obligatio eſt.

186. al. 147. Idem *lib.* 11. *Digeſtorum.*

Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolvi poſſit. Et cum ſolvendi tempus obligationi additur: niſi eo præterito, peti non poteſt.

178. al. 148. Idem *lib.* 16. *Digeſtorum.*

Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

188. al. 149. Idem *lib.* 7. *Digeſtorum.*

Ubi pugnantia inter ſe in teſtamento juberentur, neutrum ratum eſt.

1. QUÆ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

189. al. 150. Idem *lib.* 13. *Digeſtorum.*

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi adpoſita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritats neceſſaria eſt.

190. al. 151. Idem *lib.* 24 *Digeſtorum.*

Quod evincitur, in bonis non eſt.

191. al. 152. Idem *lib.* 33. *Digeſtorum.*

Neratius conſultus: An quod beneficium dare ſi quaſi viventi Cæſar reſcripſerat, ea defuncto dediſſe exiſtimatur: Reſpondit, Non videri ſibi principem, beneneficium quod ei, quem vivere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe. quem tamen modum eſſe beneficii ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

192. al. 153. Marcellus *lib.* 29. *Digeſtorum.*

Ea, quæ in partes dividi non poſſunt, ſolida a ſingulis heredibus debentur.

1. In re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtius eſt, quam tutius.

193. al

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

. al. 154. Celſus *lib.* 38. *Digeſtorum.*

OMNIA Fere jura heredum perinde habentur, ac ſi continuo ...s mortis heredes extitiſſent.

...l. 155. Modeſt *lib.* 6. *Differentiarum.*

...r ſucceſſionem quamvis longiſſimam defuncto heredes ...nt, non minus heredes intelliguntur, quam qui prin... eredes exiſtunt.

. al. 156. Idem *lib.* 7. *Differentiarum.*

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

96 . al. 167. Idem *lib.* 8. *Regularum.*

...gia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ. Et Ideo quæ... eredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ *vero* perſo... ad heredem non tranſeunt.

...l. 158. Idem *lib. ſingulari de ritu nuptiarum.*

SEMPER in conjunctionibus non ſolum quid liceat, conſide... eſt: ſed & quid honeſtum ſit.

...8. al, 159. Javolenus *lib.* 13. *ex Caſſio.*

...e in interdicto, neque in certis cauſis pupillo nocere opor... m tutoris: ſive ſolvendo eſt, ſive non eſt.

99. al. 160. Idem *lib.* 6. *Epiſtularum.*

...poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non paruit.

200. Idem *lib.* 7. *Epiſtularum.*

...tiens nihil ſine captione inveſtigari poteſt: eligendum eſt, ...inimum habeat iniquitatis.

201. Idem *lib.* 10. *Epiſtularum.*

...NIA, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus ..., ſi initium quoque ſine vitio ceperint.

202. Idem *lib.* 11. *Epiſtularum.*

...nis Definitio in jure civili periculoſa eſt, parum al. rarum ...m, ut non ſubverti poſſit.

...3, Pompon. *lib.* 8. *ad Quintum Mucium.*

...od quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur dam... entire.

204. Idem *libro* 28. *ad Quintum Mucium.*

Minus eſt actionem habere, quam rem.

205. Idem *libro* 39. *ad Quintum Mucium.*

Plerumque fit, ut etiam ea, quæ a nobis abire poſſint proinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent. Et ideo, Quod fiſco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & ſervitutem in prædio imponere poſſumus.

206. Idem *libro* 9. *variis lectionibus.*

Jure naturæ æquum eſt, Neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.

207. Ulpianus *libro* 1. *ad legem* Iuliam *&* Papiam.

Res judicata pro veritate accipitur.

208. Paulus *libro tertio ad legem Iuliam &* Papiam.

Non poteſt videre deſiiſſe habere, qui nunquam habuit.

209. Ulpianus *libro quarto ad legem Iuliam &* Papiam.

Servitutem mortalitati fere comparamus.

210. Licinnius Rufinus *libro* 2. *Regularum.*

Quæ Ab initio inutilis fuit inſtitutio, poſtfacto convaleſcere non poteſt.

211. Paulus *libro* 69. *ad* Edictum.

SERVUS Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

Explicit Tit. ultim. Lib. ult. Digeſt.

SEQUUN-

SEQUUNTUR PRÆTEREA TITULI DUO DE REGULIS JURIS ex Corpore Juris Canonici ſive Pon- tificii deſumpti: quorum Prior eſt Tit XLI. Lib. V. Decre- talium Gregorii ix. ſummi Pontificis: Alter vero, Tit. eſt ULT. Lib. vi. earundum Decretal. ſed Bonifacii VIII etiam Pontificis Max.

Tit. XLI. Libri V. Decretalium Gregorii IX. ſummi Pontificis.

DE REGULIS JURIS.

CAP. ſeu REG. I.

OMNIS res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.

II.

Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea Facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in ... partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt, ... c. 6.) *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*: de manifeſtis di- ... e, quæ non poſſunt animo fieri: ut ſtuprum: blaſpemiæ, ... rietates, & ſimilia, de quibus nobis permittitur judicare.

III.

... s ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur.

IV.

Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum.

V.

Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum eſt, ... bet ſtabilitate ſubſiſtere.

VI.

In ipſo cauſæ initio, non eſt a quæſtionibus inchoandum.

VII.

Quicquid in ſacratis Deo rebus & epiſcopis injuſte agitur, pro ... io reputatur: quia ſacra ſunt, & a quoquam violari non ... n.

VIII.

Qui ex timore facit præceptum, aliter quam debeat facit & ideo ... n facit.

IX.

... ceat peccator: quia offendens in uno, factus eſt omnium ... s.

X.

Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit & pa- ... ſcit.

XI.

In ... gnum eſt & a Romanæ Eccleſiæ conſuetudine alienum, ut ... ſpiritualibus facere quis homagium compellatur.

Explicit. Tit. 41. Lib. 5. Decretal.

TITULUS ULTIMUS

VI. Decretalium Bonifacii VIII. Summi Pontificis.

DE REGULIS JURIS,

CAP. ſeu REG. I.

BENEFICIUM Eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri.

II.

Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit.

III.

Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

IV.

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

V.

Peccati venia non datur, niſi correcto.

VI.

Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

VII.

Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

VII.

Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

IX.

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

XI.

Cum ſunt partium jura obſcura: reo favendum eſt potius quam actori.

XII.

In judiciis, non eſt acceptio perſonarum habenda.

XIII.

Ignorantia facti, non juris, excuſat.

XIV.

Cum quis in jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

XV.

Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.

XVI.

Decet conceſſum a Principe beneficium eſſe manſurum.

XVII.

Indultum a jure beneficium, non eſt alicui auferendum.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

XVIII.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit.

XIX.

Non eſt ſine cauſa, al: culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, immiſcet.

XX.

Nullus jurib. uti defenſionibus prohibetur.

XXI.

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægravari.

XXIII.

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

XXIV.

Quod quis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur: cum habeat parere neceſſe.

XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociva.

XXVI.

Ea quæ fiunt a Judice: ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtant.

XXVII.

Scienti & conſentienti non fit injuria, neque dolus.

XXVIII.

Quæ a jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

XXIX.

Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.

XXX.

In obſcuris minimum eſt ſequendum.

XXXI.

Eum qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.

XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non exiſtit.

XXXIII.

Mutare conſilium quis non poteſt, in alterius detrimentum.

XXXIV.

Generi per ſpeciem derogatur.

XXXV.

Plus ſemper in ſe continet quod eſt minus.

XXXVI.

Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.

XXXVII.

Utile non debet per inutile vitiari.

XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.

XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

XL.

Pluralis locutio, duorum numero eſt contenta.

XLI.

Imputari non debet ei per quem non ſtet, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum.

XLII.

Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.

XLIII.

Qui tacet conſentire videtur.

XLIV.

Is qui tacet non fatetur: ſed nec utique negare videtur.

XLV.

Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius vel quod plerumque fieri conſuevit.

XLVI.

Is qui in jus ſucedit alterius: eo jure, quo ille, uti debebit.

XLVII.

Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur.

XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura.

XLIX.

In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

LI.

Semel Deo dicatum, non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum.

LII.

Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum.

LIII.

Cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus.

LIV.

Qui Prior eſt tempore, potior eſt jure.

LV.

Qui ſentit onus, ſentire debet commodum: & contra.

LVI.

In re communi, potior eſt conditio prohibentis.

LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius facienda eſt interpretatio.

Non

LVIII.

Non eſt obligatorium, contra bonos mores præſtitum juramentum.

LIX

Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.

LX.

Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

LXI.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.

LXII.

Nullus ex conſilio dummodo fraudulentum non fuerit obligatur.

LXIII.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adverſarii confiteri.

LXIV.

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

LXV.

In pari delicto, vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis.

LXVI.

Cum non ſtat per eum ad quem pertinet: quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.

LXVII.

Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit.

XLVIII.

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.

LXIX.

In malis promiſſis fidem non expedit obſervari.

LXX.

In alternativis debitoris eſt electio: & ſufficit alterum adimpleri.

LXXI.

Qui ad agendum admittitur, eſt ad exipiendum multo magis admittendus

LXXII.

Qui facit per alium, perinde eſt ac faciat qer ſeipſum.

LXXIII.

Factum legitime retractari non debet: licet caſus poſtea eveniat, a quo non potuit inchoari.

LXXIV.

Quod alicui gratioſe conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

LXXV.

Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem a ſe præſtitam ſervare recuſat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

LXXVI.

Delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.

LXXVII.

Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.

LXXIX.

Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.

LXXX.

In toto, partem, non eſt dubium, contineri.

LXXXI.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

LXXXII.

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere.

LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut ſemel exactum, iterum exigatur.

LXXXIV.

Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

LXXX

Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur.

LXXXVI.

Damnum quod, quis ſua culpa ſentit, ſibi debet non aliis imputare.

LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

LXXXVIII.

Certum eſt, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Dat. Romæ. 5. non. Martii ipſius Bonifacii pontificatus Anno 5. Salut. Chriſt. 1299.

Creatus autem eſt Bonifacius Pontifex Maximus anno 1294. ut referunt, qui Pontificum vitas ſcripſerunt.

Explicit Tit. ult. Lib. 6. Decret.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

A

ESSE. *vel deſinere abeſſe res* ut dicantur. *l. mulieres.* 3. §. 1. 2. *& 3. de verb. ſig. vid. & l. Labeo & Sabinus.* 4. *eod.* Abeſſe ut non dicatur ab hoſtibus captus, *l. ab-ntem.* 199. §. *Abeſſe. de verb. ſig.*

on videatur, qui intra continentia urbis eſt, *l. collega-* §. *qui extra eod.*

a nobis poſſunt, ut interdum pro non abeundis habean- *erumque* 205. *de reg. jur.*

s eſſe dicatur. *l. abſentem.* 199. *de ver. ſig.*

co ut ſit furioſus. vid. *Furioſus.*

us qui Reipub. cauſa abeſt, ut neque ei, neque alii dam- debeat. *l. abſentia.* 140. *de reg. jur.*

e ut non poſſit, qui condemnare nequit, *l. nemo.* 37. *de*

eum cui legatus eſt fundus plus juris habere, quam , aut teſtatorem. vid. *Legatarium. eod.*

ut ſcripturas vitiare non ſoleant, *l. non ſolent.* 94. *de*

n naturam ſequi ſui principalis. *ca. acceſſorium* 42. *de in* 6.

eu caſu, ut mors ſignificetur, *l. in vulgari.* 162. §. *ſi quis. ſig.*

raro, ut non temere in agendo computanda, *l. ea quæ, eg. jur.*

: *Capere*, ut differant: & quid utrumque ſignificet, *l. ali- le verb. ſig.*

Græc. quam generalis vox. *l. qui venenum.* 236. *in fi. de*

atur, eidem & Exceptio competit. *l. invitus.* 136. §. *cum le reg. jur.* Ut cum ſervo nulla. *l. cum ſervo.* 107. *al.* 108. *ur.* de Dolo ut competat, eo intercedente. vid. *Dolo* Ut dem detur ex dolo defuncti, *l. totiens* 44. *de reg. cur.*

enus ubi beneficium deſiderat: ibi ad quemvis perſecutio enerit, ut non deficiat auxilii ratio, *l. in omnibus* 68. *de* : *actionis* verbum ut ſpeciale & generale, *l. pecunia* 78. *verb. ſig.* Hoc verbo ut non contineatur Exceptio. *l. ver-* §. *de verb. ſig.* Item ut eo contineatur Perſecutio. *l. octo- eod.*

habere ut minus ſit, quam rem, *l. minus* 204. *de reg. jur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 J 41

in heredem cum dat Prætor, quatenus ad eum pervenit: ut ſu ficiat temporis momentum. *l. cum prætor* 127. *de reg. jur.* acti nem non habere, aut per Exceptionem removeri ut nihil inte ſit. *l. nihil intereſt* 112. *de reg. jur.* actionem ut denegare eju qui eam dare poſſit. *l. qui vetante.* 102. §. *ejus eſt, de reg. ju*

Actionem ut præbeat circumventio alterius, vid. *Circumventi*

Actione ordinaria qui experitur, ut vim non facere videatur. *l. fa ctum.* 155. §. 1, *de reg. jur.*

Actioines morte aut tempore pereuntes, ut ſemel judicio incluſ ſalvę permaneant. *l. omnes,* 139 *de reg. jur.* Pœnales ex malefici quæ, & ut in heredẽ non tranſeant. *l. pupillum.* 111. §. *in heredẽ. eo*

Actionum modus, vel lege, vel per Prætorem introductus: ut priv torum pactionibus nou infirmetur, niſi ſtatim ab initio inter e convenerit. *l. nec ex præt.* 27. *in fi. de reg. jur.* actionum plur um, de lucro, ut poſſidentis cauſa favorabilior vide *Poſſidenti*

in Actionibus duabus Si alibi ſumma major, alibi infamia eſt, Exiſtimationis cauſa præponenda, *l. ſi in duabus* 104. *de reg. ju*

Actionibus Pluribus concurrentibus ac quidem pœnalibus, ut al aliam non conſumat, *l. nunquæm* 130. *de reg. jur.* Pluribus eju dem rei nomine concurrentibns, ut una quis experiri debeat, *nemo* 43. §. *quotiens, de reg. jur.*

Actor ut certus ſui juris eſſe debeat, *l. qui in alterius* 42. §. *fidejuſſo res, de re. jur.*

